SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI ... OPERA NUNC PRIMUM...

Ioannes : Chrysostomus santo (santo), Farnese

Digitized by Google

Vittorio Emanuele III
VI
F
18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI PATRIS NOSTRI


IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

De Sacerdotio libri VI. de compunctione cordis libri II. de prouidentia Dei libri III. & alij ſimilis argumenti, vna cum eiuſdem aliquot Homilijs & Epiſtolis ad diuerſos CCXLV.

Nunc primum Græcè & Latinè coniunctim editi, Ex Bibliotheca LVDOVICI XIII. *Chriſtianiſſimi Regis Francorum & Nauarræ: impenſa & liberalitate Reuerendiſſimorum Epiſcoporum & Cleri vniuerſi Franciæ Regni.*

TOMVS QVARTVS.

FRONTO DVCÆVS BVRDEGALENSIS, SOCIETATIS IESV Theologus, variantes lectiones ex Mnſſ. Codd. erutas ſelegit, veterem interpretationem editorum olim librorum recenſuit, LXIX. Epiſtolarum nouam addidit, vtramque Notis illuſtrauit.



PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, ET ANTONIVM STEPHANVM, Typographum Regium. viâ Iacobæâ.

M. DC. XXI.

EX REGIS PRIVILEGIO.

Digitized by Google

CATALOGVS OPERVM, S. IOANNIS CHRYSOSTOMI QVÆ HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

DE Sacerdotio libri ſex. Germ. Brixio interprete Pag. 1.
De compunctione cordis ad Demetrium liber I. incerto interpr. 112
De compunctione cordis ad Stelechium liber II. incerto interpr. 138
De prouidẽtia Dei ad Stagirium monachũ libri III. incerto interpr. 157
Quod regulares fœminæ viris cohabitare nõ debent, incerto interpr. 257
In eos qui ſorores adoptiuas habent, incerto interprete 283
De virginitate liber I. Ioanne Liuineo Gandenſi interpr. 313
Aduerſus vitæ monaſticæ vituperatores libri III. Ambroſio Camaldulenſi interprete 404
Comparatio Regis & monachi, libellus Germano Brixio interpr. 511
Ad viduam iuniorem. Flaminio Nobilio interprete 519
Ad eandem de coniugio non iterando. eodem interpr. 535
In Eutropium Eunuchum ſermo Sigiſm. Gelenio interpr. 549
De pœnitentia homilia tertia Godef. Tilmanno interprete 556
Quod nemo læditur niſi à ſeipſo docto quodam viro interpr. 569
Liturgia ſiue Miſſa. Deſ. Eraſmo interpr. 596
Ad Theodorum lapſum, Parænеſes duæ, incerto interpr. 622
Quum Preſbyter eſſet deſignatus ſermo, incerto interpr. 953
Antequam iret in exilium ſermo, Godef. Tilmanno interpr. 962
Poſt reditum ab exilio ſermo, eodem interpr. 969
Ad Innocentium Epiſcopum Romanum epiſtola I. incerto interprete. 677
Ad eundem epiſt. II. 683
Ad Epiſcopos in carcere incluſos 685
Ad Olympiadem & diuerſos alios epiſtolæ CLXXIII. Iacobo Billio interpr. 688
Ad diuerſos epiſtolæ LXIX. nunc primum in lucem editæ, Frontone Ducæo interprete 908.

Nomina eorum, ad quos epiſtolæ omnes numero CCXLV. *ſunt miſſæ.*

ACACIO Preſbytero epiſtola 208.
Aëtio 196.
Adoliæ 33. 52. 57. 133. 179. 231.
Agapeto 20. 73. 175.
Alexandro Epiſcopo 164.
Alphio 21. 35. 49. 72.
Alypio 186.
Ampruclæ diaconiſſæ 96. 103. 191.
Anatolio Epiſcopo 111. 205.
Anthemio 147.
Antiocheno 233.
Antiocho 189.
Anyſio Epiſc. 162. 163.
Aphthonio 70. 93.
Arabio 48. 121.
Artemidoro 177.
Aſello Epiſc. 151.
Aſyncritiæ 40. 77. 99. 106. 192.
Aurelio Epiſcopo 149.
Baſilio preſbytero 28.
Baſſianæ 43.
Baſſo Epiſcopo 110.
Briſoni 190. 234.
Calliſtrato 200.
Candidiano 42.
Carteriæ 18. 34. 227. 233.
Carterio Præſidi 236.
Caſto & Valerio, &c. 22. 62. 66. 107. 130. 222. 240.
Chalcidiæ 29. 39. 60. 76. 98. 105. 242.

Chromatio Aquileienſi 155.
Claudiano 195.
Conſtantio preſbytero 221. 225.
Eidem dictatæ, ſiue eiuſdem nomine miſſæ 237. 238.
Cyriaco Epiſcopo 64. 125. 148. 202.
Cyriaco Presbytero 241.
Cytherio 82.
Danieli 199.
Diogeni 50. 51. 134. 144.
Domino Epiſcopo 27.
Elpidio Epiſc. 25. 114. 131. 138. 142. 230.
Epiſcopis 152. 153. 154. 156. 181.
Epiſcopis in carcere incluſis 118. 174. & pag. 685.
Epiſcopis qui ab Occidente venerant. 157. 158. 159.
Epiſcopis, qui cum Occidentalibus venerant 165. 166. 167.
Epiſcopo qui ab Occidēte venerat 160.
Euethio 173.
Eulogio 87.
Euthaliæ 32. 178.
Euthymio presbytero 218.
Fauſtino 84.
Firmino 80.
Gaudentio Brixiano Epiſc. 184.
Gemello 79. 124. 132. 194.
Gerontio presbytero 54.
Harmatio 75.
Helladio 172.
Heortio Epiſc. 30.
Herculio 201.
Heſychio 24. 74. 176. 183. 198. 223.
Hymnetio Archiatro 38. 81.
Hypatio presbytero. 97. 180.
Innocentio Epiſc. Rom. pag. 677. & 683.
Ioanni Epiſc. Hieroſolym. 88.
Italicæ 170.
Iulianæ 169.
Leontio 83.
Lucio Epiſc. 85.
Magno Epiſc. 26.
Malcho 71.
Marcellino 31. 188.
Marciano 19. 65. 100. 122. 129. 224. 226.
Mari 86.
Mariano 128.
Maroni presbyt. 36.
Maximo 150.
Monachis Gotthis 207.
Montio 171.
Moyſi Epiſc. 90.
Moyſi presbytero 92.
Muſonio 216.
Namreæ. 47.
Nicolao Presbyt. 53. 69. 145.
Olympiadi 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
Pæanio 95. 193. 204. 220.
Palladio 113.
Pelagio presbyt. 215.
Pentadiæ 94. 104. 185.
Philippo presbyt. 213.
Phœniciæ presbyteris 123.
Polybio 127. 143.
Porphyrio 71.
Probæ Romanæ 168.
Procopio 187.
Romanis presbyteris 161.
Romano presbytero 23. 78. 91.
Romulo & Byzo 56.
Rufino Epiſc. 46. 109.
Rufino presbyt. 126.
Saluioni 209. Saluſtio 203.
Sebaſtiano presbyt. 214.
Seueræ 219.
Seuerinæ ibidem.
Seuero presbyt. 101.
Studio Præfecto 197.
Symeoni 55.
Symmacho 45.
Theodoræ 117. 120.
Theodoro 210.
Theodoro Epiſc. 112.
Theodoro Conſulari 139. 141.
Theodoro medico 228.
Theodoſio Epiſc. 89.
Theodoſio ex Ducibus 58.
Theodoto Diacono 44. 59. 67. 68. 135. 137. 140.
Theodoto ex Conſularibus 61. 141.
Theodoto Lectori 102. 136.
Theodoto presbytero 146.
Theodulo diacono. 206.
Theophilo presbytero 115. 119. 212.
Timotheo presbytero 211.
Tranquillino Epiſc. 37. 63.
Valentino 41. 116. 217.
Valerio & Diophanto 239.
Venerio Mediolanenſi 182.
Vrbicio. 108.

Notæ Frontonis Ducæi, in quibus varias lectiones ex codicibus manuſcriptis erutas repræſentat, vel rationem reddit eorum quæ in textu Græco immutata ſunt, aut in aliorū interpretatione Latina correcta.
Index Græcarum dictionum & locutionum.
Index rerum & verborum.
Index locorum ſacræ Scripturæ.

APPROBATIO ET FACVLTAS PRÆPOSITI Prouincialis Societatis IESV in prouincia Franciæ.

HOS beati Ioannis Chryſoſtomi libros de ſacerdotio, de compunctione cordis, de prouidentia Dei, & ſimiles qui ſequuntur vna cum eiuſdem Epiſtolis ad diuerſos, partim recognitos, partim nunc primum in lucem editos, Latinitate donatos ac notis illuſtratos, à P. Frontone Ducæo ſocietatis noſtræ Preſbytero, eiuſdemq; noſtri ordinis Theologorum trium iudicio approbatos, poteſtate ad id mihi facta à reuerendo admodum patre noſtro Generali præpoſito Claudio Aquauiua, ego Chriſtophorus Baltazar eiuſdem ſocietatis in prouincia Franciæ præpoſitus Prouincialis typis mandari permiſi. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus Lutetiæ Pariſiorum 10. Ianuarij anno Chriſti CIↃ. IↃCXIII.

CHRISTOPHORVS BALTAZAR.

SVMMA PRIVILEGII REGIS.

CAVTVM eſt auctoritate Chriſtianiſſimi Regis Francorum & Nauarræ Henrici IV. ne quis in regno Franciæ libros à Frontone Ducæo Societatis nominis Ieſu Presbytero conſcriptos, commentariis illuſtratos vel è Græco in Latinum conuerſos abſque permiſſu ipſius typis excudat, vel ab aliis excuſos in hoc regnum importet, venaléſve habeat intra decem annos ab eo die numerandos, quo prima editio fuerit abſoluta. Si quid aduerſus iſta factum fuerit, ſexcentorum aureorum mulcta vindicabitur, prout in diplomate regio pluribus exprimitur dato Lutetiæ 12. Iunij CIↃ. IↃ XCIX.

Ex mandato Regis, DE LA LANE.

EX hac regia ſanctione idem Fronto Ducæus Claudio Morello Pariſienſi Typographo permiſit, vt S. Ioannis Chryſoſtomi libros de Sacerdotio, de compunctione cordis, de prouidentia Dei, & ſimiles hoc volumine comprehenſos vna cum Epiſtolis numero 245. partim à ſe recenſitos, partim Latinitate donatos, ſimúlque Notas in eoſdem excuderet ac diuulgaret, in eámque rem ſolus iſto Regis priuilegio vt gauderet, velle ſe chirographo teſtatus eſt, Lutetiæ Pariſiorum 12. Ianuarij anno CIↃ. IↃ XIII.

Digitized by Google

REVERENDO IACOBO HVRALTO HEDVORVM EPISCOPO,

Germanus Brixius Altiſſiodorenſis.

ETSI mihi nunquam dubium fuit, clariſsime antiſtes, quin tibi eſſem chariſsimus, túque mihi, pro tua in me beneuolentia, quibuſcumque rebus poſſes, benignè facere velles: tamen huius rei nouiſsimè euidens edidiſti argumentum extátque id quod nouiſsimo noſtro tecum colloquio mihi humaniſsimè declaraueras, quum tu magni cuiuſdam amici mei, eiuſdémque magna & auctoritate & dignitate viri literas, quibus apud te de meliore nota commendabar, de manu mea acceptas legiſſes: talem antea ſemper fuiſſe, hodiéque eſſe tuam erga me voluntatem, noſtramque tecum coniunctionem, vt ſi quid ergo à te vellem, ad id impetrandum nullo mihi interprete, nullo deprecatore alio, quàm me ipſo opus eſſet. Scripſit enim ad me clariſsimus vir Ioannes Huraltus frater tuus germanus, libellorum in regia magiſter, perliberaliter annuiſſe te poſtulationi ei, qua de ipſe tecum verbis meis egiſſet: & ita annuiſſe, vt non tam dare beneficium, quàm accipere videreris, facile vt intelligeret, eſſe me ex eorum numero vnum, quos tu chariſsimos haberes: tum autem quorum cauſas ſuſcipere, negotia amplecti, ſtudia ornare, commoda tueri, atque adeò augere, quantum quidem tua dignitas pateretur, maiorem in modum velles. Pro qua quidem noſtra poſtulatione, tam facile, vt dixi, abs te impetrata, immortales ago gratias tibi, agamque dum viuam: nam relaturum me affirmare vix auſim: tali enim tuæ erga me beneficentiæ, tum perpetuæ iſti in me voluntati, non videor mihi reſpondere vnquam poſſe: niſi fortè, quod vos verè magnanimi ac liberales viri facere ſoletis: tum demum me abundè gratiam referre exiſtimaturus es, quum beneficium abs te acceptum iugiter memoria complectar: quod equidem mihi ita faciendum propono, vt ſim, quoad viuam, re ipſa atque animo erga te gratiſsimus, operamque poſthac omnem nauem, vt amore, cultu, obſeruantia omni memorem me tibi probem. Quòd ſi qua vnquam res ſe offeret, in qua animum tibi nudare, & penitus patefacere meum poßim: ne viuam, niſi te etiam iudice, omnes omnium obſeruãtias, omnes omnium cultus, aßiduitates, induſtrias, ſedulitates, diligentias, labores, nauitates, ſummo meo erga te ſtudio ſuperem. Quod eo etiam libentius facturus ſum, quòd non nunc primum experior, qui ſit tuus erga me animus, quæ voluntas, quæ beneuolentia: memor enim ſum, eróque dum viuam, te iam olim naſcenti propè noſtræ laudi, dignitati, virtuti prolixiſsime liberaliſsiméque fauiſſe: quum tute videlicet tanto iſto ſacerdotio iam tum præditus, ínque Ludouici hoc nomine duodecimi Regis aula, multis nominibus præ aliis gratioſus, me, me, inquam, nouum adhuc hominem, apud Ioannem Ganaeium Cancellarium, tum pro eo quo fungebatur magiſtratu, tum pro ea qua præcellebat & virtute & doctrina primariæ inter togatos autoritatis virum, in cuius me clientelam addixeram, ac cui à ſecretis eram: quum tu, inquam, me apud Ganaeium oratione identidem tua ornares, inſignires, commendares, & ita commendares, vt cum ad eam voluntatem, quam vltrò ille erga me eximiam haberet, tum ad eam, quam de me opinionem aliquam concepiſſet, quotidie experirer, magnum etiam tuo de me ſermone pondus accedere. Erat autem tanta tua apud Ganaeium gratia, illa quidem partim eximij ingenij iſtius dotibus quæſita, partim ampliſsimi viri Iacobi Huralti patrui tui, viri in regia gratioſiſsimi autoritate commendata, vt te ille in intimam ſecum coniunctionem receptum eorum numero haberet, quos ſibi maximè omnium familiares neceſſarióſque eſſe voluiſſet. Quem nobis virum ſi fata diutius incolumem eſſe ſiuiſſent, neque tam citò ſeculo ſuo inuidiſſent: profectò neque tu in quæ poſtea incidiſti tempora, incidiſſes, fortuna paulò duriore conflictatus, quin potius ex tuis virtutibus omnibus vndique ornatus floreres, cum omni gradu ampliſsimo digniſsimus, tum certè ordinis tui facile princeps (etſi per puſillum illud eſt, quod ad tuam amplitudinem addi poſsit) & nos quoque, ſi veri ſunt amicorum de me ſermones, multo ampliſsimus fortunæ ornamentis honeſtati in primis appareremus. Ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ. Quanquam quod ad me quidem ſpectat, quid tandẽ eſt quod de fortuna queri vel velim, vel poſsim? quam quidem ego, verè vt dicam, de me euſque benemeritam agnoſco, vt planè

nihil quicquam ſit, in quo illius maiorem in me benignitatem deſiderem, cui videlicet plus ſatis facultatum largita ea eſt, ad id ocium excolendum ſuſtentandúmque, quod nobis, faſtiditis cæterarum rerum curis, humanæ noſtræ felicitatis proram & puppim, vt Græcorum eſt prouerbium, conſtituimus: quo nos ocio vno affatim delectati in noſtris ſtudiis libentiſſimè acquieſcimus, eſtque nobis illorũ vſus & delectatio iſtorum omnium & actu, & voluptatibus, & opibus etiam prior, atque antiquior: nunc denique experimento edoctis, quàm ſint ea inania, leuia, vilia, quæ nos olim præclara, magnifica, ſplendida putauimus. Neque vero cogito quò ego honorum, quò dignitatum non aſpirauerim, ſed quò potius animum non adiecerim, vt aſpirarem: tum quod vitæ genus ſecutus, quid eo aſſecutus fuerim: hoc eſt, quid, quantúmque ex ſtudiorum cultu meorum fructus conſolationiſque ad nos redierit, redeátque quotidie: denique quid inter me æqualéſq; meos permultos, eoſdem adoleſcentiæ noſtræ ſocios: quos partim vidimus ipſi, indoluimúſque immoderato rerum ſucceſſu perditos, arborum earum in morem, quas fœcunditas & luxuries enecat, partim ambitionis & auaritiæ cæcitate in caput præcipites actos, partim libidinis & ventris voragine, & tanquam charybdi abſorptos. Sed de his plura aliàs: nunc ad te & ad Ganaeium redeo. Mihi quidem quum in mentem venit manſuetudinis, comitatis, vrbanitatis, hilaritatis eius, quam ſummus ille vir, vel in puppi ſedens, clauúmque reipublicæ tenens, in amicos communiter ſuos, quorum tu vnus, vel præcipuus, eras: plena manu, aperto, quod dicitur, pectore transfunderet, quoties illi à rerum actu, cui pro dignitatis ſuæ amplitudine, non intererat modò, ſed præerat, reſpirandi poteſtas daretur, cum amicis eiſdem liberius agendi, ſeſeque vnà cum illis, ſuauiſſimis, modeſtiſſimis, doctiſſimis ſermonibus recreandi, ſiue id inter epulas, ſiue ab epulis, ſiue vtrobique fieret: ſed dum temporis illius tranquillitas, ſuauitas, & vt nunc loquimur, bonitas animo obuerſatur meo: moriar, niſi dies eos, quos Ganaio Cancellariatum obtinente (ea eſt ſumma togatorum apud nos hominum dignitas) tibi, mihi aliis permultis, tanquam Halcyonios exigere licuit, vitæ verè beatæ inſtar fuiſſe putem, præ diebus iis, quos poſtea longè commutatos, grauiore verbo vti non libet, experti omnes ſumus: libentérque omnibus omnes opes, dignitates, honores (quorum & alioqui nobis ἄλλης tanquam δρυὸς) conceſſerim, vt mihi quod ætatis ſupereſt, liceat, nulla vi interpellãte, in qua tum viuebamus feſtiuitate, ſimplicitate, coniunctione, amicitia, concordia viuere. Quam voluntatem equidem cum non paucis communem me habere arbitror. Quotus enim quiſq; eſt, ex iis reliquiis, quæ de Ganaei honeſtiſſimo illo, atque inter ſe amantiſſimo grege ſuperare adhuc poſſunt, qui ſi modo ſapiat, non illum integrum, toto ſuo mundo, atque organo, quod dicitur, inſtructum ſibi reſtitui, inque eo ætatem conſumerre malit, quàm vel Crœſi, vel Craſſi tum conſuetudine vti, tum opibus abundare? Et erat certè Ganaeius extra eum, quẽ multum habebat, publicarum rerum vſum, extra eam, qua varia, ac multiplici præcellebat, doctrinam, tanta præterea ingenii benignitate ac facilitate præditus, tanta morum comitate, ac ſermonis ſuauitate commendatus, quæ omnia natura in eo iucunda quadam ac feſtiua grauitate condierat, vt cum, quibuſcumque conſuetudinis ſuæ copiam feciſſet, eos omneis ad ſui amorem viuus mirabiliter pellexerit, tum vero eoſdem mortuus ad ſui deſiderium, vt ſi quis alius, maiorem in modum reuocet. Quid ni autem is reuocet? qui vel tanta autoritate quum polleret, talis tamen eſſet, vt ab eo nihil vnquam in quenquam aſperum fuerit, aut violentum, nec tamen quicquam remiſſum, aut diſſolutum, ſed ita in eo temperata, ita ordinata, ita compoſita omnia, vt cum in republica ſummam conſtantiam exhiberet, tum in priuata parem præſtaret modeſtiam? qui etiam tantam tota illa Cancellariatus ſui adminiſtratione integritatem præ ſe tulit, vt nulla vnquam priuata vtilitas illum ad facinus, ac ne ad cuiuſquam quidem offenſionem impulerit: vt enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic illi rempublicam moderanti ciuium ratio vna & cauſa propoſita erat: qua quidem ex re effectum eſt, vt à nobis ille, oculiſque noſtris licet receſſerit, tamen nobiſcum adhuc viuat, victurúſque ſit ſemper: cuius videlicet laus & memoria noſtris omnium ſermonibus, animiſque nullo non tempore ſacroſancta futura eſt. Ego vero magna adeò cum voluptate hic apud te in illius mentionem incidi, à quo vidi ipſe, tanquam ea quæ oculis cernuntur, & te propter ſummum tuum ingenium, cultiſſimos mores, ſingularem, probitatem, conſtantiam, grauitatem, prudentiam in primis dilectum amatúmque: quem viciſſim non neſcio abs te eximiè propter incredibilem eius humanitatem, admirabilem integritatem, pari ſapientia coniunctam cultum fuiſſe atque obſeruatum. Qui quoniam exiſtimo te, quæ ſumma tua eſt modeſtia, haud paulo plus voluptatis illius laudibus audiendis, quam tuis ipſius lectitandis capere, libens hic occaſionem tantam à mutua veſtra coniunctione nactus, ad vtriuſque veſtrum iuſtas plenáſque coniunctim laudes aggrederer, tum tuam, tum illius effigiem ſuis, quod aiunt, coloribus, quantum à me fieri poſſet, defingens: verumtamen quod verear, ne veluti malus pictor bonas formas imperitia mea reddam deteriores, reliquis in aliud tempus reiectis, intra ea, quæ de ambobus vobis pauca dixi, me continebo & ad me reuertar: hoc eſt, ad animum, amorémque erga te meum, quem ego quum ad ſummum creuiſſe iam crederem, maximum tamen illi cumulum acceſſiſſe ſentio, ob eam cauſam, quam initio epiſtolæ attigi, vt maximopere mirer, locum fuiſſe augendi in eo, quod ego iam pridem cumulatiſſimum eſſe rebar: tantum porrò ad amorem eundem auctarium acceſſit, vt quæ mea antea tui erat dilectio, nunc denique verè amor eſſe videatur. Quem quidem ego amorem quum non intra me tantum celari vellem, ſed vel per epiſtolam aliquam

noſtram, quæ illius tanquam teſtis eſſe poſſet, foras productam ad eorum ſaltem hominum, qui à noſtris legendis non abhorrebunt, conſcientiam peruenire maximopere auerem, commodum rei huius periclitandæ, non auſim dicere conficiundæ, occaſionem poſterioris noſtri tecum colloquij recordatio in animum noſtrum inuadens ſuppeditat. Memini equidem quum nouiſſimè apud te eſſem, vnaque de litteris iucundiſſime commentaremur, indicare mihi te maiorem in modum ſcriptorum meorum lectione, quæ ſumma tua eſt facilitas, capi: maximè vero animum tuũ afficere, ac nulla non ſui parte tibi arridere noſtram illam qualemcumque Chryſoſtomi de ſacerdotio tranſlationem. In cuius quidem lectione quoniam te ſic diéſque ac noctes verſari dictitaſti, vt te ipſe interpreter tam illius eſſe ſtudioſum quam olim vel ille Alexander magnus perdiſcendæ Homericæ Iliados, cuius amore ſic illum captum ferunt, vt illam dormiens ſub puluinari iacentem ſemper haberet: vel Cyprianus Carthaginenſis protomiſtes Tertulliani apologetici lectitandi ſtudioſus fuiſſe dicitur, quem ſcripſit Hieronymus, ne diem quide vnum abſque illius peramata lectione vnquam prætermiſiſſe, ita illum quocumque ſe conferret, in manibus ſemper habebat: ſed quum Chryſoſtomi liber idem à tuis vix vnquam oculis faceſſat, quidnam, quæſo, hinc aliud coniectandum nobis relinquis, quàm te, hac quidem ratione, ſummopere, curare, eniti, operam nauare, vt tu à tanto doctore edocerare, quemadmodum dignè munus iſtud tueri & ſuſtinere valeas: tum vero vitam, quod facis, accommodes, mores componas, denique actiones omneis tuas ad eam dirigas regulam atque amuſſim, quam Chryſoſtomus, ille quidem autor talis, vt illius autoritati refragari religio ſit, ſequendam ei eſſe ſanxit, qui iuſtè epiſcopi officia atque partes implere cupierit? quod ipſum quiſquis præſtabit, næ is nobis albam, quod dicitur, auem relaturus eſt: tam rarum eſt deplorata hac ætate, ex tanto epiſcoporum catalogo, vnum aut alterum numerare poſſe, non dico titulo, ſed reipſa epiſcopum, vſque adeo ſeculi noſtri mores à priſci ſeculi moribus degenerarunt. In quo videlicet qui ad eam perducebatur dignitatem (inuitos autem ac repugnantes non raro perduci ſolere accepimus, vt de Chryſoſtomo) hunc ſibi ante oculos ſcopum proponebant omnes, vt creditarum ſibi animarum ſaluti proſpicerent: & ita proſpicerent, vt illam ſuis vel commodis, vel cupiditatibus, ne libidinibus dicam, non poſteriorem, ſed priorem haberent. Sed de hoc quoque plura alias: redeo ad tuum Chryſoſtomicæ lectionis ſtudium: quod quidem tametſi per ſe ſatis accenſum videbam, tamen vt illud etiam magis ac magis incitarem, equúmque quod dicitur, ſua ſatis ſponte currentem inſtigarem: faciendum mihi putaui, vt illud idem de ſacerdotio opus tibi tam probatum exactiſſime & diligentiſſime recognoſcerem, recognitúmque ſub tuo nomine & quidem ornatiore elegantioréque forma, quam priore editione exierit, in ſtudioſorum hominum manus emitterem: præpoſita operi eidem epiſtola hac, qua lectori perpetuum meum erga te amorem, fidem, obſeruantiam ſpectatam teſtatámque relinquerem. meretur enim animus iſte tuus Chryſoſtomo ſic deditus, addictus, deuotus, vt tibi per me recognitionem eam, ornatum, elegantiam, quantulacumque ea eſt, ſtudioſi debeant. Nam & alioqui priorem ipſam editionem nemini homini ſeparatim, ſed lectori communiter nuncupaui. Quod equidem factum à me licet improuiſum, feliciter tamen cecidiſſe interpretor: quòd videlicet videatur ex compoſito pecularis operis nuncupatio tuo fuiſſe nomini reſeruata, vt habeat noſtra lucubratio te peculiarem ſibi fautorem defenſorémque ſine controuerſia talem, cuius præſidio tanquam Aiacis clypeo ab aduerſariorum petitionibus ictibúſque ſarta & tecta, vt aiunt, eſſe poſſit. Quod reliquum eſt, rectè tu quidem feceris, eritque mihi abs te ſummi beneficij loco, ſi ita ſtatueris, quum pro ſumma tua iſta dignitate, ac virtute, & amicos, & propinquos, & clientes, & tibi obſtrictos, innumeros habeas: me in fide, amore, cultu, obſeruantia erga te eorum nemini concedere. Bene vale, & in amore erga me iſto perſeuera. Ex Bertocuriano noſtro, calendis Decembris. M.D.XXXIIII.

HÆC INSVNT libro primo.

I. *Baſilius omnibus amicis Chryſoſtomi antecellit.*
II. *Concordia Baſilij & Chryſoſtomi & communis omnium rerum diſquiſitio.*
III. *Statera inequalis, cum vita monaſtica perſequenda eſſet.*
IV. *Propoſitum communis habitationis vtriuſque.*
V. *Matris blanditiæ.*
VI. *Fraus, qua vſus eſt in ordinatione Chryſoſtomus.*
VII. *Baſilij accuſatio modeſta & ingenua.*
VIII. *Chryſoſtomi defenſio cum reprehenſione coniuncta.*
IX. *Magna vtilitas opportunæ fraudis: theſis & locus communis.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩι α' λόγῳ.

α'. Βασίλειος ὁ πάντας τοὺς τοῦ Χρυσοστόμου φίλους ὑπερβαλλόμενος.
β'. Ἡ ὁμόνοια Βασιλείου καὶ Χρυσοστόμου, καὶ συζήτησις περὶ πάντων.
γ'. Ὁ ζυγὸς ἄνισος ἐν τῷ τοῦ μοναστικοῦ βίου μεταδιώξει.
δ'. Ἡ πρόθεσις περὶ κοινῆς οἰκήσεως ἀμφοτέρων.
ε'. Αἱ τῆς μητρὸς ἐπῳδαί.
ς'. Ἡ ἀπάτη Χρυσοστόμου, ᾗ ἐχρήσατο ἐν τῇ χειροτονίᾳ.
ζ'. Βασιλείου κατηγορία ἐπιεικὴς καὶ ἀφελής.
η'. Χρυσοστόμου ἀπολογία ἐπιπληκτική.
θ'. Ἀπάτης ἐγκαίρου μέγα κέρδος. θέσις καὶ κοινὸς τόπος.

DE VITA SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DIALOGVS,

Ambroſio Monacho Camaldulenſe interprete.

PALLADIVS CHRYSOSTOMI DISCIPVLVS, Epiſcopus Helenopolitanus, & THEODORVS Romanæ Eccleſiæ Diaconus, colloquuntur.

Primùm editus eſt in lucem Venetiis anno 1533 Latinè.

CVM veniſſet aliquando Romam Palladius, Helenopolitanæ Eccleſiæ venerandus Antiſtes, Ioannis illius ſanctiſſimi viri, Conſtantinopolitani Epiſcopi, iam vita functi diſcipulus, ſuſceptúſque fuiſſet cùm honorificè à Pontifice Romanæ ſedis Zoſimo beatiſſimo, tum à clero vniuerſo deuotiſſimè, inter cæteros, quibus ille familiarius eſt vſus, Theodorus fuit Eccleſiæ Romanæ diaconus. Is enim ſancti viri doctrina caſta, & vitæ ſanctitate delectatus, frequens illi aderat, imò, quoad licebat, nunquam à latere ipſius diſcedebat. Quadam autem die dùm eſſent B ambo ſimul, otiúmque à curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione ſpirituali, hoc ſermoni ſuo initium dedit Epiſcopus. PALLADIVS. Diuina, inquit, munera, Theodore chariſſime, partim communia ſunt, & inſeparabilia, partim communia quidem, ſed ſeparationem admittentia. Tertio ab his loco ſunt, quę neq; cõmunia, neq; ſeparabilia, ſeu inſeparabilia, ſed propria ſunt, his, qui digni fuerint gratiæ priuilegio ſingularis, indulta. THEODORVS. Perge, vt cœpiſti, Pater, & nobis ediſſere cuiuſq; generis ordiné. Neq; enim, vt abs te impetrem, altiore vtar exordio. PALLAD. Quæ per naturam bona ſunt, & ſine quibus, niſi ſceleratè, non viuitur, communia & inſeparabilia dicimus. THEOD. Quænam, oro, iſta ſunt? PALLAD. Primùm quidem omnium Deus, vnà cum vnigenito filio ſuo, & ſancto ſpiritu, communis eſt, atque inſeparabilis. Licet enim volenti totum ipſum ſpeculando complecti, dum tamen, A omiſſis occupationibus reliquis, vni huic rei totus inſiſtat. Poſt hunc ſcripturæ diuinæ, virtutéſque cœleſtes, & præterea cœlum, ſol, & luna, omníſque ſtellarum chorus, & ipſe poſtremò aër communia ſunt, & inſeparabilia. Hactenus de inſeparabilium genere. Fuit aliquãdo & terra communis, & aquarum itidem fluenta communia. Poſtquam verò cupiditatis rabies, & habendi ardor immodicus pectoribus humanis inſedit, grauiora iſta elementa humoris atque humi ſeparationem admiſere. THEOD. Nil verius dici poteſt. Agè verò iam, & de ſecundo genere ſeparabilium diſſere. PALLAD. Neceſſariò id quidem, vt ſuo ordine cœpta decurrat oratio. Aurum igitur, & argentum, omníſque metalli natura, ligníque materia, & vt breuiter dixerim, quæcunque media dicimus, communia ſunt quidem, ſed tamen ſeparabilia. Neq; enim cuique, vt libitum fuerit, cuncta proueniunt. THEOD. Veriſſimè omnino, ſed quæſo tertium quoque genus abſoluas, quod quia plus difficultatis habere videtur, vereor, ne in ipſius probatione deficias. Dixiſti enim eſſe quædam, quæ neque communia ſint, neque ſeparabilia, ſed eorum propria, qui ea ex dono gratiæ ſpecialis acceperunt. Hæc verò vbi pari ratione digeſſeris, aduentus tui cauſam, & eorum, quæ ſcire cupimus, veritatem, vt exponere digneris, te etiam atque etiam obſecro. PALLAD. Si quidem iſtud in me eſt, vt veſtris bonis deſideriis queam ſatisfacere, morem vobis geram libentiſſimè, nihílque ex his, quę mihi comperta ſunt, ſubtraham: ſi tantum me prius à debito, quantum Dominus vires dederit, abſoluere & expedire tentauero. Virginitatis nempe, & caſtimo-

niæ reliquæ ſeparationem inuenies nullam. Non
enim ſunt ex communium aut ſeparabilium ge-
nere. Nam profectò non omnis, qui cupit, aſſe-
quitur etiam vt virgo ſit, ſed qui poteſt. Plurimi
namque ex his, qui matrimonio iuncti ſunt, cùm
eius rei deſiderio, & quidem veheméti, tenean-
tur, quòd fuerint præoccupati coniugio, voti
ſui compotes eſſe non poſſunt. Sicuti & in O-
lympicis certaminibus aduocat quidem præco
quoſque certare cupientes, victores autem ſo-
los coronis donat. Ita fermè fit & de certamine
caſtitatis. Nam, cùm, teſte Euangelio, Petrus
Matt. 19. Saluatori reſpondiſſet, ſi ea cauſa eſt viri cum
vxore, non expedit nubere. Dominus ad hoc:
Non omnes, inquit, capiunt verbum iſtud, ſed
quibus datum eſt. THEOD. Putabam, haud fa-
cilè, quæ propoſueras de ſingularibus ac præci-
puis donis, probari abs te poſſe, verùm tu iſta
quoque validè profectò de ſcripturis docuiſti.
PALLAD. Quandoquidem iſta ſic ſeſe habere
tibi perſuaſum eſt, age reliquis item teſtimoniis
vtamur ex abundanti, vt peruerſi quique, cor-
ruptæque ſententiæ homines his admoniti, de-
ſiſtant tamen captare, quæ accipere nequeunt.
Inuenimus nempe Sacerdotiũ quoque in ſcrip-
turis ſanctis, neque commune eſſe, neque ſe-
parabile, ſed illorum proprium, atque præci-
puum, qui digni ſunt: ſicuti corripiẽs Hebræos
Heb 5. Paulus, ait: Non enim ſibi quiſpiam honorem
ſumit, ſed qui vocatur à Deo. Ita & Aaron in-
quit, non ſeipſum clarificauit, vt Pontifex fie-
ret. Nam cùm ſexcenta fermè eſſent hominum
millia, multique ex his zelum haberent Dei, v-
nus tamen ex omnibus Aaron electus, cuius
planè perſpicuum electionis indicium virga,
proferens nuces, multitudinem induxit, vt
Num. 17. crederent à Deo aſſumptum fuiſſe Pontificem.
At pleroſque tunc videas per imperitiam rei
inanis gloriæ ſtudio concitatos, dum ſacerdo-
tium inter communia computarent, ac per id
ſeipſos venerandis officiis impudenter ingere-
rent, dignum veſaniæ ſuæ finem inueniſſe,
ipſámque ſynagogæ humum temeritatis ſuæ te-
Num. 16. ſtem reliquiſſe. Dathan denique, & Abiron,
cùm rem nihil ad ſe pertinentem auidè nimis
atque impudenter appeterent, cum his qui ſibi
adhærebant, repentè perierunt. Aperta eſt e-
Pſal. 105. nim terra, inquit, & deglutiuit Dathan, &
operuit ſuper congregatio Abiron. Poſt hos
Oza, præcedentium immemor, huiuſmodi im-
1 Reg. 6. probo amore correptus eſt. Cùm enim die qua-
dam Arca in via plauſtro veheretur, contigit,
vt laſciuiens vitulus motu ſuo commoueret ar-
cam. Ozas itaque ſubſequens manu illam ap-
prehendit, ne caderet. Diſplicuit id factum
Deo, & ne ex eo licentia daretur improbis, ſi-
bi vſurpandi non licita, percuſſit Ozam vſque
ad mortem: per id admonens, poſteros huiuſ-
modi cauere veſaniam. Longo pòſt tempore
cùm iam Chriſti aduentus radiaſſet in terris,
Act. 8. Simon Magus de caſtello Getthon, inuentor
eorum dogmatum, quæ ſunt contraria veri-
tati, cùm eſſet vehementer aſtutus, veritus
præcedentium pœnam, ne ſi eadem ſerere
pergeret, paria itidem meteret, ſeſe artibus
armat. Blanditiis itaque circumuenire Apoſto-

A los quærit, & ouina pelle lupum tegens,
pecunias offert, vti ne rapere videretur, quæ
peſſimè ſtudebat emere, ea loquens, quæ il-
lum, & omnes imitatores ſuos loqui de-
cet. Sumite, inquit, pecunias iſtas, & da-
te mihi veſtri ordinis poteſtatem, vt cuicun-
que impoſuero manus, accipiat Spiritum
ſanctum. Erat autem baptizatus in nomine
IESV. Cui reſpondit Apoſtolorum chorus:
Abſit hoc à nobis homo. Gratia Dei non
venditur pretio. Et cùm ille precibus impor-
tunis inſiſteret, dixerunt ad illum ſecundò:
Quid emere quæris, quod, ſi dignè vixe-
ris, gratis inuenies? Ille labores vitæ me-
lioris, mentiſque ſuæ ſegnitiem, & incer-
tum rei euentum ſecum cogitans, ſacculum
produxit auri, hac ſe illecebra fallere poſſe
B Chriſti diſcipulos putans. Indignatus ad hæc
ille, qui comprehendit ſapientes in aſtutia
ſua, per os Petri locutus eſt, dicens: Pe-
cunia tua ſit in perditione, quia donum
Dei exiſtimaſti pecuniis poſſidere. Impoſuit-
que illi pœnitentiæ medicamentum. Age, in-
quiens, pœnitentiam, ſi fortè dimittatur ti-
bi nequitia cordis tui: in felle enim amari-
tudinis, & vinculo iniquitatis te eſſe video.
Neque enim vult perditionem peccantium, a-
mator animarum Deus. His itaque pro viri-
bus expoſitis; Theodore chariſſime, ſacra-
mentorum veritatis miniſter, percontare iam,
quæ diſcere à nobis cupis. THEODOR. Vn-
de quæſo ad nos aduenisti Pater? PALLAD.
Ab oriente Frater adueni, núncque primùm
C Romam vidi. THEODOR. Quænam te ma-
ximè aduexit cauſa? PALLAD. Vnicus pacis
veſtræ amor. THEOD. Eſt enim alia noſtra,
quàm veſtra? PALLADIVS. Non alia pla-
nè, ſed eadem, quam de cœlis Saluator ad-
duxit, deditque ſanctis Apoſtolis, dicens:
Pacem meam do vobis: Quod ait Do, ſuum Ioan. 14.
id eſſe apertè ſignauit: porrò Relinquo, ad
ſanctum ſpiritum retulit, vt in ſpiritu ſancto
per Chriſtum cognitionem patris gentibus re-
uelarent. Verùm ſicuti in reſolutis membris
fit, vt operationes animæ ad valentiores mem-
brorum redeant partes, ita ferè & in Orien-
tali miſera Eccleſia contigit. Diſſolutis quip-
pe ipſius infeliciter membris, neque ob fu-
gatam inde concordiam, pacémque violatam,
officia ſua implere valentibus, complures
D nudi, atque expediti, ipſius deſiderio patriæ
liquimus fines, cùm tuto & quieto animo illic
pro defenſione veritatis habitare nequaquam
liceret, diuertimúſque ad vos, ſi fortè vel
paucos hos dies, qui vitæ meæ reliqui ſunt,
ſecundùm Euangelium viuere in pace poſſim.
THEODORVS. Vt video, mirabilis Pater,
diuina ad nos prouidentia deſtinatus. Dolo-
rem enim tuum inuenio noſtris congruere, &
conſentire mœroribus. Puto enim te eſſe ex
Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ſociis.
PALLADIVS. Ita eſt. THEODORVS. Pre-
cor igitur, nobis ea, quæ cupimus ſcire, ſub
Deo teſte ſignata veritate, narrare digneris,
id profectò non ignorans, quòd ſi quid à ve-
ritate alienum annunciaueris nobis, Deum

non effugies iudicem, atque noſtræ quoque A ſententiæ eris obnoxius, qui aliud fortaſſe, & aliter, quàm ipſe proſequeris, accepimus. Nõ enim vnus, aut duo, aut tres, aut decem, aut cuiuſcunque generis homines quæ Conſtantinopoli contigere, nuntiarunt nobis, ſed porrò plures. Ex quibus alij Epiſcopi ſunt, alij Presbyteri, atque alij Monachi. Et ſi noſſe cupis, quæ comperta ſunt nobis, paucis expediam. Primus omnium profectus eſt ad nos Alexandrinæ Eccleſiæ Lector, cùm Papæ Theophili literis, quibus indicabat Ioannem à ſe fuiſſe depoſitum. Eas literas cùm legiſſet Beatiſſimus Innocentius, Romanæ ſedis Antiſtes, exhorruit temeritatem, faſtúmque Theophili, ægrè ferens, & quòd ſolus ſcripſerat, & quòd rei totius ſeriem referre omiſerat, cuius ſcilicet B rei gratia, quibúſve adiunctis ſibi ſociis, illum deponere auſus fuiſſet. Inter hæc manſit admirans, nihilque reſcribere voluit, rei indignitate commotus. Dum Euſebius quidam Diaconus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ, qui tunc Romæ erat, eccleſiaſticæ vtilitatis gratia, Innocentium adiit, libelliſque traditis adiurauit, ſuſtinerent vt modicum temporis. Fore enim breui, vt ſibi totius ſcenæ facies pateſceret. Poſt triduum aduenerunt Epiſcopi quatuor à Ioanne miſſi, reuerendiſſimi profectò viri, Panſophus Piſidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ ſecundæ, Eugenius Phrygiæ, tres Innocentio epiſtolas deferentes, vnam quidem Ioãnis epiſcopi, ſecundam verò Epiſcoporum quadraginta de communione Ioãnis, reliquam ſcripſerat Ioãnis clerus, omnes indiſciplinatum tu- C multum & ſeditionem pariter ſignificantes. Erat autem epiſtolæ Ioannis huiuſmodi ſeries.

Domino venerabili ac beatiſſimo Epiſcopo Innocentio, Ioannes in Domino ſalutem.

ET ante literas noſtras ad aures pietatis veſtræ perueniſſe putamus præſumptum hîc facinus. Quippe magnitudo ſceleris fecit, vt nulla orbis pars reliqua ſit, quam non huius horrendæ cladis rumor impulerit. Imò ad ipſa quoque extrema terræ geſtorum fama pertingens, ingentem vbiq; gemitum, luctúmque excitauit. Verùm, quia iſta non modò lugere, & planctibus proſequi, ſed emendare pro viribus D conuenit, & cautè proſpicere quo pacto hæc ſæuiſſima Eccleſiæ procella ſopiatur, neceſſarium exiſtimauimus, Dominos meos honoratiſſimos ac reuerendiſſimos præſules, Demetrium, Panſophum, Pappum, atque Eugenium hortari, dimiſſis vt Eccleſiis ſuis, ſeſe pelago traderent, & emenſa peregrinatione longinqua, ad veſtram currerent charitatem, omnibúſque lucidè expoſitis, maturè tantæ cladi remedium dari ſalubre poſtularent. Quibus etiam chariſſimos Diaconos, Paulum, & Cyriacum itineris comites dedimus, qui & ipſi vice epiſtolæ charitatem veſtram, quæ hîc geſta fuere, docebunt. Theophilus enim Alexandrinæ Eccleſiæ præſul, cùm à quibuſdam apud piiſſimum Imperatorem inſimularetur, ſolus ad crimina diluenda venire iuſſus, magna Ægygtiorum multitudine ſociatus aduenit, id ferme initio docere volens, ad bellum ſe ac prælium inſtructum aduenisse. Inde regiam ingreſſus vrbem, non ad Eccleſiam ex more & antiqua conſuetudine venit, non congreſſus eſt nobis, non verbum nobiſcum fecit, non ſimul orauit, non communicauit, ſed vbi naui deſcenderat, valuis Eccleſiæ prætermiſſis, extra vrbem morabatur. Et cùm multis precibus ageremus, vt apud nos tam ipſe, quàm hi, qui cum eo aduenerant, hoſpitarentur, (omnia enim præparata erant, & diuerſoria, & quæque neceſſaria) neque ipſe, neque illi acquieuerunt. Nos vbi iſta comperimus, magna admiratione tenebamur, nullam huiuſce ſimultatis cauſam probabilem inuenientes. Noſtrarum tamen partium munus implere curabamus, id facere inſtituentes, quod eſſet conueniens nobis, ipſúmque iugiter orantes, vt nobiſcum colloqui vellet, & cuius rei cauſa ab ipſis exordiis, tam apertas inimicitias præ ſe ferret, tantámque vrbem ſcandalizaret, exponere. Cùm verò ne ſic quidem cauſam eloqui vellet, accuſatoréſque illius vehementer inſiſterent, accerſitis nobis, piiſſimus Imperator iuſſit, vbi ille morabatur, ire, atque illic, quæ contra illum dicerentur, audire. Nam & ſeditiones, & cædes, & alia illi obiiciebantur innumera. Verùm nos, & patrum decreta reueriti, & virum honorare cupientes, cùm ipſius quoque literas teneremus, quibus cauetur, non oportere iudicia extra terminos fieri, ſed in ſuis quæque prouinciis iudicare, nequaquam acquieuimus, ſed vehementer obſtitimus. At verò ille, quaſi aliqua priora crimina noſtra præceſſiſſent, aduocato Archidiacono meo, nimia cum auctoritate, veluti profectò iam vidua eſſet Eccleſia, neque haberet Epiſcopum, per illum clerum omnem ad ſe tranſtulit. Deſertæ in dies fiebant Eccleſiæ, dum vniuſcuiuſque clerici abducerentur, & libellos aduerſum nos dare, & in accuſationem noſtri nominis conſpirare inducerentur. His ita geſtis mittit, & nos ad iudicium aduocat qui necdum propoſita contra ſe crimina diluiſſet, quod contra canones, & præter omnes leges fieri nullus ignorat. Enimuerò nos rebus certis admoniti, quòd non ad iudicem euocaremur (alioquin millies iuiſſemus) ſed ad inimicum atque hoſtem, ſicuti & priora, & poſteriora teſtantur, miſimus ad illum Demetrium Piſinuntis, Eluſium Apamiæ, Lupicianum Apiariæ Epiſcopos: Presbyteros verò, Germanum ac Seuerum, reſpondimúſque modeſtè ex noſtro inſtituto, dicentes nos non declinare iudicium, ſed apertum hoſtem, & inimicum manifeſtum. Qui enim libellis nondum ſuſceptis, initio ſtatim talia geſſiſſet, & ſeipſum ab Eccleſia & communione ſegregaſſet, accuſatores parans, & clerum ad ſe transferens, Eccleſiáſque deſertas conſtituens, hic qua ratione iudicis ſedem, nihil ad ſe pertinentem, aſcendere dignus cenſeatur? Neque enim conſentaneum rationi eſſe, vt Ægypto præfectus Thraciæ

cauſas cognoſceret, ipſe criminibus obnoxius, & inimicus, & hoſtis. His ille nihil mitior factus, nihílque veritus, & quod inſtituerat, perficere cupiens, nobis aſſerentibus paratos eſſe, præſentibus & centum, & mille Epiſcopis, crimina obiecta refellere, munditiámque noſtram aſſerere, ſicuti ſumus profectò mundi, paſſus non eſt. Sed abſentibus nobis, & Synodum conuocare volentibus, iudiciúmque flagitantibus, neque cognitionem cauſæ fugientibus, ſed inimicitias manifeſtas, accuſatores tamen admittebat, & quos ipſe ligaueram, ſoluebat, quíque crimina ſibi obiecta, necdum diluiſſet, eorum libellos accipiens commentaria ſcribebat. Quæ præter ius & fas omne, in iniuriam ſanctorum canonum fiebant. Et quid me multis immorari neceſſe eſt? Non deſtitit omnia & facere & moliri, quoad nos per ſummam vim, nimia auctoritate, & vrbe, & Eccleſia deturbauit, & profundo iam veſpere, cùm plebs omnis nos lamentatione miſerabili proſequeretur, tractus in medio ciuitatis, & violenter abductus, iniectúſque in nauim, noctu nauigabam, quia Synodum ad iuſtum iudicium vocare volueram. Quis iſta ſine lachrymis audire poſſit, quantumlibet ſit lapidei cordis? Sed enim, quia, vt diximus, iſta non modò deflere, verùm & corrigere oportet, charitatem veſtrã precor, vt excitetur atque condoleat, & omnia faciat, vt huiuſmodi calamitatibus tãdem ſit finis. Non hactenus ſtetit iniquitas, ſed prioribus quoque noua ſuccedunt. Nam vbi piiſſimus Imperator iniuſtè & impudenter ingreſſos Eccleſia expulit, plurimíque Epiſcoporum, iniquitate illorum cognita, ad Eccleſias ſuas redierunt, furorem illorum atque impetum, veluti flammam cuncta vaſtantem, fugientes nos in vrbem rurſus euocati ſumus, Eccleſiæque reſtituti, de qua iniuſtè fueramus eiecti. Cùm verò triginta nos Epiſcopi, & clementiſſimi Imperatoris Notarius ad hoc miſſus, reduxiſſent, ingreſſi ad Regem, orauimus, vt ad vlciſcenda facinora Synodum cogeret. Quod ille vbi comperit, fugæ præſidium ſumpſit; veritúſque iudicium, cùm iam Regiæ literæ vbique diſſeminatę omnes omnibus ex partibus conuocarét, noctis medio fragili ſe cymbæ cõmiſit, atque ita fugiens ſuos omnes ſecum duxit. Nos conſcientiæ noſtræ fiducia nihilo ſegnius inſtitimus apud piiſſimum Imperatorem, vt Concilium congregaret. Qui ſuæ pietati conſona faciens rurſus ad illum miſit, mandans, vti ad ſe tam ipſe, quàm omnes, qui cum illo fuerant, ex Ægypto aſcendere maturarent, rationem facti ſui reddituri, neque arbitrarentur, quæ adeò nequiter ex vna tantùm parte, & abſentibus nobis, præter patrum canones, geſta fuiſſent, ſibi ad excuſationem quicquam ſuffragari poſſe. At verò ille ſic quoque Regiis conuentus literis, obtemperare non auſus, ſeſe continuit domi, ſeditionem plebis allegans. Agebat id de quorundam ſibi fauentium conſilio. Et certè, cùm hic ipſe populus ante has Imperatoris literas innumeris cũ maledictis aſpergeret. Sed non iſta modò diſcutimus. Hæc tantùm idcirco diximus, vt oſtenderemus quæ eſſet viri modeſtia.

A Verùm nos ne poſtea quidem quieuimus, ſed inſtabamus, iugiter orantes, iudicium fieri, in quo audiri diiudicaríque poſſemus. Parati enim eramus nos ipſos docere inſontes, illos è contra nocentiſſimos, & magni in nos ſceleris reos. Erant autem & ex Syria quidam, qui illi tũc ſemper aſtiterant, & cum illo communiter omnia geſſerant. Aduerſus iſtos quoque parati eramus ſubire iudicium, ſæpiúſque importunè rogauimus, aut commẽtaria, aut accuſatorum libellos nobis tradi, aut criminum naturas aperiri nobis, aut certè accuſatores ipſos in conſpectu dari. Nihílque ex his conſequi meruimus, ſed rurſus pulſi eccleſia ſumus. Quomodo iam, quæ ſequuntur, exponam, omnem excedentia tragœdiam? Quis ſermo ad ea explicanda ſufficiet? B Quænam auris abſque horrore percipiet? Nobis enim hæc ipſa, quæ antea dixi, prætendentibus, repentè multitudo militum ipſo magno ſabbato, cùm iam in veſperam vergeret dies, eccleſias ingreſſi, clerum omnem, qui nobiſcum erat, per vim eiecerunt, armíſque veneranda obſidebantur altaria. Mulieres, quæ intra eccleſiam, vt baptizarentur, ſeſe veſte nudauerant, per id temporis nudæ fugiebant, metu acerbiſſimæ huius commotionis impulſæ, neque ſexus verecundiæ & honeſtati permittebantur præ pauore conſulere. Plurimæ tunc, acceptis vulneribus, eiectæ. Ita cruore piſcinæ replebantur, atque ex huiuſmodi vulneribus ſacri latices colore immutato in ruborem tranſibant. Neque hactenus ſtetere clades, ſed, vbi ſancta condita ſeruabantur, ingreſſi milites, ex C quibus, vt poſtea didicimus, quidam necdum initiati erant, omnia ſpectabant intus recondita, ſanctiſſimúſque Chriſti ſanguis in tanto tumultu in militum veſtimenta fuſus eſt, omniáque non ſecus quàm in captiuitate Barbarica, facinora paſſim admiſſa. Populus ad ſolitudinem migrare, plébsque omnis extra vrbem excubare cogebatur. Vacuæ fidelibus Eccleſiæ in tanta ſolennitate relictæ, pluréſque, quàm quadraginta Epiſcopi communionis noſtræ, cum populo fruſtra, & ſine cauſa pulſi. Vlulatus, & gemitus, eiulatus item, & lamenta, & lachrymarum fontes, plateas, & domos, & deſerta ipſa compleuerant, & planctu cuncta reſonabant, nulláque vrbis pars huiuſce calamitatis vacua relinquebatur. Fecerat enim calamitatis D magnitudo, vt non modò qui patiebantur, verùm ipſi quoque, qui nihil eiuſmodi perpeſſi erant, vnà nobiſcum lamentarentur, neque Catholici modò, ſed ipſi quoque hæretici, & Iudæi, ac Gentiles vices dolerent noſtras. Et vti ciuitas per vim in ditionem hoſtium veniſſet, ita tumultu, & perturbatione, & eiulatu plena erant omnia. Porrò iſta, ignorante piiſſimo Imperatore, noctis initio Epiſcoporum factione gerebantur, qui exercitus duces, diaconorum vice, ſecum habere præuios non erubeſcebant. Vbi verò illuxerat dies, ciuitas omnis extra vrbis mœnia migrarat, ſub arboribus, & frondibus, veluti diſperſæ oues, feſtiuitatem celebrantes. Hinc iam poteſtis cætera æſtimare. Neque enim fas eſt omnia perſequi, vt antè iam dixi, neque per ſingulos contingere. Nempe id

acerbiſſimum eſt, quòd tanta incommoda, tot clades finem necdum acceperunt, nullaque ſpes quietis ſupereſt. Verùm in dies augetur peſtis, factique ſumus in deriſum multis. Imò ridet quidem nullus quantumlibet perditis moribus ſit, ſed ploratu proſequitur, vt dixi, malorum omnium culmen, nouam hanc iniquitatem, & facinus execrandum. Quis verò reliquarum Eccleſiarum perturbationes ac preſſuras eloqui poſſit? Neque enim hîc modò inualuit lues, verùm ad orientalem quoque peruenit Eccleſiam. Quemadmodũ enim à capite dũ noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur: ita nũc quoque poſtquam ex hac vrbe magnifica, veluti ex fonte quodam incommoda fluxere, cœperunt turbæ, ac tumultus occupant omnia, & vbique dominantur, omnibúſque fermè in locis clerici contra Epiſcopos inſurgunt. Populi partim abſciſſi ſunt ab Eccleſiæ corpore, partim præcidendi expectantur. Vbique peſtis hęc pullulat, & orbis vniuerſus euertitur. Hæc igitur omnia cogitantes, Domini Beatiſſimi, ac Reuerendiſſimi, dignum veſtræ conſtantiæ, & congruum robur, ac ſtudium ſumite, & hanc perniciem, quæ inuaſit eccleſias, oramus, auertite. Nam ſi hæc inualuerit conſuetudo, & licitum fuerit cuique ex adeò remotis partibus in alienas prouincias prout voluerit, ingredi, & eiicere quoſcunque libuerit, & pro voluntate omnia gerere, non ignoratis, maturè cuncta peritura, bellúmque ſæuiſſimum occupaturum orbem vniuerſum, omnibus laceſſentibus inuicem. Ne igitur immanis iſta confuſio cuncta percurrat, & vbique dominetur, ſcribite, precor, & authoritate veſtra decernite, huiuſmodi iniquè geſta, nobis abſentibus, & iudicium non declinãtibus, nullius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla. Porrò qui talia geſſere, eos eccleſiaſticæ cenſuræ ſubiicite. Nos autem inſontes neque conuictos, neque deprehenſos, neque vllius criminis reos comprobatos, Eccleſiis noſtris iubete reſtitui, vt charitate frui, ac pace cum fratribus noſtris conſueta poſſimus. Quòd ſi modò quoque voluerint authores ſceleris aperire crimina, quorum gratia nos iniuſtè eiecérunt, dentur nobis commentaria, libelli proferantur in medium, veniant accuſatores mei, ſedeat incorruptum, intemeratúmque iudicium, non recuſo, non renuo, imò & conſtanter hoc expeto. Iudicemur, crimina profectò diluemus, nóſque oſtendemus innocentes, neque criminibus vllis obiectis obnoxios. Nam quæ ab eis modò geſta ſunt, omni prorſus ratione carent, extra omnem ordinem, omnémque legem, ac regulam eccleſiaſticam ſunt. Nunquam id facinus ne in extremis quidem iudiciis, imò neque apud Barbaros ipſos admiſſum eſt. Non Scythæ, non Sarmatæ, vnquam vna ex parte iudicarunt, abſente reo, neque iudicium, ſed odium & apertam ſimultatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſeipſum innocentem aſſeuerante, & paratum, præſente orbe vniuerſo, quæque obiecta diluere, ac ſe in omnibus inſontem declarare. Hæc ergo cuncta cogitantes, & à dominis meis venerandis Epiſcopis manifeſtius planiúſque cunctá diſcentes, quod eſt partium veſtrarum munus, ſtudium veſtrũ, & operam, ac diligentiam, quæſo, inferre dignemini. Ita enim non nobis tantùm, ſed Eccleſiis quoque vniuerſis gratificabimini, & à Deo mercedem percipietis, qui ob Eccleſiarum pacem ſemper omnia facit. Scripſimus iſta & ad Venerium Mediolanenſem, & ad Chromatium Aquilegienſé Epiſcopum. Vale in Domino.

Ad hæc reſcripſit beatiſſimus Papa Innocentius, communióque vtriuſque patris admiſſa, Theophili iudicium caſſum atque irritum eſſe decreuit, dicens, oportere conflari aliam irreprehenſibilem Synodũ occidentalium & orientalium ſacerdotum, cedentibus concilio amicis primùm, deinde inimicis. Neutrarũ quippe partium, vt plurimùm, rectum eſſe iudicium. Paucis pòſt diebus aduenit Petrus quidam Theophili presbyter, vnà cũ Martyrio Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ diacono, ipſius epiſtolas deferens, & quædã ſimul commentariola, in quibus videbatur Ioãnes à trigintaſex damnatus Epiſcopis, ex quibus viginti nouem Ægyptij, ſeptem reliqui ex aliis regionibus erant. Ea commentaria cùm legiſſet Papa Innocentius, comperiſſétq;, neq; culpas eſſe graues, neq; præſentem Ioannem fuiſſe, neq; in faciem reprehenſum, inſaniã Theophili magis ac magis exhorruit, quòd contra abſentem adeò ſæuam, immitémq; ſentẽtiam euomuiſſet. His igitur à ſe dimiſſis, cum literis grauibus temeritaté illius laceſſentibus, ſeſe ad orationis ſtudium contulit, indictóque Eccleſiæ ieiunio, cũ lachrymis diuinam precabatur clementiam, vt huiuſmodi ſeditiones, & ſcandala, ſciſſuræq; tollerentur, & pacis, ac fraternitatis amor, integra membrorum compage, redderetur. Fuit autem Epiſtolæ iſta ſententia. — CAP. III

FRATER Theophile, nos & te, & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus, ſicuti & in prioribus literis apertè ſatis expreſſimus. Et nunc in ſententia noſtra & voluntate perdurantes, rurſus eadem ſcribimus. Et quotieſcunque ſcripſeris, niſi debitum ſequatur, conueniẽſque iudicium, propter ea, quæ magno cum dedecore ſunt geſta, poſſibile non eſt, nos à Ioannis communione diſcedere. Itaque ſi conſcientiæ confidis, tu quoque iudicio accurre ad Synodum proximè in Chriſto celebrandam, & illic iuxta Niceni concilij canones & decreta contende. Alios quippe canones Romana non admittit Eccleſia. Quòd ſi obtinueris, euidens & irrefragabilis erit ratio tua.

Modicum temporis fluxerat, cùm Theotecnus Conſtantinopolitanus presbyter venit, literas concilij Ioannis viginti quinque Epiſcoporum, aut paulò plurium ferens, quibus docebant Ioannem militũ auxilio vrbe depulſum, & Cucuſſum in exilium miſſum, Eccleſiámque incenſam fuiſſe. Cui & ipſi communionis literas, & ad Epiſcopum Ioannem, & ad omnes communicantes ſibi Epiſcopos tradens, orabat cum lachrymis, vt patienter tolerarent, cùm opem ipſe ferre non poſſet, eò quòd nonnulli obſiſterent potentes aduerſarij, Eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paululum rur-

A ſus applicuit homunculus aſpectu fœdus, animo perditus, Paternus nomine, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe presbyterum dicens, qui & ipſe totus elatus, & faſtu turgidus, & ipſo geſtu inimicitias præferens plurima contra Ioannem Epiſcopum maledicta vomebat. Hic literas paucorum Epiſcoporum Acacij, Pauli, Antiochi, Cyrini, Seueriani, & aliorum quorundam Innocentio reddidit, quibus Ioannem calumniabantur, quaſi incendiſſet Eccleſiam. Mendacium apertè deprehenſum eſt, cùm eius rei, quippe quæ illi non fuiſſet obiecta, mentionem in Synodo nullam feciſſet Ioannes. Eum Innocentius cum indignatione abiiciens, ne reſcribere quidem voluit. PALLADIVS. Quæſo mihi aurem parumper accommodes, vt tibi per ſingula rei ordinem pandam. B Nimis enim, vt ait Heliu ad Iob, anguſtat me ſpiritus ventris, ventris nomine mentem ſignificans ſermonibus plenam. THEODORVS. Neceſſe eſt, Pater optime, me omnia diligentius proſequi, quæ peruenerunt ad noſtram notitiam, vt ita demum, quæ inſtitui, rogare abs te poſſi.. Paucis poſt diebus aduenit Epiſcopus Cyriacus, nullas quidem habens literas, ſed is planè, cui fides meritò habenda videbatur, eadem proſequens, quæ ab Epiſcopis de Synodo Ioannis fuerant ſcripta. Aiebat enim ſe fugiſſe propter comminationem regalis edicti, ita continentem: *Si quis non communicat Theophilo, Arſacio, & Porphyrio, hic epiſcopatu quidem arceatur. Amittat verò, ſi quam videtur habere ſubſtantiam pecuniarum, ſiue prædiorum.* C Poſt Cyriacum aduenit Eulyſius Apamiæ Bithyniæ Epiſcopus, afferens literas à quindecim Epiſcopis de Ioannis concilio, & à præclaro ſene Anyſio Theſſalonicenſe Epiſcopo, in quibus illi quidem & præcedentem, & quæ tunc erat, Conſtantinopoleos totius deprædationem, vaſtitatémque ſignabant. Anyſius verò Romanæ ſe Eccleſiæ iudicium ſequi fatebatur. Porrò Euliſius ipſe conſona Cyriaco per omnia dixit. Vix menſis fluxerat, cùm Palladius quoque Epiſcopus Helenopoleos abſque literis venit, qui & ipſe fugiſſe dicebat veſaniam principum. Expreſſius autem ac ſignantius enarrauit omnia, ipſumque exempla edicti protulit in hanc ſententiam: Quicunque occultaſſet Epiſcopum, aut clericum, ſiue in ſua domo D ſuſciperet, qui Ioanni communicaret, eius domum publicandam. Poſt Palladium Germanus presbyter, Caſſianúſque diaconus Ioannis, viri magnæ religionis, literas ab omni clero Ioannis attulerunt, continentes, eccleſiam ſuam tyrannidem perpeſſam eſſe, Epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acacio Berœenſi, Antiocho Ptolemaidis, Seueriano Gabalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & breuiculum memorati viri, vbi ornamenta ſub iudicibus teſtibus tradunt, ſubſcriptum manu Studij præfecti vrbis, Eutychiani prætoris, Ioannis comitis theſaurorum, & Euſtachij quæſtoris, ac tabularij, in auro, & argento, & vaſis, vt Ioannis Epiſcopi calumniam diluerent. Poſt iſtos venit ſecundò Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui peragrato oriente, prædicauerat communionem Eccleſiæ Romanæ cum Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferens epiſtolas ab Epiſcopis curiæ, in quibus Ioannis amplectuntur communionem. Ab Antiochenæ itidem Eccleſiæ presbyteris, vbi Romanorum ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij, & ordinationem apud ſe factam de Porphyrio, vt illicitam ac nefariam execrãtes. Poſt hos omnes venit Domitianus ſacerdos, Conſtantinopolitanæ diſpenſator Eccleſiæ, & Vallagas quidam Niſybius presbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ gemitum & eiulatum. Simul & commentaria Optati cuiuſdam præfecti reddiderunt, vbi honeſtæ mulieres ex genere conſulari publicè ad eum adductæ memorantur, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ diaconæ, ita vt cogerentur, aut Arſacio communicare, aut fiſco ducentas auri libras applicare. Quid autem de Monachis & Virginibus dicere oportet? Oſtẽdebat ſecta in ligno latera, terga cæde conſciſſa. Non tulit vltrà Innocentius Pontifex, indignitate ſumma permotus, ſcripſitque ad Honorium Imperatorem, literarum huiuſmodi ſenſũ diſtinctè ſubiiciens. Deſunt literæ. Motus his literis princeps, præcepit Synodum occidentalium Epiſcoporum congregari, & cùm in vnam ſententiam concurriſſet, ad ſe referre. Cõgregati Italiæ Epiſcopi Imperatorem orant, vt ſcriberet Arcadio fratri ſuo, vt iuberet Theſſalonicæ concilium fieri, quò facilius poſſent vtræque partes orientis occidentíſque concurrere. Addentes perfectam Synodum, non numeri quantitate, ſed qualitate ſententiæ, certam & irrefragabilem tuliſſe ſententiam. His inflammatus imperator, Epiſcopo quidem Romano ſcribit, vt mittat Epiſcopos quinque, Presbyteros duos Romanæ Eccleſiæ, diaconum vnum, qui ipſius ad fratrem epiſtolas ferrent. Erat autem hic tenor Epiſtolæ.

TERTIÒ iam ſcribo ad manſuetudinem tuam, orans, vt quæ contra Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum malignè eſſent geſta, corrigeret. Verùm id hactenus, vt video, factum non eſt. Quocirca rurſus per ſãctos Epiſcopos & Presbyteros ſcribo, pacis Eccleſiaſticæ auidus, & ingenti cura ſollicitus (pacatis enim Eccleſiis, Imperio quoque noſtro pax peruenit) vt epiſcopos orientales iubeas Theſſalonicæ conuenire. Noſtri quippe occidẽtales Epiſcopi electos viros miſerunt, ſeueræ conſtantiæ, & qui neutram in partem inclinentur amore, vel odio, Epiſcopos quinque, Presbyteros Romanæ Eccleſiæ duos, vnúmque diaconum, quos vt omni cum honore ſuſcipias, quæſo, vt ſiquidem illis perſuaſum fuerit Ioannem iuſtè fuiſſe expulſum, doceant me ab eius communione diſcedere. Sin autem deprehenderint ſponte malignatos orientis Epiſcopos, ab illorum te itidem communione ſecernant. Quænam verò ſit occidentalium de Epiſcopo Ioanne ſententia, ex omnibus fermè epiſtolis conſtat, quas ad me frequentes dederunt. Ex his duas idem continentes, quod reliquæ, ſubdidi, ſcilicet Romani, & Aquilegienſis Epiſco-

pi. Hoc autem ante omnia de tua mãſuetudine poſtulo, vt Theophilum Alexandrinum, inuitum etiam adeſſe præcipias. Per hunc enim mala omnia euerſiſſe memorantur, vt aduenientium Epiſcoporum Synodus in nullo impedita, congruam temporibus noſtris afferat pacem.

Cap. IV. Acceptis igitur ſancti viri, Æmilius, & Cythegius, & Gaudentius Epiſcopi, vnà cum Valentiano, Bonifacióque Presbyteris, Imperatoris Honorij, & Papæ Innocentij, & Italiæ Epiſcoporum, Chromatij Aquilegienſis, & Venerij Mediolanenſis, ac reliquorum epiſtolis, vnà & commonitorio concilij totius occidentis, conditionibus publicis Conſtantinopolim conceſſere, erat autem commonitorium huiuſmodi: Non oportere Ioannem iudicium ingredi, niſi illi prius eccleſia, communióque redderetur, vt omni dilatione occaſionis ſublata, ſua ſponte concilium ingredi poſſet. Profecti igitur Cõſtantinopolim, poſt quatuor menſes redierunt, nunciantes nobis Babylonias res. Cùm prænauigaremus Græciam, aiebant, detenti ſumus Athenis ab infeſto quodam Tribuno militum, qui idem nobis centurionem adiecit vnum, qui Theſſalonicæ propinquare minimè permitteret. Illic enim intendebamus primùm Anyſio Epiſcopo literas reddere. Iniectos igitur in duo nauigia emiſit. Irruente autem Auſtro vehementi, tribus diebus abſque cibo, Ægæum pelagus, & anguſta traiecimus. Tertia tandem die, hora duodecima ante vrbem applicuimus prope Victoris ſuburbana. Quo in loco detenti ab his qui obſeruant portus, retrò diſceſſimus, cuius id iuſſione pateremur, ignorantes. Concluſíque intra caſtellum Thraciæ maritimum, quod Athyram vocant, illícque cruciati, atque ab inuicem diuiſi, Romani quidem in cellula vna, Cyriacus verò, & qui cum illo erant, in pluribus morabamur, ne vno quidem puero nobis in miniſterio relicto. Cúmque vt literas daremus, exigeretur à nobis, non acquieuimus, dicentes minimè eſſe conueniens, vt qui ſenes eramus, ipſi Imperatori Imperatoris itidem literas, Epiſcoporúmque redderemus. Cùm igitur obſtinatè recuſaremus, neque aduenienti ad nos Patricio Notario, neque aliis quibuſdá, qui ad hoc venerant, eas dare vellemus: poſtremò acceſſit quidam ex Cappadocia, tribunus militum, Valerianus nomine, perfractóque Epiſcopi Mariani pollice, per vim abſtulit ſignatam regis epiſtolam cum literis reliquis. Poſtridie verò miſerunt ad nos, ſiue regis Aulici, ſiue Atticus, neſcimus, ipſe enim ferebatur Eccleſiæ inuaſiſſe thronum, qui tria millia numiſmatum darent, orantes, vt communicaremus Attico, & de Ioannis iudicio omnino taceremus, quibus minimè obtemperare voluimus. Permanſimus igitur orantes, vt quandoquidem nihil pacificum peragere poſſemus, tutò ſaltem redire ad eccleſias noſtras permitteremur. Mouebat enim nos nimia immanitas hominum. Hoc & Saluator noſter variis reuelationibus nobis ante monſtrauerat. Adeò, vt & diacono ſancti Emmelij Paulo, viro mitiſſimo, & pudiciſſimo in naui apparuerit apoſtolus Paulus,

Epheſ. 5. dicens illi: Videte, quomodo ambuletis, non

A quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, ſcientes, quoniam dies mali ſunt, ſignificante ſomnio multiplicem fallaciam, quæ ad euerſionem veritatis, nobis inſidiaretur donis, atque blanditiis. Aſſiſtens igitur idem ipſe Tribunus Valerianus, iniecit nos in nauim vetuſtam, & putrem, datóque vt ferebatur, pretio nauclero, vt perderet nauigantes, ſimul & militibus adiectis viginti ex ordinibus variis, continuò Athyris expulit. Emenſis igitur ſtadiis plurimis, cùm iam perituri videremur, applicuimus Lampſaco. Inde mutata naui, vigeſima tandem die ad Calabriæ Hydruntem peruenimus. Neque nobis edicere vltrà potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neque vbi modò ſint Demetrius, Cyriacus, Euliſius, & Palladius, qui cum noſtris Epiſto-

B lis legati fuerant miſſi, & Athyris, vt antè iam diximus, detenti. PALLAD. Age iam ſacratiſſime miniſter Chriſti, mihi intende animum, & quæ à me dicuntur, auſculta. Aperiam deinceps tibi totius tragœdiæ Satyricos in medio tumultus, & vnde ebrietati dederit manus, & quatenus ceſſare viſa ſit, necdum verò deſierit. Omnium quidem malorum, vt iam dixerim, fons atque initium dæmon eſt, boni totius inimicus: qui ſemper, lupi in morem, aduerſatur Chriſti rationalibus gregibus, peritos quoſque paſtores perſecutionibus variis attrociter vaſtans, non ſecus, quàm ille quondam Ægyptiorum rex, maſculos Iudæorum, terrenarúmque voluptatum illecebris ſtolidos quóſque, falſóſque paſtores illaqueans. Porrò peſſimi huiuſce

C fontis riui, vt toto terrarum orbe percrebuit, Acacius, Antiochus, Theophilúſque, & Seuerianus ſunt, qui, cùm id dicuntur, quod non ſunt, dici, quod ſunt, ferre non poſſunt. Sunt autem ex omni clero Preſbyteri duo, Diaconi quinque, partim ex impuro, partim ex noxio numero congregati. Quos ignoro equidem, an tutum ſit Presbyteros, ſeu Diaconos appellare. Cæterum ex aula Regis duo tãtum, aut tres ſunt, qui etiam Theophilo neruos addiderunt, militari manu opem ferentes. Mulieres præterea, quæ celebres ſunt, tres, viduæ quidem, ſed opulentæ, in perniciem ſalutis ſuæ pecunias ex rapina poſſidentes, quæ virorum quoque conſtantiam perturbare poſſint; atque concutere, Marſa Promoti vxor, Caſtricia Saturnini, &

D Eugraphia quędam, nimia inſania feruens. Cætera eloqui verecundia prohibet. Iſtę atque iſti cùm infideli corde ſint ſegnes, veluti phalanx furore ebria, in vnam ſententiam odioſam concurrentes, aduerſus eccleſiaſticam pacem torrentem perditionis per ſummam inſaniam concitarunt. THEODORVS. Perge Pater, & coram Deo cauſam odij iſtorum aduerſus tantum virum nobis ediſſere, quæve fuerit Epiſcopi Ioannis ratio, vt contra tot poteſtates decerneret ſtare. Et illud ſimul expone, quódnam vitæ ipſius initium fuerit, & quo pacto fuerit ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ prouectus ſedem, quanto eam tenuerit tempore, cuiuſmodi vixerit moribus, quo etiam fine defecerit, ſi tamen mortuus eſt, vt fama vulgauit. Quamuis enim apud omnes fermè

A inualuerit mira de virtutibus & ſanctitate illius opinio, conſueui tamen ipſe non facilè rumoribus credere, priuſquàm ab his, qui ritè vel vituperare, vel laudare nouerunt, certior fiam. PALLADIVS. Laudo equidem diligentiam tuam, amiciſſime ac veritatis ſtudioſe Theodore, ſed minimè iudicium probo. Oportuit enim te ipſa noſtra canitie, vt de me interim loquar, & dignitate ipſa, vt vera crederes, quæ à nobis diſcerentur, induci. Quoniam verò iſtud minimè feciſti, & iam ſecundò coram Deo conueniſti conſcientiam noſtram, ſaltem poſthac fideles mihi aures accommoda, ne incaſſum ſermo decurrat. Scio
Pſal. 5. enim ſcriptum: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et Apoſtolus Ioannes: Qui mendacium loquitur, inquit, non eſt ex Deo. Et
Pſal. 62. David rurſum: Quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.
B Reuera enim iniquè agit, qui fallit eum, cui perſuadet. Iniquè item & qui auſcultat, mentienti facilè credens. Cùm igitur æqualiter vterque peccet, neuter noſtrum iniuria afficiat proximum. Eſt enim hæc virtus, vt is quidem qui dicit, vera proſequatur, qui verò audit, iniqua diiudicet. Eſtote enim, inquit Scriptura, probabiles trapezitæ, falſum aurum & argentum à vero & probato ſecernentes, non vt paſſim mulcentem aures ſonum admittamus, ſed & diuino timore, & conſcientia, quæ dicuntur, aut ſcribuntur, ponderantes rerum teſtimonia ſuſcipiamus. Auriũ quippe, ac linguæ ingens periculum eſt. Idcirco & præſtantiſſimus rerum opifex Deus hanc geminis labiis ſeruare conſtituit,
C cùm interius quoque dentium eam vallo cinxiſſet, vt huius facilitatem huiuſmodi munitione coërceat, ſecun-
Pſal. 143. dùm quod ſcriptura dixit: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium munitionis circa labia mea, vt non delinquam in lingua mea. Porrò cauernas aurium flexuoſas, atque tornatiles fecit: ex ipſo habitu admonens, non citò in eas irrumpere debere ſermonem, vt dum maioris temporis mora circum foramina vertitur, mendacij materiam cum malitiæ ſordibus ponat, ad ripas ipſas, & aurium margines tenuiter excollatus. Non modò autem iſtiuſmodi inſtrumentorum, vt quæ ſola delinquant, curam habuit, verùm pupillis quoque, veluti feneſtris, velamina poſuit, ne impudicitiæ intus admitterent mortem, de qua Propheta teſtatur, dicens:
D
Hier. 9. Mors intrauit per feneſtras veſtras. THEOD. Si quidem de rebus quibuſlibet nõ magni ponderis mihi eſſet inquirendum, ſufficeret profectò, Pater beatiſſime, vel aſpectus ipſe tuus verbis fidem facere. Quoniam verò & ea requiro, quæ ſunt maxima, mendacium verò non modicam in præſentiarum quidẽ confuſionem, poſtmodum verò etiam damnationem affert, quando ante tribunal illud terribile & principes, & populi ſimul aſſiſtent. De veritate autem eſt quæſtio, da veniam Pater, neque mihi iam velim canos obiicias, & mali enim ſæpe ſenuerunt, non animam virtute canam, ſed corpus æui diuturnitate rugoſum præferentes. Cuiuſmodi & illi fuerunt in Babylone presbyteri, & in Samaria Effraim, in cuius probrum

A Propheta clamat: Effraim columba ſeducta, Oſee. 7.
non habens cor. Cani aſperſi ſunt, ipſe autem
ignorauit. Iterato item ſeuerius dicit, Factus Dan. 13.
eſt Effraim ſubcineritius, non conuerſus, & alieni comederunt robur eius. Et illud etiam addam, licet fiat ſermo prolixior. Quis ornatior canis, ſi ætatem aſpicias? quis aſpectu modeſtior Acacio illo, quem modò culpatas, & ſeditionis authorem, & ſceleris eorum ducem, qui nouitatibus gaudent: Cuius ipſe quoque nares canos attraxerant, quando Romam profectus eſt, ordinationis Epiſcopi Ioannis decretum ferens? PALLAD. Nunc planè cognoui, probatum te eſſe trapezitam, dum non cutis tabernaculo credis, ſed inhabitantis inquiris diſciplinam. Nempe enim, & Ægyptiorum templa, cùm vaſtæ magnitudinis ſint, & ſpeciem
B lapidum præferant, Simias habent intus, Deorum vice, & Ibices, & Canes, & infinita portenta. Deus autem noſter ac Dominus cùm Samueli de conſtituendo Iſraëli principe reſponſa daret, admonuit, ne ſtatum lutei corporis
ac formam attenderet, dicens: Non ſicut ho- 1 Reg. 16.
mo, videt Deus: homo enim in facie, Deus autem in corde. Quocirca imitatores Dei in rebus omnibus altiora quæq; & abſtruſiora ſcrutantur. Ideo promptè accedo tibi, ſtaterámque tuam, nunquam in alteram partem inclinantem, libenter amplector. At verò Babylonij ſenes quidem corpore, ſed animo præ ſtolidate nimium paruuli, ſi mortuorum reſurrectioni crediſiſſent, primùm quidem ſapientia validi nequaquam Suſannam alterius vxo-
C rem amauiſſent. Deinde autem, ſiquidem Dei timorem habuiſſent, nunquam impudicitiæ ſuæ calumniam quoque innocentis coniunxiſſent. Id verò ſummæ ignominię & dedecoris indicium eſt, quòd ſeniores iuuenilem ſpeciem violare voluiſſent. Sed his omiſſis, ad ea, quæ de ſancto viro inquiſiſti, enarranda pergamus.

IOANNES genere Antiochenus fuit, natus CAP. V.
ex parentibus nobilibus, & qui in Syria inter militares maximè illuſtres eſſet. Mater eius cùm filiam primo partu edidiſſet, ſecundo hunc loco enixa eſt. Cùm autem, emenſis infantiæ rudimẽtis, ad pueritiæ perueniſſet annos, & magna ingenij præ ſe ferret indicia, literarũ ſtudiis traditus eſt, inſecutúſque ardenter diſciplinas liberales iam tunc ſe ad ſanctarum ſcripturarum
D miniſterium comparabat. Inde cùm octauum decimum ageret ætatis annum, oratoriæ operam dans, adoleſcentiæ lubricum perpetua exercitatione declinauit. Vbi verò virilem induerat ſenſum, ſanctarum literarum amore correptus eſt. Regebat autem per id temporis Antiochenam Eccleſiam vir totius ſanctitatis Meletius confeſſor, Armenius genere. Is cùm adoleſcentis indolem ſolers explorator intenderet, ad ſe aſcitum ſecum iugiter eſſe permiſit, ſibiq; familiariter adhærere. Amabat enim cordis illius pulchritudinem, propheticis oculis præuidens, quorſum indoles tãta eſſet euaſura. Cùm verò aſſidentem ſibi fide, ſacriſq; dogmatibus diligẽter inſtrueret, poſt triennium fermè lauacri regeneratione mundatum, lecto-

A rem ordinauit. Verùm, ſtimulante conſcientia, ne contentus eſſet laboribus ciuitatis, in ipſo iuuentutis flore, ſenſu planè integro, vicinos occupat montes, ibique congreſſus ſeni cuidam Syro, continentiæ in primis ſtudioſo, ſeſe illi ſocium dedit, imitatus vita continentiam, duritiámque propoſiti. Manſit autem apud illum annos quatuor, incentiua naturalis ardoris diuinarum literarum ſtudiis ſuperans. Vbi verò motus omnes iuuenilis ætatis non tam labore, quàm ratione ſuperauit, deſiderio deliteſcendi, ſolus remotiorem eremum petiit, illicq; ſpeluncæ incluſus biennium fermè peregit. Quo in tempore iugiter fermè ſine ſomno perſiſtens, ſcripturas ſanctas penitus edidicit, earúmque perpetua meditatione ignorantiam à ſe longè fugauit. B Verùm cùm toto biennio nunquam cubuiſſet, non nocte, non die, ſubiectas ventri partes omnino mortificat, frigore virtutes renum feriente. Quod ille vbi animaduerteret, eccleſiaſticum rurſus occupat portum. Id autem diuina prouidentia factum ſcimus, quæ hunc ad eccleſię vtilitatem ab exercitatione immodica infirmitatis occaſionibus repellit, vt impeditus ægritudine ſpeluncis renunciare cogeretur. Hinc iam à Meletio Diaconus ordinatus, quinque annis venerandis miniſtrat altaribus. Sed cùm doctrinę illius gratia cunctis innotuiſſet, populique fideles vitæ illius continentia, veluti ſale, condirentur, Presbiter à ſanctæ memoriæ Flauiano Epiſcopo conſecratur inuitus licèt, ac multum renitens. Notatur id ex his libris, quos de ſacerdotio adhuc ſolitarius ſcripſit. C Permanſit autem bis ſenis annis in officio presbyterij, Antiochenam Eccleſiam vitę munditia illuſtrans, partim vndis ſpiritus recreans. Agebat Epiſcopi vices in prædicatione verbi Dei, omniúmq; corda mirabili facũdia, ſcripturarum dulcedine ornata, ad ſe rapiebat. Quàm multos, quàm pulchros, quàm neceſſarios, plenóſque vtilitatis tractatus ediderit, quis referre ſufficiat? Sed omitto iſta, tuóque, Theodore, iudicio examinanda relinquo. Neque enim ſunt, aut eſſe poſſunt obſcura, quæ ſcripſit. THEOD. Mirabilis planè gratia viri in docendo fuit, atque ex his quæ ad manus noſtras peruenire potuerunt, magna ipſius excellentia noſcitur. Sed perge quæſo, ſeriémque narrationis exequere. PAL. Dum hæc agerentur, & Chriſto gubernante, proſpero curſu cuncta ſuccederent, D moritur Beatus Nectarius, Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopus. Hinc iam plerique ſponte cõcurrunt, Eccleſiæ præfici cupientes, viri planè non digni, ſacerdotalis quidem ordinis, ſed nihil habentes dignum ſacerdotio. Qui, dum meritis diffidunt ſuis, Pontificis ſolium electione fidelium deſperantes poſſe adipiſci, partim palatij obſeruant fores, alij munera potentibus tribuunt, alij populis genu poſito ſupplicãt. Ad hæc plebs fidelis indignans, regem pia intentione ſollicitat, paſtorem peritum ſibi dari ſuppliciter poſtulans. Agebat in rebus Eutropius ſpado, præfectus cubiculi regij. Cupiens igitur Ioannem Præſulẽ fieri, cuius illi virtus erat notiſſima, cuiúſque tunc periculum fecerat, cùm in cauſa regia interiora penetraſſet orientis, ſuadet Imperatori, ſcribat vt ad Antiochię Comitem, mandans, vt abſque ſtrepitu vllo & perturbatione Antiochenæ ciuitatis mitteret Ioannem. Acceptis litteris, Comes mandatum ita exequitur. Rogat Ioannem, vt ſecum extra vrbem pergat vſque ad Martyria, prope portam, quæ Romana appellatur, impoſitúmque rhedæ publicæ, miſſo eunucho vnà, & magiſtro militum, tradit. Adductus hoc modo, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus. Initio igitur Theophilus, Alexandrinus Epiſcopus, ipſius conſtantiam, irreprehenſibilémque fiduciam intuens, ordinationem eius impedire conatus eſt. Ex ipſo quippe aſpectu callet interiorem hominis voluntatem, ſententiámque dignoſcere. TH. Suſtine quæſo, pater, B dum te interrogo. PALLAD. Tu verò interroga quæ vis. THEOD. Et ſi eiuſmodi Theophilus eſt, tantóque viget acumine, quomodo non præuidit fore, vt, pulſo illo, orbem perturbaret vniuerſum? PALLAD. Non iſtuc mirare fili. Nam & Dæmones, cùm aduentum Chriſti non ignoraſſent, neſcierunt tamen futurum, vt vnà credentium illi inſufflatione ligarentur. THEOD. Vbinam illi Saluatoris aduentum cognouerunt? PALLAD. Cùm clamarent, Scimus te, quis es, Sanctus Dei. Quid veniſti ante tempus torquere nos? Vides, vt illi præſcierunt, non modò quòd ſanctus, verùm etiam quòd iudex eſſet. Quid autem de dæmonibus loquar? Infelicia ſcorta ex ipſo oculorum motu pudicos agnoſcunt, ac fugiunt viros, non ſecus, atque infirmus oculus ſolis C iubar, & vultur vnguentum. Vnde verò peccantibus execrationi pietas eſt, ſi ipſam minimè nouerunt? Ita & Theophilus ex quo id quod erat, infirmis oculis ſuis gratum non inuenit in Ioannis aſpectu, coniectura, non veritate ſcientiæ, quod erat ſibi contrarium, comprehendit. THEOD. Mirificè reſpondiſti, Pater. Sed cur ille quæſo ordinationi reluctatus eſt? PALLAD. Mos ſibi fuit bonos ac ſenſatos viros non ordinare, ſed duntaxat, qui defectu aliquo inſignes eſſent, vt omnes veluti inſipientes obtineret. Maluit enim ſuperare ſtolidos, quàm ſapientibus accommodare aurem. A ſalutari tamen prouidentia, vellet, nollet, ſuperatus eſt. Ordinatus itaque Ioannes, paſtoris officiũ diligenter exequitur, rationali fiſtula exD perimẽtum ouiũ facere aggreſſus. Raro autem, ſed tamen neceſſariò virga correptionis vtens, ſermonem exacuit aduerſus fictam, non fraternam, vt eam appellant, ſed planè fœdam, atque inhoneſtam vitam eorum ſacerdotum, qui mulieres, quas ſubintroductas vocant, ſecum habere vellent. Aſſerens, comparatione mali, tolerabiliores eſſe lenones. Illi enim longè à medicinæ taberna ſeparati, ſeorſum habent, qui ſua ſponte infirmi eſſe delegerunt. Hi autem intra ſalutis officinam habitantes, ſanos ad morbum euocant. Hinc iam pars impia cleri eo preſſa morbo, eáque febre correpta, ægrè ferebat. Hac ergo peſte propalata & curata, orationis iacula intorquet contra iniuſtitiam, acrémque malorum cupiditatem euertit, ac deſtruit, vt iuſtitiæ ædificium conſtruat. Id quippe

Epiſcopi electio.

Lucæ. 4.

A ſapientis architecti proprium eſt, prius mendacij diruere molem, poſtea fundamentum iacere veritatis, ita & Propheta dicente: Conſtitui te ſuper gentes, & regna, vt euellas, & plantes, & deſtruas, & ædifices. (Hier. 1.) Illud quidem agricolæ, hoc autem congruit architecto. Ex hoc rurſus offenditur pars obſeruantium ſacculos. Poſt hæc victum quoque caſtigat cleri diligenter, orans, & exhortans, vt contenti ſtipendiis ſuis, nidores diuitum non ſequerentur, ne fumum huiuſce inſequentes libidinis flammæ traderentur, aſſentatorũ ac paraſitorum inſtituto viuentes. Hinc lurcones plurimi pulſati atque irritati authoribus calumniæ ſe coniungunt. Poſt hæc diſpenſatoris eccleſiaſtici ſcripta relegens, inutileſque eccleſiæ ſumptus deprehendens, amputari hos protinus iubet. Acceſſit & ad ſolennes Epiſcopi ſumptus inſpiciendos, B inueniénſque immodicam profuſionem, transferri hanc magnificentiam ad infirmorum ſolatia præcipit. Et cùm ſupereſſent pecuniæ, noua quoque infirmorum receptacula conſtruit præficiens his duos ex ſacerdotum numero religionis ſummæ viros, & medicos, & coquos, & miniſtros, qui ſine vxoribus eſſent, eis ad obſequium ſtatuens, vt aduentantes hoſpites, morbo deprehenſi, & eo maximè, qui Sacer appellatur, curarentur, & ob ipſum bonum, & pro gloria Redemptoris. (Noſodochio præfecti ſacerdotes.) Dehinc viduarum aduocat agmen, ſolertè explorans, quæ non rectè conuerſarentur inter illas, inueniénſque nonnullas carni deditas, admonebat, vt aut ieiuniis ſtuderent, balneiſque & exquiſitis abſtinerent veſtimentis: aut repetere maturatò con- C nubia, ne diuina lex & nomen Domini per illarum intemperantiam blaſphemaretur. Ad hæc fideles quoſque Laïcos hortabatur, vigiliis nocturnis in eccleſia inſiſtere, vxores autem horum domi manere, interdiu orantes, ideo quòd viris die ocium non eſſet. Hæc omnia quoſque negligentiores de clero contriſtabant, totis noctibus dormire conſuetos. Poſt hæc autem aduerſus diuites linguæ exacuens gladium, animi puſtulas ſcindere aggreditur, faſtum eos turgidum ponere admonens, & hominibus cæteris ſe exiſtimare pares, iuxta illud Apoſtoli ad Timotheum: Diuitibus huius ſeculi præcipe, non altum ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum. Dum hæc itaque geruntur, Eccleſia quotidie in melius proficiente, & ciuitate omni mirificè ad religionis ſtudium conuerſa, a- D nimabúſque fidelium pudicitia, & pſalmorum cantu exultantibus, non tulit bonorum inimicus Dæmon eos per Ioannis doctrinam eripi ſibi, quos dudum tenuerat captiuos, vt erant, qui Circo, & Arenæ, ac Theatro eatenus dediti omiſſa diaboli ſcena, ad Saluatoris currebant ouile, attracti amore dulcis

Cap. vi. fiſtulæ paſtoris eximij. Ex hoc iam mercenariorum, non planè paſtorum, animas occupat liuor, quos paſtoris induſtrij collatio reddebat obſcuros. Quam ideo vincere non valentes, quia profligatorem inuidiæ, Dominum non inuocabant, aduerſum Ioannem calumnias ſtruunt, ſermones ipſius quoſdam aſſumentes, & vt dictos in probrum Regi-

A næ, & quorundam de aula Regis, inuidioſè diuulgantes. Per id autem temporis contigit, vt Acacius Epiſcopus Beroæ adueniens honeſto, vt dicebat, careret diuerſorio. Qua ex re indignatus ira excandeſcebat, quaſi fuiſſet à Ioanne contemptus. Victus autem cogitationibus improbis, ex abundantia cordis, verbum plenum ſtultitiæ protulit, dignum ipſius animo, præſentibus quibuſdam Ioannis clericis, dicens: Ego ipſi ollam condio. Ex eo Seueriano coniunctus, & Antiocho, & Iſaac Syrulo circunforaneo, falſorum monachorum duci, qui tempus omne contriuerat in maledictis, linguam ſemper aduerſus Epiſcopos inſtruens, tractans quo pacto aduerſus Ioannem, imò contra Dominum Saluatorem, ſeſe armare queant. Mittunt primùm Antiochiam, adoleſcentiæ illius crimina ſtudioſè inquirentes. Vbi B autem defecerunt ſcrutãtes ſcrutationes, nihilq; inuenerunt, quo illius fucarent gloriam, Alexandriam ad Theophilum mittunt, cuius nouerant verſatile ingenium, ad huiuſmodi ſapienter viciſſim machinanda. Is poſtquam literas iuxta cor ſuum legit, oblatam ſibi malignandi materiam amplexus perlibenter, horrido ſilentio ſcrutabatur, inquirens occaſionem aliquam, vel leuem contra Ioannem. Theod. Cohibe pauliſper orationis impetum, Pater, vt antequam obliuio ſubrepat, eloquar tibi cauſam, quæ ex Alexandria ad nos vſque manauit. Aiunt enim quòd depoſitos à Theophilo clericos Ioãnes ad communionem ſuſceperit, ac per id illum contriſtauit, quod non oportuit fieri, ortáque ob id ſimultate, contra Ioannem ille inſur- C rexit. Pallad. Vt demus vera eſſe, quæ ſermo iactauit, éſtne Epiſcopi, malum malo curare? Et vbinam euangelicum illud eſt, quod ait; Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram? (Epheſ. 4.) Vbi item Apoſtolicum illud: Vince in bono malum? (Rom. 12.) Vbi Propheticum quoque elogium: Si reddidi retribuentibus mihi mala? (Pſal. 5.) Quanto erat rectius, coram religioſis Epiſcopis illum inſimulare, & ita verſare. Frater Ioannes, cur hoc, atque hoc feciſti? vt Ioannes reſpondere poſſet, ſe iſtud ignoraſſe. Theod. Verum dicis, ſi quid fuiſſet in illo bonæ voluntatis, & non, vt iræ ſuæ ſatisfaceret, obtenderet clericorum cauſam. Pallad. Per timorem Dei, qui timoribus cæteris dominatur, & præualet, non tibi aliter, quàm ſe habet res, de D his, quos modò memoraſti, clericis loquar. Iſidorus quidam Presbyter à beato Athanaſio, magno illo viro, ordinatus, octogeſimum agẽs ætatis annum, quem nouerunt Romanorum plurimi, Eccleſiaſticorum enim negociorum gratia ad hanc vrbem venit, dum eſſet peregrinorum Alexandriæ ſuſceptor: noſti & ipſe virum, quando cum Acacio profectus, Flauiani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis ſegregata fuerat, beati Euagrij gratia, qui multa certamina in laboribus Eccleſiaſticis pertulit. Huic itaq; Iſidoro vidua quędam ex principalibus ciuitatis mille aureos dedit, adiurans eũ ante altare venerandũ, coemptis vt veſtibus pauperculas Alexandriæ mulieres indueret, ignorante Theophilo, ne, ſi ſciret, acceptos

lapidibus emendis impenderet, quædam enim ædificandi rabies, Pharaonis inſtar, illum obſedit, minimè eccleſiæ neceſſaria. Verùm iſta miſſa facio: quòd autem de Iſidoro magis vrget, attende. Acceptam pecuniam Iſidorus pauperibus impēdit, ac viduis. Hoc comperto, Theophilus (nihil enim ipſum latebat ex his, quæ vbique aut gererentur, aut dicerentur, quòd haberet rerum atque operum exploratores, ne aliter dicam) Iſidorum aduocat perturbatus modicè, & , an ita ſe res habeat, ſciſcitatur. Nihil ille cunctatus, rei ſeriem pandit. Quod ille audiens, habitum mutat, & qui antè paululum modeſtus ac mitis interrogando videbatur, paulò poſt intumuit totus, Iſidori accepto reſponſo, effigiémque mutauit. Ac parumper ſe intra ſilentium continens, veluti canis clàm impetitus, poſt duos menſes cõgregatis Sacerdotibus, Iſidoróque præſente chartulam profert, hanc, inquiens, Iſidore, contra te accepi, iam decimus octauus annus euolutus eſt. Et quoniam occupatus fui, rem interim obliuioni tradideram. Nunc verò cùm alias requirerem chartas, inueni hanc de te chartulam diu latitantem. Quid ergo ad eam reſpondes? Continebat autem illa Sodomorum crimen. Ad hæc Iſidorus reſpondit, Theophilo: Concedamus verum eſſe, quòd & chartulam accepiſti, & memoria excidit, non fuit, qui libellum dedit, euocandus? Ad hæc Theophilus: At puer non aderat, nauigabat enim. Et Iſidorus: Non aderat tunc, vt dicis, Epiſcope. Poſt nauigationem non aderat? Secundo anno non aderat? non tertio? Et nunc, ſi adeſt, adſtare hominem iube. Theophilus cùm ipſa veritatis euidentia vinceretur, in diem alteram iudicium differt, deprecatúſque adoleſcentulum quendam, promiſſionibus multis ad accuſandum Iſidorum inſtruit, datis illi, vt aiunt, aureis quindecim. Ille hæc omnia retulit matri. Mater id minimè probauit, partim integritate iudicij, partim legum metu diſſuaſa. Cogitánſque, ne fortè calumniam paſſus Iſidorus ad Principem iudicem prouocaret, accedens omnem ſcenam pandit Iſidoro, aureos quoque illi oſtendens, quos à Theophili ſorore, mercedis nomine, contra inſontem accepiſſe dicebat. Quæ cùm ob alia plurima, tum ob hoc præcipuè dignas perſoluit pœnas, mortua, cùm illi mamillas medicus curandi cauſa ferro tentaret. Ad hæc Iſidorus manſit domi, Dominum deprecans. Adoleſcens verò, hinc leges metuens, inde Theophilum magis irritandum non ignorans, ad vtilem recurrit eccleſiæ murum, venerandáque apprehendit altaria. Ita Theophilus muto iudicio Iſidorum eccleſia eliminat, grauia illum deliquiſſe pronuncians, honeſtámque faciem iniuſtitiæ imponens. Ad hæc veritus Iſidorus, ne fortè grauiore indignatione concitatus, ſaluti quoque ſuæ Theophilus inſidiaretur (& iſta enim, vt aiunt, moliri conſueuit) curſu rapido contendit ad Nitriæ montem, repetens monaſticum ordinem, in quo iuuenis fuerat nutritus, ibíque intra cellulam reſidens orabat, patientiſſimum Dominum interpellans. Interea Theophilus ſibi conſcius, quàm indecenter egiſſet, incertámque victoriam ſuſpectam habens, litteras ad vicinos Epiſcopos mittit, mandans, quoſdam de monte ex primoribus abiici, atque interiore eremo monachos pelli. Qui vnà cum ſenioribus deſcendentes Alexandriam, orabant Theophilum, vt diceret, quam ob cauſam damnati abiectíque fuiſſent. Ille ſanguineos contorquens oculos, limis, & tauri in morem illos intendebat, aliquando tumenti ore, aliquando in pallorem verſo, interdum præ intemperata iracundia carneo, & pleniore, monſtri varij in morem inſaniens: Hammonij æqualis ſui ceruicibus torquem innectit ferreum propriis manibus, maxilláſque illius crebris ictibus pulſans, & intenſis digitis nares impetens, atque cruentans, ac voce fremebundus, & minitans, Hæretice, aiebat, anathematiza Origenem, cùm aduerſus Origenem nihil eſſet propoſitum, ſolúmque intercederet Iſidori odium. Huiuſmodi quippe furores qui ſunt, canum inſtar, cæca gignunt & opera, & verba. Sic itaque cruenti abſque reſponſo vllo ad ſuas reuerſi cellulas propoſitæ auſteritati vitæ inſiſtebant, ingenium exacuentes diſciplina, per quam ſalus proculdubio prouenit, eo ipſo minus illius veſaniam curantes, quòd nihil ſibi mali eſſent conſcij.

CAP. VII.

Non quieuit ſic quoque Theophilus, ſed vicinos Epiſcopos euocans, concilium conflat aduerſus monachos. Cúmque illos neque vocaſſet ad reſpondendum pro ſe, neque fuiſſet allocutus, tres ex illis viros præcipuos damnat, veritus ſimul contra multitudinem ferre ſentẽtiam, dogmatum peruerſitatem illis impingens. Quóſque antea ſæpe, pluſquàm Epiſcopos, honorauerat, vt magiſtros, vitæ merito, & doctrinæ, ætatíſque ratione, eos veritus non eſt appellare Magos, quòd Iſidoro affecti viderentur. Vbi verò illos monte fugauit, comparat homunculos quinque, nunquam in cœtu ſeniorum eremi viſos, qui (piget dicere) neque foribus Eccleſiæ præfici meruiſſent. Ex his vnum Epiſcopum ordinat, oppidulo cuidam, cùm ciuitas nulla ſupereſſet, Pontificem ſtatuens. Paſſim enim, & huiuſmodi nouitates præſumebat, ſeipſum. Moſen alium nominans, alium verò Presbyterum, reliquos tres Diaconos ordinat. Non enim erant Ægyptij, ſed variis ex locis aduenerant. Erat vnus ex eis Libycus, alius Alexandrinus, alius Pharanites: idcirco & facilè illius vanitati conſenſerunt. Eos monet aduerſus tres illos ſeniores libellos dare calumniæ, quos tamen ipſe texuerat. Hoc enim ſolum illi ex ſe intulerunt, quòd ſe ſubſcripſere. Poſt hæc ſumptis ab eis in conſpectu eccleſiæ libellis, ingreditur ad Auguſtalem, & contra illos ex perſona propria proponit accuſationem Ægyptiæ diœceſis Pontifex, qui & libellos calumniæ conſcripſerat, orátque, vt militari manu viri illi tota Ægypto pellerentur. Sumpto igitur milite, vnà & præcepto, multitudinem eorum coëgit, qui facilè contra dignitates inſurgerent, noctúq; repentè monaſteria inuadit, cùm ante pueros, qui ſecũ erant, vino multo perluiſſet. Ac primum quidem Dioſcorum ſanctũ illo-

rum fratrum montis Epiſcopum, throno deponi iubet, trahique à ſeruis Æthiopibus, & ipſis fermè necdum baptizatis, auferens parochiam, quam iam tunc ab aduentu CHRISTI Dioſcori ciuitas ſemper habuerat. Poſtea prædatur montem, parua quælibet monachorum pueris inter ſe partienda permittens. Expilatiſque cellulis, tres illos ſollicita indagatione perquirit, quos in puteum ſubmiſerant, imponẽtes ori putei cyathum. Non inuentis illis, incendit eorum cellulas ſtipula, vnà cum libris intus reconditis, ſingularis meriti, ac pretij, & puerulo vno, ſicut, qui viderunt, atteſtati ſunt, & ſacramentorum ſignis. Hunc igitur in modum irrationabili ſopita ira, Alexandriam rediit, fugæ locum ſanctis illis viris tribuens. Qui ſumptis continuò melotis ſuis in Palæſtinã concedentes, Æliam occupant. Secuti ſunt illos cum Presbyteris, ac Diaconis montis trecenti monachi, virtute præcipui: alij verò per varia loca diſperſi ſunt. Non tulit horum cõſilium tortuoſus Coluber. Mouet rurſus contra illos Theophili zelum. Qui ſuccẽſus iracundia, literas ad Palæſtinæ ſcribit Epiſcopos, dicens: Non oportebat quidem, vt præter ſententiam meam hos in veſtris vrbibus ſuſciperetis. Quia verò per ignorantiam feciſtis, ignoſco vobis. De cætero igitur curate ne ipſos, neq; in eccleſiaſticum, neque in priuatum aliquem locum admittatis, non modò dicens, verùm etiam præ timoris magnitudine Deum ſe eſſe putãs. Ingenti illi neceſſitate loca in dies mutare compulſi, tandem Regiam ad vrbẽ peruenerunt, in qua diuina manu ad curam indigentium Ioannes ordinatus Epiſcopus: procumbentéſque ad eius genua, orabant, vt opem ferret animabus calumniam paſſis, atque vaſtatis horum ſtudio, qui hoc potius, quàm benefacere, conſueuiſſent. Stetit Ioannes, vt vidit quinquaginta electorum hominum canitiem venerandam, ſacris ſudoribus infectam, compunctúſq; , iuxta Ioſeph, pro fraternitatis ſtudio in lachrymas ſoluitur, percontatus ab eis quiſnã aper de ſylua, aut ſingularis fera, huic fœcũdiſſimæ ac lætiſſimæ viti inuidiſſet. Ad hæc illi, Sede, inquiunt, Pater, nóſq; non vtcunque vulneratos Theophili Papæ veſania curare ſtude, ſi tamen valueris noſtrorum tumoribus vulnerum obducere cicatrices. Nam ſi ipſe quoque nos deſpicis, aut reuerentia, aut metu Theophili, iuxta Epiſcopos reliquos, nihil iam ſupereſt nobis, niſi vt profecti ad Imperatorem, ipſius opera peſſima ad iniuriam Eccleſiæ publicemus. Itaque ſi opinionis eccleſiaſticæ tibi cura eſt, perſuade illi, vt nobis permittat in Ægypto remorari. Nihil enim peccauimus, neque in Dei leges, neque in illũ ipſum. His Ioannes auditis, ratus facilè Theophili aduerſus illos iram in gratiam transferre poſſe, libenter hoc negotium ſumit. Admonénſque viros vt aduentus ſui cauſam ſilentio tegerent, donec ipſe ad Theophilum ſcriberet, & manſiones illis in Eccleſia, quæ Anaſtaſia dicitur, ad requiem tribuens, ipſe quidem neceſſaria victui non ſuppeditabat, ſed eis religioſæ mulieres miniſtrabant, ipſis quoque ex opere manuum neceſſitates ſuas ex parte ſupplentibus. Contigit etiam per idem tempus Theophili clericos in ea vrbe eſſe, ma-

A giſtratuum, qui ad Ægypti prouinciam mittendi erant, beneuolentiam Theophilo comparantes in eorum perniciem, qui illi aduerſati eſſent. His itaque Ioannes euocatis, interrogat, an pręſentes monachos noſſent. Illi verum teſtimonium perhibuere viris, dicentes, ſe & viros noſſe, & magnam illos iniuriam perpeſſos eſſe. Si placet, inquiunt, Domine, ſpiritualis communionis nondum illis cõſortium trade, ne Papam contriſtes: cæterùm in alijs omnia in eos officia humanitatis exerce. Id enim tibi Epiſcopo conuenit. Ita illos Ioannes ad communionem minimè admiſit. Scripſit autem Theophilo ſupplicans, & hanc ſibi, vt filio, ac fratri, poſtulãs gratiam, vt viros illos pacificè ad ſe reuocaret. Ad hæc Theophilus gratiam quidem Ioanni denegauit, miſitque quoſdam ad huiuſmodi certamina

B exercitatos, de quibus ſuperius diximus, libellos vt porrigerent, admonens quos more ſolito ipſe dictauerat, aptum quidem, & expreſſum mendacium continentes, variis calumniis opertum, & adumbratum. Et cùm non poſſet illorum vitæ derogare, facit, vt intra Palatium quaſi Magi digito notarentur. Monachi vbi aduerterunt ſe nihil profeciſſe, verùm & in maioris iræ præcipitium illum declinaſſe, pleroſque in dignitatibus conſtitutos adducunt ſecũ, omnéſque anathematizantes hæreſim, libellos Ioanni tradunt, in quibus viri iam tyrannidem notant, quibuſdam capitulis adiectis, quæ referre corã infirmioribus piget, & pudet, ne & ab ipſius fidei eos liminibus arceam. Mihi certè ea recitanti perfectior quidẽ fides fortaſſis haberetur.

C Rurſus & per ſeipſum, & per Epiſcopos alios Ioannes hortatur viros, vt ab huiuſmodi accuſatione deſiſterent, Theophilo iterum ſcribens, In tantum mœroris impulſi ſunt viri iſti, vt te, datis etiam libellis, accuſent. Iam, quid tibi videtur, reſcribe. Non enim me audiunt, vt hac intentione diſcedant. Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira, monachorum fratrẽ Dioſcorum Epiſcopum, qui in eccleſiaſticis rebus conſenuerat, ab ipſa Eccleſia prohibet, Epiſcopo Ioanni ita ſcribens.

ARBITROR te non ignorare, quid præcipiant Niceni cõcilij Canones, ſancientes, Epiſcopum non iudicare cauſam citra terminos ſuos. Si autem ignoras, diſce, & libellos contra me ſuſcipere deſine. Nam & ſi iu-

D dicari me opus ſit, ab Ægyptijs magis, quàm abs te id fieri oportet, qui ſeptuaginta quinque dierum itinere à nobis ſeparatus es. Accepta Ioannes Epiſtola, & lecta, eam quidem ſeruauit ſibi: Monachis verò vtriuſque partis ea dixit, quæ ad pacem ſunt. Audientes vtræque partes exaſperatæ ſunt: illa quidem, quod quaſi vi tyrannidis preſſa videretur: hæc autem quòd abſque Theophilo pacem inire non præſumerent, cuius iuſſu libellos dederant calumniæ plenos. Ita Ioannes eos allocutus ab ſe dimiſit, atque ab animo amouit ſuo. Profecti dehinc monachi partis violatæ, libellos multorum verſuum ſcribunt, monachos quidem accuſantes calumniæ: Theophilo verò impingentes, ne aliter dicam, quæ Theophili erant, talia, & tanta, qualia, & quanta quiſque nouit. Auguſtiſque primùm

CAP. VIII.

congreſſi,

congreſſi, Reginam deinde adeunt in Eccleſia ſancti Ioannis, orantes, vt aduerſantium monachorum libelli contra ſe apud Præfectos vrbis examinerentur, tum vt Theophilus, vel inuitus adductus, Ioannis iudicio ſubiiceretur, tum demum, vt Theophili monachi, aut probarent crimina, quæ ſanctis ſenioribus obiecerant, aut pœnæ talionis ſubderentur. Sic itaque Alexandriam Elaphius, qui modò eſt, à Principibus mittitur, vt Theophilum ducat. Sententiam reliquam Præfecti exequuntur. Cùm verò ventilaretur cauſa, reis deprehenſis, inſtabant leges, gladium ad vindictam exerentes. Infœlices autem illi metuentes, omnia in Theophilum referunt, qui illos subornaſſet, libellóſque calumniæ dictaſſet. Ita rationis ordo illos carceri mancipat, vſque ad Theophili aduentum reſeruandos. Ex his alij moriuntur in cuſtodia, diutius remorante Theophilo: alij poſt ipſius aduentum (pecuniis enim iudicum ſeueritatem emollierat) Proconeſſum ire in exilium iuſſi. Ita calumniæ rei à legibus damnati ſunt. Appulit vel ſecundo Theophilus aſtans veluti Thebanus fimo oneratus eis, quos ex Ægypto, & India ipſa conduxerat, & pro fœtida inuidia flagrantiam ſpirans, Conſtantinopolim ingreditur ſexta hora quinta Sabbati, à nautico detentans agmine, fœdam referens gloriam, de qua dicit Apoſtolus, Quorum gloria in confuſione eorum ſubinferens, qui terrena ſapiunt. (Phil. 3.) Hoſpitatúrque non in tabernaculis iuſtorum, Eccleſiæ fugitans, oblitúſque Dauidici illius, Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. (Psal. 83.) Sed profectò arcebat hunc Eccleſia conſcientia crudelis. Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neque Epiſcopo Ioanni congreſſus eſt, vt ſolent Epiſcopi, neq; omnino propinquauit Eccleſiæ, ſed perſtitit certans nocte, atque die, nouúmque odium veteri copulans, vt Epiſcopum Ioannem non modò Eccleſia pelleret, ſed vita ipſa quoque priuaret, partim profuſione auri contra veritatem ſuperſtitionem potentium redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos quoſque ſub iugum mittens, partim aſſentatione, & ſpe maioris dignitatis fallaces ex clericis quoſlibet inducens. Hos igitur omnes abſque funiculo voluptatibus vinciens, veluti planus quiſpiam Dæmon, animarum excantato iudicio, ad ſcenæ miniſterium perſonam Dæmoniacam inquirebat, quam etiam eſt aſſecutus. Pulſi à Ioanne fuerant duo, & pro ſceleribus ſuis ſeparati ab Eccleſia. Horum ille abuſus leuitate, hortatur, vt aduerſus Ioannem libellos darent, pollicitus eos reſtituere in miniſterij ſui locum, (Erant autem hęc illorum ſcelera, alterius quidem homicidium, alterius verò adulterium) quod & fecit. Eos enim poſt Ioannis exilium locis reſtituit ſuis, datis ſcilicet libellis, quos ipſe ille dictauerat, nihil veri continentes, præter id ſolum, quod monere ille conſueuerat, vt poſt communionem, aut aquam, aut paſtillum deguſtarent, ne contra voluntatem vnà cum ſaliua, ſiue pituita, quicquam ſacramenti excrea-

A rent, ipſe prius id faciens, religionémque piè ſentientibus augens. Cùm verò libellos ſuſcepiſſet, conuerſatur apud Eugraphiam vnà cum Seueriano, & Antiocho, & Acacio, ac reliquis Ioanni propter eius caſtiſſima monita infenſis. Mos enim erat illi, iuxta Paulum, publicè, & per domos honeſtatem edocere, & eas huiuſmodi maximè verborum caſtigatione compeſcere, quæ cùm iam anus per ætatem eſſent, iuuenes tamen apparere vellent. Quid inquiens cogitis corpus rurſum iuueneſcere, cincinnos in fronte ferentes, inſtar meretricum, ad deceptionem intuentium, & congredientium vobis, idque cùm ſitis viduæ? Congregati autem requirebát, quo pacto iudicium inchoarent. Vnus verò ex aſſiſtentibus monuit, porrectis vt libellis Impe-

B ratori, ipſum etiam inuitum ad concilium traherent. Factum eſt igitur hoc, ſicuti ſub Iudæis quondam, auro illis per omnia ſuffragante. Eramus cum Ioanne quadraginta Epiſcopi, tunc in Epiſcopatus triclinio ſedentes, admirantéſque quomodo, qui ſolus venire iuſſus erat, ac pro nefariis reſpondere criminibus, tot ſociatus Epiſcopis venerat, quo item modo ſententias Principum immutarat, & complures de clero peruerterat. Sic autem ſermocinantibus nobis, afflatus Spiritu ſancto Ioannes repente omnibus ait, Orate fratres, ac, ſi quidem diligitis Chriſtum, mei gratia ſuam nullus Eccleſiam deſerat. Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, iuxta ſententiam Pauli. Multas, vt video, preſſuras primum patiar, (2.Tim.4.)

C atque ita demum excedam è vita. Scio enim verſutiam Sathanæ, quod iam non ferat ſe meis quotidie ſermonibus laceſſiri. Atque ita demum mihi præſtate miſerationis affectum, vt in orationibus veſtris memineritis mei. Mœrore igitur ineffabili detenti, alij quidem effundebamus maximam vim lachrymarum: alij verò concilio egrediebantur, oculos eius, ſacrúmque caput, vnà & os illud precioſum ac beatiſſimum exoſculantes, neque ſe à fletu & ſingultibus continere valentes. Hortatus redire ad conſeſſum, huc atque illuc vagantes in morem apum, circùm alueare crebro murmure perſtrepentium, Sedete, inquit, Fratres, & flere deſinite, ne me amplius affligatis: mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. (Phil. 1.) (Iam enim fama vulgauerat, ob

D fiduciæ illius magnitudinem, capite truncandum eſſe) Et, ſi tenetis, ait, memoria, reminiſcimini quomodo ſemper dixerim vobis: Via eſt vita præſens, cuius & triſtia, & læta pertranſeunt. Nundinæ ſunt, quæ cernimus omnia, Vendidimus, emimus, modò diuertimus. Num Patriarchis meliores ſumus? Prophetíſque, & Apoſtolis antecellimus, vt immortalis hic nobis permaneat vita? Ad hæc ingemiſcés quidam ex præſentibus dixit: At vices lugemus noſtras, noſtrámque deſolationem, qui pupilli relinquimur, Eccleſiæ viduitatem, confuſionem legum, ambitionem non timentium Dominum, & gubernaculis Eccleſiæ ... importunè ingerentium, deſtitutos pauperes, deſertámque doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ manus læuæ nodum ſæpius pulſans (conſueuerat enim

vir Dei, inter animi cúras, atque æſtus hoc facere) ita ſe alloquenti ait: Sufficit frater, noli plura proſequi. Verùm, vt dixi, veſtras Eccleſias non dimittatis. Neque enim à me doctrina Chriſti cœpit initium, neque item in me deſitura eſt. Nónne Moſes mortuus eſt? nunquid Ieſus inuentus poſt illum non eſt? Nónne Samuel obiit? nónne Dauid vnctus eſt? Exceſſit vita Hieremias? nónne reliquit Baruch? Aſſumptus eſt Helias? nónne prophetauit Heliſæus? Capite cæſus eſt Paulus? nónne poſt ſe dimiſit Timotheum, Titum, Apollo, & innumeros alios? His dictis, Eulyſius Apamiæ Bithyniæ Epiſcopus ait, Neceſſariò ſi Eccleſias tenuerimus, communicare cogemur, atque ſubſcribere. Ad hæc ſanctus Ioannes, communicate quidem ait, ne ſcindatis Eccleſiam, verùm nolite ſubſcribere. Nihil enim mihi conſcius ſum, propter quod deponi, aut deiici merear. Cùm inter eos iſta referuntur, nuntiati ſunt aſtare pro foribus hi, quos Theophilus miſerat. Iubet eos protinus ingredi: ingreſſis, cuius nam eſſent gradus, interrogat. Epiſcopos eſſe vbi didicit, orat, vt ſedentes, quam ob cauſam aduenerint, dicant. Illi autem, breue tantum habemus, inquiunt. Iubere illud legi. Quod ille vbi annuit, mandant Theophili puero vt legeret, & legit. Erat autem hic textus: Sancta Synodus ad quercum congregata (erat autem locus trans mare ſic vocatus, Ruffini ſuburbium, in quo illi conuenerant) Ioanni, neque addentes, id quod profectò erat, Epiſcopo (Solet enim fermè obcæcatus animus non ritè aſpicere, ſed ea volucre, & conſpicari, quæ paſſio dictat) Libellos contra te accepimus mala continentes innumera. Occurre igitur, Serapionem, & Tigrim Presbyteros aſſumens tecum, eſt enim illis opus. Erant autem qui miſſi ſunt ad eum Dioſcorus, & Paulus, & Libya, iuuenes admodum. Poſtquam lecta eſt pagina, contradicunt hi, qui cum Ioanne erant, Epiſcopi, ita Theophilo per Epiſcopos tres, Lupicinum, Demetrium, & Eulyſium, & Presbyteros duos, Germanum, & Seuerum reſcribentes: Noli Eccleſiæ negocia ſoluere, noli confundere ordinem, & ne ſcindas Eccleſiam, propter quam Chriſtus deſcendit ad terras. Quod ſi impatiens ſoluis Niceni concilij canones, cauſáſque citra terminos tuos cognoſcere vis, ipſe ad nos tranſi in bene inſtitutam ciuitatem, neque inſtar Cain Abel in campum prouoces, vt nos te primùm audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum ſeptuaginta, apertas, atque nefarias actiones continentes. Pluréſque per Dei gratiam ſumus, quàm ſynodus tua, congregati, non ad euerſionem Eccleſiæ, ſed pacem. Nam tua quidem ſynodus triginta & ſex habet Epiſcopos ex vna prouincia, nos autem quadraginta ſumus ex prouinciis variis, in quibus & ſeptem ſunt Metropolitæ, & neceſſariò conuenit pauciores à pluribus ac præſtantioribus ſecundùm canones iudicari. Habemus enim & epiſtolam tuam, per quam admones coëpiſcopum noſtrum Ioannem, nec oportere citra terminos ſuos Epiſcopum iudi-

A care. Quocirca eccleſiaſticis obtemperans legibus, accuſatores tuos ora, vt à tua accuſatione deſiſtant. Ad hæc motus Ioannes, Epiſcopis ſuis ait, Vos quidem, quod videtur vobis, ſcribite: me autem conuenit ad ea, quæ mihi ſunt ſcripta, reſcribere. Sic itaque Theophilo mandauit, dicens: Ego, an aliquis dicere contra me quippiam poſſit, hactenus neſcio. Porrò ſi quis propoſuit contra me, vultíſque veniam, manifeſtos inimicos meos, quos mihi negligentia ſua fecit infeſtos, conuentu veſtro primum abiicite: neque iam de loco contendam, vbi me oporteat iudicari, & ſi id maximè in ciuitate fieri oportuit. Sunt autem, quos, vt ſuſpectos, renuo, Theophilus, quem & in Alexandria, & Lycia dixiſſe
B certum eſt, In comitatum proficiſcor, vt Ioannem deponam. Id ex eo verum probatur, quòd adueniens, neque congreſſus eſt mihi, neque communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus eſt, quid poſt iudicium facturus putatur? Acacium itidem abiici poſtulo, qui dixit, Ego ipſi ollam condio. Quid autem de Seueriano, & Antiocho dicam, quorum facinora ſeculi quoque theatra canunt? Itaque ſi me reuera venire vultis, hos quatuor, ſi quidem iudices ſunt, conſilio pellite; ſin autem accuſatores, eos ad iudicium ſiſtite, vt ſciam, quo mihi ordine certandum ſit: vtrum quaſi contra aduerſarios, an aduerſus iudices ſtandum: omninóque non ſolum ad charitatem veſtram, verùm & ad omnem quoque vniuerſalem Synodum venire paratus
C ſum. Scitote igitur, quòd ſi millies miſeritis ad me, nullum aliud reſponſum à me reportabitis. Illis exeuntibus, notarius edictum habens Regium, per quod iuxta illorum poſtulata inuiti traherentur ad iudicium, ueſtigio ingreſſus vrgebat. Vbi notario reſponſum fuerat, nunciantur duo Ioannis Presbyteri, Eugenius quidam, qui factionis contra Epiſcopum Ioannem mercedem accepit Heradiæ Epiſcopatum, & Iſaac monachus, ne aliter dicam, ita nunciantes. Mandat tibi Synodus, vt tranſeas ad nos reſponſurus ad crimina. Contrà verò Ioannes per Epiſcopos alios ita reſpondit. Quánam, oro, conſequentia, quo ordine iudicatis, qui neque inimicos meos vultis abiicere, & me per Clericos meos acce-
D ſitis. Ad hæc illi, Epiſcopis captis, alterum cæciderunt, alium conſciderunt, alteri ferrum collo impoſuerunt, quod Sancto viro præparauerant, vt ita iniectus in nauim, ad loca mitteretur ignota, Dæmone illos, leonum inſtar, in ferociam excitante. Comperta illorum immani impudentia, Sanctus ſeipſum cohibuit. Fortiſſimi autem illi viri, contextis commẽtariolis, quæ aranearum telis infirmiora ad probationẽ erant, contra Sanctum ſententiam proferunt, cuius neq; faciem viderant, neque audierant vocem, die conficientes nequitiam, quam longè antè texuerant. Neque enim cohiberi poteſt diabolicus impetus, conſilij ſemper, ac morarum impatiens. Miſsáque relatio eſt ad Imperatorem ita exordiens. Quoniam accuſatus Ioannes quorundam criminum, conſciúſque ad ea di-

luenda occurrere noluit, huiuſmodi verò deponunt leges, id quod & paſſus eſt: continent autem libelli & læſæ maieſtatis crimen, iubeat hunc pietas veſtra expelli, vel inuitum, daturum tanti criminis pœnas. Nobis enim iſta non licet inquirere. O infœliciſſimi, quæ ſentitis, & facitis, ea erubeſcitis facere. Non Deum planè, ſed homines reueremini, ſiue metuitis. Erat autem id crimen, maledictum in Reginam, quam, vt illi detulerunt, Iezabel appellauerat. Atque boni illi viri ferro cædi Sanctum videre cupientes, ita detulere. Deus autem & eorum penitus inſitam nequitiam patefecit, & Principum corda molliuit, ſicuti Danieli dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in manſuetudinem conuerſi, homines verò effrænati ſunt, non parentes Prophetæ. Corrupitque Deus eos, qui poſt naturam efferati erant, his contra naturam in manſuetudinem verſis. In hunc modum Ioannes Eccleſia pellitur, miſſo ad id Comite cum auxilio militum, non ſecus, quàm ad Barbaricum prælium. Pulſus autem agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. Media verò tranſierat dies, cùm motum quendam fieri in ſuburbio contigit. Perterriti ex hoc, Ioannem miſſo notario reuocant, & proprio paucis pòſt diebus reſtituunt ſolio. Ita Theophilus, cum Epiſcopis Ægyptiis, ſalutem fugæ committit ſuam: quærebat enim eum ciuitas marinis vndis immergere. Poſt duos iterum menſes, à plaga inflicta modicè reſpirantes, ſecundò aduerſus Ioannem fremunt, initiúmque probabile minimè inuenientes, Alexandriam ad huiuſmodi rerum peritiſſimum ſophiſtam mittũt, ita ſuggerentes, Aut iterum veni dux noſter aduerſus Ioannem futurus, aut ſi hoc populi cauſa vereris, modum nobis aliquem ſuggere, ex quo ſumamus initium. Acceptis Theophilus literis, ipſe quidem venire noluit, ſciens, quo pacto effugiſſet. Miſit autem tres illos Epiſcopos, Paulum, & Pœmenem, & alium nuper ordinatum, mittens vnà & canones quoſdam, ab Arrianis contra beatiſſimum Athanaſium factos, quibus vtentes, Ioanni calumnias ſtruerent, quòd poſt depoſitionem ſuam ſine epiſcopali decreto redire auſus eſſet. Eſt enim ille natura feruidus, & temerarius, & audax, ac ſupra modum contentioſus. Nihil eſt autem, ad quod non citius debito feratur: & dum ſibi viſum fuerit, neque iudicium, neque concilium ſuſtinet: irrationabilique vtens motu, id agere inordinatè ſatis pergit: ac decretæ ſententiæ firmiter nitens, omnibus, qui ſe opponere voluerint, conſtanter & contentioſè reluctatur, id in primis ſtudens, vt iudicium ſuum, atque ſententia vincat ſemper, ac ſuperet. Faciunt illi, quod admoniti fuerant, illius conſuetudinem non ignorantes, accerſitiſque ex Syria, & Cappadocia, & Ponto, ac Phrygia Metropolitis, & Epiſcopis omnibus Conſtantinopolin conuenere. Aduenientes autem, iuxta canonis ſeriem, Ioanni communicarunt, ne eadem, quæ prius, incurrerent. Ea re comperta Principes ægrè tulerunt. Et Theodorus quidem Tyaneus Epiſcopus, vir ſummæ grauitatis, vbi ex his quæ venerant ad aures eius, quid ageretur, aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus, ad ſuam remeauit Eccleſiam, vale faciens comitatui, ſuámque prouinciam vallans pietatis muro, & ad finem vſque in communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur, & dicit, Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mun- [Rom. 1.]
do. Farettius verò Cæſareæ, quæ Argeo adiacet, præſul, nimium formidans, non ſecus, atque infantes laruas, neque vrbe egreſſus ſua, per literas conſenſit aduerſariis, & quidem non vocatus in medium: imperitè omnino, quippe qui eſſet omnino ruſticus, ac ſtultus. Leontinus autem Ancyræ Galatiæ, Hammonio Laodiceæ adultæ adiunctus, adultam fecerunt Eccleſiam, non modò victi Principum minis, ſed contra ſpe munerum ſeducti regalium, in ſancta ſynodo ſententiam nequiſſimam vnà cum Acacio & Antiocho fuerunt, obtinere ſancientes Theophili indiſcretum iudicium, vt locus purgandi ſe Ioanni nullus omnino daretur, vigore ſcilicet canonum eorum, quos Theophilus miſerat, à quadraginta complicibus Arrij editos, atque ita continentes. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter iniuſtè, ſiue iuſtè depoſitus, ex ſe ipſo abſque ſynodo in Eccleſiam redierit, hic iam excuſationis non habeat locum, ſed omnino expellatur. Et iſta quidem regula, vt nequam, & à nequiſſimis edita, in Sardicenſi concilio à Romanis, & Italis, Illyricíſque, & Macedonibus, & Græcis, vt ipſe melius noſti, optime Theodore, eliminata eſt, quando Liberius, aut Iulius ſub Conſtantis imperio Athanaſium, & Marcellum Galatam admiſit ad communionem, quorum gratia etiam canon ille fuerat editus. Et duo illi quidem, Ammonius, ac Leontius coniuncti Acacio, & Antiocho, & Cyrino Chalcedonenſi, ac Seueriano ingreſſi ad Regem dicebant, decem Epiſcopos ex parte Ioannis euocandos, erant enim plures quadraginta, pro canonum authoritate ſtatuenda: aliis aſſerentibus eos à Catholicis editos: aliis è contrà docentibus ab Arrianis fuiſſe compoſitos. Ingreſſus autem Elpidius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, vir vitæ merito, & canitie ipſa venerandus, vnà cum Tranquillo, ſuadebant Regi, non oportere Ioannem irrationabiliter eiici, neque enim prius depoſitus, ſed pulſus à Comite fuerat, neque à ſeipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuæ, notario ad hoc miſſo. Præterea, quos proferrent, Canones hæreticorum eſſe, quod apertis indiciis oſtendi poſſet. Cùm verò perſiſterent Ioannis aduerſarij indiſciplinatè contendere, & alij quidem clamoſa voce perſtreperent, alij verò improbis geſtibus, præſente Imperatore, tumido pectore, & ſpiritu turgido inſanire viderentur, modeſtè canonum ſcientiſſimus Elpidius, modico impetrato ſilentio, ſic Regem alloquitur. Non diutius manſuetudinem tuam vexemus Imperator, ſed iſtud fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius, & Antiochus, & cæteri ſe illorum eſſe fidei, qui

illos expoſuerunt canones, quos ipſi obtendunt, & ſoluta controuerſia eſt. Imperator, vbi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho: Nihil afferri vtilius poteſt. Erat autem in omnibus, quæ fiebant, Imperator innocens, aliis, quæ bene fuerant inſtituta, mutantibus. Anxij igitur, atque ancipites Seuerianus, & ſocij, & in ſeipſos, inſtar aquæ inconſtantis, remeantes, ad id quod fuerat prudenter obiectum, & ad Regis iudicium reſpondere nil poterant, facie tota in liuorem transeunte, loci tamen anguſtiis deprehenſi, inuiti licèt, ſe ſubſcribere pollicentur. Ita egreſſi promiſſionem quidem, vtpote inconſultè factam, implere detrectant, conuinci metuentes. Conſultabant autem, quonam modo Ioannes pelleretur. Dum hæc aguntur, & alij ſic, alij aliter ſentiunt, nouem, aut decem fluxere menſes, cùm epiſcopus Ioannes, adiunctis ſibi quadraginta duobus epiſcopis, ageret indies, quæ Dei ſunt, & populi magna cum iucunditate ipſius doctrina fruerentur. Solet enim animus à vanitate gloriæ remotus, inter caſus varios gratius, atque potentius Dei verba profundere.

Quadrageſima.

Interea aduenit quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis, inſtar veris, effloret. Ingreſſi rurſus Antiochus, & ſocij, ſeorſum ad Regem perſuadebant, vti Ioannem, quaſi conuictum, imminente paſcha, iuberet expelli. Imperator eorum improbitate fatigatus, veluti Epiſcopis credidit: qui enim veraciter aut Presbyter, aut Epiſcopus eſt, mendacium neſcit. Hæc quippe nomina de ſupernis deriuantur. Nihil enim Deo antiquius, nihil quod magis proſpiciat omnia. Deus enim eſt, cuius proſpectum nihil effugit. Itaque & Epiſcopus, & Presbyter, vt eſt nominum conſors, ita & operum eſſe ſocius debet. Mandat itaque Ioanni, vt Eccleſia exeat. Et Ioannes ita reſpondit: Ego à Deo ſaluatore noſtro hanc ſuſcepi Eccleſiam, vt ſalutem populi curem diligenter, neque illam deſerere poſſum. Quòd ſi fieri id omnino vis, quia ciuitas diſcutit à te, vi mecum age, vt excuſationem habeam, quòd authoritate tua pulſus, reliquerim ordinem meum. Ita cum quadam verecundia mittentes ex Palatio, depulerunt illum, mandantes, vt interim in Epiſcopatus habitatione moraretur, expectantes ſimul aliquod diuinæ indignationis iudicium, vt ſi quid illius aduerſariis, aut ſibi triſte contingeret, maturatò illum in Eccleſiam reducentes, Deum reconciliarent ſibi. Alioquin illi rurſus inſidiaretur, vt Pharao Moſi.

Magnum Sabbatū.

Inter hæc aduenit magni Sabbati dies, in qua crucifixus Saluator expoliauit infernum. Rurſus illi mandant, vt Eccleſia exeat, quibus ille iuxta reſpondit. Veritus itaque Rex diei ſanctitatem, & commotionem ciuitatis, aſcitos, Acacium, & Antiochum alloquitur, dicens: Quid facimus? Videte ne fortè non rectè conſulueritis. Tunc fortiſſimi illi, & nimium magnanimi dixerunt Regi: Super caput noſtrum ſit, Imperator, Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij, hi, qui cum Ioanne aderant, Epiſcopi, ſacri ieiunij numero æquales, Regem, & Reginam adeunt in Martyriis, orantes cum lachrymis, vt Chriſti Eccleſiæ parcerent, maximè propter imminens Paſcha, & eos qui regenerandi erant, iam plenè eruditos, eique redderent Sacerdotem. Sed auditi illi non ſunt, ita vt ſanctus Paulus Epiſcopus interritus, plenúſque fiducia Eudoxiæ diceret, Deum time, filiiſque tuis miſerere, neque ſanguinis effuſione ſanctam Chriſti violes ſolennitatem. Reuerſi autem Epiſcopi vigilias intra ſua diuerſoria celebrarunt, alij fundentes perpetuas lachrymas, alij dolore detenti, atque alij mente fermè in ſtuporem verſi, prout ſingulis paſſio dictabat. Ioannis nempe Presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Conſtantianum appellatur, coactis populis, vigilias inchoarunt, partim diuina eloquia legentes, partim eos, qui inſtructi erant in fide, baptizantes, vt eſt moris in Paſcha. Hæc ipſa Antiochus, Seuerianus, & Acacius, perditæ mentis homines, & antiqui ſeductores ſuis præceptoribus referunt, orantes, vt populi impedirentur, nec in eo loco fierent collectæ. Repulit eos, qui tunc erat, magiſter militum, & ait: Nox eſt, & turbæ multæ conuenerunt, ne quid impedimenti oriatur, cautè prouidendum eſt. Illi ad hæc reſpondent: Nemo in eccleſiis remanſit, veremúrque, ne ingreſſus eccleſiam Imperator, & neminem inueniens, aduertat populi ad Ioannem beneuolentiam, nóſque iam inuidiæ denotet, & fraudis accuſet, maximè cùm illi dixerimus, neminem omnino ſupereſſe, qui illum diligat, vtpote ſeductorem. Ita magiſter militum conteſtatus eis, quæ euentura erant, tradit illis Lucium quendam tribunum militum, Gentilem, vt dicebant, mandans, vt honeſtè pergens populum in Eccleſiam reuocaret. Profectus ille cùm minimè auditus eſſet, ad Acacium redit, vires, ac frequentiã populi nuncians. Poſt hæc illum ſuppliciter orant, aureis verbis deprecantes, & ſpe ac promiſſione maioris gradus prouocantes, vt impediret Domini gloriam, mandantes ei, vt vel oratione perſuaſos abduceret in eccleſiam populos, aut ira, & vi militum perturbaret, & collectæ tantæ celebritatis imponeret finẽ. Qui è veſtigio ſumptis ſecum partis Acacij clericis, ſecunda vigilia noctis pergit exequi, quod ei fuerat iniunctũ. Excubat enim populus in partibus noſtris ad primum vſq; galli cantum, ſecum habens nuper ad militiam electos dictis gladiis Thraces, inſtar Eſau, quadringẽtos, omnino impudentes, inſiliitque noctu, ſubitóq; vnà cum Acacij clericis, & militibus, in Dominicum gregem, veluti lupus, fulgente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimens. Cõceſſit autẽ intra Beatas Aquas, vt eos, qui initiabãtur, prohiberet: ac diacono quidem procaciter imminens, veneranda myſteria, quæ ille tenebat, manibus fudit. Presbyteros verò iam & ætate, & ordine, æqualéſq; ſuos fuſtibus in capite feriens, piſcinam cruore perfudit. Videre erat tunc illam Angelicam noctem, in qua etiam dæmones corruunt ſupplices, in labyrinthum fuiſſe conuerſam. Nudæ enim mulieres vnà cum viris fugæ ſe committebant, metu cæ-

dis, aut inhoneſtæ fœditatis fœdum hunc cur-
ſum amplectentes. Alius manu vulneratus abi-
bat plorans, alius virginem conſciſſam verberi-
bus trahebat. Omnes ad prædandum conuerſi,
ornamenta, & recõdita omnia ſibi applicabant.
Ita Presbyteri quidem, ac diaconi, qui fuiſſent
comprehenſi, in carcerem coniiciebantur, qui
autem ex populo alicuius erant dignitatis, vrbe
pellebantur. Edicta repetitis vicibus per loca
ponebantur, varias minas continentia, niſi quis
Ioãnis communionem abnegaſſet. Cùm tamen
iſta fierent, & plura etiam hi qui dicebantur E-
piſcopi, extrinſecus molirentur, collecta tamen
doctrinæ cœleſtis, imò diuinæ gratiæ ſtudioſis
non euacuabatur, ſed iuxta illud Exodi, Quantò
Exod. 1. illos occidebant, tantò plures fiebant. In craſti-
num autem egreſſus Imperator in adiacentem
campum exercitij gratia, vidit humum non ſa-
tã ad quintum fermè lapidẽ candore veſtitam.
Stupefactus ad ſpeciem, & gratiam floris nu-
perrimè baptizatorum, erãt enim ad tria millia,
ſatellites interrogat, quænã eſſet acies illic con-
currentium. Illi gratis mentiti, vt furorem Re-
gis excitarent, dicunt eſſe alterius ſectæ homi-
nes. Ea re cognita, authores negotij, & inuidiæ
præceptores atrociores quoſque ex ſequenti-
bus mittunt, vt auditores diſſiparent, docto-
réſque comprehenderent. Profecti illi rurſus
paucos ex clericis, plures ex laicis tenent.
THEODORVS. Quidnam eſſe dicimus, Pa-
ter beatiſſime, quod, cùm tam multi eſſent,
vt ad tria millia ſoli baptizati pertingerent,
pauciſſimi eos milites obtinerent, conuen-
túmque diſſoluerent? PALLADIVS. Iſtud
non paucitatis indicium, neque zeli nullius
argumentum, ſed copioſioris religionis, do-
ctorúmque diligentiæ certa probatio eſt, qui
ſententiæ firmitatem perpetuo ſtudio prædica-
tionis dirigunt, atque cuſtodiunt. THEO-
DORVS. Rectiſſimè omnino. Neque enim
decebat, vt, qui prudentiam & manſuetudi-
nem à ſancto Ioanne didiciſſent, inſipienter
ac perturbatè aliquid agerent. PALLADIVS.
CAP. X. Quandoquidem virorum te oblectat modeſtia,
quæſo ne interrumpas ſermones, quos peſſi-
ma facta genuerunt. Solent enim vt plurimum
à factis verba deriuari. Cum his igitur cleri-
cis, ac laicis, qui detenti fuere, comprehen-
ſæ ſunt & virorum nobilium coniuges. Qui-
buſdam ex his maphoria quoque abſtulerunt,
aliis inaures cum aurium ſummitate detraxere.
Ea re conſpecta, Eleutheri cuiuſdam vxor opu-
lentiſſima, pallio relicto, ancillæque habitu
aſſumpto, curſu ciuitatem ingreſſa eſt, vt pu-
dorem ſeruare inuiolatum poſſet. Erat enim
in flore ætatis formoſa nimium, & incredibi-
li decore veſtita. Hunc igitur in modum im-
pleti magiſtratuum ferè omniũ carceres in Ec-
cleſiæ faciem tranſiere. Et hymni quidem, &
oblationes myſteriorum in cuſtodiis ageban-
tur, flagra verò, & tormenta, & iuramenta
terribilia in eccleſiis reſonabant, cùm ad exe-
crationem Ioannis ſinguli impellerentur, qui
vſque ad mortem nequitiæ diaboli aduerſatus
obſtiterat. Completa verò quinquageſima,
poſt quintum diem ingreſſi Acacius, & Se-

A uerianus, Antiochúſque, & Cyrinus ad
Imperatorem, dicunt ei, Rex tu à Deo no-
bis datus es, nemini ſubditus, omnibus do-
minans, licet tibi, quodcunque vis, face-
re. Noli eſſe Presbyteris mitior, & Epiſco-
pis ſanctior. Diximus tibi, præſentibus omni-
bus. Super caput noſtrum ſit Ioannis depo-
ſitio. Noli igitur vni homini parcere in per-
niciem omnium noſtrum. Iudaicis ſanè & ver-
bis & rebus perſuadentes Regi. Miſſo itaque
Rex Patricio notario ſuo, iſta Ioanni man-
dat: Acacius, & Antiochus, & Seuerianus
atque Cyrinus, damnationem tuam ſuper ca-
put ſuum poſuerunt. Teipſum ergo commen-
dans Deo, eccleſia egredere. Ita Epiſcopus
Ioannes poſt apertam, nihilque adumbratam
B iuſſionem, Epiſcopio deſcendens, vnà cum
Epiſcopis, dixit omnibus. Venite, oremus,
& angulo eccleſiæ congrediamur, lætus qui-
dem de ſe, ſed de populi mœrore & afflictio-
ne ſubtriſtis. Protinus quidam ex primariis ci-
uitatis vir fidelis Ioanni ſignificat, quoniam
Lucius, vir audax, & facie impudens, para-
tus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis,
ſi fortè contradicas, aut differas, etiam inui-
tum trahere & expellere. Fit autem magna
in plebe commotio feſtina clàm egredi, ne
in tuum auxilium confluens populus, bellum
cum militibus conſerat. Tum verò Ioannes
oſculatus eum lachrymis ex Epiſcopis quoſ-
dam, cæteros enim oſculari non ſinebat in-
gens miſerationis affectus, orauit, reliquis,
C qui intus erant in ſacrario, dicens, Manere
hic interim, vt profectus modicum requieſcam.
Ingreſſus autem Baptiſterium, Olympiadem
vocat, quæ ab Eccleſia non diſcedebat, vnà
& Pentadiam, & Proculam diaconas, Silui-
námque Beati Hebridij coniugem, quæ vidui-
tatem ſuam præcipua virtute & honeſtate de-
corabat, dicitque eis, Venite huc filiæ, audi-
te me: quæ de me ſunt, vt video, finem ha-
bent: curſum meum conſummaui, neque vl-
trà fortè videbitis faciem meam, hoc vnum
rogo, hoc deprecor, ne qua ex vobis ſolitam
ad Eccleſiam beneuolentiam deferat, & qui-
cunque non ſponte fuerit ordinatus, neque id
vllo quæſierit ambitu, ſed de cõſenſu omnium,
ei caput veſtrum inclinare, vt Ioanni, per o-
D mnia. Non enim eſſe eccleſia ſine Epiſcopo po-
teſt. Atque ita miſeremini mei, vt in ora-
tionibus veſtris ſemper memineritis mei. Ad
hæc illæ profuſæ cum gemitu & eiulatu,
ante ſacra eius veſtigia volutabantur. Tunc
ille cuidam ex honeſtioribus presbyteris an-
nuens, tollite, inquit, eas hinc, ne mul-
titudinem perturbent. Sic ergo impeditæ
modicum, locum illi dedere abeundi. Ita
demum egreſſus eſt ad orientalem partem,
nihil enim apud illum occidentale erat: iumen-
tum, cui ſedere conſueuerat, ſtare ante occi-
dentalem portam iubens, vbi atrium erat, vt
ita abs ſe amoueret populos, ea ex parte pro-
fecturum præſtolãtes. Egreſſus eſt cum illo An-
gelus quoq; eccleſiæ, ipſius ſolitudinem non
ferens, quam principatus mali atque poteſtates
effecerant, theatri facie profectò rebus impo-

ſita. Erat enim theatri in morem clamor, & impiorum laſciuientium ſibilus, dum eos culparent omnes, & Iudæi ipſi, atque Gentiles exhorreſcerent. Nam veluti in carcere plagæ, illic ac viſcerum cruciatus à militibus inferebantur, deficientibus omnibus animæ viribus, tum ob magiſtri amiſſionem, tum ob blaſphemiam in Deum. Vbi enim peccatorum ſolet eſſe remiſſio, ibi ſanguinis erat effuſio. Poſt ineffabiles illas tenebras, immensámque caliginem flamma de medio throno, in quo Ioannes ſedere conſueuerat, & veluti medio in corpore poſitũ cor, eloquia Domini cæteris membris exponere, repente proſiliens, verbi Dei doctorem requirebat. Quem vbi non inuenit, ſedem totam depaſcebatur, ac ſpeciem arboris præ ſe ferens, & per catenas in ſublime ſe porrigens, ad te- B ctum vſque ſerpebat, atque viperæ in morem ventre exeſo in dorſa tectorum eccleſiæ ferebatur. Deo mercedem iniuſtitiæ iam hinc, veluti deſtinatam huius authoribus ſceleris pœnam reddente, ad eorum correptionem eſſe emendationem, qui ex huiuſmodi prodigiorum facie corripi neſciunt, neque ob id ſolum, verùm vt eſſet feralis illius ſynodi perpetuum monumentum. Nec mirum de eccleſia, cùm ſenatus quoque ipſius ſedem, è regione licèt eccleſiæ ſitam, multis tamen diſiunctam paſſibus, die media ignis ille, interiectam populi multitudinem, pontis inſtar, per medium innoxiè tranſiliens, attigerit, atque violauerit, non prius partem Eccleſiæ propinquam, ne huiuſmodi caſum propinquitati aſcribamus, ſed partem aulæ regiæ proximam, vt C miraculum diuinitus illatum per id ambigeret nemo. Vidiſſes inter duos ignium montes vulgus innocuum ad ſua miniſteria pertranſire. In hunc modum ignis ille circumuolans, & tanquam mare inundans, auſtrinis flatibus concitatum, veluti condicto quodam pergebat, adiacentia tecta demoliens, ſolique pepercit ædiculæ, in qua ſacrorum vaſorum multitudo fuerat condita, non auri & argenti materiam reueritus, ſed ne obtrectatoribus præberet mendacij locum, vt ſanctum inſimulare virum poſſent, quòd præcioſæ ſuppellectilis aliquid aſportaſſet: Ita ignis impetu in anteriora cohibito, retrò redire incœpit, eorum fermè inuidiam inquirens, qui id ſcelus admiſerant, ad inſaniam Theophili perpetuo dedecore notan- D dam, qui illum, ob aſportata precioſa quæque, eccleſia eiectum autumat. Nulla ignis illo impetu animæ amiſſio contigit, non hominum, non brutorum, cæterùm ſordes illic ſceleratè conuerſantium vis illa incendij diluebat, ab hora ſexta vſque ad nonam igne dominante: ita tribus horis tanti operis moles aſſumpta eſt. THEODORVS. His ita geſtis, vbínam quæſo te, Pater, Ioannes ſanctus remoratus eſt, aut Epiſcopi reliqui? PALLADIVS. Epiſcopi partim quidem incluſi tenebantur, partim trahebantur ad cuſtodias, partim etiam deliteſcebant. Ioannes autem vnà cum Cyriaco, & Eulyſio à præfecti militibus iuncti in Bithyniam ducebantur, non ſine comminatione ſupplicij, quòd eccleſia fuiſſet in-

A cenſa. Poſtea verò Cyriacus, & Eulyſius, cum reliquis clericis, vincti, adducti, atque innocentes comprobati, dimiſſi ſunt. Ioannes verò beatiſſimus ad reliquam fiduciam poſtremum hoc addidit conſtantiæ documentum, ſcribens illis in hunc modum: Et ſi in aliis locus pro me reſpondendi mihi datus non eſt, vel in facto eccleſiæ audiam, ſi quidem, vt dicitis, author incendij fui. Ne in hoc quidem auditus, à militibus in Armeniæ oppidum remotiſſimum ducitur, vt ab Iſauris, qui illud noctu & interdiu obſidebant, necaretur: Cucuſus id appellatur. Arſacius autem beati Nectarij frater Ioannis viri per omnia probati, diſertíque ſubſtituitur loco, homo, quem & piſces facundia, & † actu ranę ſuperarent. Inter- *Forte, cantu.* B dum enim & actio loquitur, maximè cùm bona & honeſta fuerit. Qui cùm anno vno, & duobus menſibus vixiſſet, mortuus eſt, ipſa Dei euangelia in fine vitę conteſtatus, ſe fratri Nectario ſub iureiurando fuiſſe pollicitum, nunquam in ordinationem Epiſcopatus admiſſurum, cùm illi exprobraret, quòd noluiſſet Tarſenſi eccleſię pręfici. Fuit illi periurij cauſa primùm quidem vanitas ſua, per quam deſpondebat ſibi, vt ſic dicam, vxorem fratris ſui. Deinde confuſio quoque, cùm frater ſuus hac de re quodammodo propheticè illum arguiſſet. Subſtituitur Arſacio Atticus presbyter, totius contra Ioannem machinationis architectus. Qui cùm animaduerteret orientalium ſibi Epiſcoporum communicare neminem, neque ipſius ciuitatis populum, C propter ea quæ adeò iniuſtè ac nefariè ad niſſa fuerant, agit diuinarum ſcripturarum imperitus, vt qui non communicarent, reſcriptis conuenti cogerentur. Habebat autem reſcriptũ aduerſum Epiſcopos huiuſce minas. Si quis Epiſcopo Theophilo, & Porphirio, & Attico non communicat, Eccleſia pellatur, & à ſuis facultatibus proiiciatur. Hinc iam alij plus æquorum grauati pondere inuiti quoque communicant. At verò pauperiores quique, & in fide ſana imbecilliores muneribus quibuſdam ad communicandum attrahunt. Qui verò genus, & patriam, & corruptibilem gloriam, corporúmque preſſuram contempſerunt, fuga ingenuitatem animi ſeruauere. Euangelicum illud crebra memoria repe- *Matt. 10.* D tentes: Si vos in vna ciuitate perſecuti fuerint, fugite in aliam. Et prouerbiorum illud ſibimet dicentes: Non proderunt ſubſtantię in die irę. Profecti autem ſunt alij quidem Ro- *Prou. 11.* mam, alij ad montes, alij in monaſteriis ſeruorum Dei à Iudaica iniquitate ſeruabantur. Continebat autem reſcriptum cõtra laicos, qui in dignitatibus erãt conſtituti, vt magiſtratu & dignitate omni priuarẽtur, milites, vt baltheum amitterent, populares, & artifices reliqui, perſoluto graui auri pondere, ſubiicerentur exilio. Verùm dum iſta geruntur, preces à fidelioribus quibuſq; ſub † cliuo, magna cum afflictione ſua *Forte, ſubdio.* quotidie fiebant, ſaluatoris ſtudio, & amore, qui dixit: Ego ſum via, & veritas: & rurſus: Confi- *Ioan. 14.* dite, ego vici mundum. Et Beatus quidem Ioan- *Ioan. 16.* nes Cucuſi remoratus annum vnum, plurimos

A Armeniæ pauperes pauerat, non tam frumen-
to, quàm verbo: per id enim temporis fames
valida totam illam prouinciam preſſerat, cùm
inuidia concitati interfectores fratrum illum in
Arabiſſum transferunt, variis iniuriis ſubiicien-
tes, vt cum vita etiam pellerent. Ibi rurſum
Matt. 5. maxima præferens virtutum indicia: non poteſt
enim abſcondi ciuitas ſuper montem conſtitu-
ta, neque lucerna clarè radians modio ligneo
contegi: excitauit veluti ex ignorantiæ ſomno
ad diuini ſermonis radium ex omni circum re-
gione eos, qui graui infidelitatis ſopore preſſi
erant. Hinc vehementiori liuoris flamma ſti-
mulati Seuerianus, & Porphyrius, & alij quidam
ex Syria epiſcopi, inde quoque illum transfe-
rendum curant. Grauis enim eis erat non modò
in his, quæ putantur felicitates: verùm multò
B magis in calamitatibus ipſis. Erant enim igna-
niter affecti erga tentationum naturam, diuini
ad Apoſtolum oraculi immemores, cùm in
preſſuris eſſet, Sufficit tibi gratia mea. Virtus e-
1. Cor. 12. nim mea in infirmitate perficitur. Inſpicientes
enim Antiochenam eccleſiam in Armeniam cõ-
migraſſe, & inde rurſus Antiochiæ Ioannis gra-
uiſſimam Philoſophiam prædicari, diſrumpe-
bantur, vitæque illos iam tædebat, huiuſmodi
rumoribus non ſecus quàm flagris, cruciatos.
Eſt enim ea inuidiæ natura, vt eos, quos inuaſe-
rit, ſemper exagitet. Eo miraculo perculſi pleri-
q; clerici aduerſæ factionis, aiebãt: Videte mor-
tuum terribilem, viuos, victoréſque pauefaci-
entem, non ſecus, ac paruulos laruæ deterrent.
Papæ, ſeculares poteſtates, eccleſiaſticáſque
C opes amicti, cum ipſa poteſtate ſua, & princi-
patu, ſacerdotem, ſolum, ciuitate priuatum,
infirmum carne, exulem, trepidantes, metum
pallore teſtantur. Non iam igitur ferentes ſce-
na occultari ſerpentem, ad exercitum mittunt,
reſcriptúmque aliud vehementius cũ adiectio-
ne pœnæ procurantes, transferri ſcilicet eum
intra loci cuiuſdam anguſtias, vnde non liceret
progredi, in Pytiuntem locum penitus deſer-
tum, extorrem agunt, ripę Pontici maris im-
minentem. Porrò milites pręfecti prætorij, qui
illum ducebant, maximè per viam vrgebant, id
ſe habere in mandatis apertè aſſerentes, maiori
ſe gradu promouendos, ſi per viam ille more-
retur. Atque vnus quidem ex ipſis, præſentis
militiæ negligens, nonnihil humanitatis in il-
D lum clàm oſtendebat, alius adeò infeſtus erat,
& atrox, vt blanditias, quæ ſibi ab occurrenti-
bus, vt ſancto parceret, fiebant, iniurias exiſti-
maret, id ſolum curans, vt Ioannes moreretur.
Denique cùm imber eſſet vehemens, adeò vt
dorſum ac pectus inundatio illa percelleret, ni-
hil curans egrediebatur. Ingentem rurſus ſolis
æſtum pro deliciis habebat, ſciens hoc affligi
ſancti viri caput, inſtar Eliſęi caluum. In vrbe
verò, aut caſtello, vbi lauacri eſſet vllum refri-
gerium, ne punctum quidem temporis remo-
rari infelix ille tolerabat. Cùm inter hæc omnia
trimeſtre tempus difficillimum illud conficiens
iter, ſanctus veluti ſydus radians perſtabat, cor-
puſculum habens, inſtar mali ſummis in ramis,
ſolis feruore rubicundum. Vbi verò Comanæ
propinquarunt, ipſam veluti pontem tranſeun-
tes, in templo quodam quinque aut ſex milli-
bus paſſuũ remoto manſerant. Ipſa nocte Mar-
tyr ipſius loci Baſiliſcus nomine, qui Nicome-
diæ ſub Maximiano paſſus, cum Luciano An-
tiochię presbytero fuerat, dum eſſet Contanen-
ſis epiſcopus, apparuit ei, dicens: Confide fra-
ter Ioannes: cras enim ſimul erimus. Aiunt
presbytero quoque eccleſiæ prius apparuiſſe
Martyrem, ac dixiſſe: Præpara Ioanni fratri lo-
cum: venturus eſt enim. Ille nihil de oraculo
dubitans, in craſtinum orabat milites, vt illic
vſque ad quintam horam permanerent: qui
minimè acquieſcentes, perurgebant. Profecti
verò quaſi ſtadia triginta, rurſum ad memora-
tum templum, vnde exierant, redierunt, ipſo
iam febribus laborante. Illuc vbi rediit, vitæ
ſuæ digna candida veſtimenta quæſiuit, exutúſ-
que prioribus, ea ſibi induit, omnibus vſque ad
calceamenta mutatis, reliqua præſentibus ipſe
diſtribuit, ſumptíſque cœleſtibus ſacramentis,
coram aſtantibus, extremam orationem fudit,
dicens more ſuo: Gloria ſit Deo, omnium cau-
ſa. Conſignánſque ſe in fine orationis, extendit
ſpecioſos illos pedes, qui cucurrerant in ſalutem
eorum, qui elegere pœnitentiam, & illorum
probrum, qui peccata abundè meſſuerunt. Quòd
ſi nihil malis probra profuere, hoc non imbe-
cillitas conſtantiſſimi viri, ſed illorum impudẽ-
tia fecit, qui ea tolerare noluerunt. Adiectus eſt
itaque ad patres ſuos, excuſſo puluere mortalis
vitæ, atque migrauit ad Chriſtum, ſicut ſcri-
ptum eſt. Venies autem in ſepulchrum tuum,
veluti frumentum maturum, quod ſuo tempo-
re metitur. Iniquorum autem animę immaturæ
morientur. Tanta verò multitudo virginum,
tantúmque monachorum, & honeſtioris vitæ
teſtimonio inſignium ex Syria, & Cilicia, &
Ponto, & Armenia agmen accurrit, vt puta-
rent plurimi, ex condicto eos adueniſſe. Ita ſe-
pultus, laudibúſque, veluti athleta victor, ho-
noratus eſt, corpuſculo vnà cum Baſiliſco in ea-
dem eccleſia condito. Ad hæc admirans Theo-
dorus, percontatus eſt, dicens. THEOD. Quo- Cap. xii.
niam ſcriptum eſt: Ne frauderis narratione ſe-
niorum. Et ipſi enim à patribus ſuis didicerunt,
impigrè nobis expone, quæ fuerit cauſa, vt co-
medere ſolus, vt eſt fama, ſit ſolitus. PALLAD.
Certum quidem eſt, ſolum edere ſolitum: ſed
ægrè fero, diligentiſſime Theodore, ea te roga-
re, quæ ſolent paruuli, ac ſtulti gulæ dediti. Vir
enim cùm ſis, virorum debes virtutes inquirere,
quo pacto eſſet interitus, de pecuniarum con-
temptu, de ſobrietate, manſuetudine, iuſtitia,
miſericordia, ſapientia, & fortitudine, & obli-
uione, vel memoria ipſius: eſca enim nos Deo
non commendat, neque ſi abſtineamus à cibo,
placere Deo poſſumus, niſi id cum pietate fa-
cimus. Ipſe autem ſolus edebat, vt ex parte no-
ui, ob iſtiuſmodi cauſas. Primò quidem ob ca-
lorem capitis abſtemius erat, niſi quòd in æſtu
eo, quod Diarhodon appellatur, vtebatur. Se-
cundò, quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia,
ſtomachus eius ordinem deſiderabat, adeò vt
ſæpius, quę fuerant parata, ingrata viderentur,
& quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde
plerunque cibi oblitus ad veſperam vſque ieiu-

nabat, partim occupatus eccleſiaſticis curis, A
partim ſpiritualibus intelligentiis abſtractus.
Contendebat enim, vt nihil eum ſacrarum lite-
tarum præteriret. Solet autẽ huiuſmodi cogi-
tatio aut inediam, aut leuem omnino refectio-
nem operari. Eſt præterea conſuetudo conui-
uis, niſi ſecum quis & ſudet, & vomat, & fœ-
do riſu cachinnet, ſummis digitis tepidum ca-
licem ferens, humanitatem ſuſceptionis, atque
communitatem in maledicta conuertere. Vt
autem totum, quod reor equidem verius, ex-
plicem, frugi erat nimium, deliciarúmque o-
mnino aduerſarius, ſacrilegium exiſtimans, ſi
quid in huiuſmodi impenderetur. Simul vt di-
ſpenſatoribus quoque furti occaſiones ampu-
taret, ne obſoniorum pretia in breuibus ſuis
multiplicantes, quæ erant in vſus pauperum B
deputata, ſibiipſis vindicarent. Præterea ciuita-
tis ingenia cogitans, conſiderabat oportere ſe,
vt Chriſti diſpenſatorem aut dignitates omnes
ex æquo honorare, aut ſe ſubiicere nemini. In-
ſpiciens autem diligenter, & menſæ tumultus,
& impenſarum magnitudinem, exhorruit rem.
Et vale dicens maledictis huiuſmodi, illud de
actibus apoſtolorum ſibi ipſi ſuccinebat: Viri
Act. 6 fratres, non licet nobis miniſtrare menſis, ſed
conſtituamus viros religioſos ad hunc vſum,
nos autem vacemus verbo, & orationi. Quem-
admodum enim equus ad certamen ſtadij ex-
ercitatus, cùm viribus deficit, ad molam con-
ſtituitur, infinitúmque peragit girum: ita &
doctor, quem piget de virtutibus diſputare,
ſolet menſæ commoda prætendere. Atque vti-
nam vel eſurientibus, & egenis impenderet, C
Matt. 25. ex quo illa Domini benedictio prouenit: Eſu-
riui, & ſatiaſtis me. At nunc ſolis diuitibus exhi-
bet, ſiue laudis, & gratiæ, ſiue inanis & mar-
ceſcentis gloriæ cauſa, ſiue vt ipſe ſimiliter ab
illis inuitetur, vel ſi nihil horum, metu certè,
ne maledictis impetatur. Non meminit infelix
exprobrationem illam Domini, qua dixit: Væ
Lucæ. 6. vobis, cùm bene vobis dixerint homines: non
dixit pauperes, ſed homines. Similiter enim fa-
ciebant prophetis Patres eorum. Non igitur
quæramus, Theodore, ſicut inanis gloriæ cu-
pidi, falſi prophetæ gloriam. Venit enim Ioan-
Lucæ. 7. nes, non manducans, neque bibens in via iuſti-
tiæ, & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius
hominis, manducans, & bibens, & dicunt:
Ecce homo vorax, & potator vini, amicus pu- D
blicanorum & peccatorum. THEOD. Non ſtu-
dio vituperandi continentiam huiuſmodi, mi
pater optime, hac percontatione vſus ſum.
Sciebam enim, & ex fama ipſa, & ex illius ſcri-
ptis, ſiue Homiliis, ſiue Epiſtolis, quæ ad nos
peruenire potuerunt, animam viri, ſed vt in-
tentione explorata, queam imitari tantum vi-
rum. Quis enim ita hebes ac ſtolidus ſit, quin
ſciat maius eſſe detrimentum menſæ quàm lu-
crum, niſi fortè, is vſus ſuſcipiendis hoſpitio
ſanctis exhibeatur? PALLAD. Iſtud & ego
dixi, ſtudioſiſſime Theodore, non præcipuam
hoſpitalitatis virtutem euacuare quærens. Eſt
Geneſ. 18. & 19. enim vna ex virtutibus reliquis maximè ad pie-
tatem pertinentibus, per quam & Patriarchæ,
alij quidem dominum Saluatorem ad menſam
ſuſceperunt, alij Angelos hoſpites habere me-
ruerunt, mercedémque tanti operis, alius in
ſenectute filium, alius liberationem ex Sodo-
mis vnà cum filiabus inuenerunt. De quibus & Heb. 13.
Apoſtolus ait, nos prouocans ad imitandum,
hoſpitalitatis gratiam nolite obliuiſci: per hãc
enim quidam dum neſciunt, Angelos hoſpitio
ſuſceperunt. Oportet autem hoſpitalem virum Mat. 10.
& prudentiam ſerpentis, & ſimplicitatem ha- Lucæ. 6.
bere columbæ, duobus ſcripturæ monitis ob-
temperantem. Et omni petenti te tribue, &
non omnem hominẽ inducas in domum tuam,
ne pro oue lupum ſuſcipiens, aut vrſum pro
boue, lucrum detrimento commutes. Debet
autem quiſque primò locum probare, in quo
poſitus eſt, deſertus ſit, an turbis frequens, de-
inde ingenium ſuum indagare diligentius, an
idoneus ſit alienos tolerare mores, túncque
dignoſcere cui bene faciendum eſt, diues ſit, an
pauper, infirmus, an ſanus, veſte egeat, an ci-
bo: in his enim ſolet miſericordia perfici. Nam
beatus Abraham non Conſules, non duces, nõ
primarios huius ſeculi viros ſuſcepit hoſpitio,
qui equis camo, aut fræno fulgentibus, pha-
leráſque ære inſignes & ſuperbiæ ſonitum pro-
cul edentes præferentibus vtuntur, ſed deſer-
tum inhabitans locum, tranſeuntes humani-
ter fouebat. Porrò qui deſerta pertranſeunt,
aut virtutis gratia Patriarchæ adibant ſedes,
aut adacti paupertate ſumma, & inopia. Eſt e-
nim inopia inter abundantiam & defectum
media: abundantiam diuitias, defectum pau-
pertatem intellige. Similiter & Lot, cùm dete-
riorem deſerto vrbem habitaret, rectè ſuſcipiẽ-
bat aduẽtantes hoſpites, propter improbos in-
habitantium mores. Enimuerò qui ciuitatem
optimis legibus inſtructam habitat, cuiuſmodi
Conſtantinopolis eſt, in qua omnes ferè hoſpi-
tales ſunt, ſi ſacerdos eſt, ſuperfluò ſatis verbi
relinquit miniſterium, vt obſoniorum compu-
tet ſumptus, ſéque imprudens cauponem pro
doctore arbitratur, cogitationibus, aquæ inſtar,
inſipidis, puram & meraciſſimam ſcientiam
abolens, prophetæque probro ſe ſubdens. Cau-
pones, qui miſcent vinum aquæ. Quantò enim
imbecillis vinum aqua præſtantius eſt, tantò Eſaiæ. 1.
eſt doctrina hoſpitalitate ſublimior. Illa enim
præſentibus tantum, hæc autem futuris quoque
vtilis eſt. Atque altera eos tantum, qui coram
ſunt, altera etiam abſentes emeretur, præſen-
tes quidem linguæ officio, abſentes verò literis
erudiens. Eiuſmodi fuit Saluator in carne, qui
panibus quinque hominum millia pauit, non Ioan. 6.
in ciuitate, ſed in eremo. Cúmque docuerit
præſentes lingua, ſaluauit orbẽ vniuerſum per
ſcripta Euangelia. Huiuſmodi quippe verba ſũt
eorum qui Spiritu ſancto pleni euaſere. Neque
mireris, Theodore, ſi quis eſurientem impleat
cibis, ſed ſi quis ex animo cuiuſquam ignoran-
tiam pellat. Nam qui ventrem pecuniæ vel pa-
nis munere, ſiue oleribus ſatiet, inuenitur faci-
le: qui autem enutriat verbo, rarò quidem in-
uenitur, inuento verò, aut non creditur, aut
difficile creditur, iniquis ſpiritibus animarum
ſaluti ſemper obſiſtentibus. Hanc verbi Dei,
& doctrinæ famem ſupplicij loco Deus inten-

Amos 9. ꝛ́t, dum per prophetam dicit: Inducam ſuper
eos famem, non famem panis, & aquæ, ſed famem audiendi verbum Dei. Et temporalis quidem famis incommoda mutatione loci euitare licet, afflictam fame ciuitatem aut regionem fugiendo, atque ad aliam ea lue immunẽ transeundo, exemplo ſanctorum Patriarcharum, qui de Palęſtina in Ægyptum deſcenderunt. At verò de fame animorum, quę non aliunde quàm ex defectu magiſtrorum demolitur Eccleſias, rurſus Propheta alius dicit. Circumibunt ab oriente vſque ad occidentem quærentes verbum Domini, & non inuenient. Quid enim boni ex doctrina non prodit? quid item incommodi ex ciborum & conuiuij improbitate non naſcitur? Morbi, rixæ, contumeliæ, & quæ ex ventre ſuffarcinato proueniunt cætera. Quando Eua
B
Geneſ. 3. paradiſo pulſa eſt? Nónne, cùm ad vocem ſerpentis comedit ex ligno, ſtatuto cibo minimè
Ibid. 4. contenta? Cain quando fratricidij ſcelus admiſit. Nónne, cùm primitias deguſtauit primus, gulæ ſuæ præcipua quæque cuſtodiens? Filij
Iob. 1. Iob quando menſam paratam inuenere ſepulchrum? Nónne, cùm manducarent, ac biberẽt? Quando Eſau benedictione priuatus eſt? Nón-
Geneſ. 25. ne, cùm deceptus lenticulæ amore ventri obſecutus eſt? Quando Saul excidit regno? Nón-
1. Reg. 15. ne cùm opimas oues, præter mandatum, voracitati ſeruauit ſuæ? Quando Iſraëliticus popu-
Exod. 16. lus irritauit Deum? Nónne, cùm Ægyptiam concupiuit menſam, carnes, & lebetes à duce ſui itineris poſtulans? Ofni, & Phinees filij E-
C
4. Reg. 11. li, quare morti traditi ſunt in bello vna hora? Nónne, quòd raperent forcipibus ſacrificij car-
Deut. 32. nes? Iacob ille execrabilis, quamobrem recalcitrauit? Nónne quoniam impletus, impinguatus, incraſſatus, ac dilatatus eſt? Quare Sodomitæ, præter naturam, in rabiem exceſſere li-
Gen. 18. bidinis? Nónne, quia perpetuis conuiuiis ſenſum perdiderunt? quorum Ezechiel contumelioſè meminit, dicens? In abundantia vini, & in ſatietate panis laſciuiebant ipſi, hoc eſt, ciuitas, & filię ipſius, id eſt, villæ ciuitatis iure & lege viuentes. Pudoris itẽ ratio quando à populo illo priſco defecit? Nónne cùm in ſtratis conſenuerunt? Propheta eis ita exprobrante: Qui
Amos 6 comedunt hœdos de gregibus, & vitulos de armento lacteolos, qui bibunt precioſum vinum, primis vnguentis delibuti, qui laſciuiunt in ſtratis ſuis, & nihil paſſi ſunt ſuper contritione Io-
D
ſeph. Quibus Eſaias item exprobrat? Nónne
Eſaiæ. 5. his, qui ad conuiuia manè ſurgebant? Væ, inquiens, qui manè ſurgitis, ebrietatem perſequentes vſque ad noctem. Vinum enim comburet eos: cum cithara enim & pſalterio vinũ bibunt, opera autem Domini non aſpiciunt.
Dan. 14. Quando ſacerdotes Belis à Daniele confuſi ſũt? Nónne, cùm ipſos eſſe arguit cinis, qui cibos potúſque conſumerent? Et quid me dicere o-
Matt. 7. pus eſt de his, qui latam viam incedere delegerunt, anguſtámque inſectantur maledictis? Sufficit mihi ad arguẽdos nidoris ſtudioſos Saluatoris ſermo, qui ſine nomine diuitem, quotidie ſplendidè epulantem in hac vita, oſtendit micas, & ſtillam pauperis Lazari cupiiſſe, &
Luc. 16. impetrare nequiuiſſe. Inſpiciamus autem &

A
cœtum antiquorum Patrum, & videamus, quo doctrinæ genere ſunt vſi: vitæne honeſtioris, rectique ſermonis, an conuiuiorum, & epularum ſecuti ſunt tramitem? Enoch primus fide tranſlatus eſt, an conuiuio? Noë quomodo humanum genus, cum orbis totus conuiuiis & immundis operibus fœdatus diluuij inundatione lauaretur, fide dignum ſeruauit, niſi ieiunio & perpetuis precibus? Nónne, vt paſtum ab hac tempeſtate vini hauſtu requieſceret, ignominiam illius, non gloriam ſcripturæ prædicant? Abraham ſanctus quinque reges fide ac iuſtitia, an verò cibo & potu ſuperauit, quando Loth, qui vinctus trahebatur, reuocauit? THEOD. Si Abraham adducis in medium, audi quid inferam. Dicet enim tibi quiſpiam, bellum quidẽ
B
illum fide ſuperaſſe, Deum verò menſæ gratia emeruiſſe, vt ipſe quoque paulò antè narraſti. PALLAD. Mirum profectò, quòd Abraham Dominum emeruerit menſa. Omnes igitur fide relicta, & virtutibus reliquis, conuiuia ſtudioſè ſectemur, cauponibus nullo meliores, aut ſtabulariis, qui ob hoc ipſum itinera publica, vt lucrentur, obſederunt. Et virgines item, quæ in laudem Dei & corpore, & ſpiritu ſanctę eſſe contendunt, quoniam Maria genuit Chriſtum, & ipſę gignere pergant. Quod ſi fecerint, nihil ab abiectiſſimis meretricibus different. Eadem enim eſt ratio, vt ſi quidem dolores Abrahæ exemplo menſas præparent, virgines quoque Mariæ gratia gignant. Sed abſit amantiſſime, vt quæ ſuo tempore bene vel ſunt facta, vel fiunt,
C
vituperemus. Nam profectò cuiuſque conſciẽtia ſibi quod expedit, dictat. Iacob præterea ille luctator, exercitatione, an conuiuio auunculi ſubſtantiam tulit? qui ait, Factus ſum ſolis aduſtus ardoribus, & gelu noctis: & diſcedebat ſomnus à me: qui nihil aliud, quàm panem & veſtitum in oratione poſcebat, dicens, Si dederis mihi panem ad edendum, & veſtimentũ, quo operiar, omne quodcunque dederis mihi, decimas offeram tibi: non ait menſis abſumam. Moſes ille Dei contemplator, fideliſque famulus, qua inſtructa menſa populum duxit ad mõtem? quos crateres? quæ pocula habuit? qui propter incredulitatem populi, petram virga percutiens, inde aquas elicuit? Qui ſexcenta hominum millia regebat, legiſque tabulas ad correptionẽ populi acceperat, phialáſne æreas,
D
membranáſque porcorum, & phaſidis auem, atque piſcem de pelago, vinúmque de Tyro pretioſum, & ſiligineos panes, his quos imbuebat, an ſalutis monita edebat? THEOD. At hoc in loco quiſpiam ita fortaſſis occurret, da mihi, inquiens, manna illud, & aquam, & nihil amplius quæram. PALLAD. Et quis adeò infelix ſit, vt ſpirituali doctrinæ manna viſibile præferat, fluxámque aquam? Samuel populi doctor, qui in Ramatha viginti quinque annos requieuerat, quem vnquam menſæ apparatu magis, quàm prædicatione auertit ab idolis. Quando item rex ille & Propheta, & Pſalmiſta
deliciis inſtruxit menſam? qui ait: Cinerem, Pſal. 101.
tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miſcebam. Helias ille Thesbites ieiunij vniuerſalis author, qui annos tres,

& menſes ſex gulæ deditos, vel inuitos aſſueſe- A
cit inediæ, quibus epulis peccato eripuit? Quos
item habuit coquos, cui corui victum neceſſa-
riũ miniſtrabant? Sapiens Daniel, & futurorum
inſpector, qua menſa erudiuit Aſſyrios? Nónne
ieiunio, & oratione draconem interemit,
& Bel deſtruxit, leonéſque frænauit, perſua-
ſitque regi, vt confeſſione veri Dei patrios ab-
negaret Deos? Quibus item epulis, quibúsve
deliciis vſus eſt, & reliquus Prophetarum &
Apoſtolorum chorus? Non erant illi magiſtri?
non orbis totius illis cura credita eſt? Nónne
iſtis ipſi ſuccedimus? Nónne iſtos imitari ex di-
uina inſtitutione nos conuenit, morum inhæ-
Heb.13. rendo veſtigiis, Paulo ita admonente: Quorum
intuentes conuerſationis exitum, imitamini fi-
dem. Quænam delicata cibaria habuit in eremo, B
pœnitentiæ præco Baptiſta Ioannes, qui ad ſe
venientibus non modò non parabat prandia,
verùm acri illos inuectione caſtigabat, neque
ſolum inquinatam ipſorum conſcientiam ſeue-
ritate quatiebat aſpectus, verùm ipſa quoque
habitus ſpecie, multóque magis verbo, quo
veluti gladio animarum ſecabat purulentiam.
Genimina viperarum, inquiens, quis oſtendit
vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus
dignos pœnitentiæ, neque ſoli baptiſmo, ge-
nerisque nobilitati confidatis. Quid autem gen-
tium doctor, qui circumciſionem ſoluit, vt fi-
dei ſtatueret gratiam, vas electionis Paulus? nũ
vacaſſe deprehenditur menſis, qui id maximè
omnium debuit, & incredulis gentibus prius
ſeſe inſinuaret officiis? Quid ille Timotheo ſcri-
bit Epiſcopo Epheſi? Vacáſne liberaliori men- C
ſæ, an verò lectioni, exhortationi, doctrinæ?
Quibus profectò in rebus impiger erat, vt con-
2.Tim.4 ſtans Ioannes beatiſſimus? Importunè, oppor-
tunè inſta, inquit, argue, increpa, obſecra.
Nemo autem obiiciat, cur duo aſpera, vnum
blandum, ipſúmque vix & cunctando poſue-
rit. Argue enim, & increpa, cùm ſint vehemé-
ter acria, ex eo quod additur obſecra, & non
blandire, nihil amiſere virium. Id quippe ſcitè
factum voluptati deditis, & laxè viuentibus a-
crius eſt eis quoque increpationibus, quæ gra-
uiores & moleſtiores eſſe putantur. Illic enim
fortaſſis indignatione quadam obſiſtens anima,
quæ in reprehentionem dicuntur, minimè ſen-
tit. Hic verò ſenſim atque paulatim modeſtis
veriſque ſermonibus, quaſi admoto lento quo-
dam igne, peruritur, atque diſcecatur. Quid
verò illum etiam admonens memorat, conui- D
uiáne, & epulas, an preſſurarum illa honeſtiſſi-
2.Tim 3 ma nomina? Tu verò, inquit, aſſecutus es meã
doctrinam & inſtitutum, quo pacto inſtituerim
omnia ad Dei gloriam facere, perſecutiones
pro reprehenſione ſcilicet erroris, num vſquam
menſæ fit mentio? Tito rurſus Cretenſi Epiſco-
po quid ſcribat, audiamus. Num de cibis & po-
tibus diſſerat, an de reprehenſionibus, & do-
Tit.1. ctrina. Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cre-
tæ, vt quæ deſunt, ſuppleas, perſuadeáſque il-
lis non aliter docere, neque attendere fabulis,
& genealogiis infinitis, reprehenſionum quo-
que adiiciens modum, Cretenſes, inquit, ſem-
per mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Di-
cant nobis ventris ſerui, gigantes menſarum,
prædonéſque mulierculárum, qui Ioannis con-
tinentiam culpant, vbínam inuenerint conui-
uium in laudem poni, etiam ſi euoluant vetus
totum, & nouum teſtamentum, niſi fortè fiat
de alienigenis ſermo, & hoc ad fœderandam
pacem lege cõuiuij, per quam feræ molliuntur,
ac barbari. Quando conuiuia peccati materia
non fuere? Quid autẽ dico peccati? ipſius quo-
que maioris idololatriæ, & parricidij cauſam
præſtitere, ſicut ſcriptũ eſt: Sedit populus man- Exod. 32.
ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: fuerat
autem ludus ab ebrietate profectus. Venite, in-
quiunt, faciamus Deos, qui nos præcedant. Qui
enim motum vini cauſa pertulerant, mobiles in-
quirebant Deos, eo dimiſſo, qui eſt immobilis,
& impleat omnia, nuſquam incedendo. Quid
autem dicit propheta? Labia Sacerdotis medi-
tabuntur conuiuia, quia cœnas & prandia re-
quirent ab eo. An labia Sacerdotis cuſtodient
ſcientiam, & legem ex ore eius requirent? quo- Malac.7.
niam Angelus Domini eſt, & non coquus. Et
turris illa in Chalane quando ædificata eſt, an-
tè vinum, an poſt vinum? Nónne poſt vini v-
ſum, quando Noë, plantata vinea, primus op-
probrium retulit? Si quidem non potus, aut
plantationis gratia, ſed deſideratione modi ine-
briatus eſt. Ioſeph quando venundatus à fratri-
bus eſt? Tunc ne, cùm oues ſtudioſè paſcebant,
an cùm opima quæque iugulantes, & comedé-
tes in ocio, inuidiam in conuiuio aduerſus illum
exacuerent? Baptiſtæ Ioannis caput in diſco v-
bínam dederunt meretriculæ? in ſapientiæ cœ-
tu, an in conuiuio iniquitatis? Beatus Paulus,
bibens & comedens vſque ad medium noctis
protendit ſermonem, an ieiunans, & docens,
& ignorantes Deum ad fidem ducens? Summus
ille paſtor, & doctorum, & ſapientium prin-
ceps Chriſtus Ieſus, humanorum depulſor er-
rorum, vbínam reperitur in ciuitate comedere,
niſi Paſcha, quod erat myſteriorum adimple-
tio? Quid autem ſollicitis diſcipulis ait? de ci-
bis, an de lectionibus mandare inuenitur? O-
peramini, inquiens, non pereuntem, ſed per-
manentem cibum. Dicat ergo cum Domino ſuo
& beatus Ioannes: Meum conuiuium eſt verbi
magiſterium, & diſtributio, ad aquam etiam
in populi ſalutem electus ſum. Eſca enim nos
non commendat Deo, neque ſi comedamus,
neque ſi non comedamus, placere illi poſſumus,
niſi id cum pietate faciamus. Eſt enim gentili-
um iſta conſuetudo, eos, quos volunt fallere,
menſis allicere, cùm verbo perſuadere non poſ-
ſunt, qui dicunt, Manducemus, & bibamus,
cras enim moriemur. In quos Apoſtolus vehe-
menter inuehitur, caſtigátque, dum dicit: No-
lite errare: corrumpunt bonos mores collo- 1.Cor.15.
quia mala: colloquia appellans mala verba, quę
in iſtiuſmodi conſumuntur. THEOD. Veraci- Cap. XIII.
ter tu quidem omnia, doctiſſiméque proſecu-
tus es, atque ita eſt omnino. Væ enim, qui dul- Esaiæ 5.
ce amarum dicit, & amarum dulce. Væ ponen-
ti lucem tenebras, & tenebras lucem. Sed dicet
quiſpiam: Ne nos quidem dicimus ipſũ huiuſ-
modi menſis expoſitum eſſe debuiſſe. Eſt enim
immodica iſta profuſio, voluptatis occaſio, &

obtuſio nimia , ſegnitiæque ac vecordiæ certa
demonſtratio. Poterat certè vel ſolos inuitare
Epiſcopos , & eos maximè , qui religione præ-
ſtarent, aut ſi hos nollet , vel proprium clerum,
imitans Dominum, quem cum duodecim Apo-
ſtolis manducaſſe certum eſt. PALLAD. Sa-
pientiſſimè omnino , ſi quidem paſſi eſſent cle-
rici cum illo extra horam , aut noctu prandere.
Si autem quàm celerrimè illi multo cum appa-
ratu exquiſitas epulas ſectarentur , iniquum &
indignum erat , infirmorum , aut pauperum ci-
bos , eorum qui ſani eſſent , libidini exponere.
Quænam verò lex iſta eſt , quæ ſtatuat præce-
ptorem à diſcipulis erudiri oportere , curari ab
infirmis medicum , gubernatorem à vectoribus
dirigi , cùm ſemper & infirmos medicus ſanet,
& doctor diſcipulos corrigat , & gubernator
nauigantibus , quod expedit , dictet ? Et medi-
co quidem ac gubernatori obtemperantes , qui
ſub illis ſunt , amore vitæ dolorem omnem ac
moleſtiam ferunt , cum tamen ſæpenumero ,
quod cupiunt , non conſequantur, incertúſque
ſit exitus. At verò præſtantiſſimo præceptori,
qui morbos & ægritudines vt curet, aſſumit, vo-
luptatúmq; procellas tranſmittere nouit, effræ-
nato iſti ore, & ſpiritu turbido detrahũt, illotis,
vt aiunt, pedibus cũcta miſcentes. Nempe enim
ſi ſeipſum deuouiſſet menſis, quãdo tam multis
dignitatibus quiuiſſet ſatisfacere tãtæ vrbis ha-
bitator, ſingulis aut benedictionis , aut inopiæ,
aut gulæ cauſa poſcẽtibus cibos? Vbinam ad di-
uina ſpeculanda , aut recreãdos ſermone popu-
los, ad ſcripturarum ſcientiam, ad prouidẽtiam
viduarum , ad ſolatium virginum , ad infirman-
tium curam, ad oppreſſorum opem, ad conuer-
ſionem errãtium, ad contritorũ conſolationem,
ad vinculatorũ viſitationem, vel quando ocium
ſuppeditare potuiſſet , quomodo exprobratio-
nem illam Dei quiuiſſet effugere , per Ezechie-
lem dicentis : Væ paſtoribus, qui ſeipſos paſcũt,
Ezech. 34. & non oues : quod errauerat , non conuertiſtis:
quod perierat , non requiſiſtis : quod infirmum
fuit , non viſitaſtis : quod contritum , non alli-
gaſtis : quod pingue erat, mactantes comediſtis.
2. Cor. 11. De quibus ſcribit & Paulus : Suſtinetis enim, ſi
quis vos in ſeruitutem redigit , ſi quis deuorat ,
ſi quis accipit. Et lanas quidem induiſtis , oues
autem non paſcebatis. Et in Hieremia de occi-
ſis paſtoribus ait : Paſtores multi corruperant
vineam meam. Poterat hos quoque ſuo tempo-
re curare , & eccleſiæ curas non negligere , ne
in hoc illi derogaretur , qui eſſet in cæteris ad-
mirandus. PALLAD. Hoc eſt nempe , quod
quæritur , ne ſibi derogetur , vt verbum Dei
affatim fundat ſollicitudinem , zelum , & reli-
quam ſacerdotalem beneuolentiam præ ſe fe-
rat. An verò ignoras chariſſime Theodore ,
quòd irrationabili maledicto beatitudo promit-
titur , Domino inter beatitudines cæteras di-
Matth. 5. cente : Beati eſtis, cùm vos exprobrauerint , &
Lucæ 6. dixerint omne malum aduerſum vos , mentien-
tes : Væ autem vobis, cùm vos benedixerint o-
mnes homines. Secundùm hoc enim faciebant
prophetis patres eorum . Quando autem & os
diuinis eloquiis exercitatum , & auris oraculis
ſubiecta diuinis, menſę loquacitatem toleraſſet?

A dicente Domino, nemo poteſt duobus dominis Matth. 6.
ſeruire. Ac deinceps , Non poteſtis Deo ſerui-
re , & Mammonæ. Quæramus ergo , quid ſit
Mammona , ne fortè inueniamur non duobus
ſeruire Dominis , ſed ſoli Mammonæ. Nunc e-
nim Mammonam non diabolum dicit , ſed ina-
nem huius mundi curam , à qua diſcipulos ſer-
mo diuinus auertit.. THEOD. Redi iam , Pater
ſanctiſſime , ad narranda reliqua. Satis enim
mihi factum eſt de ratione menſæ , neque feras
grauiter me iſta fuiſſe percontatum. Maioris e-
nim ſcientiæ ſtudio peritiam tuam exactius in-
terrogaui. PALLAD. Hoc tibi equidem aper-
tius dixerim , Theodore ſtudioſiſſime , vnus
enim fui ex his qui turbas cibi menſæ appoſi-
tione conciliare pergunt , quòd Epiſcopus ma-
gnę præſertim vrbis , qui relicto verbi Dei mi-
B niſterio, nocte ac die non meditatur in lege Dei,
& pauperum curam non per ſeipſum , ſed per
alios exequitur , longè erit ab his qui dixerunt, Matth. 19
Ecce nos reliquimus omnia , ſecutíque ſumus
te , quid ergo erit nobis ? Et cum eis numerabi- Ibidem 7
tur, qui dicent, Domine , nónne in nomine tuo
hæc & illa fecimus. Audiétque cum ipſis. Diſ- Ibidem 5.
cedite à me maledicti : neſcio vos vnde eſtis:
non enim recognoſcit verbum operarios mu-
tos. Eſt quippe mundus ipſius oculus, ne videat
mala. Multi namque ex his qui dicuntur Epiſ-
copi , rationabile ipſorum odium , quo morum
ſuorum gratia inuiſi ſunt, & ſpiritualium, ac di-
uinarum rerum negligentiam amputare dum
volunt, vitium vitio commutant , cupiditatem
ſcilicet vanitate , manu quidem altera turpe lu-
C crum ſtudioſè inſectantes, altera verò inſtruen-
tes menſas, & ſublimium ædificiorum moles e-
rigentes , vt ex hoc ſtudio boni & induſtrij eſſe
videantur , ac pro ignominia honorem conſe-
quantur , Eccleſiaſticis immemores , qui iſta & Eccleſ. 2.
conſtruxit , & odit , atque ea manifeſtè interdi-
xit, dum ſcriberet, Feci mihi domos , & poma-
ria , & cætera , & ecce omnia vanitas , & odiui
omnem laborem meum , quo ego laboro ſub
ſole. Non ait , ſupra ſolem, ne ſpirituales labo-
res improbaret. Hæc autem dixerim, non vt eos
denotem, qui probabiliter & neceſſariò Eccle-
ſias aut condunt, aut reparant, ſed illorum cau-
ſa, qui pauperum opes in hortos penſiles , in a-
quæ ductus aëreos , in communia virorum ac
mulierum lauacra parum pudica conſumunt,
D ſiue vt maiores conquirant opes , ſiue vt ab in-
dignis quibuſq; diligantur , qui in hoc ipſo hu-
iuſce ſtudij gratiam reddunt , quod omnia ad
voluptatem peccantium faciunt, Gnathones, &
aſcentatores nocentiſſimi. Abſit autem à me ,
Theodore , magni poſſeſſor nominis , vt malis
vnquam placere velim. Non enim aliunde illis
placere potero , quàm ex his quæ Chriſto Do-
mino diſplicent. Ad hæc admirans Theodorus,
interrogauit, dicens. THEOD. Cùm hæc natu-
raliter omnino abs te dicta ſint , & irrefragabi-
liter, ſi qua noſti à beato Ioanne , de quo nunc
ſermo eſt , per Aſiam vtiliter inſtituta , quæſo
pandere digneris. PALLAD. Et multa quidem.
THEOD. Ipſe adfuiſti , an ab aliis ea didiciſti?
PALLAD. Atqui ne punctum quidem tempo-
ris in omni hac illum cauſæ proſecutione de-

ſerui. THEOD. Quænam igitur ſunt ſubſecuta, quémve acceperunt finem, & vnde habuere principium, ad amuſſim ſcire deſidero, ob id in primis, quòd Theophilus in libro ſuo temeritatem ſuam honeſtare, ſiue operire cupiens, ait beatum Ioannem dominandi libidine concitatum ſexdecim Epiſcopos depoſuiſſe die vna, ſuóſque illorum vice ordinauiſſe. PALLAD. Nihil à ſuis moribus diſſonum fecit, quòd & contra Ioannem, & falsò ſcripſit. Ex quibus enim turpitudinem ſuam celare ſe putat, ex his illam maximè publicat, & velit, nolit, Ioannis innocentiam ornat, more Balaam illius. Nam vbi illum depoſuerat, quid libris opus erat, aut exilio? cùm depoſitio ipſa ſufficiat ad eorum confuſionem, qui deponuntur. Quoniam verò deponi non potuit vir ille virtutis, & dum ſuperatus eſt, vicit, manet inuidia, proſtrationem irrationabilis victoriæ referens, bullæ in morem turgeſcens, & in ſeipſa deficiens, illúdque prophetæ Eſaiæ perpetiens, dum ſcribit: Væ enim, inquit, qui ſcribunt: nequitiam enim ſcribunt. De his autem, qui in Aſia depoſiti ſunt, non ſexdecim, ſed ſex tantum Epiſcopis, quaſi diuino aſſiſtens iudicio loquar, nihílque de quantitate numeri ſubtraham, vel rerum adiiciam qualitati, ſed vt ſeſe habeant, ſingula tibi explicabo. Tertiadecima diſtributione venerunt Conſtantinopolim Aſiæ Epiſcopi, neceſſitatum Eccleſiaſticarum gratia, & nobiſcum remorati ſunt, præſentibus & aliis Epiſcopis, ex Scythia quidem Theotimo, ex Thracia verò Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis omnibus, ac ſenibus, qui vingintiduorum Epiſcoporũ implebant numerum. Conuenientibus autem omnibus, & communicantibus, obſeruato Euſebius quidam Valentinopolitanus Epiſcopus congregato cõcilio vna ſabbati aſtitit, libellóſq; tradidit ſynodo, præpoſito, vt decuit, Ioannis nomine, contra Antoninum Epiſcopum Epheſi, ſeptem capitula continentes. Vnum quidem, quòd fuſis ſacris vaſis argentum in nomine filij depoſuerat. Secundum, quòd ſumptum de ingreſſu baptiſterij marmor, in ſuo balneo poſuit. Deinde co'umnas Eccleſiæ, plures annos iacentes, intra ſuum erexit triclinium. Quartum, quòd puer eius homicidium perpetrauit, quem habet in miniſterio irreprehenſum. Quintum, quòd prædia relicta Eccleſiæ à Baſilina Imperatoris Iuliani matre vendidit, ſibíque detinuit precium. Sextum, quòd cùm vxori propriæ abrenunciaſſet, rurſus illi congreſſus eſt, filióſque ex ea procreauit. Septimum, quòd pro lege ac decreto habet, ordinationes Epiſcoporum vendere pro modo redditu um. Adſuntque & qui dederunt, & ordinati ſunt, & ipſe, qui accepit. Eorúmque omnium probationes ſe habere aſſerebat.

Cap. XIV.

THEODORVS. Quæſo te Pater, huiuſmodi narrationem miſſam facias: læduntur enim præſentes, Epiſcopis iſta narrantibus, vt non dicam gerentibus. PALLAD. Me miſerum, qui diebus his reſeruatus ſum, quibus pecunia ſacerdotium venditur, ſi tamen id ſacerdotium eſt. Inſipienter autem feci, qui iſta retuli, obtrectatoribus Ioannis nobis hác imponentibus

A neceſſitatem. Verùm patienter feras obſecro, vt ex his quoque Ioannis modeſtiam admireris, qui zelo interim mitigato, dixit Euſebio: Frater Euſebi, quoniam ſæpe fit, vt accuſationes, quæ fiunt perturbato animo, probationibus idoneis careant, deſine, quæſo, Antoninum fratrem accuſare. Nobis curæ erit, triſtitiæ cauſas amouere. Ad hæc ille exaſperatus durioribus vtebatur verbis, aduerſus Antoninum totus efferuens, atque in accuſatione perſiſtens. Hortatur itaque Ioannes Paulum Heracleę Epiſcopum, qui Antonino ſtudere videbatur, vt eos in amicitiam copulare contenderet. Surgénſque Eccleſiam ingreſſus eſt vnà cum Epiſcopis: erat enim ſacrificij tempus. Pacem verò populo ex more imprecatus, ſedit cum Epiſcopis reliquis. Clàm autem introgreſſus accuſator Eu- B ſebius coram populo omni, & Epiſcopis libellum alium porrigit eadem continentem, adiurans Ioannem ſacramentis horrendis, quibus ſalutem quoque principum addidit, tanto cum tumultu, vt putarent populi eius impudentia territi, eum à Ioanne petere, vt vitam ſibi à Rege impetraret. Ioannes vbi viri aduertit inſtantiam, ne in populo perturbatio vlla oriretur, libellum ſumpſit, lectíſque diuinis eloquiis, Panſophium orat Piſidiæ Epiſcopum, diuina offerat vt munera: ipſe cum Epiſcopis reliquis exiit, Cauebat enim animo turbido, iuxta euangelium, ſacrificia offerre, Si obtuleris, inquit, munus tuum, & reliqua. Math. 5. Vbi verò dimiſſus eſt populus, ſedens in baptiſterio, cum Epiſcopis reliquis, accuſatorem coram omnibus aduocat, C dicens ei: Rurſus tibi eadem dico: plurimi triſtitia vel ira compulſi, multa & dicunt, & ſcribunt, quæ probare non poſſunt. Si igitur apertè noſti, de quibus illum accuſare vis (neque enim volentem repellimus, neque trahimus non volentem) antequam legatur libellus, elige, quod expedit tibi. Poſtquam enim fuerit lectus, & in aures omnium venerit, confectis commentariis, non iam licebit tibi, cùm ſis Epiſcopus, abſolutionem flagitare. Ad hæc ille in propoſito durat. Iubent itaque libellum recitari, lectáque ſunt memorata capitula. Poſtea dicunt Ioanni ſeniores Epiſcopi, & ſi vnumquodque capitulum per ſe impium eſt, & vndique ſacris legibus interdictum, ne tamen videamur in his quæ ſuggeſta ſunt nobis, omne D ſtudium ponere, ab eo, quod eſt horribilius dictu, fiat inquiſitionis initium. Si enim illud inuentum fuerit verum, nulla de capitulis reliquis erit controuerſia, cùm capitulis illius radix omnem præ ſe iniquitatis ſpeciem ferat, iuxta illum, qui ait: Radix malorum omnium eſt cupiditas. 1. Tim. 6. Qui enim ſuper innocentem accipit munera, & ſancti Spiritus largitionem pecunia ſe vendere putat, quo pacto iam parcet ornamentis, aut lapidibus, aut fundis Eccleſiæ? Tũc Ioannes examen inchoans, Antonino ait, Quid ad hæc dicis, Antonine frater? Negauit ille neceſſariò. Quando enim ab his ipſis initiis confuſionem confiteretur ſuam? Interrogati, qui dederant, negarunt & ipſi. Cùm hoc examen ad horam vſque octauam diligentius agitur, ex argumentis quibuſdam iudicium formabatur.

Poſtremò

Poſtremò venitur ad teſtes, quibus aſtantibus, A
& illi dederant, & ille ſuſceperat. Non aderant
teſtes, qui neceſſariò citandi erant. Difficulta-
tem rei intuens Ioannes pro Eccleſiæ purgatio-
ne, & vt teſtes facilius adhiberentur, per ſe in
Aſiam ire conſentit, perficiendi examinis gra-
tia. Antoninus vbi vidit Ioannem impigrè exe-
qui paratum, quod inſtituerat, neque corrum-
pi poſſe iudicium, mali ſibi conſcius, adiit quen-
dam ex principibus, cuius prædia, quæ habebat
in Aſia, ſibi curæ erant, orans, vt Ioanni impe-
dimento eſſet, ne abiret in Aſiam, promittens
ſe adhibiturum teſtes. Protinus ex palatio man-
datur Ioãni in hæc verba. Indignum eſt te, cùm
ſis Epiſcopus, & noſtrarum animarum pater, in
tanta tumultus expectatione, dimiſſa ciuitate,
peregrinationẽ in Aſiam ſubire velle, cùm facilè B
teſtes adhiberi poſſint. Erat autẽ tumultus cau-
ſa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Ma-
nere illi perſuaſum eſt, ita tamen, vt iudicij non
omitteret curam, teſtéſque maturè adeſſe man-
daret. Optata fuit accuſato ipſa dilatio vel mo-
dica teſtium, quos aut pecunia, aut potentia fu-
gare poſſe confideret. Præuidit iſta Ioannes,
conciliòque ſynodi præſentis habito, quoſdam
ex præſentibus Epiſcopis in Aſiam mittit, ad
teſtes interrogandos. Tres ex omnibus electi
ſunt, Syncletius metropolitanus, Heſychius O-
parienſis & Palladius Helenopolitanus Epiſco-
pus. his dederat ſynodus in mãdatis, vt qui intra
duos menſes non occurriſſet Hypæpis Aſiæ ci-
uitati, ad ſua tuenda iura, quòd vicini eſſent, &
qui arguebantur, & Epiſcopi reliqui à Syncle-
tio, ſociiſque iudicandi, excommunicatus eſſet. C
Deſcenderunt igitur Smyrnam prenominati E-
piſcopi Syncletius, & Palladius: Heſychius e-
nim quòd faueret Antonino, finxit ſe valetudi-
narium, ſignificarúntque continuò per literas
vtriſque artibus aduentum ſuum, vt concurrẽ-
tes in memoratam ciuitatẽ, implerent, quę pol-
liciti fuerant. Illi ante iudicum aduentum ami-
citias inierant, partim perſuaſi auro, partim iu-
reiurando conſtricti. Congregati igitur in ipſa
ciuitate, iudices ludere ſe poſſe putabant, dila-
tione teſtium, quaſi peregrè profecti eſſent ob
varias cauſas. Ad hæc iudices accuſatorem ro-
gant, intra quos dies adducturus eſſet teſtes, ſe
expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aëris
inclementiam ferre grauiter, ac per id velle diſ-
cedere (erat enim feruor æſtiui ſolis) intra qua- D
draginta dies producturum promittit teſtes, a-
liâs pœnæ canonum ſua ſponte ſe ſubiicit. Ex-
pectauere iudices quadraginta dies, cùm ille ad
inquirendum dimiſſus teſtes; omiſit hoc inte-
rim, & Conſtantinopolim venit, illicque deli-
tuit. Vbi verò nuſquam comparuit, ſcripſere
iudices omnibus Aſiæ Epiſcopis denunciantes
excommunicatum, ſiue vt deſertorem, ſiue vt
detractorem. Poſt hæc alios quadraginta dies
perſiſtentes, cùm ille minimè appareret, Con-
ſtantinopolim rediere. Illic inuento Euſebio, ei,
quæ geſſerat, exprobrabant. Rurſus ille infirmi-
tatem corporis allegans, pollicetur teſtes exhi-
biturum. Per hanc temporis morã moritur An-
toninus, cum quo erat Euſebio controuerſia.
Cõtinuò ex Aſia, partim à clero ciuitatis Ephe-
ſinæ, partim ab Epiſcopis decretũ ad Ioannem
venit, omnibus pauendo cum iuramento oran-
tibus, vt periclitanti Eccleſiæ opem ferret. Erat
autem hic textus. Quoniam priori tẽpore con-
fusè, & contra iura, & ſtatuta patrum guber-
nati ſumus, oramus venerationem tuam, vt deſ-
cendas, & formam aliquam Epheſinæ imponas
eccleſiæ, diutiſſimè afflictæ: hinc Arrianis in-
ſtantibus, inde noſtris cupiditati auaritiæque
ſtudentibus. Permulti enim inſidiantur, vt lupi
graues, ſacerdotalem ſedem rapere pecuniis fe-
ſtinantes. Itaque Ioannes, licet corporis mala
valetudine teneretur, & inclementia obſtaret
aëris (erat enim hyems) nihil huiuſce incom-
modis territus, vt negotia Eccleſiæ Aſianæ cõ-
poneret, rebúſque nutantibus, vel abſentia, vel
imperitia paſtoris opem ferret, inſtituit perge-
re, ſpiritúque roboratus, ingreſſus nauim vrbe
diſcedit. Irruentibus autem ſæuis Aquilonibus,
metuentes nautæ, ne in Proconeſum eiicerẽ-
tur, poſitis velis, Triconis montem præterue-
huntur, ibique iactis anchoris, manſerunt, Au-
ſtrum expectãtes, vt Apamiæ applicarent. Cùm
igitur biduum ieiuni in naui perſtitiſſent, laceſ-
ſiti fluctibus, tertia demum die memoratæ vrbi
appulerunt. Illic enim expectabant aduentum
eius Palladius, Cyrinus, & Paulus Epiſcopi,
Ioannis ſocij. Pedibus itaque iter agẽtes Ephe-
ſum veniunt. Congregatis Lydiæ, & Aſiæ, &
Cariæ Epiſcopis, ad ſeptuaginta viros pertin-
gentibus, ordinationem faciũt. Complures ſua
ſponte concurrerunt, maximè ex Phrygia, vt
oris illius facundia, & ſapientiæ ſuauitate frue-
rentur, iuxta illud: Sapientia in exitibus lauda-
tur, videlicet, in loquentibus: in plateis verò
fiducialiter agit, hoc eſt, in cordibus, quæ va-
riis preſſuris dilatata ſunt, iuxta illud: in tribu- Pſal. 4.
latione dilataſti me. Anguſtatur enim ſapientia Cap. XV
in his qui zizania ſeminant, & ſuffocãt verbum.
Dum hæc geruntur, acceſſit ille, qui nobis pro-
lixæ huius narrationis eſt author Euſebius ad
omnes Epiſcopos, reliquorum ſex Epiſcopo-
rum accuſator, orans, vt ad communionem ad-
mitteretur: obſtant ex ipſis quidã, non oporte-
re admitti, quippe calumniæ reum aſſerentes.
Adiecit ille preces, & ait. quoniam cauſa iſta
biennium iam magna ex parte ventilata eſt, ſo-
láque dilatio teſtium obſtitit, obſecro pietatem
veſtram, vt teſtes (nam modo præſtò ſunt) exa-
minare dignemini. Etſi enim Antoninus diem
obiit, qui accepto auro ordinauit, viuunt ta-
men, qui dato pretio, ſunt ordinati. Placuit
Synodo rem diligentius diſcuti. Recitantur
omnia, quæ prius geſta fuerant, ex com-
mentariis. Ingreſſi ſunt teſtes, ingreſſi & qui
dato auro fuerant ordinati. Negauere primum.
Perſiſtentibus tamen teſtibus partim laicis, par-
tim presbyteris, quibus antea cõfidere videban- Mulieres
tur, mulieribúſq; quibuſdam, & munerũ ſpecies, teſtes in
& loca, & tempora, qualitatémq; recenſentibus, cauſa Si-
cùm eos conſcientia quoque criminis vrgeret, moniæ, e-
ſua ſponte non vſque adeò coacti confitentur. tiam me-
Dedimus, aiebãt, hanc eſſe conſuetudinem exi- retrices.
ſtimantes, vt videremur à curia liberari. At nũc, Extra de
ſiquidem honeſtum eſt, oramus, vt in mini- ſimo. ca.
ſterio eccleſiæ ſimus: ſin autẽ, vel aurum, quòd Tanta labes.

dedimus, recipiamus: quidã enim ex nobis vxorum noſtrarũ aurum &variam ſupellectilẽ dedimus. Ad hæc Ioãnes ſynodo pollicitus eſt: ego, inquiens, inſtabo apud Regem, vt abſoluamur: vos autem mãdate, illos ab Antonini hæredibus recipere, quod dederunt. Præcepit itaq; ſynodus ab Antonini hæredibus eis aurum reſtitui: eos verò intra altare communicãtes à Sacerdotibus fieri, ne ſi iſta paſſim permitterentur, conſuetudo Iudaica, vel Ægyptia fieret, vendẽdi ſacerdotium, & emendi. Aiunt enim eum, qui apud Iudæos Patriarcha falſo nomine dicitur, vt pecunias cumulet annis ſingulis, & intra annũ quoq; ſæpius Archiſynagogos mutare. Similiter & Ægyptiorum Patriarcham hunc imitando peragere, vt impleatur Propheticum illud, Sacerdotes eius cũ muneribus reſponderunt, & prophetæ eius cum pecunia diuinabant. Horum omnium extãt cõmentaria, & ſuperſunt iudices, neq; vna die diſcuſſio facta eſt omniũ, vt gratis Theophilus mentitur, ſed biennio integro. Satiſq; fuit his, qui depoſiti ſunt, futuro iudicio liberari, vnúſque ex his ipſis negotiis publicis obnoxius fuit. In eorum autem locum ſubſtituti ſunt alij virtute clari, & vita ſimul, & gratia diuini ſermonis ornati. Verùm enim fortiſſimi iſti, & nimium contentioſi, poſt Ioannis exilium, accepto eo, quod acceperunt (non enim habet malitia nomen, ſicuti ne ſubſtãtiam quidem) huiuſmodi abiectos ante quadriennium in Eccleſiam reuocant: pulſis illis, qui legitimè fuerant ſubrogati, in ſummam ouium Chriſti perniciem, & ſingulare detrimentum. Quod autem eſt ridiculoſiſſimum omnium, imò lamentatione digniſſimum, ſi audieris, Theodote chariſſime, tinnient, iuxta prophetam, ambæ aures tuæ, pietatíſque affectu deflebis Epiſcoporum veſaniam, tetra manu Chriſti dona vaſtantium. (Hier. 19.) Quas enim cum ieiunio, & prece, & approbatione cleri, ac timore Petrus & Ioannes ordinationes faciebant, iſti contrà poſt crapulam, & ebrietatem, cum miſerabilibus donis, abortiua hominum ordinantes, quæ neque porcis, aut canibus digna cenſentur, iuxta ſententiam Iob, qui ex perſona Domini Saluatoris de ipſis prophetauit, dicens: Quos indignos arbitratus ſum canibus gregum meorum, qui ſub ſtipula morabantur. His igitur cum Mimis, ac Iudæis tanquam Chriſti amicis, à ſapientibus ſacerdotij arcana creduntur: quorum gratia, ipſa quoq; oratoria fugiunt fidelium populi. Peruenit ad vos quoq; nouum hoc Epheſinæ eccleſiæ, inauditúmque facinus. Quidni enim? Eſt namque maritima, vnde facilè rumores emanant, & remotiora etiam penetrant. In loco enim Ioannis illius, qui euangelium ſcripſit, qui ſupra ſapientiæ pectus fideliter & fidenter accubuit, de quo ſcriptum eſt, quem diligebat Ieſus, cui Pauli diſcipulus Timotheus, ad quem duæ ipſius feruntur epiſtolæ, ſucceſſit, abominatio deſolationis ſtat. Ordinantes enim tribuni Victoris eunuchũ in ſede Epiſcopi collocarunt: eum verò, qui à ſeptuaginta Epiſcopis fuerat ordinatus, carceri hactenus incluſum ſeruant, virum apprimè liberalibus diſciplinis imbutum, & qui poſt vitam ſolitariam,

A ac diuinarum literarum peritiam ſingularem, accerſitus ex eremo, triennium diaconi fuerat perfunctus officio. Atque vtinam ordinatus eunuchus vitæ honeſtate polleret: eſſet id malum fortaſſe tolerabile. At nunc terræ inteſtinũ eſt, qui ordinatur, ventri ſubditum, in fœminas inſaniens, impudens, ebrioſum, ſcortum emptitium, illiberale, cupidum, ab ipſa ſtatim natiuitate ferro obnoxium, neque vir, neque fœmina, veſanum, & qui, vt fama eſt, inter Satyrica conuiuia theatricas humeris puellas geſſit, capitéque coronato hedera, craterem ferens manu, in morem fabuloſi Dionyſij vina fudit. Hæc autem omnia non ante baptiſmum, ſed poſtquam baptizatus eſt, geſſit: ex quibus ſanè colligitur illum reſurrectioni non credere. Qui enim reſurrectionis fundamenta concuſſit, B quomodo hîc ei credere poſſit? Porrò, qui reſurrectionis abnegat fidem, quo pacto reſurrectionis præco erit? Quomodo enim prædicabunt, niſi crediderint. Hic nulla quidem mercede caſtus eſt, ferro ſectus: cæterùm inſanit fruſtrà ob ſuam turpitudinem. Hæc ſunt, quæ in Aſia geſta fuere, de quibus interrogaſti literis Theophili prouocatus, qui ait, ſexdecim Epiſcopos à Ioanne fuiſſe depoſitos. Scito igitur in veritate ſex tantùm fuiſſe: harum rerum commentaria ſeruãtur apud nos ſubſcripta à viginti duobus Epiſcopis, qui initio cauſam audierunt, & à ſeptuaginta, qui depoſuerunt, & iudicium terminarunt. Th. Ignoſce mihi Pater, iſta omnẽ ebrietatem, & inſaniam, & ludibrium ſuperant. Nam & inſani, & ebrij, & pueri quandoq; reſi- C piſcunt, & horum gratia, quæ turpiter, & inordinatè geſſere, aut dixere, erubeſcunt: hi autem & ætate, & ſenſu, vt videntur, integro, non modò ſuper his quæ geſſere, non pœnitent, ſed firmam & ratam perſiſtere ſuam nequitiã cupiunt. Qui enim non exhorruerunt euangelium ſceleſto imponere capiti, ſuper quod immites ſaltauere mulierculæ, quibus aliis connumerandi ſunt, niſi his qui ſpineam coronam Dei filio impoſuerunt? Cæterùm vt iſta omittamus interim, plena dedecoris, quæſo, ſi noſti, quo pacto Porphyrius Antiochenæ Eccleſiæ ſit conſtitutus Epiſcopus, aut à quibus conſtitutus, antiquam hominis vitam, inſignis, an obſcura fuerit, & dogmata ipſius, vera, an falſa ſint, diligenter doceas, ob id maximè, quòd & Romanæ ſcri- D pſit Eccleſiæ, neque reſcripta accipere meruit. Eadem erit mihi, quæ fuit hactenus, ratio veritatis. Non enim obliuiſcar vocem dicentis Domini mei: De omni verbo ocioſo rationem reddent homines in die iudicij. (Matt. 12.) Ego id quoq; audacter adiecerim: Et de omni auditu ocioſo. Itaq; & teipsũ tuere cautius, ſi quid me nõ veraciter proſequi animaduertis. Neq; velim canis cedas noſtris, ſed rerum naturæ veritatiq; conſentias. Quid enim vtilitatis mihi prouenit ex his, quæ vel heri, vel hodie dixi, ſi mentiar in perpetuum coram diſcreto iudice, confundendo? Quomodo feram molarem detractionis lapidem, ceruici mentis impoſitum, eorum gratia, qui ſcandalum ex mendacio modò paſſi ſunt, me in gehennæ profunda demergere? Porphyrius iſte in Eccleſia diutius verſatus, & diaconi, & ſacerdotis

perfunctus officio eſt. Sed planè nihil habuit in
moribus grauitatis, & in nullo vnquam Eccle-
ſiæ ſpiritualiter contulit. Cæterùm vicinis, &
religioſis Epiſcopis infeſtus iugiter, quòd ex
maxima eſſet ciuitate, & amicos haberet prin-
cipes, iudicia vitiabat: honeſtiſque ordinationi-
bus inſidias tendens, morum aſtu, verſutiáque
tempeſtiuè Epiſcopis ſubrepebat, inuitos quo-
que, vt ita dixerim, ad leues ordinationes ac no-
xias pertrahens. Eſt enim iuxta comicum Me-
nandrum, acris admodum aſſentatio peruerſi-
tati coniuncta. Ait quippe: Durum eſt, Pam-
phile, mulieri liberæ aduerſus ſcortum rixari:
plurima nouit, plura malignatur, erubeſcit ne-
minem, blanditur magis. Iuxta Salomonem
Prou. 26. verò: Sermones adulatorum molles, ipſi verò
ſeriunt intima ventris. Caſtimoniæ itaque, &
aduerſus carnales voluptates continentiæ, ini-
micus eſt non ſecus, ac vultur vnguenti, adeò
vt etiam Sodomitico crimini obnoxium fama
vulgauerit. Cùm enim & leges, & menſuræ, &
muri voluptatibus ſint à natura conſtituti, cal-
cato, vt multi aiunt, muro, contrita menſura,
lege violata, huiuſce de ſe ſuſpicionem genuit,
Magorum, & Augurum, & eorum qui veteres
fabulas inhoneſto motu, & obuerſo crure præ-
ferrent, principem, ac ſocium eſſe. Magis nam-
que opem ferre, atque amicè congredi, vſque
adeò non declinauit, vt etiam in commentariis
variorum magiſtratuum hoc illi crimini datum
ſit. Non legerat infelix ſapientis dictum illud:
Quæ facere minimè oportet, ea neque puteris
dicere. Aiunt illum præter cætera ſcelera, ſacra
quoque vaſa poſt ordinationem ſuam fudiſſe,
principibúſque largitum, vt planè perſpicuum
ſit, eum non ratione, ſed tyrannide obtinuiſſe
eos, qui infelici ſorte ſibi ſunt ſubditi. Nam quo
tempore Ioannes in Armeniam extorris actus,
Flauianus quoque Antiochenus Epiſcopus mi-
grauit ad Chriſtum. Animaduertit Porphyrius
populum omnem in Conſtantium presbyterum
conieciſſe oculos, viróſque, & mulieres ex eo
pendere, qui à teneris, vt aiunt, vnguiculis ſer-
uierat Eccleſiæ, vir, iuxta hiſtoriam Iudicum,
ambidexter, quippe quæ putabatur illius læua,
dextram aliorum facilè ſuperabat. Fuerat enim
is primum ab epiſtolis, quo munere perfun-
ctus, abſque turpis lucri ſuſpicione vlla, lector
deinde, ac poſtmodum diaconus eſt ordinatus.
Regnantem verò mortalibus voluptatem, &
incentiua libidinis ſine dolore ſuperauit, vt ait
Salomon. Electorum manus facilè ſuperabit.
Nam ſuperare quidem iſta & illi fortaſſe poſ-
ſint, qui ſunt admodum mali, dum aut metu,
aut verecundia corporali ſe actione coërcent,
magnam ſibi inferentes vim. At verò cœleſtium
amore ſuperare infima omnia, illorum eſt ſo-
lum, qui Deum affectu intimo diligunt; quos
etiam Electos ſcriptura nominat, dicens: Ele-
ctorum manus facilè ſuperabit. Eſt quippe
Conſtantius ipſe ſupra cæteros mitis actu &
contemplatione ſingularis, celeriter conſpica-
tur omnia, magna cum grauitate exercet, ſapiẽs,
ſtrenuus, miſericors, cupiditatis inimicus, in iu-
dicio iuſtus, ad iniurias patiens, in perſuadẽdo
potens, qui, vt afflictos liberet, ieiunijs ſæpius

A ad veſperum vſq; perſiſtit, honeſtatem ipſa fa-
cie præ ſe ferens, ſeuerus aſpectu, maturus in-
ceſſu, virgo puriſſimus, & qui florem, & gra-
tiam vultus in ipſis quoque infirmitatibus ſer-
uet. Hunc igitur tanti meriti virum pecuniis
hoc modo fugandum curat. Scripſit ad princi-
pes, cúmque vt nouarum rerum ac ſeditionis
authorem obtinuit in Caſum exilio relegari.
Hoc ille vbi didicit, amicórum auxilio Cyprum
contendit, ibique ſeruatus eſt. Ipſe verò Por-
phyrius Cyriacum, & Diophantũ presbyteros,
& clericos cæteros vexans, obſeruabat tẽpus, in
quo ciuitas omnis ad ſuburbana procederet. E-
rant ſecum Acacius, Seuerianus, & Antiochus,
& eorum complices, in abdito tamen. Ageba-
tur tunc celebritas Gentilium, inſignis certa-
minibus Herculis, quæ Olympia appellant, in
B qua mulieres quoque, cum turbis populorum,
Daphné ad certamina ſpectanda properabant.
In hac ſolitudine ciuitatis Eccleſiá vnà cũ me-
moratis Epiſcopis, & clericis paucis irrumpẽs,
ordinatur clam, ianuis clauſis, adeò raptim, vt
metu ne deprehenderentur, ne orationem qui-
dem perficere quiuerint. Huiuſmodi quippe
adulterij natura ſpuria & gignit, & facit. Porrò
Seuerianus, & ſocij, accepto pretio, per mõtes
& inuia fugere, humanum quidem effugientes
metum, ſed diuinam planè indignationem diui-
ni timoris ignari incurrentes.. Vbi verò ſoluto
ſpectaculo, populiſque in vrbem regreſſis, quid
factum fuiſſet nunciatum eſt, ſummo dolore
concitati die illa, quòd iam in veſperá declinaſ-
ſet, quieuerunt. In craſtinum verò accepta tam
C immani clade, confluxere ſimul omnes, ignem
ac ſtipulam ferentes, vt Porphyrium, vnà & do-
mos eius incenderent. At verò Porphyrius non
ignorans, quàm eſſet exoſus omnibus, relicto
Deo, ſeſe ad ducem exercitus cõtulit, implẽns-
q; illi manus, contra Saluatoris diſcipulos in a-
ciem ducit auerſum ab Iſauricis bellis. Atque
Iſauri quidem ferociſſimi Rœſſum, Seleuciám-
q; vaſtabant. Porphyrius verò, & Valentinianus
comes cum exercitu catholicorum Eccleſiam
prædabantur. Crucis ſignum venerabile, quod
illi ferentes in humeris, litanias in campo age-
bant, pedibus ſuis conculcantes. Modicum flu-
xerat tempus, cùm ille ad exercitũ ſollicitè mit-
tit, agitq; apud ducem, vt ſuus quidám ſenex a-
trox, peruerſiſq; moribus, nocturnis præficere-
D tur excubiis, vt licentius bonos quoſq; ac fide-
les vexans, caperet ciuitatẽ: alius profectò Ne-
ro, cuius & mores imitari ſtudebat. Non enim
nouit ille perſuadere dictione, ſed ſumma vi &
iniquitate vexare: qui Deo minimè placere in-
tendens, non errantes ad illum animas, reuoca-
re, ſed Serpentis implere ventrem ſuper pectus
gradientis curat. Pergũt igitur vel inuiti populi,
metúq; verberum congregati vidẽtur ad Eccle-
ſiá, te autẽ vera vitam ſuá execrantes, à Deo pa-
tientię ſuę pręmia ſe percepturos ſperãt. Ad hęc
ſtupefactus Theodorus ait: vt video, Pater, prę-
ter naturę ordinẽ iſta cõtigere: ſolẽt enim inanis
gloriæ cupidi, vt hominibus placeant, aſſentari,
menſáſq; inſtruere exquiſitiſſimè, atq; vt amen-
tur, boniq; appellentur, conuitia quoq; & ſpu-
ta ipſa interdum tolerare. Porphyrius itaq;, ſiue

alius quiſpiam, quo pacto ſupplicia & exilia
intentet, ignoro. At id quidem admiratione di-
gnum eſt, Theodore, quòd hi ad tantam nequi-
tiæ veſaniam proruperunt, vt non modò homi-
nibus placere non ſtudeant, verùm facinorum
quoque ſuorum confuſionem omnino non ſen-
tiant. Malitia quippe malitiam in malitia pro-
mouet. Tunc enim malitia inanem gloriam
profert, cùm blanditiis capere ſtultos quærit.
Sin autem & adulatione, & menſæ luxu ſupe-
riores offenderit, quos obtinere ſtudeat, minas
iam ac ſupercilia profert, vt quos blanditiis
deliciiſque non poteſt illicere, immanitate, me-
túque deterreat, ſicuti in martyribus contigit.
Et ibi enim vtraque arte pugnabatur, dono-
rúmque & honorum laqueo illi tentabantur,
qui gloriolas quærebant. Porrò fortes, & ami-
ci Dei, per cruciatus, & minas, & ſartagines,
& eculeos, ac feras, & cætera, quæ vehemen-
ter excruciant, genera pœnarum agebantur.
Clerus itaque Antiochenæ Eccleſiæ inſignior
occultè conueniens, ne ipſis quidem Eccleſiæ
parietibus propinquat, vnà & illuſtrium matro-
narum multitudo clàm conuenit, quarum in
primis gratia ſtulti facti ſunt cupidi quique pa-
ſtores. Quid verò de Conſtantinopoli dicam?
Quanta illic multitudo, deſerta Eccleſia, ſub
Fortedio. † diuo congregatur ad preces? Non habent, qui
Eccleſiæ tractant negocia, tam multos audito-
res ſilentij ſui: nullus enim apud eos ſermo eſt.
THEOD. Amouiſti ab animo meo ſcrupulum
quo tenebatur, Pater, oculis, quæ dixeras, cer-
nenda ſubiiciens. Nam verborum conſonantia,
& narratio verax, certiorem me fecerunt vera
eſſe, quæ geſta ſunt. Impoſſibile enim eſt ſibi
congruere, & cohærere mendacium. Oro itaq;
nobis & de Olympiade, ſi qua noſti, enarrare
pergas. PALLAD. Quam tu Olympiadem dicis?
ſunt enim huius nominis plurimæ. TH. Diaco-
nam illam Contantinopoleos, Nebridij quon-
dam ex Præfectis ſponſam. PALL. Illa verò
mihi notiſſima eſt. THEOD. Cuius meriti mu-
lier eſt? PALLAD. Ne quæſo mulierem dicas,
ſed virum. Eſt enim, præter ſexum corporis, vir.
THEOD. Quonam modo? PALLAD. Vitæ
ſanctimonia, laboribus, ſcientia, paſſionúmque
tolerantia. THEOD. Cur ego illam Theophilus
maledictis inceſſit? PALLAD. Quis nam ille
eſt? THEOD. Alexandrinus Epiſcopus. PALL.
Videris mihi Theodore, quæ diutius verſaui-
mus oratione, oblitus eſſe. THEOD. Cur obſe-
cro? PALLAD. Qui veritati non pepercit, ſed
hanc, vt antè docuimus, conculcauit, qui Ec-
cleſiam omnem, quæ ſub cælo eſt, cuius liberan-
dæ gratia vnigenitus Dei filius deſcendit ad ter-
ras, non honore, ſed contumelia affecit, is mu-
lieri viduæ, quæ in orationibus vitam conſumit
omnem, qua ratione peperciſſet? Mente cuncta
pertracta, ſi quem vnquam bonorum omiſit,
quem non ſuis maledictis impeteret, cui omnis
eſt odioſa religio. Cur hoc & ex epiſtolis illius
non coniicis, ſibi inuicem repugnantibus? San-
ctum enim Epiphanium, Conſtantiæ Cypri E-
piſcopum, qui triginta & ſex annos Eccleſiæ
præfuit, ſub Damaſo, & Syricio, cùm hæreti-
cum, & authorem ſchiſmatis appellaſſet, in epi-
A ſtola ad Innocêtium, poſtea in Ioannem male-
dicta contorquens, ſanctiſſimum vocat Epipha-
nium. quoties ille huius, qui nunc detrahit, vi-
duæ genua ſpe accipiendæ pecuniæ exoſculatus
eſt, illa viciſſim humi procumbente, & lachry-
mas, quod ſibi Epiſcopus hæc faceret, profun-
dente? In quo tamen ei derogat? THEOD. In eo,
quòd proiectos ab ſe monachos ſuſcepit hoſpi-
tio. PALLAD. Et licet Epiſcopo, aut conuenit
omnino abiicere quemcunque diſcipulum, ne
dixerim monachum? THEOD. Quid ſi illum
prouocarunt, aut maledixerunt? PALLAD. Num
iræ ſuæ ſatisfacere debuit, aut ſua curare male-
dicta? quomodo hic iam Chriſti iniurias cura- Ioan. 5.
bit, qui gloriam propriam quærit? Cur potius
non imitatus eſt Paulum dicentem: Maledici- 1. Cor. 4.
B mur, & benedicimus. THEOD. quid ſi alterius
ſectæ monachi erant? PALLAD. At illos cor-
rigere ſuadendo debuit, non abiicere. THEOD.
Et ſi ille hoc fecit, ipſe verò, vtpote contentioſi, Tit. 3.
minimè paruerunt. PALLAD. Apoſtolicum illud
oportuit exequi: Hæreticum hominem poſt v-
nam & alteram correptionem deuita, ſciens
quòd peruerſus eſt huiuſmodi: non abiicere, &
prædari, & adiectis principum minis, agere ex-
tra patrium ſolum. TH. Perfecti hoc fuerat viri,
Deóque dilecti, & patientiſſimi. PALL. Atqui
magna laus non eſt, deteriorem ferre. Verùm ſi
perfectus, vt conſtat, non eſt, quomodo Epiſco-
pus? Imperfectus enim imperfectorum ſalutem
qua ratione curabit? quàm item impropriè
Theophilus dicitur, qui à Dei amore deſciuit,
cuius gratia facilè iniurias hominum debuit fer-
C re. quod ſi Deum nõ diligit, ne ſeipſum quidem.
qui verò ſuimet inimicus eſt, quomodo iam a-
lios diliget? Nihil igitur mirum, ſi Olympiadem,
quod monachos ſuſcepit, vituperare contendit.
THE. Conſtat quidem Theophilum iracundiæ
nimis obſecutũ, illos abieciſſe, qui cùm tandem
illi fuerint ſiue hæretici, ſiue catholici, non ta-
men eos Olympias ſuſcipere debuit. PALLAD.
Bene illa, an malè tibi feciſſe videtur? TH. Ma-
lè, vt dixi. PALLAD. Vnquámne beneficentia
culpatur? THEOD. Et ſæpe, cùm ſcilicet in ma- Ioan. 6.
los ſ, & non merentes emanauerit. PALLAD.
qui nam igitur erant illi quinque millia, quos
ex quinque hordeaceis panibus Saluator pauit,
boni, an mali? THEOD. Boni ſcilicet, quippe
qui paſci à Saluatore meruerunt. PAL. Cur er-
D go hordeaceis paſti ſunt, ſi boni fuerint? TH.
quia fortè triticei non aderant, fame dominan-
te. PAL. Incredulitatis denotantur elogio, vt bo-
ni, an verò vt mali? TH. Conſtat quia vt mali.
PAL. Poſſunt illi ipſi & boni eſſe, & mali. THE.
Ita ſanè. PALLAD. quonam modo? THEOD.
Deteriorum quidem comparatione boni, præ-
ſtantiorum verò collatione mali cenſentur.
PAL. Ritè tu quidem ſentis: hoc itaque modo
monachi etiam & boni erant, & mali. At enim
fideliſſima mulier eos ſuſcepit, vt bonos: Theo-
philus verò, quod non debuit, abiecit, vt ma-
los. THEOD. Sed abiecit ille, quòd ad ſe con-
triſtandum inimicos ſuos ſuſceperit. PALLAD.
Id quidem magnum defectus indicium eſt,
quòd vel appellat inimicos, qui, vt Chriſti
diſcipulus ſ, gloriari iniuriis debuit. THEOD.

Vbinā verò quinq;millia viri à Saluatore exprobrantur, vt dicis? neq; enim apparet. Pal. Quando ſecūdò congregati acceſſerūt ad Ieſum, atq; ab illo audierūt: Quæritis me, nō quia vidiſtis ſigna, & prodigia, ſed quia comediſtis de panibus, & ſaturati eſtis. Th. Manifeſtū eſt. Pal. Qui verò perſidus, ipſe & malus eſt. Th. Ita ſanè. Pal. Malos igitur an bonos pauit Saluator? Th. Liquet, quoniam malos (non enim ſani opus habēt medico, ſed infirmi.) Pall. Quid ergo mali fecit Olympias, imitata Dominū ſuū, qui pluit ſuper bonos & malos, & ſuper iuſtos & iniuſtos ſolem ſuū oriri facit? Exprobrāt & Phariſæi diſcipulos domini dicentes: Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magiſter veſter? Th. Vt video, præter multorū ſententiā honeſta carpuntur, & fœda diliguntur. Pal. quare iſtud dicis, Theodore chariſſime? Theod. Quia niſi tu iſta planius aperuiſſes, & ſyllogiſmo euidenti comprobaſſes, in ſolidam eſſem opinionem: non intentioni liberè, ſed Theophili ſcriptis obſecutus. Pallad. Quid ſi ſancti viri illi probati fuerint, non modò non mali fuiſſe, ſed plurimos quoque à malitia ad bonam virtutis frugem reuocaſſe, nónne videbitur horum inſectator non perſecutione, ſed planè miſeratione dignus, qui bonos ſemper violare, malos autem ſuſcipere pergit? Theod. Ita eſt, vt dicis. Nam licet illi, vt eſt opinio multorum, ſapientes, ac ſancti non fuerint, aget præteritus ſyllogiſmus, vt Olympias extra culpam ſit, quæ Saluatorem ſtuduit imitari. Pallad. Quódnam, oro, fidelius teſtimonium exiſtimas, euangelij, an Theophili? Theod. Perge quæſo: habetur enim id pro confeſſo apud omnes, illum & ſanctos viros nimis ira proieciſſe, & hanc ex ſuperſtitione, & inimicitia, ſub prætextu monachorum, maledictis fuiſſe inſectatum. Nam cùm ſe cerneret ſeruilibus illis, & blandis obſequiis nihil profeciſſe, nihilſque ab ea, præter cibos, & xenia ſuſcipere, ad maledicta ex more conuerſus eſt. Pallad. Audi igitur, humaniſſime Theodore, (video enim te poſteritati profuturum, quippe tuæ adoleſcentiæ indoles honorabilem fore in ſenectute pollicetur.) Viri iſti ex Chriſtianis orti parentibus, & à teneris vnguiculis Deo ſubditi, nunquam paſſi ſunt, neque cùm eſſent multum adoleſcentes, ſeruiere vanitati, neque cum turbis inuerſati, ſed occupantes, quæ ad meridiem eſt, ſolitudinem, longè ab omni hominum habitatione ſemotam, ſibi fecere tuguria, quibus & ſolis incendia, & cæteram aëris intemperiem declinarent. In his perpetuò viuentes, tempus omne in orationibus lectionibúſque contriuere, tātum operi manuum operam dantes, quantum ſufficeret eis ad tenuem victum, melius eſſe arbitrantes, cum capreis, & volatilibus, & bubalis verſari, quàm inter homines Deum ignorantes epulari. Horum natu maximus e menſis iam nonaginta annis, conuerſatus eſt diutius cum Beato Antonio, Hierax appellatus, quod illi nomen hactenus proprium eſt. Alius Ammonius, cum duobus fratribus monachis, & vno Epiſcopo, qui etiam ſub Valente ferro colla vincti exilio relegati ſunt, vt omnis Alexandria nouit, annos natus LX. tanto ſcientiæ donati munere, vt nihil ex his, quæ pleriſque de ſcripturis viderentur obſcura, eos penitus fugerit. Ex his duo migrarunt ad Chriſtum, Conſtantinopoli defuncti, Ammonio quidem, vt Aurelius & Siſinius narrauerunt, circa finem vitæ prophetante, magnam perſecutionem, & ſchiſma deterrimum Eccleſiis imminere, auctoréſque cladis turpiſſimo fine conſumendos, atque ita demum vniendas Eccleſias. Quod ex parte iam factum cernimus, futurúmque ſperamus. Hinc enim quorundam corpora Epiſcoporum & laicorum morbus aſſumens variis cruciatibus agitat, lenta febre inteſtina depaſcens, pruritúſq; intolerabilis, totam ſuperficiem vnguibus lanians, longi quoque inteſtini perpetui dolores, & colica paſſio. Cuiuſdam pedes, intercutanei morbi inſtar, nimia inflatione turgeſcunt. Alteri nimia humoris redundantia ad manus vſque deriuans, eos qui malè ſubſcripſere, digitos mixto frigori incendio cruciat. Alium aqualiculi tumor, & putredo ex ſecretiore parte corporis in longum ſe intendens, & vermes gignens, acriter vexat. Ad hoc reſpirandi difficultas, omnium intentio membrorum, imaginéſq; nocturnæ in canes rabioſos, & diſtrictis gladiis barbaros, & vocem horrendam tranſeuntes, inſomnem ſomnum pleriſque faciunt. Alius equo lapſus, dextro perfracto crure, continuò moritur. Alius, amiſſa voce, octo menſibus iam marceſcit in lecto, qui nec manus ad os apponere poteſt. Alius viuens crura ſenſim vſque ad genua per trienium vritur eryſipeli moleſta fatigatus. Alius inflata, vt aiunt, lingua, cum febre vehementi, nec valens eam intra præſtitum à natura locum continere, in pugillari ſcribens, confitebatur ſcelus ſuum. Erátque videre diuinitus illatam iram, variis in authores mali ſæuire modis. Qui enim animarum medicum irritauerant, eiúſque diſcipulum de ſalutis officina proiecerant, corporum medicis ad incendendum, ac cædem tradebantur: qui dolorem quidē ſolennibus medicamentis acuebant, ſalutem verò nullam penitus præſtare poterant. Et meritò ſanè. Quis enim eum ſanabit, qui à Deo cruciatur? Sicut Propheta ait, Nunquid medici reſuſcitabunt, & confitebuntur tibi? In hunc modum omnes Eccleſiaſticæ pacis aduerſarij peribant. Fertur autem ad ſepulchrum Ammonij monachi plurima miranda fieri. Sepultus eſt autem trans mare, in baſilica apoſtolorum. Porrò Epiſcopus Dioſcorus, vt aiunt, cùm perpetuis à Domino precibus poſceret, vt aut moreretur, exaudiri meruit, & quia mundus dignus pace non erat, mortuus eſt, ac ſepultus in martyrij Eccleſia, quæ eſt ante portam. Videas hodie complures mulieres per nomen Martyris iurare ſolitas, omiſſo priore iuramento, per orationes iurare Dioſcori. Enimuerò de monachis reliquis multa, quæ dicam, habeo, niſi fortè feſtinanti tibi, Theodore, moleſtum ſit ea audire. Theodorvs. Et quis adeò infelix eſt, vt de virtutibus loquenti non libenter det locum, & aurem intentè ſubiiciat? Perge igitur quæſo, & quæcunque

Ioan. 6.

Matth. 5.

Cap. XVII.

Confiteri ſcripto.

Pſal. 87.

narratione probabili animum noſtrum à curis A ſecularibus & cogitationibus auoca. Pallad. Eſt & alius Hierax, Gentili appellatione ſic dictus, ſpiritualibúſque inſignibus virtutis ornatus. Is primò quidem extra omnem Ægyptum in Porphyritem ſecedens montem, abſque vllo humano refrigerio quatuor annos perſiſtit, ſola virtutum recreatione contentus. Deinde ad Nittiæ loca contendens vigintiquinque annos vnà cũ memoratis patribus vixit, huic abſcentes dæmones, vt ipſe nobis referebat, promiſſione diuturnioris vitæ, appoſita ſpe, in Angelos lucis ſe transfigurantes, eum amouere curabant. Quinquaginta dicebant adhuc annos habes viuere, quomodo perſiſtere in eremo poteris? Ille per fidem intelligens econtrà loquebatur. Contriſtatis, inquiens, me, breuius, B quàm putabam, tempus inſtituti mei fore aſſerentes. Ego enim ducentos annos acturum in eremo exiſtimabam, atque ad hoc me ſtadium comparaueram. Hoc illi audito, cum vlulatu ingenti diſceſſere. Hunc ipſum tamen, quem dæmones mouere nequiuerunt, prolixa vitæ ſpatia pollicentes, vt in acidiam præcipitarent, Theophilus per edictum expulit, atque in huiuſmodi neceſſitatem impulit, vt caſtra quoq;

Luc. 9. adire cogeretur. Qui nunc poſt Ammonij mortem, rurſum ad deſerta contendit, euangelici aratri parabolam veritus. Alius item Presbyter, Iſaac nomine, Macarij diſcipulus illius, qui Antonio magiſtro vſus fuerat, deſerti ſtudioſus admodum, quinquageſimũ agens ætatis annum, omnem ſcripturam tenet memoriter, ceraſtas ſerpentes tutò manibus ferens, qui ex C matris vtero virgo, cùm ſeptennis eremum occupaſſet, poſt annos quadraginta ſolitariæ quietis à Papa Theophilo, cum memoratis viris, extorris relegatur. Alius item Iſaac, & ipſe Presbyter, Cronij Presbyteri diſcipulus, ac ſucceſſor, qui & ipſe diſcipulus Antonij fuerat, ſcripturarum eruditione præſtantiſſimus, ac ſupra modum fermè hoſpitalis, adeò vt præ eximia benignitate Xenodochium in eremo conſtituerit, in refrigerium & ægrotantium monachorum, & peregrinorum, ad viſendos ſanctos patres confluentium. Hic omni felle iræ vacuus, cùm trigeſimum in vita ſolitaria egiſſet annum, cùm cæteris quoque verſatus eſt. Ex his prior ille Iſaac centum quinquaginta ſub cura ſua monachos habuit, cuius ad ſeptem, ſiue octo D diſcipulos Epiſcopos Theophilus ſtatuit, cùm adhuc eſſet Theophilus. Alius ducentos decem, cuius etiam diſcipuli plurimi Epiſcopis connumerati ſunt. Hi ſunt quos ſuprà memorauimus, Iſidori Presbyteri cauſa, fuiſſe à Theophilo papa pulſos eremo. Hi ſunt, quos ſacerdotes & leuitæ deſpexere, quos ad confuſionem virorum virilis ſuſcepit mulier, atque ad Epiſcoporum damnationem, Diacona fœmina hoſpites habuit, cuius laus in Eccleſiis canitur, quæ Samaritanum illum, quicunque

Lucæ. 10. tandem fuit, eſt imitata, qui vulneratum à latronibus ſemiuiuum inueniens, cùm deſcenderet Hiericho, propriò illum impoſuit iumento, & vſque ad ſtabulum tulit, & oleum clementiæ cum ſeueritatis vino permiſcens, vulneribus adhibuit curam. Sed hæc hactenus.

Quantam hæc pecuniarum copiam, quanta villarum pretiá egenis diſtribuerit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Illi iſta proſequantur, qui experti ſunt: ego enim nullius horum indigui. Audi maiorem ipſius quoque virtutem. Pupilla namque coniuncta viro, permiſſa non eſt à præſcio omnium Deo, qui hominum præuidet exitus, carnis ſeruire voluptati viginti integros menſes, viro eius maturè ſubtracto. Fertur autẽ 1. Tim. 5. virgo eſſe. Nam apoſtolicæ legi renuit ſeruire, dicenti: Volo adoleſcẽtiores viduas nubere, matres familias eſſe, & quidem cùm & genere, & opibus, & eruditione ſingulari, & ingenio liberali, & forma, & ætatis flore præcelleret, ſed, dorcadis in morem, ſeculi connubij laqueos conſtanti voluntate tranſiliens. Iuſto enim lex poſita non eſt, ſed non ſubditis, prophanis, & qui corruptelæ inexplebiliter inhiant. Ibid. 1. Contigit autem, diaboli inuidia, vt huius immatura viduitas ad aures Theodoſij principis perueniret. Qui hanc Elpidio cuidam, cognato ſuo Hiſpano coniungere in matrimonium cupiens, cùm poſt plurimas preces id obtinere nequiuiſſet, triſtabatur. Ad quem illa, ſi, inquit, me vellet Rex meus copulari viro, nunquam priorem mihi abſtuliſſet. Quoniã autem me parum idoneam coniugali vitę cognouit, viróq; placere minimè valentẽ, & illum iugali vinculo abſoluit, & me grauiſſimo iugo virilis ſeruitutis eripuit, ſuaue continentiæ iugum ceruicibus meę mentis imponens. Hoc reſponſo accepto, Theodoſius præfecto Vrbis mandauit, vt omnem eius ſubſtantiam cuſtodiret, quouſq; trigeſimum ætatis impleſſet annum. Ille accepta procuratione regia, eam adeò vexabat ab Elpidio ſubmiſſus, vt nullã haberet facultatem vel inſignibus Epiſcopis congrediẽdi, vel Eccleſiam ipſam ingrediendi, vt his anguſtiis coacta, præ angore animi coniugalem eligeret vitam. Illa econtrà his oblectata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ita reſcripſit. Et Imperatori debitam, & cõgruam Epiſcopo virtutem in me humilem oſtendiſti, mi Domine, mandans graue onus meum cuſtodiri, cuius me diſpenſationis cura macerabat. Erit autem gratius, ſi iuſſeris id pauperibus & Eccleſiis diuidi. Ego enim iam dudũ à vanitate, quæ ſolet ex hac largitione ſubſequi, metuebam, ne terrenis implicita negligerem diuitias naturales. Ita poſtmodum reuerſus à bello, quod contra Maximum fœliciter geſſerat, cùm illius tolerantiam, laboréinque comperiſſet, in ſua eã libertate eſſe iuſſit. The. Iuſtiſſimè ſanè hunc Ioannes in honore habuit ita laborantem. Pallad. Abſtinet illa quidem animatis omnibus, balneáſque nunquam adit. Quòd ſi infirmitatis neceſſitas vrgeat, crebris enim paſſionibus, ac morbis atteritur, induta camiſia deſcẽdit in aquas. Vetetur enim, vt aiunt, & ſe ipſam. The. Dicitur & ſanctum Ioannem valde curaſſe, & refeciſſe. Et quid ipſius virtute dignum cõferre in eum potuit, niſi vt quotidiani victus illi ſollicitudinem demeretꝰ quod quidem minimum non eſt Chriſti operariis, qui noctu, & interdiu, quæ Chriſti ſunt, curant, ſicuti Paulus ait, Perſidam ſalutans, quæ forſitan Rom. 16.

Olympiadis laboribus par erat. Salutate, inquiēs, Perſidam dilectiſſimam, quæ multum laborauit in Domino. (Philip. 1.) Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Scio hanc ſanctū Nectarium plus fuiſſe admiratū, adeò vt in eccleſiaſticis quoque rebus mulieri obtemperaret. Amphilochium verò, & Optimum, & Petrum Baſilij fratrem & Epiphanium Cypri ſanctos viros quid memorem? quibus illa & pecunias donauit, & villas. Optimo certè, dum Conſtantinopoli moreretur, oculos ſuis manibus clauſit. Ad hæc mirabiles quoque illos non modicè refrigerauit in omnibus, Antiochum ſcilicet, Acacium, & Seuerianum, & omnes prorſus aduentantes ſacerdotalis ordinis viros, monachorum item ac virginum infinitam multitudinem. Ioannes tamen, quoniam, vt ita dixerim, formam ſe venturis Epiſcopis miſſum exiſtimabat, quo pacto viuere debeant, & iuxta beatum Paulum (1. Cor. 9.), mercede propria prædicare pœnitentiam, nihil de eccleſiaſticis attingens, ſolius diei capiebat cibaria, deuitans ſemper huiuſmodi curas. Aiunt illum, dum carnalem ſumeret cibum, mira verecundia detineri ſolitum. Quemadmodum enim mala, cùm ad ſupremam venerint maturitatem, diutius in ramis permanere non ſuſtinent, ſed Domini requirunt manum: ita & in ſanctis fieri videas, cùm cœleſtis pulchritudinis deſiderio & amore ardent, ante præfinitum ſui obitus diem, frui promiſſione feſtinant. Sic & in paruulis fit. Illi enim ſæpenumero dū oblita melle cibariola auidè præſtolantur, ſeruandi appetitus gratia propoſitos cibos minimè attingunt, vt expectata ſuauitate ſatientur. Agnoſcunt, quæ dicimus, qui eadem veſtigia viæ ſpiritualis incedunt. Sermonem enim prudentiæ, laudabit eum, & adiiciet ſuper ipſum.

Cap. XVIII.

THEOD. Conſolatus es me, Pater eximie, dum ſingula mihi diligentius expoſuiſti, quæ prætendens fama vulgarat, gratia quadam, & ſuauitate, quæ dicta ſunt, condiens. Hoc tamen dixerim non graue futurum, ſi de eccleſia victum ſibi ſanctus Ioannes vindicaſſet, ſecundùm Domini verba, dicentis: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Et illud itē: (Matt. 10.) Quis paſcit gregem, & gregis lacte non veſcitur? (1. Cor. 9.) Quis autem plantat vineam, & de illius non percipit fructu? Nónne ſcripturæ verba ſunt hæc, & alia plurima? PALLAD. Congruè tu quidem, ſapienterque proſequeris iſta, Theodore, ſed iunge præteritis etiam ſequentia verba. Cùm enim ſacra lex tribuat facultatem, vt, qui ſacra operantur, de ſacris comedant, bonorum æmulator Paulus, quid addit? Non ſum vſus hac poteſtate in corporibus, vt conſors euangelij in ſpiritualibus ſim, neque offendiculum ponam infirmis, dicente iterum Paulo: (1. Cor. 8. Rom. 14.) Si quis enim te viderit habentem ſcientiam in infirmitate recumbere, nónne conſcientia eius, qui infirmus eſt, ædificabitur ad imitandum infirma? Nam ſi res ad nos vſque ſubſiſterent, nullúſque nobis in populi regimine & cura ſuccederet, diſcere delinquendo poſſemus: Viuamus, vt volumus, vtamúrque, vt placet, ſecularibus rebus. Quoniam verò hi qui poſt nos futuri ſunt, nobis quaſi magiſtris vtētur, noſtrá-

A que lege, atque more viuent, neceſſe eſt, vt non ſolùm nobisipſis, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit, viuamus, plebiſque infirmitatem excitantes exemplo, atque verbo, ad frugaliorem, & caſtiorem victum reducamus, nos ipſos corripientes, iuxta illum, qui ait: (Pſal. 24.) Quis eſt homo, qui timet Dominum, legem ſtatuet ei in via, quam elegit. Nam temerariis quidem, ac miſerabilibus, imprudentérque peccantibus legem Dominus ponit, quaſi ſeruitutis amantibus ſpiritum, vt item ait Dauid: (Ibidem.) Legem ponet Dominus delinquētibus in via, puniétq; præuaricantes. Verùm enim iuſtus menſuras ſeruilis legis, modóſque tranſiliens, & eò, quòd diligat Dominum, ad ſortem adoptionis libertatiſque feſtinans, ſibiipſi legis eſt author, cu-

B iuſmodi & facto, & verbo fuit Iob. (Iob. 31.) Teſtamentum, inquiens, ſtatui oculis meis, vt non ſentirem in virgine. quodnam verò id fuit teſtamentum, niſi vt laſciuientes ad pudicitiam cogeret? Ita fermè & Dauid ait: (Pſal. 118.) Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ: ancipitem, dubiámque ſententiam iureiurando deuinciens. Tantorum patrum imitator Ioannes, vt legitimus planè, non ſpurius filius, laſciuum, & publicum mortalium gregem, & variis concupiſcentiis oberrantem curare deſiderans, atque ad auſteriorem partem vitæ transferre, ſuimet & iudex, & legifer erat, ſeipſum conſtanti iudicio muniens, atque à conuiuiis, & conuentibus ſcurrarum, & ridiculoſorum, ac inania loquentium hominum penitus remouens, atque animæ oculum ſpirituali armatura corroborans, ne conuiuij, aut

C improbi ſermonis gratia, ſtultitia inueniēs aditum, pudicitiam, frugalitatémque corrumperet. Corrumpunt enim, inquit, mores bonos (1. Cor. 15.) colloquia mala. quocirca etiam inſidias paſſus eſt. Grauis enim eis erat ad videndum, non ſecus ac lucerna lippientibus oculis. Huiuſmodi Hieremias quoque miſericors fuit, qui infidelitatem Principum. & Sacerdotum plancta lachrymiſque proſequitur. (Hier. 10.) quis dabit, inquiens, capiti meo aquam, & oculis meis lachrymarum fontes, & lugebo populum meum die, ac nocte? Et rurſum: quis dabit mihi manſionem in deſerto nouiſſimam, & dereliquam populum meum, & diſcedam ab eis? Omnes enim adulterantur. Huiuſmodi profectò conuētum pſeudoprophetarum, & ſacerdotum malorum col-

D legium nominat. Item & alio in loco ad Dominum clamat, non quòd ille ignoret, ſed vt nos imitari debeamus: Domine, inquit, ſi ſedi in conſilio impiorum ludentium, ſed reuerebar à facie tua. Sedebam ſolitarius, quia amaritudine repletus ſum. Conſona his & Dauid loquitur, (Pſal. 25.) dicens: Non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Apertiúſque, quid vellet, exponit, dum addit, Odiui Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. qui verò minus altaris curam habent, dorſáque illi dederunt, non modò illotis manibus, & donorum expectatione, & perceptione, falsáque inſcriptione cruentis, verùm & infectis luto pedibus, illud calcitrando conculcant, de quibus &

Propheta Ezechiel ſignanter ait. Et introduxit A
me ad ingreſſum atrij, & vidi, & ecce foramen
vnum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis,
Ezech. 9. fodi. Et perfodi, & vidi, & ecce porta vna. Et
dixit ad me. Ingredere, & vide iniquitates peſſi-
mas, quas faciunt hic. Et ingreſſus ſum, & ec-
ce omnis ſimilitudo ſerpentium, ac iumento-
rum, & idola mala, & abominationes. Et dixit
mihi: Vidiſti fili hominis, quæ faciunt ſeniores
domus Iſraël in tenebris, in cubili ſuo occulto.
Impuram illorum ſignificans mentem: quoniã
dixerunt: Non videt nos Dominus. Dereliquit
Dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc vide-
bis iniquitates maiores, quas iſti faciunt. Et
introduxit me in alium locum, & oſtendit mi-
hi. Et ecce ibi mulieres ſedentes, & flentes
Tambuz. Et rurſus induxit me in domum Do-
mini interiorem, & ecce illic viginti quatuor B
ſeniores, & vultus eorum peruerſi, & dorſa
eorum ad altare. Et dixit ad me: Num parua iſta
ſunt, quæ domus Iſraël facit? Coacti ſumus pro-
pheticæ lectionis mentionem facere, propter
eos qui ſe eſſe aliquid exiſtimantes, ſeipſos de-
cipiunt, & eccleſiaſticam pacem confundunt,
eóque menſæ Domini terga dederunt. Quibus
iudicium otioſum non eſt, & eorum non dor-
mitat perditio, qui terrena ſapiunt, de quibus
& Iudas frater Iacobi ait. Hi ſunt in epulis ſuis
Iudæ Apoſt. locus. malè conuiuantes, ſine timore ſeipſos paſcen-
tes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumfe-
runtur, fluctus feri maris deſpumantes ſuas
confuſiones, ſydera errantia, quibus procella
tenebrarum in æternum ſeruata eſt. Nempe dũ
nubes ſine aqua vocauit, iniquam ipſorum grã- C
dinem ſignat, viti inimicam: dum verò ſydera
dicit errantia, inſidias ſignificat nauis. Porrò
nauis, & vinea eccleſia eſt. Quænam verò ſunt,
quæ iſtos ſequuntur neceſſariò? Audi eundem
rurſus Prophetam Ezechielem: Et oſtendit mi-
hi, & ecce viri egrediebantur de via portæ ſu-
blimis, quæ reſpicit ad Aquilonem. Et vniuſ-
cuiuſque ſecuris in manu eius, & vir vnus in
medio eorum indutus talari tunica, & zona ſap-
phiri ſuper lumbum eius. Et ingreſſi ſunt, &
ſteterunt iuxta altare æneum. Et gloria Dei Iſ-
raël aſcendit cherubin, quæ erat ſuper eis in
ſubdiali domus. Et vocauit virum, qui indutus
erat talarem tunicam, qui habebat ſuper lum-
bum ſuum zonam, & dixit Dominus ad eum:
Tranſi per mediam ciuitatem Hieruſalem, & D
da ſignum ſuper frontes virorum gementium,
& dolentiũ ſuper omnibus iniquitatibus, quæ
fiunt in medio eorum, & ipſis dixit, videlicet
ſex, qui ſecures habebant, audite me. Ite in ci-
uitatem poſt eum ſcilicet, qui imponebat in
frontibus, & percutite, neque parcatis oculis
veſtris, neque miſereamini ſenioris, & adoleſ-
centis, & virginis, & infantes, & mulieres oc-
cidite in exterminium. Super omnes autem, in
quibus eſt ſignum, ne appropinquetis, & à ſan-
ctis meis incipite, & cœperunt à viris ſeniori-
bus, qui erant in domo Domini. Quod ſi quis
de Iudææ prophetis hæc prædici autumat: hic
Ezechiel quando ſacerdos. ſaltatoris quoque ignorare videtur aduentum.
Non enim ante captiuitatem ſacerdotio fun-
ctus eſt Ezechiel, quippe qui puer adhuc in ca-
A ptiuitatem abductus, per diſpoſitionem Dei tri-
geſimo anno viſione diuina, & futurorum re-
uelatione dignus eſt habitus, ſacerdos in ipſa Ezech. 1.
captiuitate conſtitutus, vt ipſe ait: Et factum
eſt in trigeſimo anno, in quarto menſe, quinta
menſis, & ego eram in medio captiuitatis ſuper
fluuium Chobar. Item poſt pauca: Factus eſt
ſermo Domini ad Ezechielem filium Buzi, ſa-
cerdotem in terra Chaldæorum ſuper fluuium
Chobar. Nempe ſi quis anguſtatus hinc dicat
præcedente Saluatore, qui & crucis ſignum in
frontibus dedit, neque Saluatore credito, ſubſe-
cutum eſſe Romanorum regnum ſub Veſpaſia-
no, qui quadrageſimo anno conſcidit ſyna-
gogam, quæ iniqua patrauerat: ſuſcipimus qui-
dem ita ſentientem, ſed ipſum, vt noui teſta-
menti filium, oramus, Paulo horum magiſtro
B vt credat, de omnibus huiuſmodi libris dicenti:
Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta 1. Cor. 10.
ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos
fines ſeculorum deuenerunt. Hoc autem dico,
non quòd ferream rhomphæam ſuper inimicos
Dei venire cupiam: abſit. Neque enim Prophe-
ta de ferro loquitur, ſed de alia quadam cru-
ciante virtute, de qua idem Ezechiel dicit: Ter-
ra ſuper quam gladium inducam. Inducam ve- Ezech 33.
rò pro eo, quod eſt permittam, ait. Et accepe-
rit populus terræ virum vnum, & poſuerit ſibi
in ſpeculatorem, & viderit ſpeculator gladium
venientem, & tuba inſonuerit, & ſignificauerit
populo, & audierit, qui audit, & non ſe obſer-
uauerit. Veniens autem gladius acceperit ali-
quem, ſanguinem eius ab eo requiram, quia
C non audiuit vocem tubæ. Et rurſum: Si autem
& ſpeculator viderit venientem gladium, & tu-
ba non inſonuerit, neque ſignificauerit populo,
veniens autem gladius apprehenderit quem-
piam, ſanguinem eius de manu ſpeculatoris ex-
quiram, quia cùm videret gladium, tuba non ce-
cinit. Iſtiuſmodi periculum, nequaquam dor-
miens infidelitatis ſomno, neque voluptatis pi-
gritia ſegnis B. Ioannes ante oculos habuit, &
tuba ſublimis, nequaquam obſcurum edebat
ſonum, ſed apertam planè ſcientiam ingerens,
diabolici gladij pericula fugere omnes orta-
batur. Et hi quidem, qui conſcientiam mun-
dam veluti ſignum in animæ fronte geſſere, per
gratiam Chriſti, cum ipſis fidelibus Romanis
ſeruati ſunt: qui verò inquinatam habere con-
D ſcientiam, ſacerdotes, ac populos ad conten-
tionis mutuæ ſtudia concitauerunt, vt omnibus
malis ſua incommoda obumbrarent. THEOD.
Mirabili ordine iſta proſequeris, Pater. Verum
cùm pro confeſſo habeatur, perdifficile in hac
vita mortali hominem inueniri abſolutè perfe-
ctum, dicente ſcriptura: Quis gloriabitur ca- Prou. 22.
ſtum ſe habere cor? aut quis fiduciam habebit
mũdum ſe eſſe à peccato? videtur beatus Ioan-
nes neſciſſe vti tempore: potentibus enim ad-
uerſari minimè oportet. PALLAD. Videris mihi,
optime Theodore, nimium eſſe aſtutus. Nam
cùm initio congruum miſerationis affectum
nobis, non ſine gratia quadam compunctionis,
oſtenderis, paulatim obiurgatorem te aperui-
ſti. Neque enim hi qui putantur inimici, tam
acriter illi inquam detraxerunt. THEOD.

Epheſ. 5. A Quid, oro, indignaris, Pater, ſi dixi beatum Ioannem tempori non eſſe obſecutum? cùm ſcriptura dicit: In locis potentum ne ſteteris. Et rurſus; Redimentes tempus, præcipuè in his qui monita, vtilitatémque non capiunt. PALLADIVS. Felices vos, qui ſcripturas ita diſſeritis. Nam, quod apud Eccleſiaſtem dicitur: In locis potentum ne ſteteris, aduerſus indignos ſacerdotio dicitur, ne illi rapere ſtudeant. Potentes enim virtutis magiſtros intellige, Apoſtolos primùm, qui potentes virtutis induerant ſpiritum, deinde imitatores eorum. Porrò quod tempus redimere monemur, non ſimulationi inſeruire debemus, vt cum furibus curramus, aut cum adulteris ponamus partem noſtram, ſed peccati tempus virtute redimere, non illud venundare peccato. B Qui autem hoc modo ſenſim redimit tempus, totam redimet vitam ſuam, vt omiſſis omnibus vitæ iucundis, cœleſti ſuauitate fruatur. Ita & Martyres fecere, qui vitam exponentes mortalem, immortalitatem ſunt conſecuti, reuera tempus redimentes. Certè, niſi iſta ita intelligantur, neceſſariò & Moyſen, & Heliam, & Michæam, & Danielem, & Ioannem Baptiſtam, & Eſaiam, & Petrum, & Paulum, ne plures enumerem, tempus ſuum ignoraſſe fatebimur. (Moyſes. Helias.) Ex his enim alius ſalutem ſibi fuga mercatus eſt, gentilis viri oues in montibus paſcens. Alius dolore fatigatus præcipitatur in ſomnum, neque parietis, aut ſaxi vllam inueniens vmbram, ſed ſub iuniperi virgulto requieſcens, ad vmbram minimè idoneo: C Alius ſectus: Alius, ne pietatem violaret, in leonum miſſus eſt lacum: Alius adulteri in morem vinctus, ſeruabatur in carcere, panem doloris, & aquam anguſtiæ accipere iuſſus, vt longo tempore maceratus, vi abrumperet vitam, quoniam aduerſus Regem conſtantia, & libertate vſus erat. (Eſaias. Daniel. Michæas) Quid memorem Ioannem, quo inter natos mulierum maior nemo eſt natus? Num illo tempore neſciuit vti, quoniam ob apertam adulterij Regis increpationem capite cæſus eſt, dum morbum Herodis inſanabilem, tanquam peritus medicus, aut intendere moliretur, aut ſcindere? Eadem profectò ratione Ioannes quoque noſter miſericordia & dilectione arguebat errantes. Quod ſi Baptiſta tempus non nouit, quomodo ſeculorum opificem & conditorem agnouit, dicens: D Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? (Ioan. 1.) Quomodo item Petrus, & Paulus, eccleſiæ columnæ tempus ignorauerunt, qui etiam poſt mortem volentibus, atque pulſantibus aperiunt, & claudunt pœnitentiæ tempora? Quorum alius quidem cruci ſuffigitur, pedibus in cœlum verſis, vt cœleſte ſignaret ſe iter ingredi: Alius propter ſingularem in Chriſto confidentiam capite plectitur, ne vero excideret capite. Noli ergo ſuſcipere, qui ſanctorum clàm detrahunt confidentiæ. Gentilium enim, & eorum qui ſe exiſtimant ſapientes, iſta conſuetudo eſt, qui vitæ præſentis ſtudio, martyrum pergunt vituperare conſtantiam. Neque enim vel gladium obtuſum, vel confidentiam eſſe inefficacem decet. Quemadmodum verò ab vnguento fragrantia, ita & à confidentia beneuolus non ſecernitur animus.

At ſi quidem in famulis priuatim, aut amicis, aut neceſſariis reprehenſio fieret, in quibus erubeſcere moleſtum eſt, fortaſſis huiuſce confidens crimini eſſet obnoxius, quòd tempus, aut locum ignoraret. Quod ſi in eccleſia & proborum laudes, & negligentium vituperationes fiunt, qui exaſperamur, cauſáſque diſquirimus? dum, ſuppreſſo nomine, vtiliter arguimur, nec Paulo obtemperamus, dicenti: Quæ in macello væneunt, edite, nil diſceptantes. (1. Cor. 10.) Quod niſi fiat, dicemus iterum ſanctos arguendo ſcandalizaſſe ciuitates quaſdam, atque prouincias, & alias item laudibus eneruaſſe. Primus namque ſanctus Iob Phœniciam quandam regionem inſimulat, quaſi ea Satan immiſerit aduerſarium ſuum, dicens: Partiuntur autem illum Phœnicum gentes. Deinde Moyſes, & Prophetæ Ægyptum culpant, fornacem ferream appellantes, ac tenebras. Palæſtinam è contra laudibus extollunt, repromiſſioniſque terram eam vocant, cùm conſtet, virtutum ſtudioſis Ægyptum eſſe repromiſſionis terram. Palæſtinam verò negligentibus non modò fornacem ferream, ſed & tenebras exteriores eſſe perfidiæ gratia. Neque enim loca probro, aut laude ſunt digna, ſed ſtudia. Quid autem pluribus immorari opus eſt? Nunquid Paulus Cretenſes mendaces appellans, & inſenſatos Galatas, & Corinthios inflatos, & alios aliter, his ſolis hæc applicuit vicia, hoſcéque reprehendit ſolos, ante etiam omnes? (Tit. 1. Galat. 3. 1. Cor. 8.) Siue rurſus cùm Romanos fideles vocat, & Epheſios intelligentiæ laudat, quibus & ſublimius ſcribit, & Theſſalonicenſes amatores fratrum dicit, num his ſolis has laudes adſcribit? (Rom. 1. Epheſ. 1. Theſ. 5.) Minimè id quidem, ſed ſpiritu ſancto plenus, & probra, & laudes appoſuit: vt qui dignus eſſet laudibus, ea in ſeipſo recognoſcens, promptior fieret: qui verò vituperari mereretur, admonitus doleret, & probri deponeret cauſam. Neque ergo ſoli Galatæ inſenſati, neque ſoli mendaces Cretenſes, neque Corinthij ſuperbi ſoli. Vbique enim omnia ſunt, eò quòd vna quoque natura ſit, quæ vel peccet, vel virtutibus ſtudeat, & propriæ voluntatis arbitrio, aut hoc, aut illud eligat. Hoc igitur modo in eccleſia confidenter agebat Ioannes, imò eſurientibus virtutis partiebatur edulium, peccatum reprehenſionibus manifeſtis eliminans, & Paulo obtemperans, dicenti: (1. Tim. 5.) Peccantem coram omnibus argue, vt & cæteri metum habeant. Porrò ſi qui in id ſtultitiæ ac ſuperbiæ deuenerunt, vt ſuas quoque voluptates laudari velint, huiuſmodi conſuetudinem Dei ſerui non habent. Nam qui cupiditatem, & fornicationem, & aliam quamlibet obſcœnam voluptatem vituperari indignè ferunt, nihil aliud dicunt, quàm oportere huiuſce pernicioſum virus admittere.

CAP. XIX.

THEODORVS. Ingentes habeo gratias huic ad nos profectioni tuæ, Pater optime, atque ſanctiſſime. Fuit enim illa nobis vtilis profectò, & ſalutaris, vitæque monumentum. Cúmque poſt prolixam laudationem, ac digna ſenis præconia Theodorus tacuiſſet, vnus ex aſſiſtentibus erupit in vocem: Quónam, inquiens, modo, cùm tot inſignibus ſanctitatis Ioannes excelleret, ſuperbus tamen erat? PA.

A Ipſe illum præſens ſuperbum didiciſti, an ab alio audiſti? Reſpondit ille, Non noui ego virum, ſed coriarium quendam audiui, dum diceret: Rarò illi, præter eccleſiam collectam, poſſe quẽpiam congredi, quòd moleſtè ferret volentibus diutius colloqui. Hoc autem ſuperbiæ ac faſtus apertum documẽtum eſt, conſortia ſe quærentium & alloqui volentium fugere. PALLADIVS. Et cuius alterius erat, Ioannis vituperare philoſophiam, quàm coriarij, qui etiam fœtorem ſui miniſterij contubernalem perlibenter haurit? Si enim ſuperbiæ indicium eſt vitare turbas, erit & Ioannes Baptiſta ſuperbus, ſecundùm rationem tuam, qui ad deſerta ſeceſſit. Matth. 5. Saluator item non effugiet crimen, qui videns turbas, vt ſcriptum eſt, aſcendit in montẽ, & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & non turbæ. Et rurſus, cùm vidiſſet turbas, receſſit ſeorſum: cuius exemplum Ioannes quoque noſter pro viribus imitatus, fugiebat turbas, eiſque maximè delectabatur, qui veraciter diſcere aliquid vellent. DIACONVS. Præclarè tu quidem ſcripturæ exemplis perſuades. Qui verò dicere ad id potes, quòd non modò turbas, ſed vnum quoque, vel duos declinabat. PALLAD. Et vnus quoque, ſi nugator & inutilis fuerit, turba eſt. Denique eiuſmodi ille fuiſſe videtur, qui, cùm Saluatori diceret: Matth. 8. Magiſter, ſequar te, quocunque ieris, audire meruit: Vulpes foueas habent, & reliqua. Nónne hunc Dominus ſimiliter fugit, vt turbas? Num verò dicere poteris, Ioannem, ex quo baptizatus eſt, aut iuraſſe vnquam, aut periuraſſe, aut eſſe oblocutum, aut fuiſſe mentitum, aut maledixiſſe quempiam, aut ſcurrilia verba toleraſſe? DIACONVS. Nihil equidem huiuſmodi dixerim, ſed iniurioſum tantum fuiſſe coniecto. PALLADIVS. Quæſo te, qui nihil horum quæ præmiſimus, fecit, is quomodo linguæ intemperans fuit, vt paſſim cuiquam inferret iniurias? Eſt enim in paruo, & in magno par facinus, & eadẽ inquinatio. DIACONVS. Quid ergo eſt quæſo, quòd ita homines loquuntur, & quando ab huiuſmodi locutione ceſſabunt? PALLAD. Audi igitur, & noli vltrà ſequi vulgares ineptias: neque enim erit vlla excuſatio. Qui rectè non viuunt, ne recta quidem opinari poſſunt, ſemper loquẽtes inania, atque ad id ſolum vacantes, & nunc maximè, cùm nemo contraire audet. quippe & de Saluatore noſtro Deo, cùm ſupra hominem viueret, prophetæque merita excederet, miráque loqueretur, & faceret, monſtruoſa tamen de eo loquebantur, porcorum inſtar, aut muſcarum, iſta de illo colligentes: hoc enim illa tunc tempora requirebant. Alij namque dicebant: Decipit mundum: alij in Beelzebud principe dæmoniorum eiicit dæmonia: alij, Ecce homo vorator, & vini potator: alij, Samaritanus eſt, & dæmonium habet. Et quid me illorum conuitia colligere neceſſe eſt? Hoc Saluator minimè ignorans dicebat Apoſtolis: quem Matt. 16. me dicunt homines eſſe, filium hominis? Cui reſpondentes diſcipuli, honeſtiores de illo opiniones nunciarunt, dicentes: Alij quidem Heliam: alij verò Hieremiam, alij autem Ioannem Baptiſtam, malorum hominum verba reticentes. quos ille rurſus interrogat, eos ab hominibus ſegregans (Non enim iam erant homines, Ioan. 1. ſed filij Dei. Dedit enim nobis verbum poteſtatem filios Dei fieri) Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſponderunt, non omnes, ſed ſolus Petrus, ex propria tamen, & ex ſententia omnium: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Cuius reſponſionis rectitudinem Saluator admittens, ſẽtentiam protulit, dicens: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Ad hanc igitur lineam nunc quoque reperies non modò in Ioanne, ſed in omnibus etiã probra, atque laudes. Et ſicut per id temporis malè de Chriſto & Apoſtolis dicebatur, clamantibus Epheſiis: Hi ſunt, qui peruerterunt orbem. Act. 19. B Nunc autem ea opinio tranſiuit in gloriam. Ita inuenies Ioannem quoque apud poſteros, vt martyrem honorari, cùm illi defecerint, qui laudibus illius aduerſantur. Et quique porcorum aut canum viuentes vitam, dicens: Decipit mundum, & reliqua. Portò diſcipuli, qui illum ſtudioſè, & cum amore inquirunt, dicent: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Qui ſi ſub Saluatore Chriſto, inter tot millia hominum, duodecim initio inuenti ſunt, qui IESVM agnoſcerent, cum plurimi de illo hodièq; delirent, quid de Ioanne miramur, qui ad Chriſti ſaliuam non Iſa. 40. 15. attingit? Et quid dico ſaliuam? ne ad fimbriam quidem. Omnes enim gentes, vt Iſaias ait, quaſi ſtilla de litula, & vt ſaliua reputatæ ſunt. Is eſt autem modus iniuriæ, quam illi obieciſti. Primùm enim nunquam ille conſueuerat ex inC ſtituto ſuo cuiquam blandiri, ne iniurias quidem inferre: Sin autem ex diſcipulis chariſſimis ſuis aliquos ſiue clericis, ſiue Epiſcopis vidiſſet, de abſtinentia cuiuſlibet rei, ſeu de executione virtutis corporalis inſoleſcere, ac ſuperbire, contraria eos per iurgium appellatione compeſcebat: vt puta, qui aquam biberet, ebrioſum; nudum rebus omnibus, cupidum; eleemoſynas facientem, furem vocans. Eſt enim & hæc grata doctrinæ ſpecies ad chariores quoſque diſcipulos, per id, quod non adſit, roborare quod adſit. Re autem vera honorabat pudicum adoleſcentem, plus quàm intemperantem ſenem, & ſenem ſtudioſum diſcendi, plus quàm imperitum iuniorem, & pauperem imperitum, plus quàm auarum eruditum, & ſeD cularem probum, plus quàmocioſum monachum. Hæc fortaſſis illi iniurias appellant, qui honores quærunt. Et quidem cùm ſcriptura cõtumelias quoque contineat, Ioanne quidem ad illos, qui ſe docendi veniebant, dicente: Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere Matth. 3. à ventura ira? Et Paulo in actis Apoſtolorum dicente Pontifici: Percutiet te Deus, paries Act. 23. dealbate. Saluatore item ad Iudæos nunc quidẽ, Generatio mala, & adultera ſignum quærit, Mat. 12. dicente: nunc autem Apoſtolis omnibus: O ſtulti, & tardi corde: Luc. 24. Aliàs verò Petrum Satanam appellante, cùm dicit: Vade poſt me Satanas, ſcandalum enim es mihi: Matth. 16. cùm grauis certè nulla ſubeſſet cauſa, per quam hiſce contumeliis agerentur. Silentio itaque amplectamur diſciplinam, cùm ſpirituales diiudicare nequea-

mus. Neque enim odio habentes iniurias irro- A
gant, neque inflati ſolitudini ſtudent, ſed chari-
tate omnia faciunt: huius rei gratia & omnes,
quorum nobis, virtus in ſacris literis traditur,
declinaſſe imperitorum gregem, atque auerſa-
tos eſſe comperies, ne lapſu temporis facta
conſuetudine, aut aliquid virtutis amitterent,
aut quippiam illorum malignitatis haurirent.
Sara prima monuit virum Abraham ancillæ vt
filium, puerum licet, communibus arceret la-
Gen. 21. ribus, ludere illum cum filio ſuo Iſaac indignè
ferens, ne fortè huiuſce familiari conſuetudi-
ne, illius mores ac ſtudia traherentur. Iacob
ipſe fuga ſalutem adipiſcitur, in Meſopota-
miam peregrinando profectus. Loth, adhor-
tantibus angelis, à Sodomitis impiis ſeparatur.
Moyſes ille magnus effectus, vt dixi, & filius
filiæ Pharaonis dici non ſuſtinens à tyranno, e-
iúſque ſatellitibus, Deo prouidente, diſiungi- B
tur, ſibique conſentientes ad fugam, exitúm-
q; ſollicitat. Prophetæ nequiſſimorũ hominum
vulgus linquentes in ſolitudinibus fermè vixe-
re. De quibus & Apoſtolus ait: In ſolitudinibus,
Heb. 11. & montibus, & ſpeluncis oberrãtes: ne ſcilicet
iniquorum permixtione aliquid ſordis attrahe-
rent, non ignorantes, quantum conſuetudo va-
leat ad fallendum, vtque familiari conuictu ſo-
leat ad eadem prærupta & præcipitia trahere.
Neque id modò, verùm quia ipſa quoque per
ſe malorum familiaritas, probrum ſimul &
perniciem infert, præterea & fœda, & inhone-
ſta eſt. Non enim per naturam habet aliquid,
quod non oblectet ſuſtinere, vel ad modicum
illi immorari. Semper enim ſimile ſimili cha- C
rum eſt: cuius etiam rei gratia dicitur: Omne
Eccl. 13. animal diligit ſimile ſibi: Quod verò diſſimile
eſt, inimicum, alienúmq; cenſetur. Quis enim
vnquam inducet columbam, aut turturem le-
gentem ſemina, miluis, coruiſve conuerſari,
carne veſcentibus? Quis anſerem, aut gruem
herbas edentem, vulturibus congredi? Quæ
enim communio luci ad tenebras? Aut quæ ſo-
cietas virtuti cum iniquitate? Quod conſortiũ
bonis, ac malis? DIAC. Quomodo igitur di-
1. Cor. 6. cit Apoſtolus: Omnia omnibus factus ſum, Iu-
1. Cor. 9. dæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: his,
qui ſine lege ſunt, tanquam ſine lege eſſem, vt
eos, qui erant ſine lege, lucrifacerem. PALLAD.
Teſtimonium iſtud, virorum optime, nihil ad
ea, quæ dicta ſunt, confert. Non enim ait Pau-
lus, factus ſum negligentibus negligens, aut D
nugantibus nugax, aut cupidis cupidus, aut hu-
iuſmodi aliquid, ſed factus ſum quaſi hoc, aut
hoc, non definitè hoc & hoc: non enim idem
eſt alterum, quod alterum. Eius profectò gene-
ris eſt, quod ab Apoſtolo, aut dicitur, aut geri-
tur, cuius condeſcenſio etſi magna emolumen-
ta non affert, nulla tamen inuehit detrimenta.
Factus ſum enim, inquit, Iudæis tanquam Iu-
dæus, vt Iudæos lucrifacerem, cùm certè ex Iu-
dæis eſſet, circumciſionémque ſuſcepiſſet. Cur
ergo dicit, tanquam Iudæus, & non abſolutè,
Iudæus? Sabbata nempe celebraſſe vnà, vnàque
ieiunaſſe ſæpe deprehenditur, non vt Saluato-
ris decreta violaret, ſed vt huiuſce conſuetudi-
ne illos ad perfectiorem ſcientiam traheret,

A dum ſe ad illorum declinabat infirma, medico-
rum inſtar, qui infirmorum voluntatibus inter-
dum condeſcendunt, cùm neque ſemper eis aſ-
ſideant, neque eiuſdem morbi participes ſint,
neque eiſdem deſideriis macerentur. Congruit
enim hoc profectò doctori inſtitutum, non in-
uerſari diutius turbis, ſed ſibi quieſcere, ac ſol-
licita indagatione ſcrutari morborum ingenio-
rúmque varietates, vt faciunt peritiſſimi medi-
ci. Illi namque multum temporis in libris con-
terunt, vt & infirmitatum cauſas prædicere, &
remedia præſtare poſſint, tantum infirmis pro-
pinquantes, quantum ſatis ſit ad cognoſcen-
dum morbum, adhibendúmque remedium.
Non vnà ludunt, aut prandent ſimul: neque
enim profitetur medicinæ virtus infirmis con-
cœnare, atque colludere, ſed eos ad ſanitatem
reuocare. Deſine igitur obſecro, neque eadem
B vltrà diſquirere. Virtus enim nunquam probris
garrulorum, & illoto ore loquentium vincitur:
Magíſque ſuſcipe ſententiam meam, tuíſque
auribus oſtiarium admoue, ne omne ſuſcipiant
verbum, atque intus admittant, quod poſtea
perturbet animum tuum. Mihi verò permitte,
vt ea, quæ reſtant narranda, abſoluere poſſim.
Feſtino enim cœptũ exequi iter. Ad hæc Theo-
dorus ait. Quid quæſo de Epiſcopis illis actum
eſt, qui cum noſtris miſſi ſunt, Eulyſio ſcilicet,
Palladio Cyriaco, atque Democrito? Id enim
ſolum de illis audiuimus, quòd exilio relegati
ſunt. PALL. Si priora illa, quæ de beato Ioan-
ne memorauimus, abſque vlla ſunt ſuſpicione
mendacij, eáque memoria retines, hæc etiam
C quæ percontaris, exponam. THEOD. Adeò CAP. XX.
hæc pro certis habeo, ac ſi ea ipſe coràm geri
vidiſſem. Volo autem id ſit tibi meæ credulita- Hinc
tis argumentum, quòd ea intentiſſimè audiui, colligunt
quæ dicta ſunt, memoriæq; altius infixa teneo, non a Pal-
ſcripturæ fortè tradenda per me, ſi Deus iuue- ladio, ſed
rit, in memoriam generationis noſtræ, & eorum a Theo-
vtilitatem, qui Epiſcopatum deſiderãt, vt Ioan- doro ſcri-
nis imitatores, aut veſtri ſint, qui amore veri- ptum hũc
tatis viam ſanctorum Martyrum æmulati eſtis, dialogum
aut certè id onus ferre velle deſiſtant, quod vi-
rium ſuarum excedit modum, humiliorem qui-
dem, ſed tutiorem laicorum amplectentes vi-
tam. Præſtat enim apud peritos gubernatores,
dato naulo, vectores fieri, atque ſeruari, quàm
aſſumpto gubernatoris loco, nauem vnà cum
mercibus perdere, atque ſubmergere. His igitur
D de beato Ioanne decurſis, quæ ad eius initia, at-
que incrementa pertinere videbantur, quemad-
modum ſcilicet in Eccleſijs Antiochena, Con-
ſtantinopolitanáque floruerit, vtque promotus
ſit, atque inſidias paſſus, emenſis item, quæ in
medio contigere, cladibus, quas perditi homi-
nes ſtudioſè concitarunt, & de Porphyrio iti-
dem, ac de Epheſinæ Eccleſiæ Eunucho, an-
nuntia nobis, precor, & reliqua, quinam ſcili-
cet in carcere mortui ſunt, quíve de Ioannis
communione in exilium acti. Eſt enim planè iu-
ſtiſſimum, talium virorum memoriam exequi
pro alacritate, & conſolatione viuentium. Nam
ſi in ſeculi rebus, ſerui, qui pro Dominis con-
cluduntur, aut cæduntur, aut excarnificantur,
beneuolentiam ab illis, libertatémque conſe-

quuntur, quanto magis, qui Chriſti amore cruciantur, honores ab Eccleſia, beneuolentiámque promerentur? De quibus & Apoſtolus ait: Heb. 10. Vinctis quaſi ſimul vincti, his, qui affliguntur, quaſi afflictionis ſocij ſimus: vtpote & ipſi in corpore conſtituti, & caſibus mortalis conditionis obnoxij. Pretioſa enim in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Pſal. 115. PALLAD. Præclarè tu quidem, Theodore. Igitur audi, quæ cupis noſſe. Epiſcopi, vt initiò quidem fama vulgauit, in mare præcipitati: vt autem veritas continet, in exilium ad remotiora & barbara loca ducti ſunt, ibique à ſatellitibus nunc vſque ſeruantur. Reuerſus enim diaconus quidam, itineris ipſorum comes, retulit Cyriacum quidem Emiſenum octoginta millibus paſſuũ Palmyram Perſarum oppidum adductum eſſe: Eulyſium verò Boſtræ Arabum in caſtellum, quod Nuſphas appellatur, Sarracenis adiacens, relegatum: Palladium Blemmiorum, ſiue Æthiopum Epiſcopum ſeruari prope locum, qui Syene vocatur: Demetrium intus in Oaſim Mazicis proximam: ſunt enim & aliæ Oaſes. Seraphionem autem poſt innumeras abſque vlla probatione calũnias, cùm atrocitate iudicium violaſſent, in patriam, vt fama eſt, propriam relegarunt. Hilarius vir ſanctus, & ſenex, poſt plagas non à iudicibus ſibi, ſed ab Actro impoſitas in interiorem Pontum miſſus eſt, qui decem & octo annis panem non guſtauit, ſoláque olera, vel legumina in cibum habuit. Antonius intra Palæſtinæ ſpeluncas ſe incluſit. Timotheus Maroniæ, & Ioannes Lydiæ Epiſcopi in Macedonia eſſe memorantur. Rhodon Aſiaticus Mitylenen profectus eſt. Gregorius Lydius eſſe in Phrygia dicitur. Briſſo Palladij frater, Eccleſia ſua ſponte derelicta, in agello ſuo degit, terram propriis manibus fodiens. Lampetius verò, vt aiunt, in agro Lydiæ à quodam fouetur Eleutherio, lectionibus vacans. Eugenius in patria eſt. Elpidius magnus ille Laodiceæ Syriæ Epiſcopus, vnà cum Pappo, tres anni ſunt, ex quo gradus domus nunquam deſcenderunt, orationibus inſiſtentes. Heraclidas Epheſius quadriennium iam Nicomediæ carceri incluſus eſt. Reliqui de communione Ioannis, partim quidem Attico communicarunt neceſſitate compulſi, & ad alias Eccleſias Thraciæ tranſlati, partim neſcimus vbi ſint. Aiunt Anatolium in Gallias conceſſiſſe. Presbyteri verò in Arabiam, & Palæſtinam exularunt. Tigrius in Meſopotamiam relegatus eſt. Philippus fugiens in Ponto diem obiit. Theophilus in Paphlagonia verſatur. Ioannes Æthrius Cæſareæ conſtruxit monaſterium. Stephanum, in Arabiam relegatum, à carnificibus Iſauri abſtractum in Taurum dimiſere. Saluſtium Cretæ immorari fama eſt. Philippum monachum, atque presbyterum Scholarum audiui infirmari in Campania. Sophronius diaconus Thebaidæ ſeruatur in cuſtodia. Paulus diaconus diſpenſatoris adiutor in Aphricam profectus memoratur. Alius Paulus Hieroſolymis eſt. Elladius palatij presbyter Bithyniç in agello proprio degit: plurimi Conſtantinopoli deliteſcunt. Alij verò in ſua quiſq; diſceſſere. Syluanus autem ſanctus Epiſcopus

A Troade piſcatu ſibi victum quærit. Stephanus monachus, qui Romanorum epiſtolas detulit, huiuſce rei gratia Conſtantinopoli cæſus, atque in carcerem coniectus eſt, cúmque oblatam ſibi communionem, vt admitteret, induci non poſſet, latera, & pectus nimia immanitate diſſectus, vt ego hiſce oculis hauſi, & Chriſti gratia fortaſſis ad ſecunda certamina reſeruatus, poſt decimum curæ ſuæ menſem Peluſium extorris agitur. Prouincialis quidam inter ſcholares alios militans, quòd Ioanni ſtuderet, accuſatus, poſt varias plagas, & atrociſſima tormenta, in Petram exul agitur. Elpidij presbyteri famulus, quinquaginta, vt aiunt, numiſmatibus, vt Ioannem dolo interficeret, mercede conductus, deprehenſúſque, quòd tres haberet B gladios, eos, qui ſe deprehenderant, ſeptem, ſingulatim percuſſit. Ex his quatuor continuò ſepulti ſunt: tres diutiſſimè curati, ſanati ſunt, homicida illo abſoluto. Eutropius beatiſſimus, virgo purus, cantor, cæſus, & latera, ac frontem vſqueadeo ſectus, vt ſupercilia quoq; vellerentur: lampadibus poſtremò ad latera, oſſibus iam nudatis, vtrinq; admotis, in ligno moritur, mediáque nocte ab his qui hoc egerant, ſacerdotalis ordinis viris ſepelitur, Deo illius morti dignum teſtimonium perhibente, quòd paſſionem Redemptoris eſſet imitatus. Audita enim pſallentium cœlitum vox, angelicas patefecit excubias. Retulit autem is, qui ab Epiſcopis redierat, diaconus, eos à ductoribus ſuis immiſſione quorundam intantum vexatos, vt tæderet etiam viuere, mortémque ſibi imprecaC rentur omnes. Nam pecunias in ſumptus neceſſarias eis auferentes, inter ſe partiti ſunt, nudiſq; imponentes iumentis, bidui iter vna conficiebant die, profunda iam nocte diuertentes, & nocturnis item tenebris ad iter exurgentes, vt neque infelices eſcas continere ſtomachus poſſet. Turpibus præterea, obſcœniſque ſermonibus impetere illos non deſiſtebant. Palladio autem etiam ſeruum tulerunt, cogentes ipſum literas quoque exponere, quas habebat. Demetrium vnus ex militibus adeò afflixit, vt profunda iam veſpera illum etiam percuteret vomere. Qui continuò corruẽs expirauit, multis doloribus maceratus. Prædixerat enim Palladius, vt ex commilitone veniente didicimus, Aliud iter non conficies, ſed miſerabiliter moD rieris. Eccleſiæ namque omnino propinquare non ſinebant, hoſpitantes aut in ſtabulis, vbi ſcortorum erat multitudo, aut in Samaritanorum, vel Iudæorum ſynagogis: quibus illi anguſtiis preſſi, noua ſemper animo verſare cogebantur. Dixit autem vnus ex Epiſcopis: Quid de diuerſoriis querimur? Num enim in nobis eſt morari vſpiam, vt voluntate propria & electione laſciuientes pœnas expẽdamus: an ignoratis hæc omnia & contigiſſe prius, & futura etiam poſtmodum; per quæ omnia glorificatur Deus? Quàm multæ iſtiuſmodi meretrices, quę vel obliuionem Dei cœperant, vel illum ſemper ignorauerant, cõſpectis nobis, in timorem Dei, cogitationémque venerunt, fortaſſis in melius conuertendæ, ſiue certè ad deteriora non prolapſuræ. Non parum autem eſt rationali animę,

quæ à

quæ à perturbatione vexatur, reſpirare vel mo-
dicum, quod eſt pudoris fomentum, adeò vt di-
xerit, qui hęc ſuſtinuit, magiſter gentium Pau-
2.Cor.2. lus: Chriſti bonus odor ſumus in his qui ſer-
1.Cor.4. uantur, & in his qui pereunt, eò quòd ſpecta-
culum facti ſumus angelis, & hominibus. In tā-
tam verò acerbitatis inſaniam Epiſcopi omnes
de communione Theophili, per totum Orien-
tem, ſicuti monachus rediens retulit, deuene-
runt, vt ex his plerique non modò debitam hu-
manitatem non exhiberent, verùm milites, da-
tis muneribus, inducerent, vt eos ocyus ciuita-
tibus pellerent. Sunt autem, qui iſta geſſere,
Tarſenſis, & Antiochenus, & Cæſarienſis, at-
que ante omnes Ancyranus, & Peluſienſis Epiſ-
copi, partim donis, partim etiam minis mili-
tum animos contra eos ita efferantes, vt ne lai-
cos quidem, eos excipere hoſpitio cupientes,
permitterent, ſicut in epiſtolis canonicis Caio
contra epiſcopum quendam ſcribit beatus Ioā-
nes, hoſpitalitatem Caij maximè ſuſcipiens,
eúmque admonens, ne malos imitetur Epiſco-
3. Ioan. pos. Eſt autem hic fermè textus epiſtolæ: Caio
dilectiſſimo, quem ego diligo in veritate. Dile-
ctiſſime, in omnibus te rectè incedere cupio, &
bene valere, ſicut rectè incedit anima tua. Ga-
uiſus ſum enim vehementer venientibus qui-
buſdam, & nunciantibus mihi, quoniam in ve-
ritate ambulas, & in quibus requieſcere ſanctos
feciſti. Maius hoc gaudium non habeo. Et ad-
dit: Scripſi eccleſiæ, ſed ambitioſus horum
primarius Diotrephes non ſuſcipit nos, verbis
malis nugax, & non contentus his, neque ipſe
ſuſcipit fratres, & volentes prohibet, atque ec-
cleſia eiicit. Deinde rurſus admonet, dicens: Di-
lectiſſime, noli imitari malum. Qui enim bene
facit, ex Deo eſt: qui autem malè, non videt
Deum. Antiquæ nequitiæ totum appoſuimus
teſtimonium, vt eorum, qui nunc ſunt, huiuſ-
modi ſententiam agnoſcamus. Laudabat au-
tem, atque admirabatur ſecundæ Cappadociæ
Epiſcopos, vt qui actis in exilium Epiſcopis,
magnum oſtendiſſent miſerationis affectum, &
in primis Theodorum Tyaneum mitiſſimum
virum, Boſporiúmque Colonię qui quadrage-
ſimum in Epiſcopatu agebat annum, & Sera-
phionem Oſtracinæ quadrageſimum & quin-
tum annum in Epiſtolari officio ſupergreſſum.
Ad hæc ſtupefactus Theodorus, cùm diutius in
eorum admiratione tacuiſſet, ait. THEO.
Quid igitur ad hæc dicemus, Pater? Num hora
iam nouiſſima eſt, & diſceſſio, iuxta Pauli vo-
cem, per iſta ſuſcepit initium, vt iam reuele-
tur filius perditionis, qui aduerſatur? Nam
quia mali proſperentur, & in huiuſmodi ope-
ribus perſiſtendo præualeant, boni verò è con-
tra premantur, atque vaſtentur, illum propè
eſſe cum horrore me admonet. PALLAD.
1.Ioan.2 Eſt quidem proximus finis, ſapientiſſime Theo-
dore, ſecundùm illum, qui ait: Pueri nouiſſima
Mat. 18. hora eſt, illúdque de Euangelio: Exiit autem
paterfamilias circa horam vndecimam opera-
rios conducere in vineam. Nouiſſima verò
duodecima horarum extrema eſt. Si autem an-
te quadringentos annos dictum eſt ab Apo-
ſtolo, nouiſſimam horam imminere, multo

A magis nunc. Sed enim ab initio iſta contigere,
Deo ad exercendos iuſtos permittente, quando
illos diabolus examinat, vt Saluator ait: Simon, Luc. 22.
Simon, expetiuit vos Satanas, vt cribraret, ve-
lut triticum. Ego autem oraui pro te, vt non de-
ficiat fides tua. Neque verò pro ſolo Petro
orauit IESVS, verùm & pro omnibus, Petri
habentibus fidem, nihil aliud ſignificante cri-
bro, quàm mortalem voluptatum ac dolorum
circulum, plenum foraminibus, per quæ terre-
ni quilibet à vero tritico in infernum cadunt,
dum alij quidem per gulæ foramen decidunt,
quorum Deus venter eſt, alij per voluptatis, de Philip. 3
quibus ait Propheta: Spiritu fornicationis ſe- 1.Cor.16
ducti ſunt. Neque enim fornicatores, neque a- Ephe. 5.
dulteri, neque molles regnum Dei poſſidebunt.
Alij item per auaritiæ foramen dilabuntur, hi
B ſcilicet, qui idolatriæ ſibi coniugem deſponſa-
uere. Alij verò per iræ ac furoris, quíque fera-
les tenebras amauerunt. De quibus Ioannes ait:
Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt vſque
adhuc. Ira enim, vt in Prouerbiis legitur, per-
dit etiam ſapientes. Alij per acidiæ atque obli-
uionis cauernam ruunt, qui in animi vigilantia Pſal.118.
non perdurant, illúdque Pſalmiſtæ dicunt: Dor-
mitauit anima mea præ tædio, quibus expro-
brans ſermo diuinus: Væ, inquit vobis, qui
perdidiſtis patientiam. Et quid facietis, cùm vi-
ſitauerit Dominus? Alij per irrationabilem glo-
riam, de quibus Pſalmiſta prædixit: Quoniam
diſſipauit Deus oſſa hominibus placentium. A-
lij per iactantiam, & faſtum, id eſt, arrogantiam,
quos veluti deſertores, Propheta inſimulat, di- Ibidem.
C cens: Superbi iniquè agebant vſquequaque, à
lege autem tua non declinaui. Vnumquodque
autem horum vitiorum complura comitantur.
Faſtum inuidia ſequitur: auaritiam odium: illi-
beralitas, atque mendacium, furorem: iram,
ſiue iracundiam, contumeliæ, inuidentiæ: for-
nicationem obliuio, priuatio timoris, pigritia,
zeli boni defectus, inutiléſque vigiliæ. Inanem
gloriam curioſitas, perceptio munerum, appa-
ratúſque magnifici, ſimulationes, acceptiones
perſonarum, atque fallaciæ. Superbiam arro-
gantia, crudelitas, dementia, & alia, ne plura
enumerans prolixior ſim, cùm ea quæ dixi, ſuf-
ficiant ad probationem. Singulis autem eiuſce-
modi vitiis contrariam virtutem obiecit Deus:
puta luxuriæ caſtitatem, gulæ continentiam, cu-
D piditati iuſtitiam, iracundiæ manſuetudinem,
triſtitiæ gaudium, obliuioni memoriam, acidiæ
tolerantiam, ſtultitiæ ſapientiam, formidini for-
titudinem, vanitati humilitatem, & aliis alias:
omnibus verò ſcripturam ſanctam. Soli faſtui
virtutem contrariam non dedit, ſeipſum illi ob
nimiam malitiam ſeruans, ſicut ſcriptum eſt:
Deus ſuperbis reſiſtit. Sicut item Propheta ait:
Leua manus tuas in ſuperbias eorum in fi- Iacob. 4
nem. Et rurſus: Redde retributionem ſuper- Pſal. 71.
bis. Et quemadmodum ex fructu arbor agnoſ- Ibid. 93.
citur, dicente Domino: Ex fructibus eorum Matt. 7.
cognoſcetis eos: ita vnuſquiſque hominum,
ſiue ſint ſancti, ſiue dicantur. Sic autem ſunt
ſemper malorum fœlicitates diuturnæ, Deo
illos æquanimiter tolerante. Ita enim illi
conuenit, vt ſancti hoc ipſum ex perſona eo-

rum, qui premuntur, prænunciauerint ad
conſolationem noſtram, qui modò patimur.
Iob. 21. Primus tolerantiæ filius Iob, quid ait poſt
multa? Quid enim? Nunquid ex homine re-
prehenſio mea? ſine querela ſe eſſe ſignifi-
cans: Aut quare non iraſcar, ſi aſpicientes
in me admiramini, manúmque ſuper maxil-
lam ponitis, ſiue enim memor fuero, feſti-
naui, habent enim carnes meas dolores. Qua-
re impij viuunt, atque inter diuitias conſe-
neſcunt? Semen eorum iuxta animum, filij
autem eorum in oculis ſunt. Domus eorum
abundant, metus autem nuſquam eſt. Fla-
gellum Domini ſuper eos non eſt. Bos eo-
rum non abortiuit: ſeruatus eſt autem ab æſtu.
In ventre habens non eſt fruſtrata: manent
autem veluti oues perpetuæ. Filij eorum al-
ludunt ſumentes pſalterium, & citharam, &
B lætantur ad vocem Pſalmi: Conſummaue-
runt in bonis vitam ſuam, & in requie infer-
ni dormierunt. Dicit autem Domino: diſce-
Pſ. 100. de à me, vias tuas ſcire nolo. Conſonat huic
Pſ. 72. & diuinorum iudiciorum præco, iuxta illud:
Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Do-
mine. Dauid ait: Quàm bonus Deus Iſraël
rectis corde. Mei autem penè moti ſunt pe-
des, penè effuſi ſunt greſſus mei. Vt quid?
Quia zelaui ſuper iniquos, inquit, pacem pec-
catorum videns. Et alibi rurſus, opibus illo-
Pſ. 141. rum detrahens: Boues, inquit, illorum craſ-
ſæ, oues eorum fœtoſę, abundantes in egreſ-
ſibus ſuis. Promptuaria eorum plena, eru-
ctantia ex hoc in illud. Filiæ eorum compoſi-
C tæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Peſ-
ſimam quoque illorum concordiam & pacem
admirans addit: Non eſt clamor in plateis eo-
rum, nec ruina maceriæ in domibus eorum.
Deinde vituperans corruptam vulgi opinio-
nem, ait: Beatum dixerunt populum, cui hæc
ſunt, & addit: Beatus populus, cuius eſt Do-
minus Deus Iacob adiutor eius. Et ne, omiſ-
ſis teſtimoniis aliis, putet de ratione noſtræ
perfectionis diffidere, audi rurſus Prophe-
Haba. 1. tam Habacuc ſub quadam tunſione pectoris
in huiuſmodi indignantem, ac dicentem: Vſ-
quequo Domine clamabo, vim patiens, & non
exaudies? Suas enim proximi iniurias appel-
lauit, & ſtudio fraternitatis adiecit: Vocife-
rabor ad te, & non ſaluabis? Quare oſtendi-
D ſti mihi labores, & dolores, aſpicere in æ-
rumnam, & impietatem? Ex aduerſo mei fa-
ctum eſt iudicium, & iudex accipit. Idcirco
diſſipata eſt lex, & non adducetur in finem
iudicium, quia impius præualet contra iuſtum.
Hier. 12. Eodem ſpiritu & miſericordiſſimus Hieremias
ſanctus hæſitans clamat: Iuſtus es Domine.
Veruntamen iudicia loquar ad te. quare via
impiorum proſperatur? abundant omnes irri-
tantes irritationes. Plantaſti eos, & eradi-
cati ſunt, pro eo, quod eſt, licenter viuunt.
Et fecerunt fructum, non ſpiritus planè, pro-
pinquus es ori eorum, & longè à renibus eo-
Mal. 3. 14 rum. Eadem fermè ſapiens propheta Sopho-
nias, maledicos homines culpans, Dei proui-
dentiam accuſantes, ſanctóſque miſeros di-
centes, ex perſona Dei ait: Ingrauaſtis ſuper me
ſermones veſtros, dicit Dominus, & dixiſtis, in
quo oblocuti ſumus contra te? Dixiſtis, Va-
nus eſt, qui ſeruit Deo. Et quid amplius? quia
cuſtodiuimus præcepta eius, & quoniam am-
bulauimus ſupplices ante faciem Domini om-
nipotentis. Et modò nos beatificamus alienos,
& ædificantur omnes, qui faciunt iniuſtitias,
& reſtiterunt Deo, & ſaluati ſunt. Hæc oblo-
cuti ſunt, qui timent Dominum, vnuſquiſque
ad proximũ ſuum. Conſentiẽtia his, & pietatis
præco Paulus loquitur, dicens: Nequaquam 2. Ti. 3.
autem homines & magis in deteriora profi-
cient, falſi, ac fallentes. Deinde Sanctorum 1. Cor. 4
vtilitatem deſignans, ait: Exiſtimo enim, quòd
Deus nos Apoſtolos nouiſſimos demonſtrauit,
quaſi morti deſtinatos. quoniam ſpectaculum
facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.
B Vſque in hanc enim horam, & eſurimus, & ſi-
timus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, &
inſtabiles ſumus, & laboramus operantes ma-
nibus noſtris, corporales ærumnas enumerans.
Maledicimur, inquit, & benedicimus: perſecu-
tionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphema-
mur, & obſecramus. Tanquam purgamenta hu-
ius mundi facti ſumus omnium peripſema vſ-
que adhuc. Deus quippe bonus, & iuſtus,
ſecretiſſima ratione ſua ſtadij in morem porri-
git mundum, nóſque liberos fecit, vt propriè
voluntatis arbitrio in omnibus vtentes, iuſtas
perſoluamus, ſi malè geſſerimus, pœnas, ſicut
lex ait: Poſui ante faciem tuam vitam & mor-
tem. Elige, quod vis. Cur autem ita poſue- Eccl. 15.
rit, non eſt neque modi noſtri, neque temporis
C dicere, niſi quod poſuit ſolum. Neque enim ſa-
pientiæ fuit, nos inconuertibiles facere, nullis
propoſitis præmiis, nulláque ſententia volun-
tatis rectè operante. quippe ſoli diuinitati & æ-
ternitati inconuertibile congruit. THEODORVS.
Præclarè tu quidem, atque ſapientiſſimè oc-
curriſti, Pater, præſentium illuminans animos,
qui per ſcripturarum imperitiam in his ſemper
offendunt. Profectò enim gymnaſium per lon-
ga tempora eccleſia fuit, victores ſuos viros, ac
mulieres oſtendens, non fruſtra Chriſti carnes
eatenus comediſſe. Contriſtat autem nos veſtra
inconſtantia, Eccleſiarúmque deſolatio. PAL-
LADIVS. Admiror equidem te, virorum præ-
ſtantiſſime Theodore, quòd, cùm vtilitatem rei
confeſſus ſis, contraria è veſtigio loqueris. Nam
D qui nuperrimè, vt victores, beatos prædicabas,
modò, vt lapſos, miſerabiles putas, quoniam Ec-
cleſiaſticis locis excidimus. Idem autem mihi
pati videris, quod ruſtici, qui Olympia ſpectãt.
Illi cùm perlibenter ad brauium inhiantes aſpi-
ciant, lachrymantur miſerabiliter ad certantium
vulnera. At mihi pręſtat valles, & deſerta, & ma-
ria perſequi, veritatẽ tenẽri, quàm inſigni gloria
pręſentis felicitatis amictũ, inhęrere mendacio.
Veritatis enim cõpos habebo omnia, quippe cũ
veritati omnia ſeruiant: mendaciũ poſſidens, ne-
que me ipſum habiturus ſum. Porrò veritatẽ ha-
bens nõ vtcunque habere illã volo, quaſi domi-
nam, aut ancillã, aut propinquam, ſed vt ſororẽ.
Si autem poſſibile fuerit, vt coniugem etiam,
ipſius voluptate fruens, & poſtmodum, vt vxo-
rem propriam poſſidens. Eſt enim filia veræ

Digitized by Google

profectò veritatis,cuius vir probus,virtutíſque A
ſtudioſus eſt gener. Nam qui iſtud ſigillum
habet, reuireſcit, inſeneſcibilis, atque immar-
ceſcibilis ſit, zelum habens igne feruentiorem,
ſermonem gladio acutiorem, leuiorem aquila
vitam. Impigrè currit ad ſcripturarum medita-
tionem, veluti ad indulgentiſſimam matrem:
tranquillitate animi perpetuò floret, non capi-
tur metu, exultat certo robore, & afflatu diui-
næ gratiæ ſuauiter agitatur. Odit neminem, mi-
ſeretur eos qui malè vtuntur ſeculo: beatos du-
cit eos qui remoti à turbis, quietem inſectan-
tur, & otium: ſpirituali triſtitia mœret in ne-
gligentia ſacerdotum, de quibus ait Apoſtolus:
Epheſ. 4 Et Spiritum ſanctum nolite contriſtare, in quo
ſignati eſtis in diem redemptionis. Contriſtat
autem ſpiritum, qui terga ei per negligentiam
dat. Et quid reliqua memorem? Cum fiducia B
moritur, nemine læſo, præter dæmones, & eos
qui proximi dæmonibus ſunt: abundat illi tem-
pus, neque dies ſuos malignis violauit operi-
bus. Duplicauit traditam ſibi pecuniam, bono-
rúmque operũ præmiſit vſuras. Tempore mo-
dico longæua impleuit debita. Teſtamentum
materiale non ſcribit, qui terram omnem vi-
uens ac ſentiens ab ſe excuſſit. Pulſauit mors ia-
nuas carnis, priuſquam illam videat, clamat, Ea-
mus hinc, illúdque prophetæ pſallit intentius:
Pſal. 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.
Ac niſi Domini mittentis obſtaret authoritas,
ab ea, quòd ſerò veniſſet, etiam pœnas exigeret.
Gratulatur poſtremò carnis nexibus, & pertur-
Matt. 25 bationibus liber, tanquam fragilis, ruinámque
minantis hoſpitij. Aurẽ erexit ad eum qui ait, C
Mat. 12. Euge ſerue bone & fidelis, auditurus & reli-
qua. Sit autem tibi eorum quæ dicimus, cer-
tum argumentum verborum copia. Ex abundã-
tia enim cordis, os loquitur. Porrò qui menda-
cij familiaris eſt, vitam habet perturbatam, ali-
quando immodicè gaudens, ſiue de incremen-
to pecuniæ, ſeu de propagatione gloriæ, ſiue de
conſuetudine meretricis, ſiue de aduerſitate ini-
mici. Aliquando verò triſtatur vſque ad mor-
tem, dum ſubitas mutationes, & incertos euẽ-
tus pauidus cogitat, noctéſque inſomnes du-
cens, aut malè dormiens, ſuſpectas habet cha-
rorum etiam inſidias, neque ſibi ipſi confidens,
ex omnibus, tanquam mendacibus, derogans
fidem, cùm ipſe huiuſmodi ſit. Timidus eſt, ve-
luti lepus: audax, vt porcus: fallax, vt cha- D
mæleo: deceptor, vt perdix: immitis, vt lupus:
ſui ipſius inimicus, indeſinenter inuidus, ſemet
neceſſariò ſenſu perdito inclementer exagitans.
Cùm enim malum contra aliũ cogitat, ſeipſum
priùs peſſimè cruciat. Pulſauit mors, omnia da-
bit, vt modicum adhuc duret in vita. Indultum
ſibi vitæ ſpatium fruſtra conſumpſit. Pecuniam
neque duplicauit, neque integram cuſtodiuit.
Tremit, vt folium iugiter, ſeneſcere nolens, &
quæ ſenum ſunt, delirando iam ſuſtinens.
Mortem timet, vt Deum. Deus illi eſt viſibi-
lis mundus. Et quid vltrà? Palleſcit, horret,
anxius eſt, diuinúmque iudicium præueniens,
ſeipſum punit, conſcientia illum atrociter
torquente, & delictorum ſingulorum iugiter
admonente. Acriora patitur, quàm hi qui

A corpora ſua verberibus atterunt. Seruili animo
temporales magiſtratus alloquitur: mundo
fœda adulatione ſubſternitur. Pro vno domino
habet innumeros, vt non ſeruiat veritati. Vt
timeatur, ſtudet, qui metuit omnes. Iſta tibi pro
captu noſtro, & pro viribus diximus. Si quis
autem verius ſentiens, ſaniore, & vberiore do-
ctrina imbecillitatem emendauerit noſtram, &
hunc gratè ac libenter admittemus, vt correcto-
rem, & fraternitatis amatorem, Saluatorique
per omnia gratias referemus. Verùm enim tu
quoque mihi Occidentalis ſynodi, quæſo, vt
ſententiam pandas, meáque conſignes ver-
ba, ſi quidem tibi placuere, veluti vtiliter di-
cta.

VT autem ceſſauit Epiſcopus loqui, Theo-
B dorus intulit, dicens: Det tibi Dominus
miſericordiam in die illa inuenire, tum quia ab
huiuſmodi communione diſceſſiſti, tum quia
nobis hæc apertè lucidéque narraſti. Meminerit
item omnis ſacrificij ſancti Ioannis, quia vſque
ad mortem confidentiam tenuit. Eſt autem hæc
Romanæ Eccleſiæ ſententia, non communica-
re in finem vſque Orientalibus Epiſcopis, maxi-
méque Theophilo, donec Dominus vniuerſa-
lis ſynodi tribuat locum, ac per eam curet pu-
trida membra eorum, qui iſta geſſere. Et ſi e-
nim dormit beatus Ioannes, vigilat tamen ve-
ritas, de qua eſt facienda diſcuſſio. His autem
qui huiuſcemodi facinus admiſere in eccleſia, li-
bentiſſimè congreſſus eſſem, vt eis in faciem
dicerem: Vbínam, oro, ſacerdotium eſt? vbi
C ſanctitas? vbi modeſtia, communióque natu-
ræ? vbi mandatum Domini Saluatoris: Si of- Matth. 5
feres munus tuum, & recordatus fueris,
quòd habet aliquid frater tuus aduerſum te,
vade prius reconciliari fratri tuo, & ita offer
munus tuum? Vbi illud: Si te percuſſerit in
vnam maxillam, verte illi & alteram? Vbi
ſcripturarum meditatio: Ecce quàm bonum,
& quàm iocundum habitare fratres in vnum?
Vbi illud: Fratres in neceſſitatibus vtiles ſint?
Cur autem, immutantes illud, Frater qui à fra-
tre adiuuatur, vt ciuitas munita opere, dici- Prou. 18.
tis: Frater qui à fratre violatur, ſiue expo- 19.
liatur, vt ciuitas miſerabilis, & muris deſti-
tuta? Quid igitur non modò infelices, ſed in-
feliciſſimi ſanctum virum perſequi conati
eſtis? Qua tandem ratione contra illum, ac
D ſi contra inimicum, armari odiis non detre-
ctaſtis? Quomodo, vt aduerſus inuicem ita
efferaremini, venire in mentem potuit? Vn-
de tantam mutationem oſtendiſtis, vt à blan-
do mitique ingenio, in durum atque immi-
te tranſiretis? Admiror, ac ſtupeo, fateor,
eiuſce peruerſionis cauſam, omnia intuens hu-
ius rei gratia commota. Cur obſecro tantæ ela-
tionis faſtu turgidi, nutricem veſtram eccleſiam
Dei, quæ vos à pueris aluit, veluti fœcundam
vuluam conſcindentes, iniuriis violaſtis, vt im-
pleretur in vobis Propheticum illud: Pro eo
quia perſecuti ſunt in gladio fratrem ſuum, Amos 1.
& vuluam corruperunt in terra. Hinc pro- 11.
fectò congreſſus vuluæ diuinus, ac ſalutaris
ſermo, vos & illum ſeminauit, atque plantauit

Digitized by Google

uit in bonis innumeris, & vtilibus rebus. Nam vt vobis mutuò opem ferretis conditi, tacere, aut quieſcere in his quæ vtilia iudicaretis, nunquam debuiſtis. Ad vſum igitur, & auxilij commodum creati, quid eam fraudaſtis gratiam, non modò labore non leuantes fratres, verùm & repellentes, atque à propria cognatione ſcindentes, cùm Propheta clamet ad vos?
Malac. 1 Nónne pater vnus omnium noſtrum? Nónne Deus vnus condidit nos? Sed dicturi eſtis: Peccauit in legem: quam legem, niſi quam ipſi calcaſtis, per ſummam nequitiam diſſipantes? Vbi itaque naturæ lex eſt, benignè corrigere admonens? Quid, oro, lege hoſtium abutentes, perſequimini veſtra conſilia, & agitis, quæ contraria ſunt, & inimicitiis digna? Quanto melius fuerit, vt ſimul habitantes, atque in vnum viuentes, communia, & bona conſilia communicaretis inuicem, in gloriam, & gratiam patris veſtri? Filiorum enim virtus, gratiarúmque concordia parentibus gratiſſima eſt, nihílque fermè aliud à natis requirit ſuis. Et iſtud profectò rite noſtis, quàm ſit neceſſarium amicitiæ, ac beneuolentiæ vinculum, ſtudioſè cuncta gerere, quæ placeant patri, & generationis, atque educationis, & conſeruationis authori, quem, vt delirum, contemnentes, bella in Eccleſia ſuſcitaſtis, iuxta propheticum illud: Inſaniam in domo Domini finxerūt, ac pro excitatione & exhortatione mutua, contra voluntatem, & ſententiam patris, bella in alterutrum crudelia geritis. Addo, quòd & Deum, & omnes, qui illi virtutis merito proximi ſunt, ipſius quidem filios, veſtros autem fratres, vehementer ſtupefacit & mouet, neque tacere permittit veſtra iſta veſania. Neque enim ille filiorum ſalutis negligens eſſe, vel non ſollicitus poteſt. Veſtram ergo dementiam grauiter ferens, & eorum iniuriam, qui opprimuntur à vobis, impunè vos tranſire iniquum putat. Neque enim id vel ipſi decorū eſt, vel vobis tutum. Veſtra præterea paſſio tolerabilis non eſt, & cura non modica indiget. Cernit nempe vos per verbera ipſa, & plagas innumeras deteriores euadere. Amiſiſtis enim ſenſum omnem, flectíque neſciſtis. Fratres denique chariſſimos, & contubernales, & confœderatos, & menſæ eiuſdem, lectíque participes, vnius, eiuſdémque cognationis conſortes, à Deo in odium inimiciſſimum conuerſi, execrati eſtis, vt eos à finibus ſuis, & à domo communi pelleretis, & procul ageretis extorres à ſedibus atque vrbibus propriis. Neque contenti qualicunque fuga illud ad tempus exegiſſe, pro viribus egiſtis, vt fine nullo id clauderetur exilium, nimia crudelitate atque immanitate agitati. Hoc & in beato Ioanne feciſtis, dum clauſum diutius odium in flammam repente excitantes, linguámque veluti acutum gladium, aduerſus illum exerentes, iræ ſatisfacitis, maledicta vitæ doctrinæ ſalutaris, ad peruerſionem audientium in eccleſia fundentes. Et hæc illis interim ſunt dicta, quibus retribuet Dominus iuxta illorum opera, miſericordia, & benignitate ſeruata. Enimuerò tibi, Ioannes beatiſſime, quænam

A ego ſermonum, veluti immarceſcibilium florum, ſerta contexam? Nempe enim poſt exceſſum vitæ nihil eſt, cur laudare te timeam. Superaſti namque procellam Moſaïcarum leguin illarum, quas dedit, benedicens actiuum Ioſeph, & contemplatiuum Leui ſacerdotem. In te denique vtranque video. In benedictione
Domini terra tua, & à montibus cœli, & roris, Deut. 34
& abyſſus fontium inferius, & iuxta tempus germinum, ſolis conuerſionum, & à conuentibus menſium, à vertice montium principij, & à vertice ſempiternorum collium, erunt in vertice Ioſeph, ſi quis tamen eſt Ioſeph, & in vertice fratrum, quibus pręfuit glorificatus inter fratres primogenitus. Tauri pulchritudo eius, & cornua vnicornis cornua ipſius. In ipſis ventilabit gentes ſimul vſque ad extremum terræ.
B Ad Leui autem, & imitatores eius dixit: Date Leui manifeſtos eius, & veritatem eius viro ſancto, quem tentauerunt in tentatione, maledixerunt eum ad aquam contradictionis. Qui dicit patri, & matri, non noui te, & fratres ſuos non cognouit. Cuſtodiuit eloquia tua, & ſeruauit teſtamentum tuum. Manifeſtauit iuſtificationes tuas Iacob, & legem tuam Iſraël. Ponet ſemper incenſum in feſtiuitate tua ſuper altare tuum. Benedic Domine robur eius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute ſupercilium inimicorum inſurgentium illi, & qui oderunt eum, non reſurgant. Ego autem & iſtud addiderim. Qui diligunt eum Domine Ieſu Chriſte, non confundantur. Tuum eſt enim imperium in ſecula ſeculorum, Amen.
C PALLAD. Et hoc tuæ ſapientiæ fuerit, ſenſuum ſpiritualium ſcrutator ſolers Theodore, iuxta Saluatoris ſententiam, proferre de theſauro mentis tuæ noua, & vetera. Vetera quidem humanæ ſapientiæ diſciplinas: noua autem ſancti Spiritus eloquia. Ex quibus profectò theſauris, vtrique parti quòd erat congruum, reddidiſti, de tua quidem prouidentia criminoſis, quæ opportuna fuerant, locutus, de benedictione verò Moſaica contextam Ioanni offerēs debitam coronam. Qui ſacerdotio ſumma integritate perfunctus, re vera patrem, aut matrem ignorauit, aut mortale omnino genus feruore iuſtitiæ, ſed ſolos diuini verbi ſtudioſos operarios nouit. Porrò noſtri qui viderunt Epiſcopi, luteum quidem genus reditibus, & mi-
D litiis, ac dignitatibus prouehunt, præuaricatores manifeſti legis, quæ ait: Non dabunt ſacerdotes filios ſuos in principes, & obambulantes regi. Quæ verò ſunt ſpiritus, inſidiis, fraudibus, cuſtodiis, exiliiſque conſumunt, merámque bibunt ignorantiam, dum ex his putant ſe virtutis amicos affligere. De quibus prædixit Saluator: Venient dies, in quibus puta- Ioan. 16.
bunt, qui occiderint vos, obſequium ſe pręſtare Deo. Quod profectò nequaquam de Gentilibus ait. Dixiſſet enim diis: plures enim quàm vnum, illi colunt. Ex eo autem, quòd vnum & ſolum appellauit, ſignauit eos qui modò nos Eccleſiæ prætextu inſectantur. Peruerſos namque mores ſuos, inuidiáſque occultantes, eccleſiam ſe tueri ſermonibus fingunt, quam demoliuntur operibus. Verùm illi quantumli-

Digitized by Google

bet ſimulent, verùm illos exitus arguet, illi ob- **A** **Pſal. 10.** ſecutos eſſe, qui gloriatus eſt, dicens: Non mouebor à generatione in generationem ſine malo. Inuentor namque iniquitatis, & peſſimæ concupiſcentiæ agricola ſerpens, cùm iam nouæ hæreſeos non inueniret ſpeciem, Eccleſiæ præſules ambitionis, & primatus vitio, contrà ſe inuicem, & in mutuam concitauit cædem. Cuius etiam rei gratia ſchiſma fecerunt. Nam ſi eſſet inter Epiſcopos concordia ſpiritus, & Ioannes vt criminis auctor, aut indignus ſacerdotio, ſiue, vt Theophilus ait, ſuperbiæ obnoxius abiici meruiſſet, poterat omnipotens Dei ſapientia iure illum arcere ſacerdotio, aut modum inuenire, per quem ſine turbis, ac gẽtibus eiiceretur, ſiue illum morte, ſiue reſolutione membrorum, ſiue amiſsione vocis plectens, vt & quoſdam paſſos iam nouimus, & alios paſſu- **B** ros, qui Deo aduerſantur, non ambigimus. Ex quo autem tã multa indigna Saluatore facinora ſunt ſubſecuta, ipſéque non depoſitus, ſed in exilium actus eſt, conſtat profectò diaboli fuiſſe opus, cuius regnum ſancti viri doctrina deſtruebatur. Scio ego Ioannem, ſex meritò depoſuiſſe Epiſcopos, dignitatis ſacerdotalis emptores, de quibus ſuperius dixi. Quis, oro, lacrymatus eſt? cuius è naribus ſtillauit ſanguis? quæve aranearum tela conſciſſa eſt? Quis ſua pulſus eſt domo? Quis vel oboli damnum ſuſtinuit? Quis per totam Aſiam, aut opifex, aut agricola, aut plebeius, aut coriarius, aut cuiuſcunque conditionis homo, quod pro vlciſcendis ſacris legibus fuerat factum, non libenter amplexus eſt? illud **C** Dauidicum concinens: Quàm magnificata ſunt **Pſal. 91.** opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti. Vbi enim Deus operatur, omnia fiunt in ſapiẽtia: vbi verò bonorum hoſtis diabolus, omnia itidem in inſipientia. Porrò inſipientiam è veſtigio mõſtruoſæ res ſubſequuntur, inuidiæ ſcilicet, homicidia, contentiones, æmulationes, furores, rixæ, diſſenſiones, fragores, imperitorum turba, magiſtratuum feruor, eculei, laniatus, laminæ, lampades, ſanguinum riui, intolerabilia detrimenta, publicationes bonorum, ſolutiones diuinarum ſanctionum, contemptus legum, pudoris ac frugalitatis aſpernationes, orbis ſchiſma, terræ mariſque obſeruationes nauticæ, equeſtres, pedeſtréſque machinæ, & ingenia varia ad eos impediendos, qui peregrinantur veritatis cauſa. Quomodo igitur dicere præſumunt, **D** diſpenſatione Dei Ioannem eiectum fuiſſe? Dicant, quæſo, qui ſunt huiuſmodi. Non poterat omnipotens Dei ſapientia, inuiſibili virtute, vt dixi, Ioannem, ſi erat indignus, amouere, aut perſuadere ſine graui neceſſitate principum leniter ferre eos qui rem indignam tulerunt? Si enim idem Deus eſt, qui Moyſi cooperatus eſt in ſalutem Iſraëlitici populi, Pharaone palàm vociferante: Deum neſcio, & Iſraël non dimittam, quomodo hic auxilio indiguit principum terrenorum, quaſi ſenuerit, aut debilitatus vires amiſerit? Qui item aliorum adulteria, aliorum ſtupra, magíſque aliorum cædes publicauit, is Ioannem arguere nequit? aut è contra qui huius linguam in tumorem vertit immodicum, vt ſcriptura confeſſione vte- **A** retur, aliúmque in morbum lethalem permiſit incidere, alium ſcaturire vermibus, inutúmque iacere in lectulo annum fermè integrum fecit, alterique terrores immiſit, illum exagitantes, cum podagra vernacula. Qui item, cuius voluit, crura acri morbo intendit, alium fœda morte citius rapuit, quem norunt omnes, hic in Ioanne, vt dicitis, ſacrilego aliquid eiuſmodi patrare non potuit, ſed huius atque illius indigebat auxilio, vt Ioannem cum ignominia pelleret, ex quo ille plus gloriæ reportauit? Erant igitur per mandata diuina. Sacrilegus enim propriè ille eſt, non **Sacrilegus.** qui aurum, aut argentum, aut ſericum, tinearum cibum, pauperibus elargitur, ſed qui pecunia & aſſentatione, ac menſæ apparatu dogmata pietatis, & Saluatoris venundat le- **B** ges. Ille item ſacrilegus, qui ſanctum virum verbo & vita decoratum, per quem Saluator, veluti per pateram, aut aureum ſcyphum amatoribus verbi propinat pocula æternæ ſalutis, violare pergit. Illi itaque ſacrilegi dicantur, qui Apoſtolicam Eccleſiam impiè prædati ſunt, huiuſmodi deſtituentes magiſtris, ordinationéſque pecunia vendentes, quos iam diuina percellet vltio, ad ipſorum nequitiam corrigendam. Si enim hi qui Mo- **Ioan. 2.** ſaïcam legem negligendo præuaricati erant, flagello ex funiculis facto, Saluatoris manu pelluntur à templo, quia columbas intus ven- **Pſal. 2.** derent; quid illi paſſuri ſunt, qui noui teſtamenti ſacerdotium violant, niſi vt à paſtorum **C** principe virga ferrea conterantur? Sicut Apoſtolus dicit: Violans aliquis legem Moyſis, **Heb. 10.** abſque miſerationibus ſub duobus aut tribus teſtibus moritur, quantò putatis acerbiore dignus cenſebitur pœna, qui Dei filium conculcauit, & ſanguinem teſtamenti communem exiſtimat, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritum gratiæ afficit iniuriis? Scimus enim quis ait? Mihi vindictam, & ego **Rom. 12** retribuam, dicit Dominus. Terribile eſt in- **Heb. 10.** cidere in manus Dei viuentis. Deus autem qui pium hunc, ſanctúmque paſtorem, & iuſtitiæ luminare præcipuum glorificare dignatus eſt, ipſe nobis partem, & hæreditatem tribuat inuenire cum illo in terribilis iuſtique iudicij die: cui eſt gloria, honor, maieſtas, & magnificentia, Patri, & Filio, & Spi- **D** ritui ſancto, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi ſermo in Ioſeph de continẽtia.

INCERTO INTERPRETE.

MIhi quidem ſemper vtiliſſimus videtur, & Chriſti ſeruis dignus ſermo de continentia, maximè autem tempore hoc, quando Chriſtum induti pueri eccleſiæ præ aliis bonis cõtinentiam poſſidere maximè debent. Nemo iniuſtè vel intempeſtiuè, de fortitudine & certamine factum dixerit ſermonem, cùm athletæ iuxta Olympicas

leges exercentur. Itaque & nos nunc, athle- A tas Chriſti,quos vidimus accepiſſe virtutem à ſpiritu propter diuina ſacramenta, ad agonem ſpiritualem miſſuri, merito de continentia diſſerimus. In mundanis enim certaminibus poſt victoriam coronæ, in Chriſti autem ſtadijs ante victoriam coronæ. Quare autem coronatos in agonem mittit nos Chriſtus? vt metum incutiat aduerſariis, ſenſuſque noſtros erigat, vt ad honorem à Deo nobis datum ſpectantes, nihil indignum Domino vel loquamur, vel faciamus. Nam ſi rex aliquis purpura amictus, coronáque caput ornatus, & victus naturæ affectionibus, indignum quiddam regia maieſtate fecerit, mox vt in regiam ſtolam aſpexerit, emendat ſe, operámque dat,ne poſthac à fœdis vincatur cupiditatibus. Et tu quoque indutus Chriſtum, vitata turpis animæ concupiſcentia, B ad diuinam ſtatim ſtolam reſpice, meliórque ſtatim eris, neque maligni artibus offenderis. Igitur pulchrum quidem continentiam commendare laudibus, pulchrius autem poſſidere. Et ſanènon parum ad continentiam incitantur, qui multum de ea loquuntur & audiunt. Atque eam ob rem virtutes ſanctorum celebrare ſacris ſcripturis voluit Deus, vt omnes homines in illorum trahantur imitationem,veſtigiáque illorum diligenter ſequendo, perſuaſi continentiam parent. Etenim ſi in gymnicis certaminibus plerique viſis athletis coronatis, accenſi, etiam ipſi ſe exuerunt, & multos ſudores laboréſque pertulerunt, vt ramis vel oleæ, vel lauri coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacritate pro continentia ſudores ferre, C quando alios à Deo coronatos videmus, vt cœleſtibus redimamur coronis, propter bona ſalutariáque facinora? Quomodo non graue, & multa ira dignum, ſi athletas allectet folium lauri vel oliuæ,& gloria tranſitoriæ huius vitæ: nos autem nihil moueant Chriſti munera, vt omnem voluptatem amoueamus, & timorem Dei præferamus concupiſcentiis? Porrò non in ſolis hominibus videmus ſimilium imitationem, ſed & in brutis. Nam & columbæ ſæpe viſa vna auolante, ſtatim ſequuntur omnes, & pullus generoſus in equorum armento exiliens ſecum rapit omne armentum. Et inter vos, vt in armento Chriſti, bonus eſt pullus Ioſeph continentiſſimus, cœleſtibus exultationibus ad ſui imitationem nos cōſeruos vocans. Saltemus igitur cum bono adoleſcente ſpiritualem cho- D ream, laudantes ipſius continentiam, non verbis ſolum, ſed & operum imitatione. Ille igitur ille erat diligens & perpetuus continentiæ cuſtos, cùm poſſet reginæ ipſi imperare, & in deliciis atque luxu diuitem & voluptarium agere. Verumtamen quamuis talium & tantorum dominus futurus, cùm cogitaſſet quòd diuitiæ quidem, & potentia ac gloria cum præſenti vita tranſeant, & temporalium lucrum duntaxat habeant, ſolius autem virtutis nullus ſit finis, ideo voluptatibus timorem Chriſti, vt frænum quoddam iniecit. Diuitias autem & delicias,ac promiſſiones dominæ deriſit,miſeriam in carcere dulciorem cenſens præclaris domiciliis, tametſi his qui excellenter formoſi ſunt, difficile eſt imperare voluptati. Hic autem tantum ſpecimen exhibuit continentiæ, vt pulchritudine animę pulchritudinem corporis occultaret, ſtellæ cuidam pulchræ formoſitate corporis, angelis autem venuſtate animæ conferendus. Nos autem decet admirari, non ſolùm adoleſcentis continentiam, ſed & pericula, quæ pro illa ſuſtinuit, qui morte grauius ac terribilius iudicauit ſeruire voluptatibus. Admirabitur autem, qui virtutem ipſius diligenter cognouerit,& tempora expēderit in quibus animam puram ſeruauit. Nam priuſquam in terra & Dominus & opifex vniuerſi apparuit, libertatem cuſtodiuit mentis. In domo impiorum educabatur, multos habebat ad deteriora adhortantes, carebat continētiæ magiſtro. Omnes voluptati ſeruiebant, ventri indulgebant, nihil pium, nihil ſanctum faciebant: attamen in tantorum taliúmque impiorum corona, videns dominam intemperantem iacêre, cœleſtium theſaurorum proditor non eſt factus, ſed ſpiritus templum indeprędabile cuſtodiuit, malens mori, quàm ſeruire voluptatibus. Non au- 1.Cor.6. dierat Paulum dicentem, corpora noſtra membra Chriſti eſſe: & priuſquam audiret vocem diuinam,non minor apparuit his qui cœleſtibus promiſſionibus honorati ſunt, docens nos in eccleſiis quàm oporteat nos certare, & incorruptam ſeruare animam. Nam ſi ego, dicere poteſt Ioſeph, qui ante natum Chriſtum fui, nec audiui excelſum Apoſtolum Paulum clamantem, corpora noſtra membra eſſe Chriſti, putaui Dei ſeruos decere,vt imperent voluptati:nec inuentus ſum continentiæ decoctor, quamuis multa pericula parata viderē: quantum vos cōuenit cum timore & tremore viuere in continentia, vt ne appareatis indigni honore, & ne membra Chriſti fiant membra ſcorti? Hoc verbum poteſt omnem animam continentia munire, hoc verbum ardentes concupiſcentias facilè reſtinguit. Neque imber in ignem cadens, ita facilè flammam deprimit, vt malas concupiſcentias marceſcere facit ſermo ille in animā admiſſus. Eoſdem ſermones nobis loqui & ma- Iob 31. gnus Iob poteſt, qui non ſolùm diligens continentiæ fuit exercitator, ſed & legem oculis ſuis poſuit, ne in virginis viderent faciem, ne fortè mentem illius irradians raperet pulchritudo: quamuis quis non admiraretur & obſtupeſceret, videns virum hunc cum diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere, & à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere? Diabolum quidem videns accedentem non fugit, ſed manſit ſicut leo viribus fidens: virgine autem viſa non ſtetit,neque moratus eſt in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit. Cēſebat nimirum in pręlio contra dęmones virili & audaci animo opus eſſe: in cōtinentię autē pręparatione victoriam concedi, non ex virginum conſuetudine, ſed ſeceſſu. Quiſquis igitur promittit virginitatem, accipiat conſilia continentiſſimi omnium hominum, qui & ipſe ante Chriſtum incarnatum tam diligens continentiæ fuit cuſtos. Neque enim negligenter audiendum, quòd ante Chriſtum incarnatum apparuerint iuſti tantum

Digitized by Google

continentię ſpecimen exhibentes. Non enim erat quod tanta vi ad virtutem illam vrgeret, neque virginibus crimen erat, neglecta continentiæ poſſeſſio. Quomodo autem hoc? quia huius cauſæ gratia Deus excelſus vniuerſorum opifex noſtram accepit formam, vt angelorum ſanctimoniam ex cœlo deduceret. Quando igitur homines poſt tantum honorem voluptatibus ſe mancipant, dici nequit temeritatis magnitudo, qua membra Christi membra meretricis faciẽtes, Domini miſericordiam afficiunt, & quantum in eis eſt vanam reddunt. Audiunt dæmones, & timent, quia Deus non conniuet vt coniungantur ſibi, nos autem ſibi adiungat. Et audent fidelium quidam abſcindere ſe à Chriſto, & iungere meretricibus? Non tantum eſt malum è cœlo in lutum cadere, quantum malum fuerit membrum Chriſti factum à diuino honore excidere, & membrum fieri ſcorti. Quando igitur concupiſcentia mala inflammat animam, ſtatim recordare Chriſti, cogita aſtare tibi Paulum adhortantem, ac dicentem: (1.Cor.6.) Neſcitis quòd corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Gerens membra Chriſti, faciéſne membra ſcorti? Si illorum verborum fueris recordatus, ſtatim fugientem videbis voluptatem. Nam ſi ancillas domina caſta & pudica turpitudini deditas ſtatim ſolo aſpectu pudicas facit, quid mirum ſi titillantem voluptatem Chriſti memoria ſtatim ſopit? Semper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus à peccatis per id temporis abibis. (Exod.13. & Num.14.) Nam ſicut columna nubis figura noſtræ crucis, Hebræorum multitudinem protegebat, ne quid mali ab Ægyptiis pateretur: ita crux ante oculos viſa, omnem ſtatim abigit malam voluptatem. Hæc enim ſalus eſt animæ, fœdarúmque concupiſcentiarũ ſalubre antidotũ. Etenim infirmitates corporis medicorum artes ſanant, animam autem ægrotam curant ſtatim eloquia Chriſti. Eapropter & eos qui peccarunt, & adhuc carnis ſeruiunt voluptatibus, oramus & precamur, vt excitentur ac reſipiſcant, ne omnino ab affectionibus vincantur, néve impetu ferantur, néve in amaram ſeruitutem ſpontè ſe ſubiiciant, ſed ſe in acie opponant, & timore Chriſti mentem corroborent, ac eiiciant ex arce grauem dominam: vt abiecta omni macula, & peccantium turba, cum ſancta & incorrupta anima poſſimus accedere ad diuina & reuerenda ſacramẽta magni Dei & ſaluatoris Ieſu Chriſti: cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.

De regreſſu ſancti Ioannis de Aſia Conſtantinopolim.

HOMILIA.

MOSES magnus ille Dei famulus, caput prophetarũ, maris viator, aëris agitator, menſæ apparator, qui à genitrice proiectus eſt, & ab impugnatrice ſaluatus: genuit quidem eum mater, abſtulit autem eum Ægyptia, & enutriuit: & qui in Ægypto nutriebatur, in cœlis conuerſabatur: qui tantum ac tale ſtatuit trophæum, iſte talis ac tantus vir, qui quadraginta dies reliquerat populum, inuenit eum idola fabricantem, & ſeditiones commouentem. Ego autẽ non quadraginta dies tantùm, ſed & quinquaginta, & centum, & amplius, & inueni vos lætantes, & philoſophantes, & in Dei timore perſeuerantes. Nunquid ego Moſe * altior ſum? (* ꝟ. maior ſum?) Abſit; hoc enim dicere extremæ demẽtiæ eſt. Sed quia populus iſte illo populo ſublimior, propterea & ille de monte deſcendens increpabat Aaron ob ſeditionem populi, & iraſcens inuehebatur in eum, cur acquieuerit voluntati eorum. Ego autem adueniens præconia veſtra, & coronas contexam. Vbi enim præuaricatio, ibi reatus ſubſequatur neceſſe eſt, & obiurgatio: vbi autẽ correctio, ibi laudes, & præconia, & coronæ: ideóque etſi ampliori tempore demoratus ſum foris, non me pœnitet, quia confidebam de veſtræ charitatis affectu, & integritate fidei: ſciebam enim vxorem mihi deſponſatam caſtitate eſſe munitam, ſicut in ſeculari coniugio aſſolet euenire. Etenim vir quando impudicam vxorem habere ſe nouit, nec proſpicere ei de domo permittit: qui etſi peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitur citò reuerti, quaſi quodam ſuſpicionis aculeo ſtimulatus: qui autem ſobriam & caſtam habet, foris ſecurus moratur, ſufficientes procuratorum munimine mores relinquens vxoris: hoc ego & Moſes paſſi ſumus, ille quidem, quia inemendabilem ſynagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata eſt, & compellit eum Deus, dicens: Exurge, deſcẽde: (Exod.31.) impiè enim fecit populus tuus. Sed ego nullam huiuſmodi iuſſionem accepi. Et cum paululum mihi infirmitas corporis accidiſſet, non me inquietauit veſtra abſentia, ſed ſecurus de vobis ægrotationis meæ expectaui medelam. Non enim opus habent ſani medico, ſed qui malè habent. (Mat.9.12.) Nam etſi tardaui parumper à vobis, non hoc ad detrimentum veſtri, ſed ad diuitias puto proficere veſtras. quæ enim per me, imò magis per gratiam Dei correcta ſunt, veſtra corona eſt, veſter profectus eſt. Et ideo gaudeo & tripudio, & tanquam volitare me credo, & gaudij huius magnitudinem effari non queo. Quid ergo faciam? quomodo indicabo exultationem mentis meæ? In teſtimonium voco conſcientiã veſtram, quoniam video ex aduentu meo gaudio eſſe repletam: quod gaudium corona & laus mea eſt. Si enim mea vnius viri præſentia, tantam plebem tali repleuit * voluptate: (* ꝟ. ſolennitate.) quantum putatis mihi ex viſione veſtra gaudium cumulatum? Et Iacob quidem vnum filium videns Ioſeph, gaudebat ſenex, & recreabatur ſpiritu: ego autem non vnum Ioſeph, ſed omnes vos illi ſimiles video & gaudeo, quia paradiſum meũ recepi, illo paradiſo meliorem: & ibi quidem ſerpens erat inſidians, hic autem Chriſtus myſteria celebrans: ibi Heua erat ſeducens, hic autem eſt coronans eccleſia: ibi Adam ſeducebatur, hic autem populus adhæret Deo: ibi arbores diuerſæ, hic autem donationes variæ: in paradiſo arbores marceſcentes, in eccleſia arbores fructificantes: in illo paradiſo vnumquodque

A genus ſementis in ſuo perſeuerat ſtatu, in iſto verò paradiſo, ſi inuenero labruſcam, vitē vberem efficiam: ſi inuenero oleaſtrum, veram oliuam efficiam: talis etenim eſt terræ iſtius natura: propter hæc gaudeo, prætermitto ſatisfactionem: quomodo verò nos abduxit tanti temporis longitudo? ſuſcipite ſatisfactionem meam chariſſimi. Si ſeruum alicubi dirigatis nō reuertentem, exigitis cauſas vbi moratus ſit, vbi tantum expenderit temporis: & ego ſeruus ſum veſtræ charitatis: emiſtis enim me non pecuniá * conficientes, ſed charitatem oſtendentes. Gaudeo quippe tali ſeruitio mancipatus, nec vnquā hoc famulatu opto me ſolui: etenim iſtud ſeruitium mihi libertate elegantius: iſtud ſeruitium in illud tribunal beatum collocauit mihi ſedem: iſtud ſeruitium non eſt neceſſitatis, ſed voluntatis. Quis enim non libentiſſimè ſeruiat dilectioni veſtræ tam elegantiſſimis amatoribus? quod etſi lapideam haberem animam, cera feciſſetis molliorem: quid * dicam deſiderio veſtro, & fauori, quem heſterna oſtendiſtis die, quomodo voces veſtræ cum gaudio cœlum penetrarunt? ipſum ſanctificantes aërem, ciuitatem feciſtis eccleſiam: honorabar ego, & Deus glorificabatur: hæretici confundebantur, eccleſia verò coronabatur: quia magna lætitia eſt matri, cùm exultant filij. Et grande gaudium paſtori, cùm exultant agni gregis. Veni ad gaudia virtutum veſtrarum, audiui quia cum hæreticis colluctati eſtis, & quia inique egerunt in baptiſmo, redarguiſtis: nunquid incaſſum dicebam, quoniam caſta vxor abſente viro repellit adulteros, abſente paſtore abigit lupos, ſine gubernatore nautæ ſal- C uauerūt nauem, ſine duce milites victoriam reportauerunt, ſine doctore diſcipuli profecerūt, ſine patre filij roborati ſunt: imò magis non ſine patre: veſter enim profectus, meum gaudium, veſtra glorificatio, mea corona eſt. Sed deſiderabamus, inquitis, tecum facere Paſcha. Satiſfacio dilectioni veſtræ, quippe cùm iam * iracundiam veſtro diſſolueritis aſpectu. nam ſi pater prodigum ſuſcipiens filium ſtatim reconciliauit, neque pœnas exegit ab eo, ſed illico amplexus eſt: multò magis filij patrem ſuſcipiētes. Sed tamen & ad hoc reſpondeo: Paſcha mecum facere in votis habebatis, nemo prohibet hodie vos mecum facere Paſcha. ſed forſitan dicetis, Nunquid duo Paſcha facturi ſumus? Non, ſed vnum, & ipſum multipliciter. Sicut enim ſem- D per ſol exoritur, & non dicimus multos ſoles, ſed eſt ſol quotidie oriens: ſic & Paſcha ſemper conſummatur, & cùm ſemper celebretur, * vnū eſt ſolennitatis noſtræ. Iudæorum ſimiles non ſumus, non ſeruimus loco, nec ſubditi ſumus neceſſitati temporis, dominica voce firmati. Quotieſcunque, inquit, manducaueritis panem iſtum, & hūc biberitis calicem, mortem Domini annuntiabitis. Annuntiamus nanque hodie mortem Chriſti. Sed tunc quidem feſtiuitas, & hodie feſtiuitas. Vbi enim charitas gaudet, ibi eſt feſtiuitas: & vbi recepi lætantes filios, maximam celebro feſtiuitatem. Etenim & illa feſtiuitas * charitas eſt. Sic enim, inquit apoſtolus: Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro eo. Sed multi, inquiunt, te

v. conferentes. *v. de deſiderio v. & fauore.* *v. diſſolueritis noſtro aſpectu.* *v. vnū eſt. Solennitates noſtræ. Iudæorum ſimiles non ſumus, non ſer.* *v. charitatis eſt.* Ioa. 3. 16.

abſente baptizati ſunt. Et quid tum? nihil minus habet gratia, non claudicat donū Dei. præſente me baptizati nō ſunt, ſed præſente Chriſto ſunt baptizati. Nunquid homo eſt qui baptizat? Homo dexteram porrigit, ſed Deus manum gubernat. Noli de gratia dubitare, chariſſime, quia donum Dei eſt. Attende diligentèr quæ dicuntur, * ſi fortè aliqua cauſa ſacra explicanda eſt, cùm obtuleris preces, & ſubſcriptam acceperis ſacram, non requiris quali calamo ſubſcripſerit rex, neque in quali charta, neque quali, quóve atramento, ſed vnum ſolummodo quæris, ſi rex ſubſcripſerit: ſic & in baptiſmo, charta, conſcientia eſt: calamus, lingua ſacerdotis: manus, gratia eſt Spiritus ſancti. Siue ergo per me, ſiue per illū qui officio fungitur ſacerdotis, ipſa manus ſcribit, nos miniſtri ſumus, non authores. B Et Paulus miniſter eſt: Sic enim, inquit, ęſtimet nos homo, tanquam miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. quid enim habes, quod non accepiſti? Si quid habeo, accepi: ſi autem accepi, non meum, ſed eius qui dedit donum eſt. Noli ergo dubitare, chariſſime, gratia enim Dei perfecta eſt, locus non prohibet, ſiue hîc baptizeris, ſiue in naui, ſiue in itinere. Philippus baptizauit in via, Paulus in vinculis, Chriſtus in cruce latronem ex vulnere, & ſtatim paradiſi meruit ianuam reſerare. Propter hæc gaudeo & exulto, & orationes veſtras exigo, cū quibus ad Aſiam perrexi, cum quibus reuerſus ſum, cum quibus pelagum transfretaui, & adiutus veſtris orationibus feliciter nauigaui: nec enim nauim citra vos ingreſſus ſum, nec exiui citra vos, non in ciuitate citra vos, aut in eccleſia ſine vobis, ſed auulſus quidem eram corpore, connexus autem charitate. Videbam nāque eccleſiam veſtram & in pelago, & in exultatione gaudebam. Tale enim quid ſignificat charitas, quæ neſcit anguſtari: intrabam in Eccleſiam, aſtabam altari, orationes offerebam, & dicebā: Domine, conſerua eccleſiam, quam mihi tradidiſti. Ego quidem corpore abſens ſum, ſed tua miſericordia præſens eſt, quæ illuc perduxit, & pluſquam merebar conceſſit. Et quia amplificauit, multitudo teſtatur præſentium. Florere video vineam, & nuſquam ſpinæ, neque ſentiū vlla veſtigia, exultant oues, & nuſquam lupus. Quòd ſi etiam alicubi repertus fuerit, demutatur, & fit ouis. Tanta enim veſtra eſt fides & charitas, vt æmulatione veſtra cæteros prouocetis. Ipſe dominus vos conſeruauit, & ipſe me reduxit, & in infirmitate poſitus, orationum veſtrarum ſenſi auxilium, quas mihi quotidie in ſuffragium poſtulo. Peregrinatio mea coronauit ciuitatem veſtram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifeſtum eſt. Sic enim me abſentem, tanquam pręſentem habuiſtis. Nam in Aſia cùm eſſem ad corrigendas eccleſias, hinc illò venientes nuntiabant nobis, dicentes: Inflammaſti ciuitatem. Et certè charitas tempore ſolet marceſcere, veſtra autem dilectio quotidie augmentabatur. Et quem ita abſentem diligebatis, pręſentem credo quòd melius ametis. Iſte meus theſaurus, hæ ſunt meæ diuitiæ. Et ideo veſtras orationes requiro. Orationes veſtræ, murus mihi & munimen ſunt. Noli dicere: Ego

1. Cor. 11 *Vide notas.* 1. Cor. 4.

Digitized by Google

languidus ſum, quomodo potero pro ſacerdote A orare? Audi ſcripturam dicentem: Oratio autẽ fiebat continua. Et eccleſiaſtica oratio ſoluit vincula Petri, & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit, oratio concluſit ora leonum, oratio ſeditionem cõpeſcuit, oratio paradiſum aperuit, oratio cœli cardines reſerauit, oratio ſterilem fœcundauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit, oratio Publicanum iuſtificauit. Tale à vobis munimen requiro, talem gratiam poſtulo: & Deus gloriæ ſuſcipiens orationes veſtras, det mihi in apertione oris mei ſermonem, quò poſſim creditum mihi populum inſtruere ad ſalutem, per Chriſtum dominum noſtrum, cum quo eſt Deo patri cum Spiritu ſancto honor, gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

Act. 12.

Si forte aliqua) In manuſcripto libro Bibliothecæ S. Victoris, ex quo aliquot varias lectiones collegimus, hic locus ſic effertur, *Si forte pro aliqua cauſa ſacra explicanda eſt.* Rectè, non B enim hic cauſſam ſacram explicandam eſſe vult Chryſoſt. ſed ad defenſionem cauſſæ diploma imperatorium exhibendum. Sic enim, quas literas regias vocamus, ſacram illi dicebant, vt eſt in Codice Iuſtiniani ſacra probatoria, ſacra reuocatoria, & in Concil. Epheſino ſacra Imperatoris Theodoſij. pag. 459. edit. Rom. *Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης διὰ Ἰωάννου τοῦ Κόμητος. Exemplum ſacræ per Ioannem Comitem miſſæ*, & in Chalcedonenſi. p. 466 ſacra Marciani Imperatoris contra hæreticos, quæ alibi dicitur *ἀντίγραφον τῶν θείων γραμμάτων.* p. 462. *exemplum ſacrarum literarum.* C

Beati Ioannis Chryſoſtomi Homilia, quum Saturninus & Aurelianus acti eſſent in exilium, & Gainas egreſſus eſſet è ciuitate, & de auaritia.

INCERTO INTERPRETE.

MVLTO tempore ſilui, & poſt longum temporis ſpatium ad charitatem veſtrã reuerſus ſum. Quanquam id non accidit vlla vel animi ſocordia, vel corporis deſidia, ſed abſui tumultus componens, fluctus ſedans, tempeſtatem cor- D rigens: eóſque qui iam demergi cœperant, ad portum & in tranquillum porrecta manu reducere ſtudens. Sum enim communis omnium pater, eóque neceſſe eſt curam agere non tantùm eorum qui ſtant, ſed eorum quoque qui collapſi ſunt: non illorum tantùm, qui ſecundis nauigant ventis, ſed & illorum qui tempeſtate iactantur: non eorum modò qui in tuto ſunt, verumetiam illorum qui periclitantur. Horum ſanè rerum gratia reliqui vos ad temporis ſpatium, obambulans, exhortans, obteſtans, ſupplicans, vt à domino ea calamitas diſſolueretur. Poſteaquam autem inamœnis illis ac triſtibus finis eſt impoſitus, denuo me ad vos recepi, ad vos qui in tuto eſtis, qui multa cum tranquilli- A tate nauigatis. Ad illos profectus eram, vt tempeſtatem ſedarem: ad vos reuerſus ſum, ne qua tempeſtas exoriatur. Ad illos diſceſſeram, vt eos à moleſtiis liberarem: ad vos redij, ne in ſimiles moleſtias incidatis. Quemadmodum enim oportet habere curam, non eorum modò qui ſtant erecti, ſed eorum quoque qui lapſi ſunt: ita rurſus non lapſi tantùm nobis debẽt eſſe curæ, ſed & ſtantes: illi quidem vt erigantur, hi verò ne cadant: illi vt ab vrgentibus malis liberẽtur, hi ne incurrant in moleſtias imminentes. Nihil enim eſt in rebus humanis ſtabile, nihil inconcuſſum, ſed hominum vita imitatur mare veſaniens, quotidie parturiens naufragia, naufragia, inquam, tum noua, tum periculoſa. Omnia tumultuum ac turbarum plena ſunt, omnia ſcopuli & præcipitia, omnia rupes ſub aquis latentes, & ſinuoſæ cautes. Omnia terrores, diſ- B crimina, ſuſpiciones, tremores & angores. Nemo cuiquam fidit, à ſuo quiſque proximo metuit. tempus fortaſſis illud in propinquo eſt, quod Propheta depinxit his verbis: Ne fiduciã habeatis in amicis, & in principibus nolite ſpẽ ponere, à ſuo quiſque proximo cauete, à coniuge tua caue, ne quid illi credas. Quid ita tandẽ? Quia tempus malum eſt, quia omnis frater inſidiatur calcaneo vt ſupplantet, & omnis amicus doloſè incedit. Non eſt amicus tutus, non frater firmus. Sublatum eſt charitatis bonum, ciuile bellum habet omnes, ac ne id quidem apertum, ſed obumbratum. Innumerabiles vbique perſonæ, ſimulatæque facies. Multa ouium vellera, innumeri vbique lupi ſub his occultati: C vt iam inter hoſtes aliquis tutius vixerit, quàm inter hos qui videntur amici. Qui heri adulabãtur, qui blandiebantur, qui manus exoſculabãtur, hodie repentè comperti ſunt eſſe lupi, abiectíſque perſonis facti ſunt omnibus accuſatoribus acerbiores. Pro quibus heſterno die gratias agebant, pro his nunc incuſant & calumniantur. Quæ eſt igitur horum omnium cauſa? Pecuniarum amor, veſana diuitiarum cupiditas, morbus inſanabilis, fornax quæ nũquam extinguitur, tyrannis quaquauerſum per totum orbem terrarum diffuſa. Hanc ob cauſam & nos quæ prius dicebamus, nunc denuo dicimus, nec dicere deſinemus, tametſi heri complures incuſabant nos, talia loquentes: Itáne nunquam deſines aduerſus diuites armatam habere linguã? Non deſines cum his aſſiduè belligerari? Num D ego cum illis bellum gero? Num aduerſus illos armor? An potius pro illis cuncta tum dico, tum facio? Imò ipſi aduerſus ſeipſos gladios acuũt. An non id declarauit ipſa rerum experientia? Quo, inquies, pacto? Ego quidem increpans & aſſiduè obiurgans, quærebam illorum commodum: ſed illi verius ſunt hoſtes, qui nobis hęc loquentibus culpam impingunt. Vidiſtis euentus rerum cum oratione noſtra congruere. An non ſemper dixi, fugitiuas eſſe diuitias, ab hoc ad illum tranſeuntes? Atque vtinam tranſiſſent ſolùm, non etiam occidiſſent: vtinam diſceſſiſſent tantùm, ac non è medio quoque ſuſtuliſſent. Nunc autem præterquam quòd deſerunt ſuam protectionem, etiam gladio tradunt, & in barathrum pertrahunt, eò quòd

Matt. 7.

Digitized by Google

ſunt periculoſæ proditrices, cúmque his potiſſi-
mum bellum gerunt, à quibus amantur. Ingra-
tæ ſunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & impla-
cabiles, beſtiæ incicurabiles, præcipitium vndi-
quaque præruptum, ſcopulis aſſiduis plenæ &
fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, ty-
ranni acerbè imperantes, dominæ quouis bar-
baro ſæuiores, inimicæ irreconciliabiles, hoſtes
implacabiles, quæque nunquam erga eos à qui-
bus poſſidentur, remittunt ſimultatem. At non
huiuſmodi paupertas, ſed his quæ dicta ſunt
contraria. Ea ſiquidem eſt tutum aſylum, por-
tus tranquillus, perpetua ſecuritas, deliciæ pe-
riculorum expertes, voluptas ſyncera, vita tur-
bationum neſcia, vita fluctuum ignara, copia
inexpugnabilis, philoſophię parens, fręnum
intemperantiæ, ſupplicij ſublatio, radix mode-
B ſtiæ. Quamobrem igitur rogo, hanc fugientes,
illas perſequimini? illas hoſtes, illas homicidas,
illas quauis beſtiæ ſæuiores? Talis enim eſt pe-
cuniarum amor, tale veſanum auri ſtudiũ. Cur
hoſtem tibi domeſticum & perpetuum conui-
ctorem tibi facis? Quur beſtiam irritas, quam
delinire oportuit? Et quo pacto, inquis, fiet mã-
ſueta? Si vel nunc mea verba toleretis, dum de-
licta feruent, dum calamitas viget, dum omnes
in tumultu ſunt ac mœrore. Ergo qui fieri poſ-
ſit, vt beſtia non ſit beſtia? Equidem poſſum il-
lam immutare, ſi vos velitis. Nam ea ſermonũ
vis eſt. Quo pacto igitur à feritate ſua mutabi-
tur? Si didicerimus quomodo fiat ſæua, more
leonum, more pardorum, more vrſorum, qui
dum includuntur coërcentúrque in tenebris, e-
C rigunt animos, acuúntque iras. Itidem & diui-
tiæ dum includuntur & defodiuntur, acrius ru-
giunt quã leones, perturbántque omnia. Quòd
ſi eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ven-
tres diſſemines, ex feris beſtiis fiunt oues: quæ
fuerant inſidioſæ duces, pro ſcopulis fiunt por-
tus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidẽ
hoc & in nauigiis videre licet, ſi quando onus
eſt iuſto grauius, demergit cymbam. Rurſum
cum eſt moderatum, proſpero fertur curſu. I-
dem vſuuenit in noſtris ædibus. Quum vltra
quàm vſus poſtulat, congeris pecunias, exigui
venti procella, & quiuis rerum inexpectatarum
incurſus demergit cymbam. At ſi tantum repo-
nas, quantum poſtulat neceſſitas, etiamſi vehe-
mens turbo ingruat, facilè percurris vndas. No-
li igitur plus concupiſcere, quàm exigit neceſſi-
D tas, ne totum amittas. Noli quæ ſuperant vſum
congregare, ne perdas etiam neceſſaria. Noli
præfinitos terminos prætergredi, ne facultati-
bus vniuerſis exuaris: ſed quod ſupereſt reſeca,
vt neceſſariis diteſcas. An non vides quòd agri-
colæ vitem putant, ne vim omnem in pampinis
& palmitibus, ſed in radice proferat? Idem & tu
facito. Amputa folia, omnéque ſtudium huc in-
tende, vt quamplurimum fructus ferat. Quod ſi
facere recuſes rebus proſperis, expectes aduer-
ſas. In tranquillitate tempeſtatem expecta, in
ſanitate morbum expecta, in diuitiis pauperta-
Eccli.18. 25. tem ac mendicitatem expecta. Memento, in-
quit ſcriptura, temporis famis, in tempore a-
bundantiæ: mendicitatis & egeſtatis, in diebus
opulentiæ. Ad hunc modum ſi fueris affectus,

A tum & diuitias multa cum ſobrietate admini-
ſtrabis: & egeſtatem, ſi incidat, fortiſſimè perfe-
res. Malum enim inexpectatum perturbat ani-
mum ſi incidat. Quod autem expectabatur, ſi
accidat, non multum adfert perturbationis. Ita
duo commoda lucifreceris, alterum ne proſpe-
ritas te reddat ebrium & inſolentem: alterum,
ne commouearis ac perturberis rebus in diuer-
ſum commutatis: maximè ſi ſemper expectatio-
ne contrariorum pendebis, ſuffecerit pro expe-
rientia expectatio. Tale eſt quod dico: diues es,
expecta quotidie paupertatem. Quare & quão-
brem? Quoniam iſta expectatio tibi maximam
adferre poterit vtilitatem. Etenim qui in diuitiis
expectat paupertatem, non indiget deliciis, non
extollitur, non diffluit, non concupiſcit aliena.
Nam expectationis metus qui illi adeſt, pæda-
B gogi cuiuſdam vice cohibet eius mentem, nec
patitur mala auaritiæ germina ſubnaſci, dum
ea metu contrariorum veluti falce quadam pro-
hibet creſcere, amputátque. Hoc igitur vnum
eſt è maximis bonis, quæ lucrifacies. Alterum
autem non eſt iſto minus, videlicet vt ſi acceſſe-
rit paupertas, non expaueſcas. Aſſumatur igi-
tur rerum triſtium expectatio, nequando veniat
ipſa triſtium experientia: ob hoc enim venit ex-
perientia, quòd non adſit expectaiio. Quòd ſi il-
la correxiſſet hominem, hac non erat opus ad-
modum. Huius rei teſtis Ionas Niniuitis prædi-
cens interitum. Si quidem illi dum expectant
quod propheta prædixerat, eis imminere cala-
mitatem inſanabilem, expectatione malorum
venturorum fregerunt iram numinis. Rurſus
C Iudæi non credentes prophetæ prędicenti Hie-
roſolymorum excidium, acerba perpeſſi ſunt.
Sapiens enim metuens declinauit malum, inſi-
piens fiducia ſua inuoluitur. Qui expectat pau-
pertatem, dum verſatur in diuitiis, haud facilè
fiet pauper. Nam quod ab expectatione lucrari
noluiſti, id ab ipſa experientia pulchrè diſces.
Proinde quum in diuitiis es, expecta pauperta-
tem: quum in affluentia, expecta famem: quum
in gloria, expecta ignominiam: quum in ſanita-
te viuis, expecta morbum. Aſſiduè perpende re-
rum humanarum naturam, quæ nihilo melius
habet, quàm amnium defluxus, & fumo in aë-
ram euaneſcente fugacior eſt, & vmbra pręter-
currente inanior. In his ſi philoſophatus fueris,
nec ſuauia te poterunt inflare, nec moleſta de-
iicere: ſi pręſentibus bonis non admodum inhę-
D reas, neque abſentibus diſcruciaberis. Conſue-
facias animum ad diuerſorum expectationem.
Sæpe quidem fiet, vt diuerſa non accidant. Sed
ſi acciderint, non vehementer te commouebũt.
Atque vt intelligatis me hęc non ex coniectura
loqui, volo vobis narrare veterem quandam hi-
ſtoriam. Fuit vir quidam admirabilis & magnus
& vbique per orbem terrarum celebratus, bea-
tus ille Iob, ille pietatis athleta, ille totius mun-
di victor & coronifer, qui per omnia certami-
num genera tranſiuit, qui innumera trophæa
erexit deuicto diabolo. Hic erat diues & pau-
per, glorioſus & contemptibilis, multorum li-
berorum pater, & orbus. Hic verſatus eſt in au-
lis regalibus, ſed idem fuit in ſterquilinio. Hic
fuit in ſplendida veſte, ſed poſt illam in morſu

Digitized by Google

tinearum. Hic poſſedit innumera miniſteria, ſed idem ſuſtinuit innumeras contumelias, à familiaribus in ipſum inſurgentibus, ab amicis conuitiantibus, ab vxore inſultãte. Omnia illi prius velut è fonte affluebant, pecuniarum copia, potentiæ magnitudo, gloriæ acceſſio, pax & ſecuritas, honores & obſequium, corporis ſanitas, & filiorum opulentia, nec erat in his quicquam moleſtum. Aderant illi diuitiæ cum ſecuritate, proſperitas ſtabilis. Atque optimo quidem iure. Deus enim illum vndique vallauerat. Sed poſt illa omnia receſſerunt, móxque innumeræ tempeſtates immigrarunt in domum illius, omnes, inquam, ac ſibi viciſſim ſuccedentes ac perpetuæ: denique ſupra modum, ſupráque fidem omnes. Siquidem vniuerſæ facultates illi ſemel ereptæ ſunt, famuli liberíque præmatura violentáque morte oppreſſi ſunt, ad menſam & ipſo in conuiuio mactati, nõ quidem ſecuri aut gladio, ſed à malo ſpiritu, qui domum concuſſit. Tum vxor in illum armabatur, ſuáſque machinas admouit iuſto. Famuli porrò & amici, partim expuerunt in faciem eius, quemadmodum ait ipſe, Non pepercerunt faciem meam
Iob. 30. conſpuere: partim irruerunt in eum, & ex tota domo eiectus eſt, ac deinceps in ſterquilinio vitam egit, ac vermium fontes ſcatebant, vndique ſanguine & ſanie diffluebat ille pretioſus adamas. Et accepta teſta abſterſit ſaniem, ipſe ſibi factus carnifex: dolor dolorem excipiebat, & cruciatus intolerabiles, & nox die moleſtior, & dies nocte terribilior, ſicut ipſe dicit: Quum
Iob. 7. obdormiero, dico, quando erit dies? Cum ſurgo, rurſum dico, quando erit veſpera? Plenus dolorum ſum à veſpera vſque ad diluculum. Omnia præcipitia, omnia ſcopuli, nec eſt vllus qui conſoletur, qui inſultent innumeri. Attamen in tanta tempeſtate, tantíſque fluctibus adeò intolerandis, conſtitit aduerſus omnia generoſo animo & illabefactabilis. In cauſa fuit id quod dicebam: Nimirum quòd quum diues eſſet, expectabat egeſtatem: quum ſanus eſſet, expectabat ægrotationem: quum tot liberorum eſſet pater, expectabat vt ſubitò fieret orbus. Atque hunc timorem ſemper apud ſe ſuſcepit, & hanc anxietatem ſemper apud ſe aluit, intelligens rerum humanarum, naturam, momẽtariámque volubilitatem negotiorum conſiderans. Eóque dixit: Timor quem timebam, euenit mihi: & periculum quod metuebam, occur-
Iob. 3. rit mihi. Semper enim cogitatione ſpectabat ad illum timorem, operiens eum, ſperans expectáníque: eóque quum aduenisſet, non perturbauit illum. Neque ſilui, inquit, neque quieui, ſed mihi venit ira. Non dixit, non ſilebo, neque quieſcam, præſenti tempore: ſed, non quieui, præterito tempore. Neque enim rerum proſperitas attulit arrogantiam, ſed expectatio triſtiũ non ſinebat me quieſcere. Quanqnam affluentia vehementer hortabatur ad delicias, ſed aſperitas eorum quæ expectabantur, profligabat ſecuritatem. Et licèt præſens felicitas cogeret frui rebus, tamen futurorum ſollicitudo voluptatem interrupit. Ideóque quoniam præmeditans in animo ſuo hæc ventura proſpexerat rebus lætis, hæc certamina poſteaquam acciderunt, fortiter & animosè pertulit, vtpote iam olim ad illa exercitatus: & quoniam ea expectatione præceperat, non eſt perturbatus quum cerneret illa adeſſe: quoniam ne tum quidem, quum adeſſent læta, vehementer illis adhæſit: Audi quid dicat: Quòd ſi delectatus ſum, quum mihi multæ affluerent diuitiæ, ſi repoſui copioſam auri vim mihi, ſi fiduciam habui in lapidibus pretioſis, ſi ad innumerabilia poſui manum meam. Quid ais homo? non delectatus es diuitiis affluentibus tibi? Nequaquam, inquit. Quid ita? Quoniam videbam illarum inſtabilẽ fluxámque naturam, videbam poſſeſſionẽ haud durabilem. Aut non video quidem, inquit, ſolem orientem ac deficientem, lunam verò intereuntem: non enim in eodem manet ſtatu. Quod autem dicit, tale eſt: Si ſtellæ quæ ſunt in cœlis perpetuóque lucent, recipiunt nonnullã mutationem, ſol deficiens, luna intereiens, an non extremæ dementiæ ſit, terrena pro ſtabilibus fixíſque ducere? Eóque nec præſentibus magnopere delectabar, nec diſcedentibus vehementer contriſtatus ſum: quoniam probè noueram earum rerum naturam. Hæc nos audientes chariſſimi, neque paupertate deiiciamur, neque diuitiis intumeſcamus, ſed in rerũ permutatione animum immutabilem retinentes, philoſophię fructum metamus, vt & hic voluptate perfruamur, & futura aſſequamur bona. Quę contingat nobis omnibus adipiſci, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.

De recipiendo Seueriano.

HOMILIA.

SICVTI capiti corpus cohærere neceſſarium eſt, ita ecleſiam ſacerdoti, & principi populum: vtque virgulta radicibus, & fontibus fluuij, ita & filij patri, & magiſtro diſcipuli. Hæc autem non ſuperfluò ad charitatem veſtram præfati ſumus: ſed quoniam dicenda mihi ſunt quædam apud vos, vt nemo turbetur, neque ſermoni noſtro aliqua oriatur interruptio, ſed vt obedientia diſcipulorum creſcat in vobis, & quantum affectum patri deferatis, appareat. Adornate me filij, & imponite mihi obedientiæ veſtræ coronam, facite me apud omnes beatum iudicari, & doctrinam meam magnificate per obedientiam veſtrã
ſecundum Apoſtoli monita, dicentis: Obedite Heb. 13.
præpoſitis veſtris, & obtemperate eis, quia ipſi peruigilant pro vobis, quaſi pro animabus veſtris rationem redditiuri. Hæc ergo præmoneo, ne quis ſuperbiat in commonitionem noſtram. Pater enim ſum, & neceſſe eſt me filiis conſiliũ ſuadere: quod enim in carnalibus patribus natura carnis, hoc in nobis gratia Spiritus agit: Pater ſum, & pater nimis ſuper filios tremens, ita vt ſanguinem meum pro vobis fundere paratus ſim. Et in hoc non eſt mihi gratia. Apoſto- Ioan. 10
lica enim lex eſt, & Domini præceptũ dicen-

tis: Paſtor bonus animam ſuam ponit pro oui- A bus ſuis. Sed & vos eadem facite pro nobis: ſimili nanque erga nos deuincti eſtis affectu. Nã Rom.16 & Paulum audite quid dicit. Salutate, inquit, Priſcillam & Aquilam adiutores meos in Chriſto, qui pro anima mea ſuas ceruices poſuerunt. Sicut enim pulchrum eſt paſtorem pro ouibus immolari: ita rurſum pulchrum eſt & oues à paſtore nec morte ſeiungi. Cùm enim inſeparabiles fuerint ab eo, lupum diabolum non timebunt. Murus enim charitatis firmior eſt adamante. Et frater cùm adiuuatur à fratre, erit ſicut ciuitas munita & firma. Hæc autem præmitto, vt cum omni affectu, quæ dicimus, audiatis, neque aliquis veſtrum incipiat perturbari. Loquimur rem quam dignum eſt in eccleſia loqui, & quàm dignum eſt libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos. Et quid ita conueniens, quàm ſacerdote Dei pacem populo perſuadere? B Contradictio nulla eſt, vbi & legatio ſancta, & legatus acceptus eſt. Pro pace loquimur, pro qua filius Dei deſcendit ad terras, vt pacificaret per ſanguinem non ſolùm quæ in terra ſunt, ſed & quæ in cœlis, & terrena cœleſtibus ſociaret. Pro pace loquimur, pro qua filius Dei paſſus eſt, propter quam crucifixus eſt, & ſepultus, quam nobis pro omni hæreditatis cenſu reliquit, & velut murum eccleſiæ dedit, quam ſcutum aduerſum diabolum poſuit, quam gladium aduerſum dæmones dedit, quam portum tranquilliſſimum fidelibus collocauit, quã repropitiationem ad Deum dedit, quam delictorum abſolutionem conceſſit: pro hac ergo legatus ad vos miſſus ſum. Nolite mihi incu- C tere pudorem, nolite legationem meam fœdare, acquieſcite mihi, quæſo vos. Multa dudum triſtia geſta ſunt in eccleſia, Deum confiteor, ſed non laudo perturbationes, ſeditiones non amplector. Sed omittamus iam hæc, deſinite, conquieſcite, cohibete animos, refrænate iracundiam: ſufficit iam quod laborauit eccleſia, finis ſit, deſinat turbatio: hoc enim & Deo placitum, & piiſſimo princi acceptum eſt. Oportet enim & regibus obedire, maximè cum & ipſi obtemperent eccleſiaſticis legibus. Dicit enim Tit. 3: Apoſtolus, Principibus & poteſtatibus ſubditi eſtote: quantò magis religioſo principi, & pro Eccleſia laboranti? Si ergo præparaui animos veſtros ad ſuſcipiendam legationem meam, recipite fratrem noſtrum Seuerianum epiſcopũ. Habeo gratiam quòd ſermonem meum laudi- D bus proſecuti eſtis. Dediſtis mihi fructus obedientiæ: nunc me ſemen bonum gratulor ſeminaſſe. Ecce enim ſtatim frumenti manipulos colligam. Retribuat vobis dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. Nunc enim veram hoſtiam pacis obtuliſtis Deo, quia nemo turbatus eſt audito hoc nomine, ſed cum charitate * ſuſcipitis: ſimul vt ſermone locuti *Suſcepiſtis:* ſumus, omnem ex animo fugaſtis iracundiam. Suſcipite ergo eum pleno pectore, apertis manibus. Si quid triſte geſtum eſt, omittite: quia vbi tempus pacis, recordatio diſſenſionis nulla eſt, vt ſit gaudium in cœlo, gaudium in terra, lętitia & exultatio ſpiritualis in eccleſia Dei. Et oremus de reliquo, vt pacificam Deus cuſtodi- A re dignetur eccleſiam, pacem fixam & perpetuam dare, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo eſt gloria Deo patri, vnà cum Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo ipſius Seueriani de pace, cùm ſuſceptus eſſet à beato Ioanne epiſcopo Conſtantinopolitano.

IN aduentu domini & ſaluatoris noſtri atque in præſentia eius corporali, angeli ducentes choros cœleſtes Luc. 2. euangelizabant paſtoribus, dicentes: Annuntiamus vobis hodie gaudium magnũ, quod erit omni populo. Ab ipſis enim ſanctis angelis etiam mutuatam nos vocem, annuntia- B mus vobis hodie gaudium magnum. Hodie enim in pace eccleſia eſt, & hæretici in ira. Hodie eccleſiæ nauis in portu eſt, & hæreticorum furor iactatur in ſtuctibus. Hodie paſtores eccleſiæ in ſecuritate, & hæretici in perturbatione ſunt. Hodie oues domini in tuto, & lupi inſaniunt. Hodie vinea domini in abundantia, & operarij iniquitatis in egentia. Hodie populus Chriſti exaltatus eſt, & inimici veritatis humiliati ſunt. Hodie Chriſtus in lætitia, & diabolus in luctu. Hodie angeli in exultatione, & dæmones in confuſione. Et quid opus eſt multa dicere? Hodie Chriſtus, qui eſt rex pacis, cum ſua pace procedens, fugauit omne * diſſidium, diſ- *Diſcidium* ſenſiones depulit, diſcordiam perturbauit. Et ſicut cœlum ſplendor ſolis, ita eccleſiam fulgor C pacis illuminat. O quàm deſiderabile nomen pacis, quàm religionis Chriſtianæ ſtabile fundamentum, & altaris dominici cœleſtis armatura. Et quid poſſumus de pace proloqui? Pax nomẽ Eph. 2. eſt ipſius Chriſti, ſicut dicit & Apoſtolus: quia Chriſtus pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, quæ neque fide, ſed inuidia diaboli diſſidebant. Verum ſicut procedente rege & plateæ mundantur, & tota ciuitas diuerſis floribus & ornatibus coronatur, vt nihil ſit quod minus dignũ vultui regis appareat: ita & nunc procedente Chriſto rege pacis, omne quod triſte eſt, auferatur è medio, & illuceſcente veritate fugetur mendacium: fugiat diſcordia, * reſplendeſcente concordia. Et ſicut frequenter fieri vidimus, v- *Reſplendente:* bi regum vel fratrum tabulæ pinguntur, vt in D vtriſque vnanimitatis declarentur inſignia, artifex picto fœmineo habitu poſt tergum vtriuſque concordiam ſtatuit brachiis ſuis vtrunque complectentem, indicans quòd hi qui videntur corporibus ſeparati, ſententiis & voluntate cõueniant: ita nunc pax domini media aſſiſtens, & vtrunque noſtrum gremio palpante connectẽs, diſcreta corpora in vnum conuenire animum, vlnis iungentibus docet. In qua ſine dubio cõpletur ſermo propheticus, qui ait: Et erit conſilium pacificum inter vtroſque. Et heſterno quidem pater noſter communis, euangelico pacem ſermone præfatus eſt: hodie verò nos verba pacis exponamus: Ipſe nos heſterno reſupinis manibus in verbo pacis excepit & nos hodie dilatato pectore, vlniſque patentibus ad domi-

num

A num cum muneribus pacis occurramus. Iam bella deſtructa ſunt, pulchritudo pacis obtinuit. Nunc in luctu eſt diabolus, & in lamentatione omnis dæmonum turma, nunc in cœleſtibus lætitia, & in angelis exultatio, quibus ſpecialis familiaris pax. Hoc enim etiam cœleſtes admirantur virtutes opus, quas fons eius habet perennis, ex quo etiam terrena hæc noſtra guttis quibuſdam exinde ſtillantibus irroratur. Et ideo etiamſi in terris pax, laudis eius ſplendor redundat in cœlum, laudant eam cœleſtes angeli, & dicunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vides quomodo cœleſtes omnes & terreſtres inuicem ſibi munera pacis emittunt? Cœleſtes angeli pacem terris annuntiant, ſancti in terris Chriſtũ, qui eſt pax noſtra, collaudant in cœleſtibus poſitum, & myſticis choris acclamant, oſanna in excelſis. B Dicamus ergo & nos, Gloria in altiſſimis Deo, qui humiliauit diabolum, & exaltauit Chriſtum ſuum. Gloria in altiſſimis Deo, qui diſcordiam fugat, & pacem ſtatuit. Dico enim vobis artem diaboli, cuius neque vos aſtutiam ignoratis. Vidit Satanas firmitatem fidei, ſtabilitatem in ea pietate dogmatum ſeptam, vidit & operum bonorum fructibus abundantem: & ideo pro his omnibus ad inſaniam venit, & rabie furoris exarſit, vt ſcinderet amicitiam, & euelleret charitatem, vt diſrumperet pacem: ſed pax Domini ſemper ſit nobiſcum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum quo eſt Deo patri & Spiritui ſancto gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

C

Poſt reditum prioris exilij.

HOMILIA.

QVID dicam? quid loquar? Benedictus Deus, hunc egrediens dixi ſermonem: hunc iteraui reuertens, & illic conſtitutus hunc in ore voluebam. Puto vos meminiſſe, cũ ante hoc beatum Iob adduxiſſem in * medio dicentem: Sit nomen Domini benedictum. * Hanc vobis hiſtoriam dereliqui, has gratiarum actiones iterabo regreſſus. Sit nomẽ Domini benedictum in ſæcula. Diuerſę rerum cauſæ, ſed vna glorificatio: & cùm expellebar, D benedicebam, & reuerſus iterum benedico. Et ſi variæ quidem cauſæ, ſed vna definitio. Super hyemem & æſtatem vnus eſt finis: culturæ fertilitas ſubſequens campi. Benedictus Deus, qui conceſſit exire: benedictus Deus, qui redire pręcepit. Benedictus Deus, qui permiſit hyemem: benedictus Deus, qui diſſoluit hyemem, & fecit tranquillitatem. Hæc dico admonens vos, vt ſemper benedicatis. Si euenerint mala, benedicite, & diſſoluentur mala, ſi proſpera venerint, benedicite, & perſeuerabunt proſpera. Siquidem Iob cùm in proſperis eſſet, benedicebat: & cùm pauper eſſet effectus, glorificabat: neque tunc ingratus fuit, neque poſtea blaſphemauit. Diuerſa quidem tempora, ſed vna voluntas gubernantis actum. Nec tranquillitas reſoluit, nec tempeſtas hyemis demergit. Benedictus Deus, & cùm à vobis ſum ſegregatus, & cùm iterum recepi vos. In vtroque Dei prouidentia eſt, ſeparatus à vobis corpore, ſed anima non ſum à vobis diuiſus. Et ex veſtro affectu meum metimini animum. Et quid dicam? Nõ ſum ſeparatus à vobis, ſed magis accenſus ſum deſiderio veſtri, quod etiam de vobis cõfido: nihil nobis nocuere inſidiæ, nihil læſit inuidia, ſed magis augmentum præſtitit charitati, & multiplicauit diſcipulorum numerum. Ante hoc enim diligebar à meis, nunc verò honorificabor à Iudæis. Sperabant me à meis filiis ſeparare, ſed magis mihi extraneos adiunxerũt. Non illis agã gratias: ſed Dei miſericordiæ gloriam referam, qui conatus illorum malos in melius commutauit. Nam & Iudæi crucifixerunt Chriſtum, & illius morte humanum ſaluatũ eſt genus. Nõ illis gratiæ, ſed crucifixo. Conſiderẽt quid boni pugna eorum præſtiterit, inſidiæ eorũ qualem nobis lætitiam præparauerũt. Ante hoc quidem eccleſia replebatur, ſed nunc & in plateis eccleſiæ factæ ſunt. Et vnanimes, & coniuncti pſallentes, Dei in vos prouocatis aſpectum: voces veſtræ cœli ſecreta penetrarunt, vt omnis ætas veſtras pſalmodias miraretur attenta. Curſus equorum hodie, & pauci illuc, imò cuncti in eccleſia: quaſi torrens quidam ac fluuius veſtra facta eſt multitudo. Voces veſtræ eleuantur ad cœlum, amorem qui ad patrem eſt, oſtendentes. Orationes veſtræ meum coronauerunt caput. Oratio omni monili præclarior viri & mulieris. *In Chriſto enim Ieſu non maſculus, neque fœmina. Qualiter enarrem potentias Domini, aut mirabilia eius recenſeam? Videtis quia quod dico, verum eſt. Quoniam ſi quis tentationem viriliter tulerit, magnũ ex ipſa vindemiat fructũ. Ideo vos ad apoſtolos inuitaui, vt ad eos, qui aliquando perſecutionem paſſi fuerant, veniremus. Et nos quidem inſidias paſſi, illi verò impugnati. Sed inimicis illis nihil nocuerunt: quia ipſi orbem terrarum lucrauerunt. Veniamus ad ſancta corpora, quæ Chriſti ſtigmata portauerunt. Veniamus ad Timotheum nouum Paulũ, & Andream alterum Petrum. Credimus iuuari nos illorum meritis. Si virilem animum geris, non timeas tentationes. Omnes ſancti per iſta tranſierunt. Multa tribulatio corporum, ſed maius refrigerium animarũ. Præſtet vos Dominus ſemper augeri, & celebres conuentus agere. Gloria quippe paſtoris eſt ouium multitudo: quid faciam? quid loquar? incultum vbi ſeminem non habeo agrum. Extenſa eſt propago vitium, perfectum eſt tẽplum, & præ multitudine piſcium rumpuntur retia mea. Quid faciam? laborandi locum non habeo, gaudendi habeo tẽpus, ideo loquor: non quia indigetis doctrina, ſed vt meam voluntatem vobis oſtendam, vbique ſpicæ comant. Tantæ oues, & nuſquam lupus: tot ſpicæ, & nuſquam lolium: tantæ vineæ, & nuſquam vulpes. Vbi nunc latent lupi? quò abierũt vulpes, quæ eos perſecutæ ſunt? O rem inauditam. Paſtor quieſcit, & oues luporum rabiẽ abegerunt, inſidias vulpium oppreſſerunt. O ouiũ ſapientia! ô filiorum affectus! ô diſcipulorum

* in medium.

Iob. 1

* hæc verba ex hiſtoria derel.

charitas ! ô pulchritudo ſponſæ ! abſente viro A
abegit adulteros, oſtenſæ ſunt eius diuitiæ, ap-
paruit pulchritudo. Latrones confuſi ierunt, &
aufugerunt. Dicite mihi, quomodo perſecuti
eſtis lupos ? quomodo pepuliſtis latrones? Fre-
quenti, inquit, oratione ad Deum. Quomodo
deſpexiſtis adulteros ? Continnis, inquit, lacry-
mis, ex deſiderio viri. Non accepi arma, non
ſumpſi lanceas, non arripui ſcutum : ſolummo-
do oſtendi eis pulchritudinem meam, qua per-
ſpecta vulnerati fugerunt. Vbi nunc illi ? Pro-
culdubio in confuſione. Vbi nos ? in lætitia.
Vbi nunc illi ? conſcientiæ ſuæ malo tabeſcunt.
Vbi verò nos ? in magna exultatione glorifica-
mus Deum. Quid dicam? quid loquar ? Adiiciat
Dominus ſuper vos, & ſuper filios veſtros : &
alleuet Dominus vultum ſuum, & miſereatur
veſtri, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cum B
quo eſt Deo patri, & Spiritui ſancto honor,
gloria, & poteſtas per immortalia ſæcula.
Amen.

*Dauidica cantica diuerſis ſubſeruiunt noſtris conſo-
lationibus & meditationibus :
ſermo.*

INCERTO INTERPRETE.

QVEMADMODVM cibo
vita hęc ſuſtentatur, quę
mox eadem illa ſubmini-
ſtrat: ſic & ſi bonis actio-
Orditur ab homœoſi. — nibus adnitamur, ſpiritu C
potiemur, quo parto, &
bonis operibus abunda-
bimus : quibus contrà ſi
caruerimus, idem à no-
bis ſpiritus auolabit, quo deſtitutos neceſſe erit
circa res gerendas claudicare, ſiquidem ſpiritu
hoc decedente impurus ſuccedet: quod liquidò
poteſt in Saule cognoſci : quo ſpiritu quid re-
fert, ſi non adeò ipſi vrgemur, quemadmodum
Saul vrgebatur, quando ex malefactis ipſi & fla-
Collatio elegans. — gitiis, & angimur, & ſtrangulamur? Opus itaque
nobis Dauidica cithara, vt animæ diuina carmi-
na, tum à propheta, tum à bonis actionibus de-
ſumpta incinamus. Horum vtrumuis modò e-
gerimus, vel Dauidico cantico occepto, vel
optimis initis facinoribus, non ſecus dæmoné
1.Re.16. impugnabimus, ac Dauid ſolebat Saulis veſa- D
niam lenire, eritque eiuſmodi nobis ad iuſtitiá
medela. Quinetiam dæmonum furor efferatius
concitabitur, cùm ſe nobis praua ſuggerenti-
bus, nihil ipſi ad malum flectimur. Verentur
enim vel initio ſtatim impuriores illi & malefi-
ci, ne ex ſuis nefariis ſuggeſtionibus ad lauda-
bile aliquod facinus conuertamur: cúmque nos
viderint immotos perſtare, & timore priſtino
vacui erunt & cura. Idcirco re bene geſta canti-
cum decantemus, vt dæmoniacum illud vel vr-
gentiſſimum propulſemus ſcelus. Dæmones
quidem non prorſus priuare nos cœlo poſſunt,
quin iuuent potius plerunque nos oppugnádo:
vigiles tamen, & ſobrios ad cœlos capeſſendos,
è quibus delictis & ſcelere plerique deiiciun-
tur. Nam qui volens deliquit, vel ſponte furit,
dæmon eſt: præterea neque veniam ab homine, γνώμη.
neque miſericordiam promeretur. Iacinamus
itaque animæ hoc ſe pacto habenti, cum aliis
ſacrarum literarum ſcriptis & Dauidica, & ita
vt os canendo mentem erudiat : neque enim te-
nue illud, & exiguum videri debet: ſiquidem cú
linguam ad cantum inſtruimus, pudebit animá
vel contraria ſentientem non ſaltem canentem
illa imitari. Qua ex re neque id ſolùm vtilitatis
aſſequemur, quin & pleraque alia quę nobis có-
ducent, referemus. Dixit quidem propheta ille
non ſolùm futura, ſed de viſibilibus his, déque
inuiſibili cœlorum ſtructura diſputat, cupien-
tíque tibi forſan edoceri, vtrum hoc cœlum eo-
dem ſit ſtatu perpetuo permanſurú, nónne reſ-
pondebit Dauid, dicétque : Cœli quemadmodú Pſa. 101.
veſtimentum veteraſcent, ac velut amictú mu-
tabis eos, & mutabuntur ? Item de forma cœlo-
rú ſi quid optaueris audire, illud intelliges : Ex-
tendo cœlum ſicut pellem. Inſuper ſi de cœli Ibid. 103
dorſo volueris quid amplius noſſe, dicet tibi :
Qui obtegis aquis ſuperiora eius: neque his có-
tentus, quin etiam de latitudine mentionem fa- Ibidem.
cit, oſtendens vtraque hęc pari eſſe menſura :
Quantum, inquit, diſtat Ortus ab Occidente, Pſ. 102.
elongauit à nobis iniquitates noſtras, ſecundùm ἐκραταίω-
altitudinem cœli à terra obfirmauit Dominus σε.
miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Accedit
etiam ſi terrarum fundamenta cóquiras, neque
illa te clam ſit habiturus, cùm pſallentem illum
huiuſmodi audieris: Quoniam ſuper maria fun- Pſal. 23.
dauit eam. Item ſi terræ diſcurſus cognoſcere Ibi. 103.
cauſas concupiſces, intelliges : Qui reſpicit ter-
ram, & facit eam tremere. Hoc modo omnem
ex animo ambiguitatem eximet. Noctis præte-
rea ſi rationem requiris, vel hanc referes ab eo
edoctus : In ea enim pertranſibunt omnes be-
ſtiæ ſyluæ. Ad quam etiam ſint montes vtilitaté Ibidem.
effecti, reſpondebit: Montes excelſi ceruis. quid
opis & lapides ferant, exponit : Petrę re- Ibidem.
fugium erinaciis. Vt quid vel arbores ſint infæ- Ibidem.
cundę creatæ: ibi enim & paſſeres nidiculabunt. Ibidem.
quid inſuper ſibi velint in ſolitudine fontes : in Ibidem.
his quidem inhabitabunt beſtiæ agri. quid vinú:
vt non ſolùm eo in potu vtaris, quando ad id vel
aqua facere ſatis potuiſſet, quin vt te faciat iu-
cundiorem : Vinum, inquit, lætificat cor homi- Ibidem.
nis, vt intelligas quouſque vini vſus progredi
debeat. Vnde autem & aues & feræ beſtiæ nu-
triantur, audies ab eodem hoc pacto dicente :
Omnia ad te reſpectant Domine, vt des illis eſcá Pſa. 103.
in tempore opportuno. At ſi de beluis quæras,
reſpondebit vel has tui gratia fuiſſe creatas, hoc
modo: qui educit herbas beſtiis, & virentia in Ibidem.
ſeruitutem hominum. quid luna ſit opus, audi
dicentem illum : qui fecit lunam in tempora.
Vt quid præierea quæ viſuntur vniuerſa, & quæ Ibidem.
nuſquam apparet creata ſint, clarè edocet:
Ipſe dixit, & facta ſunt : ipſe mandauit, & Pſa. 147
creata ſunt. quódque mortis futura ſit æter- Ibi. 48.
næ ſolutio, hoc pacto te inſtruit: Deus libe-
rauit animam meam de manu inferni, cùm
me ſuſceperit. Vnde etiam noſtrum hoc corpus recor-
ortum ceperit, explicat : Recordatus ſum, datus
quoniam puluis ſumus. quóve ſit & in poſterú eſt:

rediturum, ita docet: & in puluerem ſuum re-
uertetur. Vtque vniuerſa ſint in eius gratiā crea-
Pſal. 102 ta, ita diſſerit: Gloria & honore coronaſti eum
Ibid. 103 Domine, & conſtituiſti eum ſuper opera ma-
nuum tuarum. Quid verò mortales ipſi com-
mune cum angelis habeamus, ita explicat: Mi-
Pſalm. 8. nuiſti eum paulo minus ab angelis. De diuino
autem in nos amore illud affert: Quemadmodū
Ibidem. pater filios miſeratur, ſic ſe timentium miſer-
tus eſt Dominus. De his etiam quæ nos in fu-
turum manent, déque vitæ huius fine quietiori
ita dicit: Reuertere anima mea in requiem tuā.
Cur autem tam vaſta ſit cœlum magnitudine
Pſal. 102 hoc inquit: Cœli enarrant gloriam Dei. Cur
Ibid. 14. nox & dies ſint facti, non vt lucem duntaxat
Pſ. 18. præbeant & quietem, ſed etiam vt erudiant.
Ibidem. Non ſunt, inquit, loquelæ, neque ſermones,
Pſal. 103 quorum non audiantur voces eorum. Quo de-
mum pacto & mare & terras obeat. Abyſſus ſi-
cut veſtimentum amictus eius, ita quidem apud
Hebræos habetur. Ex his itaque enarratis ſu-
mentes initium & reliqua pernoſcetis, de Chri-
ſto ſcilicet, déque eius reſurrectione, de fu-
turis ſuppliciis, déque his quæ bonis motibus
aduerſantur, de legibus, ita vt multiplici bo-
no refertos vobis liceat Dauidicos codices
conuenire. Nam ſi in moleſtiam aut aliquam a-
nimi perturbationem incideris, plurimum hi
ad te conſolandum valebunt: ſi fueris in pecca-
ta prolapſus, quàm multa ibidem inuenies ad
medelam: ſi paupertate eris vel preſſuris gra-
uatus, multos tibi ex his ad tranquillitatem
portus videbis offerri: ſi iuſtus, non medio-
crem eris ſecuritatem nactus: ſi crimini ob-
noxius, fiduciæ plurimum. Quippe ſi pro iu-
ſtitia ſis mala perpeſſus, illum audies prædi-
Pſal. 43. cantem: Quoniam propter te tota die morti-
& Ro. 8. ficatus ſum. Et illud: Æſtimati ſumus ſicut o-
ues occiſionis: hæc omnia venerunt ſuper nos,
nec obliti ſumus tui. At ſi ex re bene geſta
inſoleſcere cœperis, audies eundem dicentem:
Ibi. 142. Ne ingrediaris in iudicium cum ſeruis tuis
domine, quoniam non iuſtificabitur coram
te omnis viuens, ſic mox humilitatem ſecta-
beris. Quinetiam ſi quippiam commiſeris,
vel deſperatione capieris, intelliges illum fre-
Ibid. 94. quentius id incinentem: Hodie ſi vocem eius
audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quo
audito ſtatim reſipiſces. Porrò ſi regio fue-
ris diademate inſignitus, elatus, inſuper & tu-
Ibid. 32. midus, illud ediſces: non ſaluatur rex magnis
viribus, nec gigas ſuæ virtutis magnitudine, ſic
poteris modum ſuperbiæ ponere. Si opibus
præterea afflues & gloria, rurſus audies modu-
lantem: Væ qui confidunt potentiæ ſuæ, & mul-
titudine diuitiarum ſuarum gloriantur, & illud:
Ibid. 48. Nam homo ſicut fœnum dies eius, nec deſcen-
Ibi. 102. det cum eo gloria eius: hoc pacto nihil duxe-
ris fore in terris magnificiēdum, ſiquidem glo-
ria & potentiæ fulgore cuncta excedunt: quæ
duo ſi fuerint per te neglecta, quid eſſe aliud
poteſt cuius apud te ratio conſtet? Quòd ſi in a-
liquo fueris animi mœrore conſtitutus, intelli-
Ibid. 41. ges: Quare triſtis es anima mea, & quare con-
Ibid. 36. turbas me? ſpera in Domino, quoniam con-
fitebor illi. At ſi nonnullos videris probari im-

A meritò, id dices: Noli æmulari in malignanti-
bus, quoniam quemadmodum fœnum exareſ-
cent, & tanquam olera virentia concident. Si
iuſtos ſpectaueris æquè atque iniuſtos pœna af-
fici, ſenties haud parem fore ſupplicij cauſam.
Pleraque ſunt, inquit, peccantium flagra, quę
tamen iuſtis inferri propheta non aſſerit, quan-
do, Multæ, inquit, iuſtorum anguſtiæ, & Ibid. 33.
his omnibus liberauit eos Dominus: & rurſum:
Mors peccatorum peſſima: & honorabilis co- Ibidem.
ram Domino mors ſanctorum eius. Hæc ita-
que frequentius repete, inſtructúſque iſtiuſmo-
di erudire: nam verbis hiſce vel ſingulis per
nos ſimpliciter ex tranſcurſu prolatis, patentiſ-
ſimum ineſt ſententiarum pelagus. Quòd ſi li-
buerit prophetica hæc dicta diligētius perſcru-
tari, videbitis inde maximā diuitiarum copiam
B fluxiſſe. Licebit interea volenti cuique ex
dictis hiſce, quæ inhæſerint vitia repurgare:
ſi neque inuidiam facilè admittat, neque mœ-
rorem, ſi diuitias contempſerit, ſi anguſtias,
anxietates, egeſtatem pro nihilo duxerit, ſi
vitam denique ipſam nihil eſſe exiſtimauerit.
Eiuſmodi à te opinatio vitia propulſabit: pro
quibus omnibus & gratiæ ſunt Deo agendæ, vt
his rebus contemptis gazas attrectemus cœ-
leſtes, & per aduerſantium rerum toleran-
tiam, pérque ſacrorum ſcriptorum conſolatio-
nem, ſpem habeamus & futura beatitudine
potiamur.

AD NEOPHYTOS HOMILIA.

C Benedictus Deus. Ecce ſtellæ etiā
de terra micuerunt, ſtellis cœle-
ſtibus clariores, lucentes in terra
ſtellæ propter eum qui in terra de
cœlis apparuit. Nec ſufficit ſtellas
in terra monſtrari, ſed & die ſuo luce lucente
fulgeſcunt: & hoc plus admirationis affertur,
quòd fulgore ſtellarum noctium miniſtrarum, à
præſentibus lumina clariora redduntur. Illæ nā-
que Solis aduentu ſuo perfunguntur officio: hæ
luce Sole iuſtitiæ properante maiore luceſcunt,
& illæ ſeculorum confuſione depereunt, hæ tē-
porum fine ſeſe clariores oſtēdunt. De illis ete-
nim dictum eſt, quod ſtellæ de cœlo cadent, ſi-
cut cadunt folia de vite: de his autem fulgebunt,
inquit, iuſti, ſicut ſtellæ cœli. Quid ſibi vult,
D quod dixit: Sicut cadunt folia de vite, ſic ſtellæ
de cœlo cadent? Sicut enim vites cum vuarum
fructibus prægrauantur, foliorum auxilium ne-
ceſſarium vt protegantur, expoſcunt: cum autē
depoſuerint fructum, neceſſe eſt vt foliis denu-
dentur: Sic ſe habet hoc ſeculum: quandiu ha-
buerit in ſe humanum genus, tenebit & cœlum
ſtellas, ſicut & vitis folia. Nam nocte pereunte,
ſine dubio ſtellarum vtilitas ſimul cum nocte
deficiet. Illarum ignea natura ſtellarum eſt, &
iſtæ edocentur igneam ſortiri naturam. Sed ibi
quidem ignis, quem humanus ſenſus inuenit:
hic autem, quem ſecreta mentis oſtendunt. Ipſe
nanque vos, ait, baptizabit ſpiritu ſancto &
igni. Vultis & vtriuſque nomina partis audire?
Illis quidem ſtellis nomina hæc ſunt, Orion,
Mazaroth Arcturus, Veſperus, Lucifer. In his

veſperus nullus, ſed Luciferi vniuerſi. Benedi- A
ctus Deus, iterum dicamus: qui facit mirabilia
ſolus, qui facit vniuerſa, & conuertit vniuerſa.
Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui te-
nebantur paulo antè captiui: & ciues eccleſiæ
ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: &
iuſtitiæ in ſorte verſantur qui fuerunt in confu-
ſione peccati. Non enim ſunt tantum liberi, ſed
& ſancti: non tantum ſancti, ſed & iuſti, nec
ſolum iuſti, ſed & filij: nec ſolum filij, ſed hæ-
redes: nec ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti:
nec tantum fratres Chriſti, ſed cohæredes: non
ſolum cohæredes, ſed & membra: non membra
tantum, ſed & templum, nec tantum templum,
ſed organa ſpiritus. Benedictus Deus, qui facit
mirabilia ſolus. Vides quot ſunt baptiſmatis lar-
gitates? Sed multis quidem videtur cœleſtem
gratiam in peccatorum tantum remiſſione con-
ſiſtere: nos autem honores computauimus de- B
cem. Hac de cauſa etiam infantulos baptiza-
mus, vt non ſint coinquinati peccato, vt eis ad-
datur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fra-
ternitas Chriſti, vt eius membra ſint omnes, vt
ſpiritus habitatio fiat. Sed vos dilectiſſimi fra-
tres, ſi tamen mihi conceditur fraterno veſtro
nomine gloriari. Et me quidem ſimilis beatitu-
do conceperat, ſimilis ornauit gratia: ſed po-
ſteriore negligentia firmum nexum cognationis
amiſi: ſed date vos mihi fraterno vocabulo nũ-
cupari, propter nimiam ſcilicet charitatem: &
vos rogari permittite, vt tantæ gloriç honorem
animoſitas conſequatur. Et tanto magis vos di-
gnos gratia properetis oſtendere, quanto vos
inſpicitis in culmine poſitos gloriarum: etenim C
tranſactum tempus palæſtra fuit, atque conten-
tio, & lapſus facilè veniam merebatur: ab ho-
dierna vero die campus patet virtutum exerci-
tationibus dedicatus. Agon inſtat, theatrũ præ-
paratur, & ad ſpectaculum conuenit, non tan-
tum hominum genus, ſed & cœleſtis etiam cœ-
1.Cor.4. tus angelorum. Spectaculum enim, inquit, fa-
cti ſumus mundo, non hominibus tantum, ſed
etiam angelis. Angeli ſpectant, angelorum Do-
minus præſidet coronæ certaminis: hoc non tã-
tum honor, ſed & magna cautela, quando is qui
pro nobis animam ſuam poſuit, ipſe ſit proba-
mentum iudiciúmque certaminis. Olympiaco
nanque certamine, & friuolo perditóque ſpe-
ctaculo, impoſitor coronarum, in ipſo conten-
tionis examine præeſſe conſueuit, & in medio
certantium loco conſiſtens, nulli parti fauora- D
bili nutu ſubuenire procurat, ſed ipſius certa-
minis expectat incertum, & vt mente ſic & lo-
co medio continetur: inter noſtrum autem &
diaboli certamen Chriſtus non media lance cõ-
ſiſtit, ſed totus noſter fautor expectat. Et vt
ſcias noſtrarum partium ſpectatorem, peruide
quomodo nos tanquam ſuos vnxit oleo lætitiæ,
illum ut impenderetur nobis inſtrinxit, vt cum
illum peruiderit cecidiſſe, calcate, inquit, ſuper
ipſum. Nos autem & ſi cecidiſſe peruiderit, au-
Luc. 10. xilio ſuæ releuat maieſtatis, & dicit: Nunquid
qui decidit, non adiiciet vt reſurgat? Et dormiẽ-
Pſal.40. tes excitat. Exurge, inquit, qui dormis. Vis am-
Ephe.5. plius admirationis inſpicere? Nobis Deus cœ-
lum poſt victoriam præparauit, illi poſt victo-

A riam pręparauit gehennam, minatur & pœnã.
Ego ſi vicero, coronabor: ille ſi vicerit, punie-
tur. Et vt ſcias maiora ei cum ſuperauerit præ-
parari tormenta, vicit Adam & ſupplantauit.
Quid igitur meretur victorię ſuæ? Supra pectus, Gen. 3.
inquit, & ventrem ambulabis, & terram man-
ducabis omnib. diebus vitæ tuæ. Si igitur ſenſi-
bilem ita puniuit damnauitque ſerpentem, qua
pœna inuiſibilis punietur, ſi tantis miniſter e-
ius tormentis cruciatibúſque ſuccubuit? Incun-
ctanter autorem maiores ſtimuli atque eculei
conſeqentur. Etenim ſi piiſſimus pater ſui filij
reperire valuerit occiſorem: non ſolummodo
dolorem ſuum, irámque conuertit in eum, ſed
etiam ipſum gladium quo filius perierat, parti-
culatim comminuit: ita & Chriſtus noſter cum
à diabolo hominem interemptum eſſe peruide-
rit: non ſolum eum tormentis afficit, ſed etiam
B eius gladium obtundit, & ad nihilum redigit.
Confidenter igitur nos reparemus ad pugnam:
etenim nobis arma ſuppeditant vltra ſplendorẽ
totius auri fulgentia, & fortia, adamantis ro-
bore firmiora, totius ignis ardorem vincentia,
cunctarum pondere leuiora pennarum. Nec e-
nim quiſquam hæc arma portando quaſſatur,
ſed ſubleuant membra, & in excelſa perducunt:
& in cœlum, ſi cupieris, cum his ſine dubio per-
fereris, penitus impedimento ceſſante. Rudis
nanque natura horum armorum videtur, quia
noualis nouus quotidie exercitatur, homo fa-
ctus cum dæmonibus litigare compellor. Na-
tus in corpore incorporales inimicos agnoſco.
Hac de cauſa mihi thoracem diuinitus non ærẽ
C confectum, non arte compoſitum, ſed iuſtitiæ
ſimplicitate præparauit, fidei clypeo robora-
uit. Armat me gladius meus, verbum teneo ſpi-
ritus ſanctitatis. Ille ſuis ſagittis armatus eſt, e-
go meum gladium teneo: ille ſagittarum iacu-
latione confidit, mihi arma diuerſa non deſunt.
Et vt eius formido monſtretur, cominus litiga-
re non audet. Iaculorum longitudinem ſemper
affectat, vt mittat, ſi peruiderit negligentem. Et
aliam mihi Deus vltra tutelam donauit armo-
rum. Quid illud? menſam præparauit, cibum ſa-
tietatis oſtendit, vt poſt epularum refectionem
inimicum poſſim robuſtius ſuperare. Cum e-
nim te egredientem poſt conuiuium dominicũ
viderit inimicus, poſt cœleſtes epulas tanquam
ignem leonis ore flammantem fugit, & deſerit
omni vento velocior, nec approximare contẽ-
D dit: & cum cruentam linguam tuam de longe
ille crudelis perſpexerit, mihi crede non ſtabit:
& cum os tuum ſenſerit rutilare, greſſum ſuum
retro cum timore torquebit. Vis huius ſangui-
nis audire virtutem? Redeamus ad eius exem-
plum, & priorem typum recordemur, & pri-
ſtinam ſcripturam narremus. In Ægypto nocte
media Ægyptiis Deus plagam decimam mina-
batur, vt eorum primogenita deperirent, quia Exod.11.
primogenitum eius populum detinebant. Sed
ne amata plebs Iudæorum vnà cum illis pericli-
taretur, quia vnus locus continebat vniuerſos,
remedium diſcretionis inuentum eſt. Proinde
exemplum mirabile, vt diſcas in veritate virtu-
tem, ira diuinæ indignationis ſperabatur, &
mortifer domus ſingulas circumibat. Quid igi-

tur Moſes? Occidite,inquit, agnum anniculum A
& ſanguine eius linite ianuas. Quid ais Moſes?
Sanguis ouis rationabilem hominem liberare
conſueuit? Valde, inquit: non eo quòd ſanguis
eſt, ſed quia dominici ſanguinis per eum demó-
De ſtatuis Imperatorum Rom. ſtratur exemplum. Nam ſicut regnantium ſta-
tuæ, quæ ſine cauſa ſunt atque ſermone, non-
nunquam ad ſe confugientibus hominibus,ani-
mis atque rationibus decoratis ſubuenire con-
ſueuerunt: non quia ſunt ære confectæ, ſed quia
retinent imaginem principalem: ita & ſanguis
ille qui irrationalis fuit, animos habentes ho-
mines liberauit, non quia ſanguis fuit, ſed quia
huius ſanguinis oſtendebat aduentum. Et tunc
angelus ille ille vaſtator, cum linitos poſtes at-
que aditus peruideret,tranſiecit greſſus, & non
eſt auſus intrare. Nunc ergo ſi viderit inimicus
non poſtibus impoſitum ſanguinem typi, ſed fi- B
delium ore lucẽtem ſanguinem veritatis, Chri-
ſti templi poſtibus dedicatum, multo magis ſe
ſubtrahit. Si enim angelus ceſſit exemplo, quã-
tò magis terrebitur inimicus, ſi ipſam perſpexe-
rit veritatem? Vis& aliam huius ſanguinis ſcru-
tari virtutem? Volo, vnde primum currit inci-
pias, & de quo fonte manauit. De ipſa primum
cruce proceſſit, latus illud dominicum initium
fuit. Mortuo enim, ait, Ieſu, & adhuc in cruce
pendente approximauit miles,latus lancea per-
cuſſit, & exinde aqua fluxit, & ſanguis. Vnum
baptiſmatis ſymbolum, aliud ſacramenti: ideo
non ait, exiit ſanguis & aqua,ſed exiit aqua pri-
mum, & ſanguis: quia prius baptiſmate dilui-
mur, & poſtea myſterio dedicamur. Latus miles
aperuit, & templi ſancti parietem patefecit. Et C
ego theſaurum præclarum inueni, & fulgentes
diuitias me gratulor reperire. Sic & de illo agno
factum eſt. Iudæi ouem occiderunt,& ego fru-
ctum de ſacramento cognoui. De latere ſan-
guis & aqua. Nolo tam facile auditor tranſeas
tanti ſecreta myſterij. Reſtat enim mihi myſti-
ca atque ſecretalis oratio. Dixi baptiſmatis ſym-
bolum & myſteriorum aquam illam & ſangui-
nem demonſtrari. Ex his enim ſancta fundata
eſt eccleſia per lauacri regenerationem, & re-
nouationem Spiritus ſancti: per baptiſma, in-
quam, & myſteria quæ ex latere videntur eſſe
prolata. Ex latere igitur ſuo Chriſtus ædificauit
eccleſiam, ſicut de latere Adam eius coniunx
Epheſ.5. Heua prolata eſt. Nã hac de cauſa Paulus quo-
que teſtatur, dicens: De corpore eius, & de oſ- D
ſibus eius ſumus: latus videlicet illud ſignificãs.
Nam ſicut de illo latere Deus fecit fœminam
procreari: ſic & de ſuo latere Chriſtus aquam
nobis & ſanguinem dedit, vnde repararetur ec-
cleſia: & ſicut in ſopore quieſcentis Adæ Deus
lateris membra patefecit: ſic modò poſt mor-
tem aquam nobis donauit & ſanguinem. Et ſo-
por ille nunc mors eſt, vt diſcas mortem nulla
ſoporis ſeparatione diſcerni. Videte quẽadmo-
dum ſponſam ſibi Chriſtus coniunxit, videte
quo nos cibo ſatietatis enutrit. Ipſe nobis cibi
ſubſtantia eſt, atque nutrimentum. Nam ſicut
mulier affectionis natura cogente,genitum ale-
re ſui lactis fœcũditate feſtinat: ſic & Chriſtus,
quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine ſemper enu-
trit. Igitur quoniam nos tãtis bonis agnouimus

eſſe perfunctos,vitam congruam peragamus,&
ſymbola illa atque pactiones,quibus ſumus cõ-
ſtricti, cordibus noſtris inhæreant. Vobis pro-
clamo, cautiones vel chirographa peccatorum
noſtrorum ſcinduntur: quia nunc eſtis recenti
lumine illuſtrati. Sed & vos hac admonitione
conſtringo,quos olim quoque ſimilis beatitudo
ſuſcepit. Communis etenim hæc ratio nobis eſt,
idem ſermo, communis obligatio: quoniam æ-
què & fœdera nobis cum illis communia: non
atramento, ſed Spiritus recordatione conſcri-
pta: non calamo, ſed linguæ puritate firmata.
hoc enim calamo cum Deo pactiones conſcri-
bi conſueuerunt. Et ideo Dauid ait: Lingua mea Pſal.44.
calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Cõfeſſi ſu-
mus huius imperium, diabolicam negauimus
tyrannidem. Hoc chirographum, hoc pactum,
hoc ſymbolum docetur eſſe conſcriptum: vide-
te ne chirographario inueniamur iterum debi-
tores. Venit Chriſtus, & paternis nos cautioni-
bus inuenit aſtrictos,quas conſcripſit Adam. Il-
le initium obligationis oſtendit,peccatis noſtris
fœnus accreuit: ibi maledictio fuit, & peccatũ,
& mors, legiſque condemnatio: & hęc omnia
Chriſtus deleuit atque conceſſit,& clamat Pau- Coloſſ.2.
lus dicens: Chirographum peccatorum noſtro-
rum quod erat aduerſarium, & ipſum tulit de
medio, affigens cruci: non dixit, delẽs,non *ca- *forte charaxans.*
taractans: ſed cruci affigens,vt prorſus eius nec
veſtigia remanerent: ideo non deleuit,ſed con-
ſcidit. Crucis enim claui diſſipauerunt illud, vt
in eo nulla de poſtero remaneret vtilitas. Et hoc
non in angulo, nec ſecretim, ſed in mundo me-
dio, omnium videntibus oculis,in excelſo ligno
nexum eius euacuat. Inſpiciant quidem angeli,
conſiderent archangeli, & cum omni admira-
tione cœleſtes peruideant poteſtates. Nec ad-
uerſarios hoc lateat, nec dæmones, nec ipſum
diabolum, qui nos debitis obnoxios effecerunt.
Scinduntur ſub fœneratoribus cautiones, ne
nobis in poſterum moleſtiæ præparentur. Quo-
niam igitur prius chirographum omnibus viri-
bus caret, inuigilemus ne nos alia obligatio, al-
térque nexus aſtringat. Crux enim ſecunda non
eſt, nec altera remiſſio peccatorum: per lauacri
regenerationem eſt nanque remiſſio, ſed non
conceditur per lauacrum. Et ideo inuigilemus,
& arripiamus ſollicitudinem. Propter hoc enim
de Ægypti finibus emigraſtis. Ne illius terræ i-
terum ſeruitia cogitemus, ne veluti lateris cõ-
memoratio habeatur: later etenim eſt iſtius vi-
tæ dementia. Nam & ipſa ſpecies auri fulgentis
nondum arte compoſita, nihil aliud niſi terra
monſtratur. Vidiſti mirabilia longè maiora,quã
Iudæi in illo tempore Ægyptum relinquentes:
non vidiſti armatum Pharaonem ſuffocatum,
ſed vidiſti diabolum mole ſuppreſſum. Illi flu-
ctus & pelagus tranſierunt, tu mortem tranſi-
ſti: illi Ægyptiorum ſeparatione alienati ſunt,
tu dæmonum liberatione gratularis: illi iugum
amiſerunt barbaricæ ſeruitutis, tu quod durius
eſt, à peccatorum ſeruitute liberatus es. Vis
aliunde quoque cognoſcere, vnde honor tibi Exod.34
eſt amplior attributus? Iudæis tunc Moſi vultũ
glorificatum non fuit videre conceſſum, Adæ
conſerui, & Adæ ſanguinis neceſſitate coniun-

Epiſcopum Helenopoleos, qui Romam primũ venerit ſedente Zoſimo, & in Dialogo colloquens cum Theodoro introducitur, alterum Palladium Blemmyorũ in Æthiopia Epiſcopũ quẽ narrat Theodorus p. 6. col. 1. c. poſt Cyriacũ & Eulyſium Romam ſedente Innocentio veniſſe, verum irrepſiſſe titulum Epiſcopi Helenopolitani, librarij errore, cum Blemmyorum fuerit Epiſcopus, idem ille nimirum qui mox p. 6. col. 2. literis Epiſcoporum Occidentalium fretus cum Eulyſio & Cyriaco reuertitur, & Athyris à militibus detinetur, nec alterius Palladij mentionem facit Theodorus, cum narrat p. 36. col. b quid factum fuerit Epiſcopis carcere illic detentis, præterquam Epiſcopi Blemmyorum, qui Syenen fuerit ablegatus. Atenim altera difficultas occurrit, quæ nos cogit tertiũ quendam Palladium admittere, qui Romam Chryſoſtomi cauſa Pontifice Innocentio ſedente venerit, hoc enim de ſe ipſo teſtatur Palladius auctor Hiſtoriæ Lauſiacę to. 7. Bibliothecæ patrum cap. 121. vbi de monachis agit, qui cum Opiano, vel Piniano degebant. *Non paruo nos honore affecerunt, cum Romam venißemus propter beatum Ioannem Epiſcopum nos reficientes, & abundantißimis viaticis excipientes.* Idem etiam teſtatur cap. 39. ſe in Bithynia regione Aſiæ (cuius ciuitas eſt Helenopolis) Epiſcopum ordinatum eſſe: A Paleſtina veni in Bithyniam & in ea vrbe neſcio quomodo an humano ſtudio, an potentiori voluntate, Deus ſcit, dignus habitus ſum ordinatione: quamobrem licet in inſcriptione Epiſtolæ ad Lauſum, Cappadociæ ſe dicat Epiſcopum, Helenopoleos hunc quoque Palladium Epiſcopum fuiſſe poſſumus ſuſpicari: ſed ſi vt diximus ope codices manuſcripti Græcum nanciſcamur exemplar, multa perperam vel ab interprete vel à librariis expreſſa fortaſſe reſtituẽtur, ex quibus certius quippiam ſtatuere licebit. Alios vitarum Chryſoſtomi auctores vt Georgium Alexandrinum, Simeonem Metaphraſtẽ, Leonem Imperatorem & Anonymum non adiunximus, nec eos qui in Latinis editionibus præfigi ſermonibus in Geneſim ſolebant, quod ſeorſim omnium Sanctorum vitas Græce ac Latine in lucem edendas quidam ordinis noſtri Theologus à multis annis ſuſceperit.

Pa. 39 col. 1. c *dum ſubitas mutationes.* Interpres legiſſe videtur rectius [illegible], perperã enim erat in mſ. P. [illegible], col. 1. d. *vt perdix.)* Addendum è Græco, *immanſuetus, vt mus: immitis vt lupus.* Ita Plinius lib. 10. cap. 45. *E volucribus hirundines eſſe indociles, è terreſtribus mures, cum elephanti iuſſa faciant, leones iugum ſubeant, in mari vituli, totque piſcium genera miteſcant.* pauſo poſt ita diſtinguendum eſt, *ſui ipſius indeſinenter inimicus, neceſſario ſibi inuidens non animaduertit ſe à ſemetipſo puniri. Cum enim malum.* Reliqua huius fragmẽti implendæ paginæ cauſa, quæ vacabat ſubijciemus: vt hoc veluti ſcalmo inuento in ſpem totius, reliquæ nauis reperiendæ, ſi Deus fauerit, erigamur.

P. 41. Inter homilias in varios Octateuchi locos habitas, & Chryſoſtomo merito tributas numerat hanc de continentia Ioſephi Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliothecæ ſanctæ, & homiliam de Pſalmorum vtilitate, Quemadmodum cibo vita p. 50. Rurſus homiliam poſt reditum prioris exilij pa. 49. repreſentamus, quæ hactenus excuſa cum eius operibus ſemper fuit, licet eius ſtylus à cæteris auctores noſtri nonnihil abhorreat, nec procemium habeat de Sarræ hiſtoria nec laudes Imperatricis, quas Sozomenus ſermoni ſuo intexuiſſe teſtatur Chryſoſtomum, quem à periori exilio reuerſus habuit, vt pluribus docuimus in Notis ad alterum GræcoLatinum, quem epiſtolis eius ſubiunximus p. 969. ἐν τῷ Σάββατι. P. 51. Ad Neoph. Citat hãc homiliã, & auctori eã ſuo vindicat antiquiſſimus & grauiſſimus teſtis Aug. li. 1. contra Iulianum Pelagianum ca. 2. atque huius interpretationis verba profert, dum aduerſus hæreticum illum de peccato originali diſputat, & immerito ipſius auctoritate nitſi Iulianum velle contendit, his verbis, *Sanctus Ioannes, inquit, Conſtantinopolitanus negat eſſe in paruulis originale peccatum. In ea quippe homilia, quam de baptizatis habuit.* Benedictus, *inquit*, Deus qui fecit mirabilia ſolus, qui fecit vniuerſa, & conuertit vniuerſa. Ecce libertatis ſerenitate perfruuntur, qui tenebantur paulo ante captiui: & ciues Eccleſiæ fiunt, qui fuerũt in confuſione peccati. Non enim tantum ſunt liberi, ſed & ſancti: non tantum ſancti, ſed & iuſti: non ſolum iuſti ſed, & filij: non ſolum filij, ſed & hæredes: non ſolum hæredes, ſed & fratres Chriſti: nec tantum fratres Chriſti, ſed & cohæredes: non ſolum cohæredes, ſed & mẽbra: non tantum membra: non tantum membra, ſed & templum: non tantum templum, ſed & organa ſpiritus. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates, & nonnulli deputant cœleſtem gratiam in peccatorum tantum remiſſione conſiſtere: Nos autem honores computauimus decem. Hac de cauſa etiam infantes baptizamus, cum non ſint coinquinati peccato, vt eis detur vel addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, vt eius membra ſint. *Itá ne verba ſancti Ioannis Epiſcopi audes tanquam econtrario tot talium que ſententiis collegarum eius opponere, eumque ab illorum concordiſſima ſocietate ſeiungere, & eis aduerſarium conſtituere? Abſit, abſit hoc malum de tanto viro credere aut dicere.*

Vide ſupra p. 52. col. 1. 2.

Et poſt pauca idem Auguſtinus: *Comparans ergo eos Ioannes maioribus, quorum propria peccata dimittuntur, in baptiſmo, dixit illos non habere peccata, non ſicut verba eius ipſe poſuiſti, non coinquinatos eſſe peccato, dum vis vtique intelligi non eos peccato primi hominis inquinatos. Verum hoc non tibi tribuerim, ſed interpreti, quanquam in aliis codicibus eandem interpretationem habentibus non peccato, ſed peccatis legatur. Vnde miror ſi non aliquis ex numero veſtro ſingularem maluit numerum ſcribere, vt illud acciperetur vnum, vnde dicit Apoſtolus, Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem: Ibi quippe vnum, non niſi vnum delictum vult intelligi, quo nolentes credi paruulos inquinatos non eos peccata non habere, quod ait Ioannes, ne intelligerentur propria, vel peccatis, ſicut habet in aliis codicibus eadem interpretatio, ſed peccato non inquinatos dicere maluiſtis, vt vnum primi hominis peccatum veniret in mentem. Sed ſuſpicionibus non agamus, & hic vel ſcriptoris error, vel varietas putetur* Rom. 5.

interpretis: ego ipsa verba Græca, quæ à Ioanne dicta sunt ponam. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν, καίτοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα. *Quod est Latinè*, Ideo & infantes baptizamus, quamuis peccata non habentes: *Vides certè non ab eo dictum eſſe paruulos non coinquinatos eſſe peccato, ſiue peccatis, ſed non habere peccata, intellige propria: & nulla contentio eſt.* Rurſus allatis in medium aliis eiuſdem S. Ioannis teſtimoniis ex Epiſtola ad Olympiadem, & ex ſermone 3. in Geneſim, cur beſtię lædant homines, ad hunc redit ſermonem ad Neophytos, & alterũ eius locum profert Auguſtinus.

Vide ſupra p.52. col. 2. b. *Quid enim apertius quàm id quod ibi dixit?* Venit ſemel Chriſtus & paternis nos cautionibus inuenit aſtrictos, quas conſcripſit Adam. Ille initium obligationis oſtendit, peccatis noſtris fœnus accreuit. *Audiſne hominẽ in fide Catholica & eruditũ & erudiẽtẽ diſtinguentẽ debitũ paterni chirographi, quod hæreditarium nobis inhæſit, ab eis debitis, quorum per noſtra peccata fœnus accreuit? Audis* A *quid paruulis relaxetur in baptiſmo, qui nondum propria debita contraxerunt, nec tamen à paterno chirographo immunes eſſe potuerunt? Verba quippe eius non interpretata ſic leguntur in Græco*, ἔρχεται ἅπαξ ὁ Χριστός, εὗρεν ἡμῶν χειρόγραφον πατρῷον, ὃ ἔγραψεν ὁ Ἀδάμ. ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγε τοῦ χρέους, ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ηὐξήσαμεν ταῖς μεταγενεστέραις ἁμαρτίαις. *Quæ verba è verbo interpretata ſic ſe habent*, Venit ſemel Chriſtus, inuenit noſtrum chirographum paternũ, quod ſcripſit Adam. Ille initium induxit delicti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis. *Nunquid contentus fuit dicere paternum chirographum, niſi adderet noſtrum? Vt ſciremus antequam fœnus peccatis noſtris poſterioribus augeremus, iam illius chirographi paterni ad nos debitum pertinere.* Hæc Auguſtinus tu priorẽ locũ vide p.52.co. 1.a, poſteriorẽ p.53.col. 2. b, & ſanctiſſimo Doctori Eccleſię Auguſtino gratiã habe, cuius beneficio paucula iſta S. Ioãnis Græca verba ex iſta homilia legis ab iniuria temporum vindicata.

ΕΚ ΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΚΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΩΝ

περὶ τοῦ Χρυσοστόμου ὑπό τινος τῶν ἐπισκόπων πρὸς Θεόδωρον διάκονον Ῥώμης λεχθέντος. ὁ ἐπίσκοπος.

Θαυμάζω σου ἀνδρῶν τιμιώτατε τὴν εὐφυΐαν ὁμολογουμένως, καὶ αὖθις τὸ ἐναντίον καλῶ σε. μακαρίζεις γὰρ ὡς στεφανίτας, ταλανίζεις ὡς ἐκπεσόντας, ἐπειδὴ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐστερήμεθα θρόνων. ὅμοια δέ μοι πάσχεις τῶν τὰ Ὀλύμπια θεωρούντων ἀγροίκων. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καυχῶνται μὲν πρὸς τὰ βραβεῖα ἡδέως, δακρύουσι δὲ πρὸς τὰς πληγὰς τῶν ἀγωνιζομένων οἰκτρῶς. ἐμοὶ δὲ ἄμεινόν ἐστι φάσκειν καὶ τὰ πάντα πλάνῃ διώκειν μετὰ τῆς ἀληθείας, ἢ πολλὴν ἔχοντα δόξαν τῆς τιμῆς νομιζομένης εὐημερίας ὑποκεῖσθαι τῷ ψεύδει. ἀλήθειαν μὲν γὰρ ἔχων ἔξω τὰ πάντα, αὐτῆς γὰρ δὴ καὶ τὰ πάντα· ψεύδους δὲ κατημμένος οὐδὲ ἐμαυτόν, ἐκείνης μὴ ὑπαρχούσης. ἔχων δὲ τὴν ἀλήθειαν οὐχ ἁπλῶς αὐτὴν θελήματι ἔχει ὡς δέσποιναν ἢ δούλην ἢ γείτονα, ἀλλ' ὡς ἀδελφήν, αἱ δὲ ἢ δυνατὸν καὶ ὁμόζυγον, τῆς ἡδονῆς αὐτῆς ἀπολαύειν, καὶ μετὰ ταύτης κληρονομεῖν ὡς ἰδίαν γυναῖκα. θυγάτηρ γάρ ἐστι τῆς ὄντως ἀληθείας, ἧς γαμβρὸς ὁ σπουδαῖος. ὁ γὰρ ταύτην ἔχων σύζυγον αὐτῇ, ἀγήρως ἐστὶ καὶ ἀμάραντος, θερμότερον πυρὸς ἔχων ζῆλον, ὀξύτερον ξίφους τὸν λόγον, κουφότερον αὐτοῦ τὸν βίον, ἀόκνως τρέχει καθάπερ πρὸς οἰκεῖον μητέρα πρὸς τὴν τῶν γραφῶν μελέτην· αὐθεντικῶς τῇ ἀγρυπνίᾳ, οὐ κρατεῖται φόβῳ, γαυριᾷ τῇ ἀδεείᾳ, κορυβαντιᾷ τῷ ἐνθουσιασμῷ, καὶ μισεῖ οὐδένα, οἰκτείρει τοὺς κακῶς τὸν βίον χρωμένους, μακαρίζει τοὺς ἰδιοπραγοῦντας μετὰ τῆς αὐταρκείας· λυπεῖται τῇ τοῦ πνεύματος λύπῃ ἐπὶ τῇ τῶν ἱερατικῶν ἀμελείᾳ, πείθων ὃν εἶπεν ὁ ἀπόστολος, καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα θεοῦ ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. λυπεῖ δὲ τὸ πνεῦμα ὁ διδοὺς αὐτοῦ τόπον τῇ ἀμελείᾳ. καὶ τί γὰρ τοῦ λέγειν; πλουτεῖ μετὰ παρρησίας οὐδένα λυπήσας πλὴν τῶν δαιμόνων, καὶ ὅσοι γείτονες τούτων. χρόνος αὐτοῦ προέρχεται, οὐκ ἐκκαταλύει τὰς ἡμέρας ἐν κακουργίαις, ἰδιοποιεῖται τὸ δεδομένον χάρισμα, καὶ τόκους ἀγαθῶν ἔργων προσεπιγράφει ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πληρώσας πολυχρόνια χρόνια, διαθήκης ὕλην καὶ χαράκων· ζῶν γὰρ καὶ φρονῶν αὐτὴν καταλείπεται. θάνατος ἔκρυψε τὴν τοῦ σαρκίου θύραν, πρὶν αὐτὸν ἰδεῖν ἔξωθεν ὄντα βοᾷ, ἀπιλλόμενον ὑποθήκῃ ἐπιψάλλων, οἴμοι ὅτι ἡ παροικία μου ἐμακρύνθη, καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν πέμψαντα δεσπότην αὐτοῦ θεῖα δίκας εἰσπράττων, ὅτι χαλεπώτερον ἦλθεν. ἀφορίζει δὲ πλεονεξίαν ἀπαλλαγεὶς τοῦ πλουτεῖν σαρκὸς ὡς ξενιδίου οὐδενὸς ἀπειλουμένης πλώσεσι. ἄρχουσι τὸ οὖς πρὸς τὸν λόγον τὰ εὖ δεῖ καὶ ἀγαθὰ ἀκουσάμενος καὶ τὰ ἑξῆς. ἔστω δὲ σοι τεκμήριον τῶν λεγομένων ἡ τῶν λόγων πυκνότης. ἐκ γὰρ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ τὸ στόμα. ὁ δὲ τῷ ψεύδει συζῶν βίον ἔχει πεφορτισμένον· ποτὲ μὲν γὰρ χαίρων ἁμαρτίας ἐπὶ αὐξήσει ἀργυρίου ἢ δεξαιὸν μικρὸν ἢ τρυφήσου φιλίᾳ ἢ ἐχθρῶν αὐτοῦ δυσημερίᾳ. ποτὲ δὲ λυπεῖται ἕως θανάτου τὰς βουλὰς ὁ νεωτεροποιῶν καὶ τὰς ἀδικίας, νύκτας ἔχει ἀΰπνους ἢ κακοΰπνους, ὑπονοεῖ ἐπιβουλὰς καὶ τῶν γνησίων οὐ θαρρῶν οὐδὲ ἑαυτοῦ, ἀπιστῶν τοῖς πᾶσιν ὡς ψεύσταις. τοιοῦτος αὐτὸς ὑπάρχων δειλός ἐστιν ὡς λαγωός, θρασὺς ὡς χοῖρος, ψεύστης ὡς χαμαιλέων, ἀπατεὼν ὡς πέρδιξ, αἱμοβόρος ὡς μῦς, αἰσχροκερδὴς ὡς λύκος, ἐχθρὸς ἑαυτοῦ ἀδιαλείπτως, βάσκανος ἐξ ἀνάγκης ἑαυτὸν τιμωρούμενος καὶ αἰσθάνεται. κατ' ἄλλου γὰρ κακῶς λογιζόμενος φθάνει πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς. θάνατος ἐπέστη, πάντα δίδωσι, ἵνα μικρὸν προσμείνῃ φιλοζωῶν, τὸν δεδομένον αὐτῷ χρόνον ἐκκαταλύσας εἰκῇ, τὰ δηνάρια πρὸς οὓς οὐκ ἐδίπλωσεν, οὐδὲ σῶον ἐφύλαξε. τρέμει διηνεκῶς ὡς φύλλον γηραιὸν οὐ βουλόμενος, ληροφρονῶν τὰ γερόντων ὑφίσταται· φοβεῖται τὸν θάνατον ὡς θεὸν παρ' αὐτῷ ὁ κόσμος φαινόμενος. καὶ τί γάρ, αἰσχρὰ καὶ φρικτά, προσλαμβάνων τὴν τοῦ θεοῦ κρίσιν ἑαυτὸν τιμωρεῖται διὰ τοῦ συνειδότος ἀνηλεῶς βασανίζων καὶ καθ' ἓν πλημμέλημα ἑαυτὸν ὑπομιμνήσκων, δεινότερα πάσχων ἢ περ οἱ μαστιγούμενοι τὰ ἑαυτῶν σώματα τῶν πληγαῖς ὑποδύων τοὺς κατὰ καιρὸν δυναστείας δουλοπρεπῶς, κολακεύει τὸν κόσμον αἰσχρῶς ἀντὶ ἑνὸς κυρίου μυρίους ἔχει δεσπότας, ἵνα καὶ τῷ ἀληθείᾳ δουλεύσῃ, ἐπίφοβος αὐτοῖς, φοβούμενος τοὺς πάντας.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

περὶ ἱερωσύνης λόγος Α΄.

SANCTI PATRIS NOSTRI

IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE SACERDOTIO

LIBER PRIMVS.

Ex interpretatione GERMANI BRIXII Altiſſiodorenſis aucta, recognita, & emendata à FRONTONE DVCAEO SOCIETATIS IESV Theologo.

ΕΜΟΙ πολλοὶ μὲν ἐγένοντο φίλοι, γνήσιοί τε καὶ ἀληθεῖς, τοὺς τῆς φιλίας νόμους καὶ εἰδότες, καὶ φυλάττοντες ἀκριβῶς· εἷς δέ τις τούτων τῶν πολλῶν, ἁπάντων αὐτοὺς ὑπερβαλλόμενος τῇ πρὸς ἡμᾶς φιλίᾳ, τοσοῦτον ἐφιλονείκησεν ἀφεῖναι κατόπιν αὐτούς, ὅσον ἐκεῖνοι τοὺς ἁπλῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένους. ἦν δὲ τῶν ἅπαντά μοι τὸν χρόνον παρηκολουθηκότων ἑν· καὶ γὰρ μαθημάτων ἡψάμεθα τῶν αὐτῶν, καὶ διδασκάλοις ἐχρησάμεθα τοῖς αὐτοῖς. ἦν δὲ ἡμῖν καὶ προθυμία καὶ σπουδὴ περὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐπονούμεθα, μία· ἐπιθυμία τε ἴση, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν τικτομένη πραγμάτων. οὐ γὰρ ὅτε εἰς διδασκάλους μόνον ἐφοιτῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἐκεῖθεν ἐξελθόντας βουλεύεσθαι ἐχρῆν, ὁποίαν ἑλέσθαι τοῦ βίου βελ-

A VERE mihi olim amici complures, iidémque veri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerẽt, tum diligenter ſeruarẽt. Horum complurium in numero vnus quidam eximia erga nos charitate ac beneuolentia, ita illos exuperare ſtuduit, vt omnes tanto poſt ſe interuallo ipſe relinqueret, quãto illi reliquos alios à quibus vtcunque amarer, reliquiſſent. Hic idem ex iis erat, qui lateri

B meo perpetuò aſſiderent. etenim cùm earundem diſciplinarum ſacris initiati fuimus, tum etiam præceptoribus iiſdem operam vterque dedimus: erat & nobis eadem animi propenſio: erat ſtudium par in illas ipſas, in quibus verſabamur, literas: prætereà idem deſideriũ & iiſdem è rebus natum. Neque enim ſolùm quo tẽpore ad magiſtros ſcholáſq. cõdiſcipuli vẽtitaremus, ſed etiã quum illinc egreſſos conſiliũ iam inire oporteret, quam tandè præſtaret

reliquæ nobis vitæ viã tenere: & hic quoque eadem in nobis animorum conſpiratio, eadem concordia apparebat. Erant & alia item, quæ voluntatum noſtrarum cõuenientiam hanc, conſtantem inconcuſſámque ſeruarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem claritatemque alter altero ſeſe plus efferre ac venditare poterat: neque ego ſumma diuitiarum copia abũdabam: ille cõtrà, extrema premebatur paupertate: quinimò facultatum noſtrarum modum, conſiliorum paritas ac ſtudiorũ æquabilitas æmulabatur. Adde quòd & nobis idem generis honos ac ſplendor: vt B nihil non cõcurreret ad voluntatum, ſtudiorum, ſentẽtiarum cõſenſionem. Poſtea verò quam eò à nobis ventum eſt, vt iam oporteret monaſticam vitam, beatam illã quidem ac felicem perſequi, ac veræ philoſophiæ ſtudiis inhærere: iam non hæc erat nobis par eadémque ſtatera: nam illius quidem lanx ſublimis, vt quæ leuior eſſet, ferebatur: ego verò humanarum rerum cupiditatibus etiamnum abundans, meã lancem deprimens, propẽdêre cogebam, iuuenilib. eam aggrauans cogitationibus. Hic amicitia quidem noſtra conſtans ſtetit, vt & antehac: at conſuetudo dirempta: C neq. enim dabatur, vt qui haud in iiſdem amplius verſarẽtur ſtudiis, communes inter ſe congreſſus haberent. Cæterùm vbi & ipſe paululum caput à vitæ huius tempeſtate exerui, hic nos ambabus ille manibus porrectis excepit. Sed tamẽ ne ſic quidem priſtinam inter nos æquabilitatem retinere quiuimus. Etenim quum nos ille tempore anteuertiſſet, tum autem vehementiam ſtudiúmq. ad id non modicum attuliſſet, rurſus meipſo ſublimior ferebatur in altum admodum ſublatus: idem tamen bonitate ſua, & quod amicitiam noſtram magni faceret, à cæterorũ omnium D contubernio ſeſe abducens, aſſiduus nobiſcum erat: id quod & antehac deſiderauerat: ſed quòd dixi, ab animi noſtri languore prohibitus, aſſequi minimè potuerat. Nam qui fieri poſſet, vt qui continenter iudiciis ac foro intereſſem, ac ſcenæ oblectamenta attonitus ſectarer, frequenti vti poſſem conſuetudine eius, qui non niſi libris affixus in forum nunquam ventitaret? Quocirca quũ id illi per nos prius nequaquam licuiſſet, vbi primum factum eſt, vt me in communem ſecum vitæ conditionem acciperet, tum demum quod iampridem deſiderium parturiebat, confertim peperit: ac ne breuiſſimam quidem

De ſtudio vitæ monaſtica.

A τείνουσαν ἡμῖν ὁδόν; καὶ ἐνταῦθα ὁμογνωμονοῦντες ἐφαινόμεθα. καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις ἡμῖν τὴν ὁμόνοιαν ταύτην ἐφύλαττεν ἀρραγῆ καὶ βεβαίαν. οὔτε γὰρ ἐπὶ πατρίδος μεγέθει ἕτερος ἑτέρου μᾶλλον φρονεῖν εἶχεν· οὔτε ἐμοὶ μὲν πλοῦτος ὑπέρρει, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον, τὸ τῆς προαιρέσεως ἰσοστάσιον ἐμιμεῖτο. καὶ γένος δὲ ἡμῖν ὁμότιμον ἦν, καὶ πάντα τῇ γνώμῃ συνέτρεχεν. ἐπειδὴ δὲ ἔδει τὸν μακά- B ριον, τὸν τῶν μοναχῶν μεταδιώκειν βίον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀληθῆ· καὶ οὐκέτι ἡμῖν ὁ ζυγὸς ἐξ ἴσου ἦν· ἀλλ' ἡ μὲν ἐκείνου πλάστιγξ ἐκουφίζετο μετέωρος· ἐγὼ δὲ ἔτι ταῖς τοῦ κόσμου πεπεδημένος ἐπιθυμίαις, καθεῖλκον τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐβιαζόμην κάτω μένειν, νεωτερικαῖς αὐτὴν ἐπιβρίθων φαντασίαις. ἐνταῦθα λοιπὸν ἡ μὲν φιλία βέβαιος ἔμενεν ἡμῖν, καθάπερ καὶ πρότερον· ἡ δὲ συνουσία διεκόπτετο. οὐ γὰρ ἦν τοὺς μὴ περὶ τὰ αὐτὰ σπουδάζοντας, κοινὰς ποιεῖσθαι τὰς δια- C τριβάς. ὡς δὲ ποτε καὶ αὐτὸς μικρὸν ἀνέκυψα τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος· δέχεται μὲν ἡμᾶς ἄμφω τὼ χεῖρε προτείνας· τὴν δὲ ἰσότητα οὐδὲ οὕτως ἰσχύσαμεν φυλάξαι τὴν προτέραν. καὶ γὰρ τῷ χρόνῳ φθάσας ἡμᾶς, καὶ πολλὴν τὴν σφοδρότητα ἐπιδειξάμενος· ἀνωτέρω πάλιν ἡμῶν ἐφέρετο, καὶ εἰς ὕψος ἤρετο μέγα. πλὴν ἀλλ' ἀγαθός τε ὤν, καὶ πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν· ἀπάντων ἑαυτὸν ἀποστήσας τῶν ἄλλων, ἡμῖν τὸν ἅπαντα χρόνον συνῆν. D ἐπιθυμῶν μὲν τούτου καὶ πρότερον· ὅπερ δὲ ἔφην, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας κωλυόμενος ῥᾳθυμίας. οὐ γὰρ ἦν τὸν δικαστηρίῳ προσεδρεύοντα, καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις ἐπτοημένον, συγγίνεσθαι πολλάκις τῷ βιβλίοις προσηλωμένῳ, καὶ μηδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλόντι ποτέ. διὰ τοῦτο πρότερον διειργόμενος, ἐπειδή ποτε ἡμᾶς ἔλαβεν εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ βίου κατάστασιν· ἀθρόως, ἣν πάλαι ὤδινεν ἐπιθυμίαν, ἀπέτικτε τότε· καὶ οὐδὲ τὸ βραχύτατον τῆς ἡμέ-

Digitized by Google

A ἕως ἡμᾶς ἀπολιμπάνειν ἠνείχετο μέρος. διετέλει τε παρακαλῶν, ἵνα τὴν οἰκίαν ἀφέντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, κοινὴν ἀμφότεροι τὴν οἴκησιν ἔχωμεν· καὶ ἔπεισέ γε, καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν χερσίν. Ἀλλά με αἱ συνεχεῖς τῆς μητρὸς ἐπῳδαὶ διεκώλυσαν δοῦναι ταύτην ἐκείνῳ τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ λαβεῖν ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν δωρεάν. ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθετο ταῦτα βουλευόμενον, λαβοῦσά με τῆς δεξιᾶς, εἰσήγαγεν εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῇ· καὶ καθίσασα πλησίον ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἡμᾶς ὤδινεν, πηγάς τε ἠφίει δα- B κρύων, καὶ τῶν δακρύων ἐλεεινότερα προσετίθει τὰ ῥήματα, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀποδυρομένη. ἐγώ, παιδίον, φησί, τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ οὐκ ἀφείθην ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ· τῷ θεῷ τοῦτο δοκοῦν. τὰς γὰρ ὠδῖνας τὰς ἐπὶ σοὶ διαδεξάμενος ὁ θάνατος ἐκείνου, σοὶ μὲν ὀρφανίαν, ἐμοὶ δὲ χηρείαν ἐπέστησεν ἄωρον, καὶ τὰ τῆς χηρείας δεινά, ἃ μόναι αἱ παθοῦσαι δύναιντ' ἂν εἰδέναι καλῶς. λόγος γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο τοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ τοῦ κλύδωνος, ὃν ὑφίσταται C κόρη, ἄρτι μὲν τῆς πατρῴας οἰκίας προελθοῦσα, καὶ πραγμάτων ἄπειρος οὖσα· ἐξαίφνης δὲ πένθει τε ἀλήκτῳ βαλλομένη, καὶ ἀναγκαζομένη φροντίδος καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως ἀνέχεσθαι μείζονος. δεῖ γάρ, οἶμαι, ῥᾳθυμίας τε οἰκετῶν ἐπιστρέφειν, καὶ κακουργίας παρατηρεῖν, συγγενῶν ἀποκρούεσθαι ἐπιβουλάς, τῶν τὰ δημόσια εἰσπραττόντων τὰς ἐπηρείας, καὶ τὴν ἀπήνειαν ἐν ταῖς τῶν εἰσφορῶν καταβολαῖς φέρειν γενναίως. εἰ δὲ καὶ παιδίον καταλιπὼν ὁ τεθνεὼς ἀπέλθοι· θῆλυ μὲν ὄν, πολλὴν καὶ οὕ- D τω παρέξει τῇ μητρὶ τὴν φροντίδα, ὅμως δὲ καὶ ἀναλωμάτων καὶ δέους ἀπηλλαγμένην. ὁ δὲ υἱὸς μυρίων αὐτὴν φόβων καθ' ἑκάστην ἐμπίπλησι φόβων τὴν ἡμέραν, καὶ πλειόνων φροντίδων. τὴν γὰρ τῶν χρημάτων ἐῶ δαπάνην, ὅσην ὑπομένειν ἀναγκάζεται, ἐλευθερίως αὐτὸν θρέψαι ἐπιθυμοῦσα. ἀλλ' ὅμως οὐδέν με τούτων ἔπεισε δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις, οὐδὲ ἕτερον ἐπεισαγαγεῖν νυμφίον τῇ τοῦ πατρὸς οἰκίᾳ τοῦ σοῦ· ἀλλ' ἔμεινον ἐν τῇ ζάλῃ καὶ

A diei partem à nobis abſens fieri ſuſtinuit, nunquam non adhortans, vt domo vterque ſua relicta, vnà habitaremus, atque id quidem perſuaſit: iámque ea res nobis in manibus erat. At verò aſſiduæ matris illecebræ obſtiterunt, quo minus hac ergo illum gratia demererer, ſeu potius quo minus id beneficij illi deberem. Etenim vbi illa obodorata eſt id me conſilij inire, dextra apprehenſum introduxit in peculiare ſibi cubiculum. Hic illa quum me ſibi aſſidere voluiſſet, ſuper eum lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiamnum B adiiciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus ad miſericordiam pertraherent. Porrò eius quidem lamenta eiuſmodi fuere: Patris tui virtute ac præſtantia, fili, me haud ita multum temporis vti frui numen permiſit; vtpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo paſſa ſum, continuò exceperit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatem attulerit intempeſtiuam: vt ſileam viduitatis ipſius mala, ærumnas, incommoda, quæ quidem ſolæ animo illæ complecti rectè queant, quas contigerit ea ipſa perpeti. Nullius enim ſermo, nullius oratio par eſſe poſ- C ſit enarrandæ tempeſtati ac turbulentiæ illi, quam ſubire oportet puellam, quæ ipſa etiamdum rudis, rerúmque humanarum expers ſimulátque paternam domum reliquerit, derepente immenſorum dolorum facibus æſtuans, curam ſolitudinémque ætate ac ſexu ſuperiorem ſuſtinere cogatur: quam videlicet neceſſe eſt ſeruorum ignauias emendantem, eorundem maleficia obſeruare, cognatorum propulſare inſidias, publicanorum moleſtias, & quam illi, dum eis tributa numerantur, immanitatem exercere ſolent, forti generoſóque animo ferre. D Proinde quum decedit pater relicta à ſe prole, ſi fortè fœmina ea eſt, magnam vel ſic matri curam exhibet, ſed tamen hoc ipſo tolerabilem, quòd illius educatio tum impenſa caret, tum etiam formidine vacat. At maſculus à patre relictus, matris animum in dies ſingulos immenſa formidine, tum permultis complet ſolicitudinibus, vt nihil hic agam de ſumptu, déque impenſa, quam multam tolerare cogitur mater, quæ adlaborat, vt maſculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum omnium nulla me tamē permouit, vt nuptiis iteratis ſpōſum alterum in patris tui ædes inducerem: quin potius in æſtu illo, in flu-

Cap. II. De matris blanditiis.

Matris oratio.

ctuatione ac turbine perſeuerans, cœleſtis A gratiæ ſuppetiis in primis adiuta, ferream illam viduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quum mihi inter eas ipſas ærumnas atque incommoda ſolatio eſſet non modico, quòd vultum iſtum aſſiduè ſpectare, inque eo tanquam vitalem defuncti mariti imaginem, veriſque ac certiſſimis characteribus expreſſam mihi aſſeruare daretur. Quo nomine puerulus quum adhuc eſſes, necdum fandi gnarus, qua potiſſimum ætate maximam liberorum ſuorum voluptatem parentes ſentiunt, magno certe mihi ſolatio, magnæ iucunditati fuiſti. At- B qui ne id quidem mecum expoſtulare poſſis, quòd nos viduitatis quidem conditionem perpeſſæ fortiter ſimus, ſed viduitatis eiuſdem anguſtiis coarctatæ paternas tibi imminuerimus facultates: id quod infelicibus orphanis permultis vſu veniſſe ſcio. Siquidem patrimonium tibi nulla non parte ſaluum integrúmque ſeruaui: quum tamen nihil etiam prætermiſerim ſumptuum eorum, qui tibi nominis iſtius exiſtimationem aliquã parare poſſent, quos ſumptus ſuffeci ex meo peculio, hoc eſt ex iis pecuniis, quas mecum domo paterna attuleram. C Neque verò exiſtimare te velim, exprobrandi gratia hæc nunc à me dici: pro rebus porrò his omnibus vnam abs te gratiam peto, ne me viduitate altera inuoluas, neu luctum iam ſopitum rurſus exſcites: obitus huius diem potius expectato: hinc paulo pòſt nobis fortaſſe emigrandum. Nam vt, qui iuuenes ſunt, ad longæ ſenectutis annos accedant, ſperare quidem liceat: qui autem iam conſenuimus, quid tandem aliud, quam mortem iamiam aduentantem præſtolamur? Itaque vbi corpus hoc à te ſepultum cum patris tui oſſibus coniunxeris, tum de- D mum fili longas profectiones ſuſcipito, & quodcunque æquor collibitum fuerit, emetitor per me, nemo tunc prohibiturus eſt. Cæterùm tantiſper dum ſpiramus, contubernium conuictúmque hunc noſtrum tolerato, Dei offenſionem fruſtra ac temere ne incurrito, néve committito, vt matrem nihil commeritam tam multis inuoluas incommodis: qui ſi fortè criminari potes, quod in mundanas moleſtias pertractum, rerum tuarum curam temet gerere cogam: te non iam naturæ leges moueant, non educationis conſuetudiniſque iura tangant, denique nulla te res alia impediat, quò minus nos ſtatim inſidiatorum atque hoſtium loco habeas, vitato etiam contubernio noſtro.

A τοῦ θορύβου, καὶ τὴν σιδηρᾶν τῆς χηρείας οὐκ ἔφυγον κάμινον. πρῶτον μὲν τῆς ἄνωθεν βοηθουμένη ῥοπῆς. ἔφερε δέ μοι παραμυθίαν οὐ μικρὰν τῶν δεινῶν ἐκείνων, καὶ τὸ συνεχῶς τὴν σὴν ὄψιν ὁρᾷν, καὶ εἰκόνα μοι τοῦ τετελευτηκότος φυλάττεσθαι ἔμψυχον, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπηκριβωμένην καλῶς. διά τοι τοῦτο καὶ ἔτι νήπιος ὤν, καὶ μὴ φθέγγεσθαί πω μαθὼν, ὅτε μάλιστα τέρπουσι τοὺς τεκόντας οἱ παῖδες, πολλήν μοι παρεῖχες τὴν παράκλησιν. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν καὶ αἰτιάσασθαι, ὅτι B τὴν μὲν χηρείαν γενναίως ἠνέγκαμεν, τὴν δὲ οὐσίαν σοι τὴν πατρῴαν ἠλαττώσαμεν, διὰ τὴν τῆς χηρείας ἀνάγκην· ὅπερ πολλοὺς τῶν ὀρφανίᾳ δυστυχησάντων οἶδα παθόντας ἐγώ. καὶ γὰρ καὶ ταύτην ἀκέραιον ἐφύλαξα πᾶσαν· καὶ τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν εὐδοκίμησίν σοι δαπανηθῆναι τὴν σὴν, οὐδὲν ἐνέλιπον οὐδὲν ἐκ τῶν ἐμαυτῆς, καὶ ὧν ἦλθον οἴκοθεν ἔχουσα δαπανῶσα χρημάτων. καὶ μή τι νομίσῃς ὀνειδίζουσάν με ταῦτα λέγειν νῦν. ἀλλ' ἀντὶ πάντων σε τούτων μίαν αἰτῶ χά- C ριν, μή με δευτέρᾳ χηρείᾳ περιβάλῃς, μηδὲ τὸ κοιμηθὲν ἤδη πένθος ἀνάψαι πάλιν· ἀλλὰ περίμεινον τὴν ἐμὴν τελευτὴν, ἴσως μετὰ μικρὸν ἀπελεύσομαι χρόνον. τοὺς μὲν γὰρ νέους ἐλπὶς καὶ εἰς γῆρας ἥξειν μακρόν· οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν. ὅταν οὖν με τῇ γῇ παραδῷς, καὶ τοῖς ὀστέοις τοῦ πατρὸς ἀναμίξῃς τοῦ σοῦ, στέλλου μακρὰς ἀποδημίας, καὶ πλέε θάλατταν ἣν ἂν ἐθέλῃς· τότε ὁ κωλύσων οὐδείς. ἕως δ' ἂν ἐμπνέομεν, ἀνά- D σχου τὴν μεθ' ἡμῶν οἴκησιν· μὴ δὴ προσκρούσῃς τὸν θεὸν μάτην καὶ εἰκῆ, τοσούτοις ἡμᾶς περιβάλλων κακοῖς, ἠδικηκότας οὐδέν. εἰ μὲν γὰρ ἔχεις ἐγκαλεῖν, ὅτι σε εἰς βιωτικὰς περιέλκω φροντίδας, καὶ τῶν πραγμάτων ἀναγκάζω προΐστασθαι τῶν σῶν, μὴ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, μὴ τὴν ἀνατροφὴν, μὴ τὴν συνήθειαν, μηδὲ ἄλλο μηδὲν αἰδεσθῇς, ἀλλ' ὡς ἐπιβούλους φεῦγε καὶ πολεμίους.

Digitized by Google

εἰ δὲ ἅπαντα πράττομεν, ὑπὲρ τοῦ πολλήν σοι παρασκευάσαι ῥᾳστώνην εἰς τὴν τοῦ βίου τούτου πορείαν· εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, οὐδὲ γοῦν κατεχέτω σε παρ' ἡμῖν ὁ δεσμός. κἂν γὰρ μυρίους σε λέγῃς φιλεῖν, οὐδείς σοι παρέξει τοσαύτης ἀπολαῦσαι ἐλευθερίας· ἐπειδὴ μηδὲ ἔστι τις, ὅτῳ μέλει τῆς σῆς εὐδοκιμήσεως ἐξ ἴσης ἐμοί. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τούτων πλείονα πρὸς ἐμὲ μὲν ἡ μήτηρ, ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν γενναῖον ἔλεγον ἐκεῖνον. ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδυσωπεῖτο τοῖς ῥήμασι τούτοις· ἀλλὰ καὶ πλέον ἐνέκειτο, τὰ αὐτὰ ἀπαιτῶν, ἅπερ καὶ πρότερον. Ἐν τούτῳ δὲ ἡμῶν ὄντων· καὶ τοῦ μὲν συνεχῶς ἱκετεύοντος, ἐμοῦ δὲ οὐκ ἐπινεύοντος· ἄφνω τις ἐπιστᾶσα φήμη διετάραξεν ἀμφοτέρους. ἡ δὲ φήμη ἦν, εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἡμᾶς ἀξίωμα μέλλειν παράγεσθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν, ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον, δέει τε καὶ ἀπορίᾳ συνειχόμην. δέει μὲν, μή ποτε καὶ ἄκων ἁλῶ· ἀπορίᾳ δὲ, ζητῶν πολλάκις, πόθεν ἐπῆλθε τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτο περὶ ἡμῶν. εἰς γὰρ ἐμαυτὸν ἀφορῶν, οὐδὲν εὕρισκον ἔχοντα τῆς τιμῆς ἄξιον ἐκείνης. ὁ δὲ γενναῖος οὗτος, προσελθών μοι κατ' ἰδίαν, καὶ κοινωσάμενος περὶ τούτων ὡς ἀνηκόῳ γε ὄντι τῆς φήμης· ἐδεῖτο καὶ ἐνταῦθα καὶ πράττοντας καὶ βουλευομένους ὀφθῆναι τὰ αὐτά, καθάπερ καὶ πρότερον. ἕψεσθαι γὰρ αὐτὸν ἑτοίμως ἡμῖν, καθ' ὁποτέραν ἂν ἡγώμεθα τῶν ὁδῶν, εἴτε φυγεῖν, εἴτε ἑλέσθαι δέοι. αἰσθόμενος τοίνυν αὐτοῦ τῆς προθυμίας ἐγὼ, καὶ ζημίαν ἡγησάμενος οἴσειν πάντῃ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας, εἰ νέον οὕτως ἀγαθὸν, καὶ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἐπίστασιν ἐπιτήδειον, ἀποστερήσω τῆς Χριστοῦ τὴν ἀγέλην, διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐμαυτοῦ· οὐκ ἀπεκάλυψα τὴν γνώμην, ἣν εἶχον περὶ τούτων ἐκείνῳ· καίτοι γε μηδέ ποτε πρότερον ἀνασχόμενος λαθεῖν τι τῶν βουλευμάτων αὐτὸν τῶν ἐμῶν. ἀλλ' εἰπὼν δεῖν τὴν ὑπὲρ τούτων βουλὴν εἰς ἕτερον ἀναβάλλεσθαι καιρόν· οὐ γὰρ νῦν τοῦτο κατεπείγειν. ἔπεισά τε εὐθέως, μηδὲν ὑπὲρ τούτων φροντίζειν· καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ παρέχειν θαρρεῖν, ὡς ὁμογνωμονήσοντος,

A Sin verò nihil non agimus, vt tu facilè altóque in ocio poſſis vitæ huius vſura frui: ſi minus aliud vinculum, certè hoc vnum te apud nos detineat: nã vt te à ſexcentis amari dicas, nemo certè fuerit, qui tibi tanta in libertate viuere concedat: quum & neminem eſſe putem cui nominis iſtius exiſtimatio æquè ac mihi vni chara eſſe poſſit. Hæc & his lõgè plura matris ad me monita erant: quę quũ amico illi verè magnanimo ac generoſo recitaſſem, tantum abfuit, vt iis ipſe moueretur, vt acrius etiã inſtaret, eadẽ à me, quę & antea efflagitãs. Hęc cũ inter nos verſaremus, rémque ille

CAP. III. *De fraude qua vſus eſt in ordinatione.*

B aſſiduis vrgeret precibus, me interim nihil innuente, ecce exortus derepente rumor quidã noſtrũ vtriuſq. animum cõmouit: percrebuerat autem fore, vt ad epiſcopes dignitatem vterque perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine, hinc hæſitantia perculſus ſum: formidine ne fortè vel inuitus eò ipſe raperer: hæſitantia, identidem animo verſarem, vndénam in illorum patrũ animos obrepſiſſet, vt de nobis tale quiddam cogitarent. Nã mihi quidem ingenij mei vires circumſpicienti non ſuccurrebat quicquã quod honorem illum mereretur. Generoſo autem

C vir ille animo ad me quum adiſſet, ſemotúſque arbitris mecũ rem totam cõmunicaſſet, ratus nondum me quicquam de ea audiiſſe, obſecrabat, vt quem admodum antea ſemper apparuiſſet, ita etiam nunc appareret, nos ambos eorumdem factorum conſiliorúmque rationem hac in re ſequi velle: paratum ſeſe vt ſequeretur, ac mihi comes foret, vtracumque ego via præire mallem, ſeu fugiendum, ſeu quod offerebant illi, ſequendum magis eſſet. Itaque animaduertens tam propenſam in eo voluntatem, tum verò arbitratus me hoc nomine magnum vniuerſæ eccleſiæ

D detrimentum allaturum, ſi ob meã imbecillitatem infirmitatémque, Chriſtianum gregem iuuene tanta probitate prædito, eodémque regendis moderandiſque aliis maximè idoneo, ſpoliarem: non iudicaui detegendum illi eſſe quid animi ſuper ea re haberem, quanquam nunquam antea paſſus, vt illum conſiliorum meorum quicquam lateret. Cui quum indicaſſem me negocij huius conſilium in aliud tempus reiicere (neque enim id in præſentia vrgere) factum eſt vt ſtatim perſuaderem non eſſe vlterius ſuper eo cogitandum. Præſtiti autem vt confideret vnanimem me ac concordem ſecum fore,

ſi quando tale aliquid eueniſſet. Tempore autẽ haud ita multo elapſo, quum iam dies aduenisſet, in quo ordinandi vterque eſſemus, ac me ipſe occultaſſem, idem ille harum omnium rerum ignarus quum eſſet apprehenſus, ducitur quidem à patribus tanquam alio prætextu, ſed tamen iugum nequaquam detrectat: quòd promiſſa noſtra ſpem illi facerent, nos eò omnino ſequuturos, ſeu potius nos iam præire, ſe ſubſequi. Etenim nonnulli ex eorum numero qui aderant, quum viderent illum haud æquanimiter ſe captum ferre, facilè ei verba dedere, acclamantes, abſurdum eſſe, illum qui omnium iudicio B ferocior viſus ſemper fuiſſet (me deſignantes) multa cum comitate patrum ſuffragiis parêre: eum verò qui prudentia ac facilitate ſemper excelluiſſet, ferocire & tanquam glorioſulum apparere, reſilientem, tergiuerſantem, obſiſtentem. His ille verbis parens, poſteaquam intellexit me ſubterfugiſſe, triſtis admodum ad me adiit, ac mihi prior quum aſſediſſet, eloqui quidem neſcio quid velle videbatur: cæterùm ab animi anguſtia oppreſſus, quum oratione vim eam qua premeretur aſſequi nequiret, in ipſo oris hiatu fari prohibebatur, animi conſternatione C orationem, priuſquam ea dentes tranſiliiſſet, interrumpente. Itaque illum ego intuitus lachrymis permadentem, ac multa animi perculſum conturbatione, mali cauſam quum intelligerem, in riſum præ nimia animi voluptate prorupi: apprehenſúmque dextra deoſculari conatus ſum: Deo acceptum referens, quod aſtus meus felicem tandem fuiſſet exitum ſortitus, ac non alium ab eo, quem animus hic ſemper optauerat. Vt verò me vidit lætam hilarémque frontem præferre, ac tum primum à me deceptum ſeſe animaduertit: hoc magis animo compunctus D indignatúſque eſt.

CAP. IV. Baſilij accuſatio modeſta & ingenua.

Porrò ab eo animi æſtu quietior tandem paulum factus, Tu verò, inquit, vt partes etiam noſtras reſpueris, ac nullam iam noſtri rationem habeas (id quod ſi ita eſt, qua tandem cauſa, non facilè perſpicio) te certè oportuit vel famæ exiſtimationiſque tuæ rationem habere. Nunc verò mortalium omnium ora adaperuiſti, quorum hæc vna conſentiens vox eſt, te per inanis gloriæ cupiditatem munus hoc recuſauiſſe: neque enim quiſquam eſt qui te ab hoc crimine eximat: mihi autem ne in forum quidem ventitare licèt: tam multi nobis occurſant

A εἴ ποτε συμβαίη τοιοῦτό τι παθεῖν. χρόνου δὲ παρελθόντος οὐ πολλοῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς χειροτονήσειν ἐλθόντος, καὶ κρυπτομένου μου· αὐτὸς μηδὲν τούτων εἰδὼς, ἄγεται μὲν ὡς ἐφ' ἕτερα προφάσει· δέχεται δὲ τὸν ζυγὸν, ἐλπίζων ἐξ ὧν ὑπεσχημένος ἤμην αὐτῷ, ἐκεῖ ἡμᾶς πάντως ἕψεσθαι· μᾶλλον δὲ νομίζων ἡμᾶς ἀκολουθεῖν. καὶ γὰρ τινες τῶν ἐκεῖ παρόντων, ἀσχάλλοντα πρὸς τὴν σύλληψιν ὁρῶντες, ἠπάτησαν βοῶντες· ὡς ἄτοπον εἴη, τὸν μὲν θρασύτερον εἶναι B δοκοῦντα παρὰ πᾶσιν, ἐμὲ λέγοντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας εἶξαι τῇ τῶν πατέρων κρίσει· ἐκεῖνον δὲ, τὸν πολὺ συνετώτερον καὶ ἐπιεικέστερον, θρασύνεσθαι καὶ κενοδοξεῖν, σκιρτῶντα καὶ ἀποπηδῶντα καὶ ἀντιλέγοντα. τούτοις εἴξας τοῖς ῥήμασιν, ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι διέφυγον· εἰσελθὼν πρός με μετὰ πολλῆς τῆς κατηφείας, καθέζεται πλησίον μου. καὶ ἐβούλετο μέν τι καὶ εἰπεῖν· ὑπὸ δὲ τῆς ἀπορίας κατεχόμενος, καὶ λόγῳ παραστῆσαι τὴν βίαν, ἣν ὑπέμεινεν, οὐκ ἔχων, ἅμα τῷ χάναι, ἐκωλύετο φθέγ- C γεσθαι· τῆς ἀθυμίας πρὶν ἢ τὰς ὀδόντας ὑπερβῆναι, διακοπτούσης τὸν λόγον. ὁρῶν τοίνυν ἐγὼ δεδακρυμένον ὄντα, καὶ πολλῆς πεπληρωμένον τῆς ταραχῆς· καὶ τὴν αἰτίαν εἰδὼς· ἐγέλων τε ὑπὸ πολλῆς τῆς ἡδονῆς· καὶ τὴν δεξιὰν κατέχων, ἐβιαζόμην φιλεῖν· καὶ τὸν θεὸν ἐδόξαζον, ὅτι μοι τὰ τῆς μηχανῆς τέλος εἶχε καλὸν, καὶ οἷον ηὐχόμην ἀεί. ὡς δὲ εἶδε περιχαρῆ τε ὄντα, καὶ φαιδρόν· καὶ πρότερον ἠπατημένος ὑφ' ἡμῶν ᾔσθετο, καὶ μᾶλλον ἐδάκνετο καὶ ἐ- D δυσχέραινεν. Καί ποτε μικρὸν ἀπ' ἐκείνου καταστὰς τοῦ θορύβου τῆς ψυχῆς· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ἡμέτερον φησὶ μέρος διέπτυσας, καὶ λόγον ἡμῶν ἔχεις οὐδένα λοιπόν· ὡς ἔγωγε οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου· τῆς γοῦν ὑπολήψεως ἔδει σε φροντίσαι τῆς σῆς. νῦν δὲ τὰ πάντων ἀνέῳξας στόματα, καὶ δόξης σε ἐρῶντα κενῆς, τὴν λειτουργίαν ταύτην παραιτεῖσθαι λέγουσιν ἅπαντες· ὁ δὲ ἐξαιρησόμενός σε τῆς κατηγορίας ταύτης, οὐκ ἔστιν· ἐμοὶ δὲ οὐδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν ἀνεκτόν· τοσοῦτοι οἱ προσιόντες ἡμῖν, καὶ καθ'

ἑκάστην ἐγκαλοῦντες τὴν ἡμέραν. ὅτ' ἂν γὰρ ἴδωσι φανέντα πού τῆς πόλεως, λαβόντες κατὰ μόνας ὅσοι πρὸς ἡμᾶς οἰκείως ἔχουσι, τὸ πλεῖόν με τῆς κατηγορίας ὑποβάλλουσι μέρει· εἰδότα γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην φασίν. οὐδὲ γὰρ ἂν σε λαθεῖν τι τῶν ἐκείνου· οὐκ ἔδει ἀποκρύψασθαι, ἀλλ' ἡμῖν ἀνακοινώσασθαι ἐχρῆν, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἠπορήσαμεν πρὸς τὴν ἄγραν μηχανῆς. ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν σε οὐκ ᾔδειν ἐκ πολλοῦ ταῦτα βουλευόμενον, αἰσχυνόμενος καὶ ἐρυθριῶν πρὸς ἐκείνους εἰπεῖν, μήποτε καὶ ὑπόκρισιν τὴν ἡμετέραν εἶναι νομίσωσι φιλίαν. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, καὶ οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς ἐπέπραξας νῦν· ἀλλὰ τοὺς ἔξωθεν καὶ μετρίαν γοῦν περὶ ἡμῶν ἔχοντας δόξαν, καλὸν τὰ ἡμέτερα κρύπτειν κακά. εἰπεῖν μὲν οὖν πρὸς αὐτοὺς τἀληθὲς, καὶ ὡς ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς, ὀκνῶ· ἀναγκάζομαι δὲ λοιπὸν σιωπᾶν, καὶ κύπτειν εἰς γῆν, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐκτρέπεσθαι, καὶ ἀποπηδᾶν. καὶ γὰρ τῆς προτέρας ἐκφύγω κατηγορίας, ψευδοῦς ἀνάγκη με κρίνεσθαι λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἐθελήσουσί μοι πιστεῦσαί ποτε, ὅτι καὶ Βασίλειον μετὰ τῶν ἄλλων ἔταξας, οἷς οὐ θέμις εἰδέναι τὰ σά. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐ πολὺς μοι λόγος· ἐπειδή σοι τοῦτο γέγονεν ἡδύ. τὴν δὲ λοιπὴν πῶς οἴσομεν αἰσχύνην; οἱ μὲν ἀπονοίας, οἱ δὲ φιλοδοξίας σε γράφονται· ὅσοι δ' εἰσὶν ἀφειδέστεροι τῶν αἰτιωμένων, ταῦτά τε ἡμῖν ἀμφότερα ἐγκαλοῦσιν ὁμοῦ, καὶ προστιθέασι τὴν εἰς τοὺς τετιμηκότας ὕβριν, δίκαια πεπονθέναι λέγοντες αὐτοὺς, καὶ εἰ μείζονα τούτων ἀτιμασθέντες ἔτυχον παρ' ἡμῶν· ἐπὶ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀφέντες ἄνδρας, μειράκια χθὲς καὶ πρώην, ἔτι ταῖς τοῦ βίου μερίμναις ἐγκαλινδούμενα (ἵνα χρόνον βραχὺ τὰς ὀφρῦς συναγάγωσι, καὶ φαιὰ περιβάλλωνται, καὶ κατήφειαν ὑποκρίνωνται) ἐξαίφνης εἰς τοσαύτην ἤγαγον τιμὴν, ὅσην οὐδ' ὄναρ λήψεσθαι προσεδόκησαν· καὶ οἱ μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἔσχατον γῆρας τὴν ἑαυτῶν ἐκτείναντες ἄσκησιν, ἐν τοῖς

A nullo non die facinus iſtud vitio vertentes. Nam quoties illi quacunque vis vrbis parte me conſpexere, ſemotis arbitris abductum (de iis loquor qui amicitia ac neceſſitudine aliqua nobiſcũ cõiuncti ſunt) bonæ criminis huius partis reum faciunt. Illius enim, inquiunt, animus tibi exploratus quum eſſet (quid autem rerum ad illum pertinẽtium latere te poterat?) oportuit te rem minimè diſſimulare, ſed nobiſcum communicare: id quod ſi feciſſes, nũquam profectò nobis defuiſſet ars, qua illum in retia conieciſſemus. Me verò hic fateri pudet, neſciuiſſe id à te conſilij mul- B to iam antè tempore initum: ídque ne amicitiam noſtram fictam illi ac ſimulatam hactenus fuiſſe ducant. Nam ſi ea ſimulata eſt, vt omnino eſt, quòd ne tu quidem inficiari poſſis, vel ex commiſſis aduerſum nos tuis: tamẽ externos homines, eos præſertim qui vel mediocrẽ de nobis opinionem concepere, pulchrum eſſe reor, vitia, ſi qua in nobis ſunt, celare. Itaque rem, vt ſe habet, verè apud illos ediſſerere dũ vereor, cogor prorſus, quòd vnum ſupereſt, caput in terram ſilentio mihi indicto demittere, amicorúmque occurſum auerſari ac declinare. Etenim vt priùs illud cri- C men, cuius nos illi damnant, effugiam: reſtat tamen neceſſario, vt me mendacij cõuincant. Neque enim perſuaſum illis vnquam eſſe queat, quòd & Baſilium quoq. eorum loco ac numero habueris, quibus arcanorum conſiliorúmque tuorum cõſcientia interdicta eſſet. Cæterùm poſteaquam id tibi cordi fuiſſe video, de eo non admodum laboro. Reliquum verò dedecus qui ferre poſſimus? Certè alij te faſtidij ac contumaciæ, alij inanis gloriæ accuſant: qui autem rem damnare ſeuerius rigidiúſque volũt, ij nos duplicis huius criminis reos agunt: reddentes contumeliæ D crimen, qua contumelia à nobis affectos fuiſſe eos dicunt, qui nos honore illo dignati ſunt: quos etiam cenſent, non ea ſolum iniuria, quam à nobis accepere, ſed longè etiam grauiore digniſſimos: propterea quod egregiis atque excellentibus viris (quos multos haberent) à ſe relictis contemptiſque, duos quoſdam adoleſcẽtiæ annos heri aut nudiuſtertius egreſſos, vitæ huius curis etiamnum inuolutos, vt perexiguum tempus ſupercilia ipſi ſua cõtraherent, pullos habitus induerent, vultúſque triſtitiam adfingerent, derepentè ad tanti honoris culmen perduxerint, quantum ne in ſomnis quidem aſſequi ſperauiſſent. Atque ij quidem, inquiunt, qui à prima ætate ad extremam vſq. ſenectutẽ acrib. atque aſſiduis meditationibus vigiliiſq. ſeſe exercuerunt: ecce tibi, ſi diuis placet, inter

ſubditos ſunt, imperant autem illis ipſorum filij, atque adeò hi qui ne leges quidẽ ac præcepta audiere, quibus huiuſmodi magiſtratus regendus moderãdúſque ſit. Hæc ipſa & his longè etiam plura qui nobis aſſiduè obiiciant paſſim exoriuntur: quum ego interim defenſionem planè nõ habeam, qua me aduerſus illos tuear. Itaque partes hic tuas imploro: neque enim puto leuiter te ac temerè cum genus hoc fugæ, quæſiuiſſe: tum verò in tam acrem virorum tam præſtantium offenſionem incurrere voluiſſe: ſed te potius conſilio quodã atque animi cogitatione ad id deſcendiſſe: quo fit, vt coniectem paratam tibi rationem, qua tu factum iſtud tuum rectè tueri ac defendere valeas. Effare, obſecro, ſi qua tibi iuſta excuſatio adeſt: quã afferre poſſimus aduerſus eos, à quibus in crimen vocaris. Neque enim poſtulo, vt cauſam hic dicas cur factum ſit vt me ſic offenderes, deciperes, proderes, nulla etiam ratione habita fructus eius, quem tibi perpetuus amicitiæ noſtræ vſus antea peperiſſet: quum nos animum noſtrum geſtantes, vt ſic dicã, tibi tãquam in manum tradiderimus: tu contra tantũ aduerſus nos aſtũ adhibueris, quãtum maximum potueris, ac quantum vtique adhibuiſſes, ſi tibi fuiſſet ab aduerſariis tuis cauẽdum. Atqui oportuit, ſi quidem conſilium iſtud vtile ac commodum noueras, te lucrum eiuſmodi minimè deuitare: ſin detrimentoſum, & me quoque (quem tute ſemper omnibus in amicitia prętuliſti) à detrimento iſto per te ſartum tectũ eſſe: quum tu tamen operam omnem nauaueris, vt in aduerſariorum laqueos inciderẽ, neque dolum ac ſimulationẽ aduerſus eũ adhibere opus fuit, cuius dicta factáque omnia ſyncera, ſimplicia, ac dolo vbique carẽtia nunquã non expertus eſſes. Enimuerò, quòd iam à me dictum eſt, nihil horum hic tecũ expoſtulo, neque exprobro ſolitudinem, in quam tute nos conieciſti, congreſſibus colloquiiſque iis per te dirẽptis, ex quibus nõ vulgarem identidem tũ voluptatẽ tum vtilitatem cepimus. Hæc enim omnia miſſa faciens facilè atq. humaniter fero, non quò tu humaniter in nos deliqueris, ſed quia hanc mihi ipſe legem præſcripſerim, ex quo amicitia mihi tua coli cœpta eſt, vt ſi quid poſtea in me delinqueres, nũquã te ego ad cauſæ dicẽdæ neceſſitatẽ adigerẽ. Nã quod ſim ego non mediocri abs te dãno affectus, tute etiã noſti: ſi modo memor eſſe velis ſer-

A ὑπὸ ἀρχομένοις εἰσίν· ἄρχουσι δὲ αὐτῶν οἱ παῖ-
δες αὐτῶν, καὶ μηδὲ τοὺς νόμους ἀκηκοότες,
καθ' οὓς ταύτην δεῖ διοικεῖν τὴν ἀρχήν.
Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγοντες συνε-
χῶς ἡμῖν ἐπιφύονται. ἐγὼ δὲ ὅ, τι μὲν ἀ-
πολογήσομαι πρὸς ταῦτα, οὐκ ἔχω. δέο-
μαι δέ σου φράσαι μοι· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς
οὐδ' εἰκῆ ταύτην οἶμαί σε φυγεῖν τὴν φυ-
γήν, καὶ πρὸς ἄνδρας οὕτω μεγάλους το-
σαύτην ἀναδέξασθαι τὴν ἔχθραν· ἀλ-
λὰ μετά τινος λογισμοῦ καὶ σκέψεως ἐπὶ
B τοῦτο ἐλθεῖν, ὅθεν καὶ λόγον ἔχειν μέν τινά σε
πρὸς ἀπολογίαν στοχάζομαι. εἰπὲ οὖν εἴ τι-
να πρόφασιν δικαίαν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦν-
τας δυνησόμεθα λέγειν. ὧν γὰρ αὐτὸς ἠδίκη-
μαι, παρὰ σοῦ οὐδένα ἀπαιτῶ λόγον, οὐχ ὧν
ἠπάτησας, οὐχ ὧν προὔδωκας, οὐχ ὧν ἀ-
πήλαυσας παρ' ἡμῶν ἅπαντα τὸν ἔμπροσ-
θεν χρόνον. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν
τὴν ἡμετέραν (ὡς εἰπεῖν) φέροντες, ἐνεθή-
καμέν σου ταῖς χερσί· σὺ δὲ τοσαύτῃ πρὸς
ἡμᾶς ἐχρήσω τῇ πανουργίᾳ, ὅσῃ περ ἂν εἰ
πολεμίους σοι τινὰς φυλάξασθαι προὔκει-
C το. καί τοί γε ἐχρῆν, εἰ μὲν ὠφέλιμον ταύ-
την ᾔδεις οὖσαν τὴν γνώμην, μηδὲ αὐτὸν
τὸ κέρδος φυγεῖν· εἰ δὲ ἐπιβλαβῆ, καὶ ἡ-
μᾶς, οὓς ἁπάντων ἀεὶ προτιμᾶν ἔλεγες,
ἀπαλλάξαι τῆς ζημίας. σὺ δὲ καὶ ὅπως ἐμ-
πεσούμεθα, ἅπαντα ἔπραξας· καὶ δόλου
σοι καὶ ὑποκρίσεως ἔδει οὐδέν, πρὸς τὸν
ἀδόλως καὶ ἁπλῶς ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ
πράττειν εἰωθότα πρὸς σέ. ἀλλ' ὅμως, ὅπερ
ἔφην, οὐδὲν τούτων ἐγκαλῶ νῦν, οὐδὲ ὀνει-
δίζω τὴν ἐρημίαν, εἰς ἣν κατέστησας ἡμᾶς,
D τὰς συνόδους διακόψας ἐκείνας, ἐξ ὧν καὶ
ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐκαρ-
πωσάμεθα πολλάκις. ἀλλὰ πάντα ταῦτα
ἀφίημι, καὶ φέρω σιγῇ καὶ πρᾴως. οὐκ ἐ-
πειδὴ πρᾴως εἰς ἡμᾶς ἐπλημμέλησας·
ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον ἔθηκα ἐμαυτῷ τὸν νό-
μον, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἧς τὴν φιλίαν
ἔστερξα τὴν σήν, ὑπὲρ ὧν ἂν θέλῃς ἡμᾶς
λυπεῖν, μηδέ ποτέ σε εἰς ἀπολογίας ἀνάγ-
κην καθιστᾶν. ἐπεί, ὅτι γε οὐ μικρὰν τὴν
ζημίαν ἡμῖν ἐπήγαγες, οἶσθα καὶ αὐτὸς
εἴγε μέμνησαι τῶν ῥημάτων, καὶ τῶν πα-

Digitized by Google

ἀπὸ τῶν ἔξωθεν περὶ ἡμῶν, καὶ τῶν ὑφ' ἡμῶν λεγομένων ἀεί. Ταῦτα δὲ ἦν, ὅτι πολὺ κέρδος ἡμῖν ὁμοψύχοις εἶναί τε καὶ φράττεσθαι τῇ πρὸς ἀλλήλους φιλίᾳ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔλεγον, καὶ ἑτέροις πολλοῖς οὐ μικρὰν ὠφέλειαν τὴν ἡμετέραν οἴσειν ὁμόνοιαν. ἐγὼ δὲ ὠφέλειαν μὲν οὐδέποτε ἐνενόησα, τότε εἰς ἐμὲ ἥξειν, παρέξειν ποτέ· ἔλεγον δὲ, ὅτι τοῦτο γοῦν ἀπ' αὐτῆς κερδήσομεν κέρδος οὐ μικρὸν, τὸ δυσχείρωτοι γενέσθαι τοῖς καταγωνίσασθαι βουλομένοις ἡμᾶς. καὶ ταῦτά σε ὑπομιμνήσκων οὐκ ἐπαυσάμην ποτέ. χαλεπὸς ὁ καιρός· οἱ ἐπιβουλεύοντες πολλοί· ὁ τῆς ἀγάπης γνήσιον ἀπόλωλεν· ἀντεισῆκται δὲ ὁ τῆς βασκανίας ὄλεθρος· ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνομεν, καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατοῦμεν· οἱ μὲν ἕτοιμοι τοῖς ἡμετέροις ἐφήδεσθαι κακοῖς, εἴποτέ τι συμβαίη· πολλοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐφεστήκασιν· ὁ δὲ συναλγήσων, οὐδεὶς, ἢ καὶ εὐαρίθμητοι λίαν. ὅρα μὴ διαστάντες ποτὲ, πολὺν τὸν γέλωτα ὀφλήσωμεν, καὶ τοῦ γέλωτος μείζονα τὴν ζημίαν. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ὀχυρὰ, καὶ ὡς μεμοχλευμένη βασιλεία. μὴ δὴ διαλύσῃς ταύτην τὴν γνησιότητα, μηδὲ διαρρήξῃς τὸν μοχλόν. Ταῦτα, καὶ τὰ τούτων πλείονα, ἔλεγον συνεχῶς· οὐδὲν μὲν ποτε ὑποτοπεύων τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ πάνυ σε τὰ πρὸς ἡμᾶς ὑγιαίνειν νομίζων, ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὑγιαίνοντα θεραπεύειν βουλόμενος. ἐλάνθανον δὲ, ὡς ἔοικε, νοσοῦντι τὰ φάρμακα ἐπιτιθείς· καὶ οὐδὲ οὕτως ὁ δείλαιος ὤνησα, οὐδὲ γέγονεν ἐμοί τι πλέον ἐκ ταύτης τῆς ἄγαν προμηθείας. πάντα γὰρ ἐκεῖνα ῥίψας ἀθρόως, καὶ μηδὲ εἰς νοῦν βαλόμενος, ὥσπερ ἀνερμάτιστον πλοῖον εἰς πέλαγος ἡμᾶς ἄπειρον ἀφῆκας, οὐδὲν τῶν ἀγρίων ἐκείνων ἐννοήσας κυμάτων, ἅπερ ἡμᾶς ὑπομένειν ἀνάγκη. εἰ γάρ ποτε συμβαίη συκοφαντίαν, ἢ χλευασίαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ὕβριν, καὶ ἐπήρειαν ἐπενεχθῆναι ποθὲν ἡμῖν· πολλά-

monum eorum, quos tum alij, tum nos de nobis ipſis perpetuò vſurpauimus: qui ſermones haud aliud ſonabant, quam ex animorum noſtrorum conſpiratione magnum nobis fructum olim ſperandum. Proinde muniendos firmandóſque nos cenſebas mutua inter nos charitate atque amicitia: quin & cæterorum omnium ſermo in hoc conſentiebat, vt concordiam amicitiámque noſtram etiam aliis permultis imprimis vtilem ac neceſſariam fore dicerent. Ego verò, quòd ad me quidem ſpectaret, nunquam mihi perſuaſi ad alios vtilitatē iſtam manaturam: certè id lucri non exigui nobis inde neceſſarium dicebam, quòd magno cum negocio capiendi expugnandique eſſemus ab iis, qui nos oppugnaſſent: ac te quidē antea ſemper hiſce à me verbis commonefactū memini. Temporis difficultas magna, inſidiatores permulti, vera ac germana charitas extincta: in cuius locum inuidiæ labes inuaſit: per laqueos medios ingredimur, inambulamus per murorum pinnas, neque deſunt qui, ſi quid calamitatis fortè acciderit, malis noſtris inſultaturi ſint (multi autem multis ex locis imminentes circūſtant) qui verò mali doloriſque participes futuri ſint, nulli prorſus, aut ſi qui hi eſſe poſſunt, pauci admodum ſunt. Vide ne fortè diſiuncti diſſociatique riſum aliis luculentum præbeamus: néve quòd riſu deterius futurum fuerit, magnum nobis malum atque incommodum accerſamus. Frater à fratre protectus adiutúſque, quid aliud eſt quàm munita quædā vrbs? quàm regnum quoddam tanquam vectibus repagulíſque vndique conſtabilitum? Ne obſecro, ne iſtam diſſoluas neceſſitudinē, neu amicitiæ noſtræ vectem cardinémque reuellas. Hæc ipſa vnà cum aliis pluribus nunquam non inculcabam, nihil omnino tale accidere poſſe quod accidit, ſuſpicatus: quin potius arbitratus te ſano admodum erga nos animo eſſe, amoris abundātia quadam medelam afferebam, minimè animaduertens ægrotanti medicinam me adhibere. Ac ne ſic quidem miſer opem tuli, neque mihi lucri quicquam acceſſit ex tanta illa cautione ac prouidentia. Quandoquidem omnia illa ſimul excutiens, ac ne in animi quidem cogitationē influere permittens, me continuo tanquā nauem nec ſaburratam, nec armamentis inſtructam, in immenſum pelagus præcipitem egiſti: nihil expendens fluctuum illorum, quos ſuſtinere cogimur, ſæuitiam atque aſperitatem. Nam ſi quando nos vel calumniam, vel cachinnum, vel aliam id genus iniuriam moleſtiámve pati oportuerit

Prou. 18. 19.

(perſæpe autem multa eiuſcemodi neceſſario erumpunt) ad quem, obſecro, confugiendum nobis erit? quicum quæſo, animi noſtri dolores atque anguſtias communicabimus? quis neceſſitate aliqua preſſis nobis auxilio eſſe volet? quis moleſtiæ autores retundet? quis animi huius mœſtitiam ſedaturus eſt? quis nobis ſolatium ac iucunditatem allaturus? quis animum noſtrum præparaturus ad aliorum ineptias fortiter perferendas? Certè neminem futurum puto, poſteaquàm te ipſe à graui iſto ac periculoſo bello eò ſubtraxiſti, vnde ne clamorem quidem exaudire poſſis. Ecquid igitur animaduertis quam atrox, quámque nefarium ſcelus feceris? Ecquid, poſt inflictam ſaltem à te plagam, ſentis quam pernicioſum ac letale nobis vulnus intuleris? Cæterum de his ſatis ſuperque: neque enim quæ facta ſunt, fieri ea infecta poſſint: neque rei quæ deplorata ſit, remedium afferre vllum queas. Tantum edoce, quam nos tandem orationem apud alios vſurpare, quóve defenſionis genere illorum criminationes retundere poſſimus. Bono, inquam, animo

CHRYS. CAP. V. *Chryſoſtomi defenſio.* eſto: neque enim harum modò rerum nomine paratus ſum ad rationum reddendarum calculos deſcendere: ſed à quarum etiam culpa immunem me eſſe voluiſti, earum tibi hic rationem defenſionémque expedire pro viribus enitar. Quibus ab ipſis, ſi placet, apologiæ noſtræ exordium ſumatur: quippe abſurdo planè, nec ſatis candido ac liberali animo fuerim, ſi ſolicitus quamnam alij de me opinionem habeant, ſtudiúmque omne adhibens, vt criminandi accuſandique mei finem tandem illi faciant: hominem mihi amiciſſimum, quique ſic me ipſe vereatur, colat, obſeruet, vt ne de iis quidem, quas à nobis accepiſſe ſe dicit, iniuriis, mecum expoſtulare velit: denique talem, vt ſuam ipſius cauſam dignitatémque poſtponens, ac pro nihilo ducens, noſtræ in primis curam habeat: non poſſim hic flectere, illique perſuadere, nulla à me iniuria læſum fuiſſe: quin potius committam, vt maiorem noſtram erga illum ſomnolentiam ac negligentiam, quàm illius erga me ſtuſtium ac ſedulitatem extitiſſe appareat. Itaque quid tandem illud eſt in quo te ipſi læſimus? ſiquidem hinc conſtituimus apologiæ pelagus ingredi. Læſine, quòd circunuenerim atque impoſuerim? quòd animi mei ſententiam occultandam tibi duxerim? quod tamen factum à nobis eſt partim tuo quem circumuenimus commodo, partim eorum vtilitate quibus te im-

Aſtutia vti. poſtura noſtra prodidimus. Nam ſi in vniuerſum fraudis genus omne, malum vitupe-

A κις δὲ τὰ τοιαῦτα συμβαίνειν ἀνάγκη· πρὸς τίνα καταφευξόμεθα; τίνι κοινωσόμεθα τὰς ἡμετέρας ἀθυμίας; τίς ἡμῖν ἀμύνασθαι θελήσει; καὶ τοὺς μὲν λυποῦντας ἀνακόψει, καὶ μηκέτι ποιήσει λυπεῖν· ἡμᾶς δὲ παραμυθήσεται, καὶ παρασκευάσει τὰς ἑτέρων φέρειν ἀπαιδευσίας; οὐκ ἔστιν οὐδείς, τῶν πόῤῥωθεν ἑστηκότος τοῦ δεινοῦ τούτου πολέμου, καὶ μηδὲ κραυγὴν ἀφεῖναι δυναμένου. ἆρα οἶδας ὅσον εἴργασαι κακόν; ἆρα νῦν γοῦν, μετὰ τὸ πλῆξαι, ἐπιγι-

B νώσκεις, ὡς καιρίαν ἡμῖν ἔδωκας τὴν πληγήν; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφείσθω· οὐδὲ γὰρ ἔστι τὰ γενόμενα ἀναλῦσαι λοιπόν, οὐδὲ πόρον τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν. τί πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐροῦμεν; τί πρὸς τὰς αἰτίας ἀπολογησόμεθα τὰς ἐκείνων; Θάρσει, ἔφην ΧΡΥΣ. ἐγώ· οὐ γὰρ ὑπὲρ τούτων εἰμὶ μόνον ἕτοιμος εὐθύνας ὑπέχειν· ἀλλὰ καὶ ὧν ἀνευθύνους ἡμᾶς ἀφῆκας, καὶ τούτων πειράσομαί σοι λόγον δοῦναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ. καί, εἰ βούλει γε, ἀπ' αὐτῶν πρώτων τῆς ἀπολογίας τὸν λόγον ποιήσομαι τὴν ἀρ-

C χήν. καὶ γὰρ ἂν εἴην ἄτοπος, καὶ λίαν ἀγνώμων, εἰ τῆς μὲν παρὰ τῶν ἔξωθεν δόξης φροντίζων, καὶ ὅπως παύσωνται ἡμῖν οἱ ἐγκαλοῦντες, πάντα ποιῶν· τὸν ἁπάντων μοι φίλτατον, καὶ τοσαύτῃ πρὸς ἡμᾶς αἰδοῖ κεχρημένον, ὡς μηδὲ ὑπὲρ ὧν ἠδικῆσθαί φησιν, ἐγκαλέσαι θελῆσαι, ἀλλὰ παρ' οὐδὲν τὰ αὐτοῦ θέμενον, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων φροντίζειν· μὴ δυναίμην ὡς οὐκ ἀδικῶ πεῖσαι, ἀλλὰ μείζονι περὶ αὐτὸν φανοίμην κεχρημένος ῥᾳθυμίᾳ, ἧς αὐτὸς

D περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο σπουδῆς. τί ποτε οὖν σε ἠδικήκαμεν; ἐπειδὴ καὶ ἐντεῦθεν ἐγνώκαμεν εἰς τὸ τῆς ἀπολογίας ἀφεῖναι πέλαγος. ἆρα ὅτι σε παρεκρουσάμεθα, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐκρύψαμεν γνώμην; ἀλλ' ἐπὶ κέρδει καὶ τοῦ ἀπατηθέντος σοῦ, καὶ οἷς ἀπατήσαντές σε παραδεδώκαμεν. εἰ μὲν γὰρ δι' ὅλου τὸ τῆς κλοπῆς κακόν, καὶ

Digitized by Google

οὐκ ἔστιν εἰς δέον αὐτῷ χρήσασθαί ποτε· δοῦναι ἕτοιμοι δίκην ἡμεῖς, ἣν ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. μᾶλλον δὲ σὺ μὲν οὐδέποτε παρ' ἡμῶν ἀνέξῃ δίκην λαβεῖν, ἡμεῖς δὲ ἑαυτῶν καταγνωσόμεθα ταῦτα, ἃ τῶν ἀδικημάτων οἱ δικάζοντες, ὅταν αὐτοὺς ἕλωσιν οἱ κατήγοροι. εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιβλαβές, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν χρωμένων προαίρεσιν γίνεται φαῦλον ἢ καλόν· ἀφεὶς ἐγκαλεῖν ὅτι ἠπατήθης, δεῖξον ὅτι κακῷ τοῦτο τεχνασάμενοι· ὡς ἕως ἂν τοῦτο ἀπῇ, μὴ ὅτι μέμψεις καὶ αἰτίας ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεσθαι τὸν ἀπατήσαντα δίκαιον ἂν εἴη, τούς γε εὐγνωμόνως διασκέπτεσθαι βουλομένους. τοσοῦτον γὰρ ἔχει κέρδος εὔκαιρος ἀπάτη, καὶ μετὰ τῆς ὀρθῆς γινομένη διανοίας· ὡς πολλοὺς, ὅτι μὴ παρεκρούσαντο, καὶ δίκην δοῦναι πολλάκις. καὶ εἰ βούλει γε τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμήσαντας ἐξετάσαι· τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια, τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα· καὶ μᾶλλον τούτους ἐπαινουμένους, ἢ τοὺς ἐκ τοῦ φανεροῦ κρατοῦντας. οἱ μὲν γὰρ μετὰ πλείονος τῆς δαπάνης, καὶ τῆς τῶν χρημάτων, καὶ τῆς τῶν σωμάτων, κατορθοῦσι τοὺς πολέμους· ὡς μηδὲν αὐτοῖς πλέον ἀπὸ τῆς νίκης γίνεσθαι, ἀλλὰ παρ' οὐδὲν ἧττον τῶν ἡττημένων τοὺς κρατήσαντας δυστυχεῖν, καὶ τῶν στρατευμάτων ἀπολωλότων, καὶ τῶν ταμιείων κεκενωμένων. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης αὐτοὺς ἀφιᾶσιν ἀπολαῦσαι πάσης. μέρος γὰρ αὐτῆς οὐ μικρὸν συμβαίνει, καὶ τοὺς πεπτωκότας καρποῦσθαι, διὰ τὸ ταῖς ψυχαῖς νικήσαντας τοῖς σώμασιν ἡττηθῆναι μόνοις. ὡς, εἴ γε ἐξῆν βουλομένους μὴ πίπτειν, μηδὲ ἐπελθὼν ὁ θάνατος αὐτοὺς ἔπαυσεν, οὐκ ἂν ἔστησαν τῆς προθυμίας ποτέ. ὁ δὲ ἀπάτῃ κρατῆσαι δυνηθεὶς, οὐ συμφορᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ γέλωτι περιέβαλε τοὺς πολεμίους. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖ τοὺς ἐπαίνους ἐξ ἴσης ἀμφότεροι φέρονται τοὺς ἐπὶ τῇ ῥώμῃ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἐπὶ φρονήσει· ἀλλ' ὅλον τῶν νικώντων ἐστὶ τὸ βραβεῖον.

A randúmque eſt, neque eam cuiquam licet in hominum vſum vtilitatémq. vnquam vertere: equidem paratus ſum pœnas dare quaſcunque præſcripſeris: ſeu vt verius dicam, quandoquidem tu, ni fallor, nunquam à nobis ſuſtineas pœnas exigere, vltrò ipſi nobiſmet eam pœnam irrogabimus, qua iudices mulctare eos ſolent, qui iniuriæ illatæ rei ſunt, quoties ab actoribus ſuis rei peracti fuerint: ſin verò fraus ipſa non ſemper incommoda, ſed pro eorum qui eam adhibent animo atque conſilio bonæ malæve rei nomen ſortitur, miſſam faciens criminationem iſtam, qua

B te à me circumuentum quereris, edoce, niſi graue eſt. in malum damnúmq. tuum fraudem huiuſmodi fuiſſe à nobis excogitatam: quandoquidem donec animus malus abfuerit, conſentaneum eſt, vt qui ſeſe iuſtos æquóſque in cauſa eiuſmodi oſtendere velint, deceptorem hunc, quem dico, non modo non accuſent culpéntve, ſed etiam laudent atque approbent. Tam lucroſa enim támque fructuoſa eſſe ſolet opportuna ac recto animi iudicio facta fraus, vt permulti etiam pœnas ſæpenumero luerint hoc ipſo quod rem fraude non egiſſent. Ac ſi exquirere velimus,

C quinam copiarum Imperatores iam inde ab orbe condito claruere: illorum trophæa bona ex parte comperiemus impoſturæ ac fraudis facinora fuiſſe, eoſdémque fatebimur maiore quidem laude dignos, quàm qui aperto Marte victoriam de hoſtibus reportant. Hi enim magno cum ſumptu tum pecuniarum tum corporum ſic bella conficiunt, vt ab ipſa etiam victoria nihil illis amplius accedat: quin potius victores quum ſint, nihilo tamen ſecius pari cum iis qui victi ſunt, calamitate premuntur, tum copiis abſumptis, tum ærario exhauſto. Adhæc qui vi-

D cti ſunt, ne ipſos quidem victores patiuntur ſolida victoriæ gloria perfrui: cuius bona pars ad eos redit qui cecidere: vtpote qui animis victores, corporibus ſolùm inferiores fuerint: quibus item ſi per ſua vota in bello non cadere licuiſſet, neque illis mortis interuentus dimicationis finem attuliſſet, nimirum alacritatis magnanimitatiſq. ſuæ oſtendendæ modum feciſſent nullum. At qui fraude aliqua victoriam ſibi parat, is præterquam quòd calamitatem atque perniciem hoſtibus affert, id etiam præſtat, vt cæteris illi de ſe riſum præbeant. Neque verò vt illic fortitudinis, ſic & hic prudentiæ laudem gloriámque ex æquo vtrinque reportant: verùm integra victoriæ totius laus ad victores ſolos pertinet. Et quod iis,

quæ dixi, inferius nequaquam eſſe reor: qui aſtu vincunt, ciuitati ſuæ ſeruant ſynceram, illibatam, atq. integram ex victoria parta voluptatem: neque enim cōmune quicquam habet animi prudentia cum pecuniarum corporúmque multitudine atque copia: quibus quidem vſuuenit, vt quo magis in bello vtare, eò magis inſumantur, magiſque ſuos deficiãt poſſeſſores: quum contrà natura ſic comparatum ſit, vt animi prudẽtia, quo magis exerceas, eo magis adoleſcat. Neque verò foris tantum ad militiam, ſed etiam domi ad pacẽ non publicis modò ciuitatis, ſed & priuatis vniuſcuiuſque negociis pertractandis, & marito aduerſus vxorem, & vxori aduerſus maritum, & patri in filium, & amico in amicum, addam etiam & liberis in patrem, aſtus huius vſum communem

1.Reg.19. neceſſariúmque comperies. Neque enim filia Saül maritum ſuum alia ratione de Saül manibus eximere, quàm circumuento ac decepto patre, potuiſſet. Cuius item frater eundem illum ab ea ſemel ſeruatum de vita periclitantem ſeruare dum vellet, iiſdem telis quibus & vxor ſeſe ar-

BASIL. 1.Reg 20. mauit. Atque hic Baſilius: Sed nihil horum, inquit ad me: neque enim hoſtis ego atque aduerſarius, neque ex eorum numero, qui nocere iniuriámque afferre parant: quin ipſe contrà, animi tui ſententiæ omnia mea quum commiſiſſem, de ea via nunquam deflexi, qua me ipſe ſubſequi

CHRYS. iuſſiſſes. Ego verò, ô admirande idémque optime Baſili, nõ ob aliud, inquam, quam ob hoc ipſum anteuertens nuper docui, non in bello tantum contra hoſtes, ſed etiam in pace aduerſus amiciſſimos quoſque, aſtus huius vſum conuenire. Nam quòd id conducat non circumuenientibus ſolum, ſed etiam circumuentis: ad vnum aliquem ex medicis profectus, ſciſcitare, quemnam illi in modum laborantes, morbo liberare ſoleant: certè ex iis audies meram nudámque artem ipſis non ſatis eſſe: ſed & aliquoties ipſos impoſtura vti, cuius auxilio cum arte medica coniunctò ægrotantes ſanitati priſtinæ reſtituant. Etenim dum hinc ægrotantium moroſitas, hinc morbi difficultas, medicorum auerſatur conſilium: tum coguntur illi fraudis atque impoſturæ perſonam induere, vt quòd in ſcena fieri ſolet, in qua fictis omnibus & adumbratis loci plurimum eſt, rerum factorúmque veritatem occultare poſſint.

A καὶ τὸ τούτων οὐκ ἔλαττον τὴν ἀπὸ τῆς νίκης ἡδονὴν ἀκέραιον τῇ πόλει φυλάττουσιν. οὐ γάρ ἐστιν ὥσπερ ὁ τῶν χρημάτων πλοῦτος, καὶ τὸ τῶν σωμάτων πλῆθος, ἡ τῆς ψυχῆς φρόνησις. ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν, ὅταν τις αὐτοῖς ἐν τοῖς πολέμοις χρῆται συνεχῶς, δαπανᾶσθαι συμβαίνει, καὶ ἀπολείπειν τοὺς ἔχοντας· αὕτη δὲ, ὅσῳ περ ἂν τις αὐτὴν ἀνακινῇ, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεσθαι πέφυκεν. οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ πολλὴν καὶ ἀναγκαίαν εὕροι τις ἂν τῆς ἀπάτης τὴν

in eo ipſo munere perſeuerare dum co- A gerentur, priſtina vitæ cura atque auſteritate procul excuſſa, tum ſibi detrimento maximo, tum aliis nulli prorſus vſui fuere. Neque verò ſi quis vitæ tempus perpetuum in extrema ſacrarum functionum claſſe perſiſtens conſumpſerit, ac ſic demum ad vltimam vſque ætatem peruenerit, hunc protinus propter ætatis reuerentiam ad ſummum honorem perducemus. Quid enim ſi vel ea ætate quum ſit, tamen minus idoneus adhuc reperiatur? quod tamen ſic à me dictum non eſt, quaſi velim canitiem vituperare: vel ſtatuere lata hîc per me lege eos B qui è monachorum ſodalitiis prodiere, ab huiuſmodi præfectura arcendos prorſus eſſe. contigit enim aliquoties, vt ex eo grege complures ad id muneris pertracti, vitæ candore in primis elucceſcerent: Verùm illud eo nomine dixi, vt oſtendam, ſi neque religio per ſe ipſa, neque ſenectus longæua ſatis eſſe poſſunt, vt eum qui epiſcopatum obtinuerit, munere illo dignum efficiant: certè vix hoc ipſum cauſas eas, quas paulò ante commemoraui, efficere poſſe: quibus cauſis nonnulli etiam abſurdiores alias adiungunt. Etenim alij quoſdam, vt ne aduer- C ſariorum partes ſequantur, in cleri ordinem recenſent: alij propter malitiam, ne contempti ſcilicet luculentorum malorum reliquum tempus authores fiant. Poteſtne quicquam hoc ipſo iniquius eſſe, quum videlicet homines peruerſos, malis flagitiiſque omnibus abundantes propter hæc coli ab aliis videmus, ob quæ puniri ipſi deberent, eoſdémque quarum rerum nomine ne eccleſiæ quidem limen introire oporteret, vel ad ſacerdotalem dignitatem aſcendere? Etiámne, obſecro, quæremus diuinæ in nos iræ cauſas, quum nos myſteria tam ſancta, & D tam tremenda hominibus partim flagitioſis, partim nihili labefactanda tradamus? Quum enim alij prouinciæ ad ſe minime pertinentis, alij multo etiam maioris quàm propriæ patiantur vires, præfecturam ſortiti fuerint, ij certè efficiunt, vt Eccleſia Dei nihilo ab Euripo differre videatur. Equidem principes externos antea ob id irridebam, quòd honores præfecturáſque diſtribuerent non animorum virtutis, ſed pecuniarum rationem habentes: atque vt alij aliis vel annorum multitudine, vel dignitatum gradibus iam antecedant, ita demum eos

A πραγματείαν· οἱ δὲ βιασθέντες ἐπιμεῖναι, τὴν προτέραν ἀκρίβειαν ῥίψαντες, ἑαυτούς τε ἐζημίωσαν τὰ μέγιστα, καὶ ἑτέρους ὤνησαν οὐδέν. ἀλλ' οὐδὲ, εἴ τις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλωσεν ἐν τῇ ἐσχάτῃ τῆς λειτουργίας τάξει μένων, καὶ εἰς ἔσχατον ἐλάσει γῆρας, τοῦτον ἁπλῶς διὰ τὴν ἡλικίαν αἰδεσθέντες, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν οἴσομεν τὴν ἀνωτέρω. τί γὰρ, εἰ καὶ μετὰ τὴν ἡλικίαν ἐκείνην ἀνεπιτήδειος ὢν μένοι; καὶ οὐ τὴν πολιὰν ἀτιμάσαι βου- B λόμενος, οὐδὲ νομοθετῶν τοὺς ἀπὸ χοροῦ μοναζόντων ἥκοντας, πάντως ἀπείργεσθαι τῆς τοιαύτης ἐπιστασίας, ταῦτα εἶπον νῦν· συνέβη γὰρ πολλοὺς καὶ ἐξ ἐκείνης ἐλθόντας τῆς ἀγέλης, εἰς ταύτην διαλάμψαι τὴν ἀρχήν· ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι σπουδάζων, ὅτι εἰ μήτε εὐλάβεια καθ' ἑαυτὴν, μήτε γῆρας μακρὸν, ἱκανὰ γένοιτ' ἂν δεῖξαι τὸν κεκτημένον ἱερωσύνης ἄξιον ὄντα· σχολῇ γ' ἂν αἱ προειρημέναι προφάσεις τοῦτο ἐργάσαιντο. οἱ δὲ καὶ ἑτέρας προστιθέασιν ἀτοπωτέρας· καὶ γὰρ οἱ μὲν, C ἵνα μὴ μετὰ τῶν ἐναντίων τάξωσιν ἑαυτοὺς, εἰς τὴν τοῦ κλήρου καταλέγονται τάξιν· οἱ δὲ, διὰ πονηρίαν, καὶ ἵνα μὴ παροφθέντες, μεγάλα ἐργάσωνται κακά. ἆρα γένοιτ' ἄν τι τούτου παρανομώτερον; ὅτ' ἂν ἄνθρωποι μοχθηροὶ, καὶ μυρίων γέμοντες κακῶν, διὰ ταῦτα θεραπεύωνται, δι' ἃ κολάζεσθαι ἔδει· καὶ ὧν ἕνεκεν μηδὲ τὸν οὐδὸν τῆς ἐκκλησίας ὑπερβαίνειν ἐχρῆν, ὑπὲρ τούτων καὶ εἰς τὴν ἱερατικὴν ἀναβαίνωσιν ἀξίαν; ἔτι οὖν ζητήσομεν, εἰπέ μοι, τοῦ D θεοῦ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν, πράγματα οὕτως ἅγια καὶ φρικωδέστατα ἀνθρώποις τοῖς μὲν πονηροῖς, τοῖς δὲ οὐδενὸς ἀξίοις λυμαίνεσθαι παρέχοντες; ὅτ' ἂν γὰρ οἱ μὲν τῶν μηδὲν αὐτοῖς προσηκόντων, οἱ δὲ τῶν πολλῷ μειζόνων τῆς οἰκείας δυνάμεως προστασίαν ἐμπιστευθῶσιν· οὐδὲν Εὐρίπου τὴν ἐκκλησίαν διαφέρειν ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ πρότερον τῶν ἔξωθεν ἀρχόντων κατεγέλων, ὅτι τὰς τῶν τιμῶν διανομὰς, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τῆς ἐν ταῖς ψυχαῖς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρημάτων, καὶ πλήθους ἐτῶν καὶ ἀνθρωπίνης ποιοῦνται προστα-

παρεςασίας. ἐπειδὴ δὲ ἤκουσα, ὅτι αὕτη ἡ ἀλογία καὶ εἰς τὰ ἡμέτερα εἰσεκώμασεν, οὐκέτι ὁμοίως ἐποιούμην τὸ πρᾶγμα δεινόν. τί γὰρ θαυμαστόν, εἰ ἄνθρωποι βιωτικοί, καὶ δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἐρασταί, καὶ χρημάτων ἕνεκα πάντα πράττοντες, ἁμαρτάνουσι τοιαῦτα· ὅπου γε οἱ πάντων ἀπηλλάχθαι προσποιούμενοι τούτων, οὐδὲν ἄμεινον ἐκείνων διάκεινται· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν οὐρανίων τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὡς περὶ πλέθρων γῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου, τῆς βουλῆς αὐτοῖς προκειμένης, ἁπλῶς ἀνθρώπους ἀγοραίους λαβόντες ἐφιστᾶσι πράγμασι τούτοις, ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ἑαυτοῦ κενῶσαι δόξαν, καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ δούλου μορφὴν λαβεῖν, καὶ ἐμπτυσθῆναι, καὶ ῥαπισθῆναι, καὶ θάνατον τὸν ἐπονείδιστον ἀποθανεῖν διὰ τῆς σαρκός, οὐ παρῃτήσατο ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ παῖς. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἵστανται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστιθέασιν ἀτοπώτερα. οὐ γὰρ τοὺς ἀναξίους ἐγκρίνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιτηδείους ἐκβάλλουσιν. ὥσπερ γὰρ δέον ἀμφοτέρωθεν λυμήνασθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀσφάλειαν, ἢ ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης τῆς προτέρας προφάσεως, ἐκκαῦσαι τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν· οὕτω τὴν δευτέραν συνῆψαν, οὐχ ἧττον οὖσαν χαλεπήν. καὶ γὰρ ἐξ ἴσης οἶμαι εἶναι δεινόν, τό, τε τοὺς χρησίμους ἀπείργειν, καὶ τὸ τοὺς ἀχρείους εἰσωθεῖν. καὶ τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα μηδαμόθεν παραμυθίαν εὑρεῖν μηδὲ ἀναπνεῦσαι δυνηθῇ τοῦ Χριστοῦ τὸ ποίμνιον. ταῦτα οὖν οὐ μυρίων ἄξια σκηπτῶν; ταῦτα οὐ γεέννης σφοδροτέρας οὐ ταύτης μόνον τῆς ἀπειλημμένης ἡμῖν; ἀλλ' ὅμως ἀνέχεται καὶ φέρει τὰ τοσαῦτα κακά, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν. καὶ πῶς ἄν τις αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν θαυμάσειε; πῶς ἂν ἐκπλαγείη τὸ ἔλεον; οἱ τοῦ Χριστοῦ τὰ τοῦ Χριστοῦ διαφθείρουσιν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων μᾶλλον. ὁ δὲ ἀγαθὸς ἔτι χρηστεύεται, καὶ εἰς μετάνοιαν καλεῖ. δόξα σοι κύριε, δόξα σοι· πόσης φιλανθρωπίας ἄβυσσος παρὰ σοί; πόσης ἀνεξικακίας πλοῦτος; οἱ, διὰ τὸ ὄνομα τὸ σόν, ἐξ εὐτελῶν καὶ ἀτίμων ἔντιμοι, καὶ περίβλεπτοι γεγονότες (τῇ τιμῇ κατὰ τοῦ τετιμηκότος χρῶνται), καὶ τολμῶσι τὰ ἀτόλμητα, καὶ ἐνυβρίζουσιν εἰς τὰ ἅγια·

A vlterius promouentes. Poſteaquam vero audiui indignitatem hanc in noſtrum etiam ordinem quodammodo debacchatam irrepſiſſe, facinus huiuſmodi mihi non perinde graue viſum eſt. Qui enim mirum fuerit, homines rerum humanarum cultui deditos, popularem tantum auram venantes, pecuniæ cauſa nihil non agentes, in huiuſmodi vitia prolabi, vbi qui ſe puros eſſe ab iis omnibus vitiis ſimulant, illis nihilo ſeſe melius animo affectos oſtendunt: quinimo rerum cœleſtium certamen ſuſcipientes, perinde atque ſi de terræ iugeribus, aut alia id ge- B nus re deliberarent, gregarios quoſdam homines temere aſſumptos, rebus iis præficiunt, quarum nomine & gloriam ſuam exinanire, & homo fieri, & ſerui formam accipere, & conſpui, & colaphis cædi, & morte ignominioſiſſima occumbere ſecundum carnem, vnigenitus Dei filius non deprecatus eſt? Neque iſti tamen intra hos fines ſe continent, ſed & alia addunt abſurdiora. Neque enim immeritos ſolum adlegunt, verum & idoneos eiiciunt. Nam quaſi conueniret vtrinque eccleſiæ firmitudinem labefactari, ac cauſa illa prior non ſufficeret ad diuinam C iram accendendam, ita illi alteram nihilo deteriorem coniunxerunt. Etenim iuxta ego peſtilens eſſe reor, vtiles arcere, & inutiles intromittere: id quod ab illis certè fit, vt Chriſtianum ouile nulla ex parte aut conſolationem inuenire, aut reſpirare valeat. Hæc igitur nónne millies Dei fulmen merentur? nónne digna ſunt quæ gehennæ, non illius quam nobis ſacræ literæ comminantur, ſed longè etiam grauioris igne plectantur? veruntamen mala huiuſmodi ſuſtinet patiturque, qui peccatoris mortem non vult, ſed vt conuertatur ipſe ac viuat. Cuius in nos Ezech. 18. 23. & 33. 11.
D benignitatem miram qui ſatis mirabimur? ad cuius miſericordiam qui ſatis obſtupeſcimus? En qui Chriſtiani ſunt, ſæuius etiam quàm aduerſarij, quàm hoſtes Chriſti opes perdunt. At ille etiamnum bonus benignitatem vbiq. præfert, ad pœnitētiam inuitans. Tibi gloria, tibi, inquam, gloria domine: quanta apud te clementiæ abyſſus, quanta eſt patientiæ copia? Hem qui nominis tui prætextu ex ignobilib. & obſcuris clari atque illuſtres affecti ſunt, honore abutuntur, cōtra eum qui honore eſt largitus, audétq. nō audēda, in ſacroſancta illa tua myſteria iniurij,
E

A probos extrudentes eiicientéſque, vt homines malis perditiſq. morib. prędíti, magna cum quiete ac ſumma cum licentia quæcunq. collibuerit inuertant atq. conturbent. Cuius quidē morbi ſi cauſas perdiſcere cupis, iis ipſis quas paulò ante numeraui, ſimiles comperies: radicem enim, &, vt ſic dicam, matrem vnam habent, inuidentiam: earum verò non vna tantū ſpecies eſt, ſed admodum diuerſæ. Hic enim, inquiunt, quandoquidem iuuenis eſt, eiiciatur. Ille quandoquidem adulandi neſcius eſt: alius propterea quòd illius cuiuſpiam offenſionem incurrit: alius vt ne in- B doleat ille neſcio quis: ſi quem ipſe eligēdum obtulit, exploſum, hunc verò adlectum viderit: alius propterea quòd probitate, benignitate, facilitate, humanitate præditus: alius propterea quòd delinquētibus aſper ac terribilis: alius alia ſimili de cauſa: neq. enim illis cauſæ atque excuſationes deſūt, quotquot afferre voluerint. Atque adeo dū cauſari aliud non poſſunt, opum diuitiarúmq. copiā cauſantur: addentes non oportere quenquam repente ad dignitatem huiuſmodi aſſumi, ſed ſenſim & per gradus quoſdam. Poſſunt & iidem alias quidem atq. alias quotquot illis libitum fuerit, cauſas comminiſci. Ego C verò lubens hic ſciſcitarer, Quidnam igitur epiſcopus hic faciet, conflictu illi contra tot ventos propoſito? quonam ille modo aduerſum tam multos fluctus vnus reſiſtere poterit? qui inſultus impetúſq. machinarum huiuſmodi repellet? Etenim ſi rem recta ratione ac iudicio aggredi volet, inimici protinus atque hoſtes tum eidem, tum electis omnes illi: tum verò omnia ſtatim illi per contentionem, atque vt epiſcopo aduerſentur faciunt, præterea & ſimultates ſeditionéſque quotidie concitant, & ſexcentis etiam ſcommatis eorum vitam qui electi fuerint inceſſunt, horum D nullum finem faciētes, donec vel illos eiecerint, vel ſuos candidatos intromiſerint. Denique perinde eſſe videas, vt ſi quis gubernator piratas habeat eadem naui vnà ſecum nauigantes, qui quidem tum ipſi, tum nautis, tum vectorib. aſſiduè horiſq. ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi epiſcopus illorum gratiam ſaluti ſuæ præpoſuerit, admiſſis iis, quos admiſſos eſſe non oportet: fiet profectò vt illorum loco Deū ſibi offenſum habeat: qua re quid illi peſtilentius accidere poteſt? Adde quòd epiſcopo eidem cum illis res erit longe difficilior, moleſtiórque quàm antehac,

A τοὺς σπουδαίους ἀπωθούμενοι καὶ ἐκβάλλοντες, ἵνα ἐν ἠρεμίᾳ πολλῇ, καὶ μετὰ ἀδείας τῆς ἐσχάτης, οἱ πονηροὶ πάντα, ὅσαπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἀνατρέπωσι. καὶ τούτου δὲ τοῦ δεινοῦ τὰς αἰτίας εἰ θέλεις μαθεῖν, ὁμοίας ταῖς προτέραις εὑρήσεις· τὴν μὲν γὰρ ῥίζαν, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, μητέρα μίαν ἔχουσι, τὴν βασκανίαν. αὗται δὲ οὐ μιᾶς εἰσιν ἰδέας, ἀλλὰ διεστήκασιν· ὁ μὲν γὰρ ἐπειδὴ νέος ἐστίν· ἐκβεβλήσθω, φησίν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ κολακεύειν οὐκ οἶδεν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ B τῷ δεῖνι προσέκρουσεν. καὶ ὁ μὲν, ἵνα μὴ ὁ δεῖνα λυπῆται, τὸν μὲν ὑπ' αὐτοῦ δοθέντα ἀποδοκιμασθέντα, τοῦτον δὲ ἐγκεκριμένον ὁρῶν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ χρηστός ἐστι καὶ ἐπιεικής· ὁ δὲ, ἐπειδὴ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερός· ὁ δὲ, δι' ἄλλην αἰτίαν τοιαύτην. οὐδὲ γὰρ ἀπορήσουσι προφάσεων, ὅσων ἂν ἐθέλωσι. ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὄντων ἐστὶν αὖθις αἰτιάσασθαι, ὅτ' ἂν μηδὲν ἔχωσιν ἕτερον. ἀλλὰ καὶ τὸ, μὴ δεῖν ἀθρόως εἰς ταύτην ἀνάγεσθαι τὴν τιμὴν, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἑτέρας, ὅσας ἂν βούλωνται, δύ- C ναιντ' ἂν αἰτίας εὑρεῖν. ἐγὼ δὲ ἡδέως ἐνταῦθα ἐρησόμην, τί οὖν δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ποιεῖν, τοσούτοις μαχόμενον πνεύμασι; πῶς πρὸς τοσαῦτα στήσεται κύματα; πῶς πάσας ταύτας ἀπώσεται τὰς προσβολάς; ἂν μὲν γὰρ ὀρθῷ λογισμῷ τὸ πρᾶγμα διαθῇ· ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς αἱρεθεῖσιν, ἅπαντες· καὶ πρὸς φιλονεικίαν τὴν ἐκείνου ἅπαντα πράττουσι, στάσεις καθ' ἑκάστην ἐμβάλλοντες τὴν ἡμέραν· καὶ σκώμματα μυρία τοῖς αἱρεθεῖσιν ἐπιτι- D θέντες· ἕως ἂν ἢ τούτους ἐκβάλωσιν, ἢ τοὺς αὐτῶν εἰσαγάγωσιν. καὶ γίνεται παραπλήσιον, οἷον ἂν εἴ τις κυβερνήτης ἔνδον ἐν τῇ νηὶ τῇ πλεούσῃ πειρατὰς ἔχοι συμπλέοντας, καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς ναύταις, καὶ τοῖς ἐπιβάταις, συνεχῶς καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιβουλεύοντας ὥραν. ἂν δὲ τὴν πρὸς ἐκείνους χάριν προτιμήσῃ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας, δεξάμενος οὓς οὐκ ἔδει· ἕξει μὲν τὸν θεὸν ἀντ' ἐκείνων ἐχθρόν. οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον; καὶ τὰ πρὸς ἐκείνους δὲ αὐτῷ δυσκολώτερον ἢ πρότερον διακείσεται

πάντων συμπεσόντων ἀλλήλοις, καὶ τούτων μᾶλλον ἰσχυρῶν γινομένων. ὥσπερ γὰρ ἀγρίων ἀνέμων, ἐξ ἐναντίας προσπεσόντων ἀλλήλοις, τὸ τέως ἡσυχάζον πέλαγος μαίνεται ἐξαίφνης καὶ κορυφοῦται, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας ἀπόλλυσιν· οὕτω καὶ ἡ τῆς ἐκκλησίας γαλήνη, δεξαμένη φθόρους ἀνθρώπους, ζάλης καὶ ναυαγίων πληροῦται πολλῶν. Ἐννόησον οὖν, ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν πρὸς τοσοῦτον μέλλοντα ἀνθέξειν χειμῶνα, καὶ τοσαῦτα κωλύματα τῶν κοινῇ συμφερόντων διαθήσειν καλῶς. καὶ γὰρ καὶ σεμνὸν, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδέκαστον, καὶ θεραπευτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδούλωτον, καὶ σφοδρὸν, καὶ ἥμερον εἶναι δεῖ· ἵνα πρὸς ἅπαντα ταῦτα εὐκόλως μάχεσθαι δύνηται· καὶ τὸν ἐπιτήδειον μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, κἂν ἅπαντες ἀντιπίπτωσι, παράγειν· καὶ τὸν οὐ τοιοῦτον μετὰ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, κἂν ἅπαντες συμπνέωσι, μὴ προσίεσθαι, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον ὁρᾶν τὴν ἐκκλησιαστικὴν οἰκοδομήν· καὶ μηδὲν πρὸς ἀπέχθειαν ἢ χάριν ποιεῖν. ἆρά σοι δοκοῦμεν εἰκότως παρῃτῆσθαι τοῦ πράγματος τούτου τὴν διακονίαν; καί τοι γε οὔπω πάντα διῆλθον πρὸς σέ, ἔχω γὰρ καὶ ἕτερα λέγειν. ἀλλὰ μὴ ἀποκάμῃς ἀνδρὸς φίλου καὶ γνησίου, βουλομένου σε πεῖσαι ὑπὲρ ὧν ἐγκαλεῖς, ἀνεχόμενος. οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν ἀπολογίαν σοι, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ταῦτα χρήσιμά ἐστι μόνον· ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν διοίκησιν τάχα οὐ μικρὸν συμβαλεῖται κέρδος. καὶ γὰρ ἀναγκαῖον, τὸν μέλλοντα ἐπὶ ταύτην ἔρχεσθαι τοῦ βίου τὴν ὁδὸν, πρότερον ἅπαντα διερευνησάμενον καλῶς, οὕτως ἅπτεσθαι τῆς διακονίας. τί δήποτε; ὅτι, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν μὴ ξενοπαθεῖν, ἡνίκα ἂν ταῦτα παραγίνηται, περιέσται τῷ πάντα εἰδότι σαφῶς. βούλει οὖν ἐπὶ τὴν τῶν χηρῶν προστασίαν ἴωμεν πρότερον, ἢ τὴν τῶν παρθένων κηδεμονίαν, ἢ τὸ τοῦ δικαστικοῦ μέρους τὴν δυσχέρειαν;

A omnibus inter ſeſe iam conſentiẽtibus, ac multo etiã fortiorib. rei controuerſæ cõtentioſæque victoria accedente redditis. Nam quemadmodum ſæuientib. pugnãtibúſq. inter ſeſe aſperrimis ventis, derepentè mare antea quietũ ac tranquillum furit atq. intumeſcit, eóſque omnes quos tum vela facere contigerit, perdit: ita eccleſiæ tranquillitas, perditis hominib. admiſſis, turbulentia ac naufragiis permultis infeſtatur. Hic igitur animo expende, qualem eſſe oporteat eum, qui tantę tempeſtati opponẽdus, ac tam multa impedimenta rerũ ad communẽ ſalutem ſpectã-

C. XVI. Æſtimatio quantũ eſſe oporteat, illum qui tãtis tempeſtatibus opponendum ſit.

B tium probè temperaturus ſit. Nam & grauem illum, ſed minimè faſtuoſum & terrificum, ſed humanum, & viſenda maieſtate principẽ, ſed omnib. tamẽ appellandis communem eundemq. integrum, officioſum, humilẽ, ſed minime ſeruilem, acrem quoque ac vehementẽ eſſe conuenit: ſed tamen & manſuetũ, vt nullo ipſe negocio contra illa, quæ dixi, omnia depugnaret: tum verò eum, qui idoneus viſus fuerit, magna cum authoritate ac libertate, quamquam omnibus reclamantibus, in medium promouere poſſit: rurſus eum qui alius compertus fuerit, cum eadem illa authoritate

Qualẽ Epiſcopũ eſſe oporteat.

C ac libertate, vt etiam omnes conſpirent, non admittere: denique vt nihil in cuiuſquam vel gratiam vel odium facere conatus eccleſiaſticæ vnius ædificationis decus, commodúmque tantum ſpectet. Tibi ne hic Baſili merito videor negocij iſtius miniſterium deprecatus fuiſſe? atqui nondum omnia tibi percenſui: ſuperſunt enim alia mihi dicenda. Tu verò ne delaſſeris tantiſper dum patienti aure perfers viri amici ac verè germani orationẽ, tibi perſuadere conantis ſeſe criminum eorum rem haudquaquam eſſe, quorum tute eum inſimulas. Neque enim ipſa hæc

D tantum conducunt ad defenſionem eam, qua apud alios nomine noſtro vti potes: ſed & ad ipſam muneris eius, de quo agitur, functionem, lucrum auxiliúmque nõ exiguum conferunt. Eum enim oportet, qui ad tentandam vitæ huiuſmodi ſemitã acceſſurus eſt, omnia prius ad vnguem perſcrutari, atque ita demum negocio manus admouere. Quamobrem, quando quidem vt nullum aliud inde naſcatur emolumentum, certè rerum omnium prudenter gnaro lucrum id ſupererit, vt cum id genus procellæ tempeſtatéſque emerſerint, nihil rerum inſolentia ac nouitate perturbetur. Vis igitur tibi hic à me prius expediri præſidium patrociniúmque id, quòd viduis impendendum eſt, an ſtudium curámque eam, quam epiſcopus virginibus debet? an potius iudicialis partis, cui ab illo maximopere attendẽdum eſt, difficultatem?

A Nam vnumquodque horum diuerſam ſibi curam vendicat, timorémque cura etiam illa longe grauiorem. Ac primum vt ab eo quòd inter alia leuiſſimum eſſe putant, exordiamur, viduarum quidem cultus videtur haud aliam, quàm pecuniæ inſumendæ ſolicitudinem iis præbere, qui illarum tractandarum curandarúmque prouinciam ſuſcepere. Id autem longè aliter ſe habet: nam quoties illæ deligendæ, ac tanquam in catalogum referendæ ſunt, & hic quoque magno admodum examine opus eſt. Id enim ipſum, quòd temerè, & vt caſus tulit, in album

Viduarum cura, quantum negotij faceſſat Epiſcopo.

B referantur, innumera olim mala peperit: nam & familias peſſundedit, & nuptias diuellit: præterea hac vna de cauſa compertum eſt viduas aliquot tu furādo, tum cauponando, atq. alia id genus committendo, multa præter dignitatem atque ordinem geſſiſſe. Huiuſmodi verò viduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterquā quòd Dei vindictam paratam habet, facit etiam vt apud homines maximopere ea res improbetur damneturque, ac multorū quoque beneficētiam remoretur. Quis enim vnquam velit, quas quis Chriſto offerri mandauit facultates, eas iis ſuſtentandis inſumi, quæ Chriſti nomen calūniari non

C ceſſant? quo nomine multam huc ac diligentē afferre diſcuſſionē conuenit: idque, ne quæ ſibi ipſæ vitam ſufficere poſſunt, ne dū illæ de quib. locutus ſum, indigentium menſam abſumant. Porrò diſcuſſionis huius diligentiam ſequitur cura non mediocris, vt viduis videlicet in albū relatis alimenta, quæ præſtanda ſunt, affatim tanquam ex fonte quodā affluant, nec vnquam deſint. Fit enim neſcio quo pacto, vt inuita paupertas malum ſit inſatiabile, querimonia ſemper atque ingratitudine plenum. Ac multa ſanè prudentia, multo item ſtudio opus eſt, vt qui criminationis

D cauſas omnes amouere à ſe cupit, ipſarum ora obſtruat. Iam plerique vbi aliquem viderint pecuniæ imperantem, continuo idoneum ad huiuſmodi œconomiā pronunciant. At ego nunquā exiſtimauerim, hanc illi animi magnitudinem ſatis eſſe, quā ipſam præſtandā quidē in primis eſſe (quippe ſine ea vaſtator potiùs quam antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit) verùm & vnà cum ea videndum puto, num & alia animi virtutem habeat. Ea eſt autē mortalibus bonorū omniū author patientia atque æquanimitas, hominis animū tanquā in ſerenum quendam portum appellens.

A καὶ γὰρ ἐφ' ἑκάστου τούτων, διάφορος ἡ φροντὶς, καὶ τῆς φροντίδος μείζων ὁ φόβος. καὶ πρότερον, ἵνα ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων εὐτελεστέρου δοκοῦντος εἶναι ποιησώμεθα τὴν ἀρχὴν, ἡ τῶν χηρῶν θεραπεία, δοκεῖ μὲν μέχρι τῆς τῶν χρημάτων διανομῆς τοῖς ἐπιμελουμένοις αὐτῶν παρέχειν τὴν φροντίδα. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστι· ἀλλὰ πολλῆς δεῖται κἀνταῦθα τῆς ἐξετάσεως, ὅτ' ἂν αὐτὰς καταλέγειν δέῃ. ὡς τό γε ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν αὐτὰς ἐγγράφεσθαι, μυρία εἰργάσατο δεινά. καὶ γὰρ

B οἴκους διέφθειραν, καὶ γάμους διέσπασαν, καὶ ἐπὶ κλοπαῖς πολλάκις καὶ ἐπὶ καπηλείαις, καὶ ἑτέροις τοιούτοις ἀσχημονοῦσαι ἑάλωσαν. τὸ δὲ τὰς τοιαύτας ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας τρέφεσθαι χρημάτων, καὶ παρὰ θεοῦ τιμωρίαν, καὶ παρὰ ἀνθρώπων φέρει τὴν ἐσχάτην κατάγνωσιν, καὶ τοὺς εὖ ποιεῖν βουλομένους, ὀκνηροτέρους καθίστησι. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτό ποτε, ἃ τῷ Χριστῷ προσετάχθη δοῦναι χρήματα, ταῦτα ἀναλίσκειν εἰς τοὺς τὸ τοῦ Χριστοῦ διαβάλλοντας ὄνομα; διὰ ταῦτα πολλὴν δεῖ καὶ ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν· ὡς μὴ μό-

C νον τὰς εἰρημένας, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἑαυταῖς ἀρκεῖν δυναμένας τὴν τῶν ἀδυνάτων λυμαίνεσθαι τράπεζαν. μετὰ δὲ τὴν ἐξέτασιν ταύτην, ἑτέρα διαδέχεται φροντὶς οὐ μικρὰ, ἵνα αὐταῖς τὰ τῆς τροφῆς ἀφθόνως, ὥσπερ ἐκ πηγῶν, ἐπιῤῥέῃ, καὶ μὴ διαλιμπάνῃ ποτέ. καὶ γὰρ ἀκόρεστόν πως κακὸν ἡ ἀκούσιος πενία, καὶ μεμψίμοιρον, καὶ ἀχάριστον. καὶ δεῖ πολλῆς μὲν τῆς συνέσεως, πολλῆς δὲ τῆς σπουδῆς, ὥστε αὐτῶν ἐμφράττειν τὰ στόματα, πᾶσαν ἐξαιροῦντα κατηγορίας πρόφασιν. οἱ

D μὲν οὖν πολλοὶ, ὅτ' ἂν τινα ἴδωσι χρημάτων κρείττονα, εὐθέως αὐτὸν ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς ταύτην ἀποφαίνονται τὴν οἰκονομίαν. ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαί ποτε ταύτην αὐτῷ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀρκεῖν μόνον, ἀλλὰ δεῖν μὲν αὐτὴν πρὸ τῶν ἄλλων ἔχειν. χωρὶς γὰρ ταύτης λυμεὼν ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ προστάτης, καὶ λύκος ἀντὶ ποιμένος. μετὰ δὲ αὐτῆς καὶ ἑτέραν ζητεῖν, εἰ κεκτημένος τυγχάνοι. αὕτη δέ ἐστιν ἡ πάντων αἰτία ἀνθρώποις τῶν ἀγαθῶν, ἀνεξικακία, ὥσπερ εἰς τινα εὔδιον λιμένα ὁρμίζουσα καὶ παραπέμπουσα τὴν ψυχήν.

τὸ γὰρ τῶν χηρῶν γένος, καὶ διὰ τὴν πενίαν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὴν φύσιν, ἀμέτρῳ τινὶ κέχρηται παρρησίᾳ· οὕτω γὰρ ἄμεινον εἰπεῖν· καὶ βοῶσιν ἀκαίρως, καὶ αἰτιῶνται μάτην, καὶ ἀποδύρονται ὑπὲρ ὧν χάριν εἰδέναι ἐχρῆν· καὶ κατηγοροῦσιν ὑπὲρ ὧν ἀποδέχεσθαι ἔδει. καὶ δεῖ τὸν προεστῶτα ἅπαντα φέρειν γενναίως, καὶ μήτε πρὸς τὰς ἀκαίρους ἐνοχλήσεις, μήτε πρὸς τὰς ἀλόγους παροξύνεσθαι μέμψεις. ἐλεεῖσθαι γὰρ ἄξιον τὸ γένος, ὑπὲρ ὧν δυστυχοῦσιν, οὐχ ὑβρίζεσθαι, δίκαιον· ὡς τό γε ἐπεμβαίνειν αὐτῶν ταῖς συμφοραῖς, καὶ τῇ διὰ τὴν πενίαν ὀδύνῃ τὴν ἀπὸ τῆς ὕβρεως προστιθέναι, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος ἂν εἴη. διὰ τοῦτο καί τις ἀνὴρ σοφώτατος, εἴς τε τὸ φιλοκερδὲς καὶ τὸ ὑπεροπτικὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπιδὼν, καὶ τῆς πενίας τὴν φύσιν καταμαθὼν, δεινὴν οὖσαν καὶ τὴν γενναιοτάτην ψυχὴν καταβαλεῖν, καὶ πεῖσαι περὶ τῶν αὐτῶν ἀναισχυντεῖν πολλάκις· ἵνα μή τις αἰτούμενος παρ' αὐτοῦ ὀργίζηται, μηδὲ τῷ συνεχεῖ τῆς ἐντεύξεως παροξυνθεὶς, πολέμιος, ὁ βοηθεῖν ὀφείλων, γίνηται· παρασκευάζει προσηνῆ τε αὐτὸν καὶ εὐπρόσιτον εἶναι τῷ δεομένῳ, λέγων· κλῖνον πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ ἐν πραότητι εἰρηνικά. καὶ τὸν παροξύνοντα ἀφεὶς, (τί γὰρ ἄν τις τῷ κειμένῳ λέγοι;) τῷ δυναμένῳ τὴν ἐκείνου φέρειν ἀσθένειαν διαλέγεται, παρακαλῶν, τῷ τε ἡμέρῳ τῆς ὄψεως, καὶ τῇ τῶν λόγων πραότητι πρὸ τῆς δόσεως αὐτὸν ἀνορθοῦν. εἰ δέ τις τὰ μὲν ἐκείνων μὴ λαμβάνῃ, μυρίοις δὲ αὐταῖς ὀνείδεσι περιβάλλῃ, καὶ ὑβρίζῃ, καὶ παροξύνηται κατ' αὐτῶν· οὐ μόνον οὐκ ἐπεκούφισε τὴν ἀπὸ τῆς πενίας ἀθυμίαν τῷ δοῦναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον ταῖς λοιδορίαις εἰργάσατο τὸ δεινόν. κἂν γὰρ λίαν ἀναισχυντεῖν βιάζωνται διὰ τὴν τῆς γαστρὸς ἀνάγκην· ἀλλ' ὅμως ἀλγοῦσιν ἐπὶ τῇ βίᾳ ταύτῃ. ὅτ' ἂν οὖν διὰ μὲν τὸ τοῦ λιμοῦ δέος, προσαιτεῖν ἀναγκάζοιντο· διὰ γὰρ τὸ προσαιτεῖν, ἀναιδεύεσθαι· διὰ δὲ τὸ ἀναιδεύσασθαι, πάλιν ὑβρίζωνται· ποικίλη τις καὶ πολὺν φέρουσα τὸν ζόφον ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐκείνων καταπέμπει τῆς ἀθυμίας ἡ δύναμις.

Nam viduarum genus tum paupertatis, tum ætatis, tum ſexus nomine immodicam ſibi libertatem vſurpat, (ſic enim loqui præſtat) vociferantúrque importunè ſemper & abs re conqueruntur & lamentantur, vbi gratia habenda, & incuſant, quod laudandum ac probandum: qua in parte antiſtitem oportet omnia generosè ac fortiter pati: neque irritari ſi quando illæ aut intempeſtiuè obtundant, aut immerito expoſtulent. Illarum enim infœlicitas miſericordiam potius quàm contumeliam meretur: quarum certè calamitatibus antiſtitem inſultare, & dolori ob paupertatem nato contumeliæ etiam moleſtiam addere, extremæ crudelitatis atque immanitatis fuerit. Quocirca vir quidam ſapientiſſimus, humani ingenij auaritiam faſtúmque contemplatus, tum intelligens paupertatis vim naturámq. tantum poſſe, vt vel generoſiſſimum quemque animum proſternat, cogátque identidem iiſdem rebus poſtulandis impudentem eſſe, vt ne quis per pauperum efflagitationes ira excandeſceret, tum verò aſſiduò illorum occurſu irritatus illis aduerſarius is fieret, qui opem afferre deberet, ipſum inſtruit ad ſeſe mitem ac facilem indigenti præſtandum: Pauperi, inquit, citra animi tui moleſtiam aurem inclina, atque illi pacificè humanéque reſpondeto. ac miſſum faciens indigentem eundémque irritantem, (quid enim dicere quis ad illum poſſit, qui ſupplex iaceat?) cum eo ſapientiſſimus ille idem verba facit, qui illius infirmitatem ſubleuare poteſt, exhortans, vt tum vultus manſuetudine, tum orationis humanitate, antequam ad largitionem deſcendat, illius etiam animum erigat excitétque. Quòd ſi quis deſtinatas viduis facultates nō vſurpet quidem: in ipſas autem probra conijciat infinita, contumeliáque afficiat, atque adeo aduerſus eas irritetur: non ſolum liberalitate ſua natum à paupertate dolorem non leuat, verùm & malum ipſum conuiciis aggrauat: coguntur enim perfricta admodum eſſe fronte ob ventris eſurientis neceſſitatem: veruntamen & dolorem etiam ab huiuſmodi vi contumeliáque concipiunt. Proinde cum ob inediæ timorem mendicare, & ob mendicitatem impudentes eſſe cogātur, rurſum cum ob impudentiam contumelia afficiantur, multiformis quædam angoris, mœſtitiæ, doloriſq. vis, & quæ caliginem multam afferat, in illarum animum irruit:

Viduæ ſemper querulæ.

Eccli. 4. 8.

eúmque oportet qui illarum curam ſuſcipit, hactenus æquanimé patientémque eſſe, vt non ſolum non ſua deſtomachatione illarum mœſtitiam anxietatémque augeat, ſed & conſolatione ſua dolorem eum magna ex parte ſopiat, qui aliunde enatus illarum animos occupauerit. Nam quemadmodum neſcio quo pacto fit, vt quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſubſidium ob inflictam contumeliæ plagam: ſic quem blandè atq. humaniter appellaueris, quique donum aliquod vnà cum ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere ac lætatur: tum verò donum ipſum donātis vultus geſtúſque conduplicat. Quæ ipſa non ex me pronuncio, ſed ex illius verbis, cuius illa ipſa eſt admonitio, quæ præceſſit. Fili enim, inquit, in bonis ne des querelam, & in quocunque dato ne des triſtitiam verbi: nónne ros ardorem tollet: ſic verbum melius quam datum. Ecce enim verbum ſupra dona ipſa excellens bonum: vtrumque autem eſt apud virum gratioſum. Proinde nō humanum ſolum ac patientem qui illarum curam ſuſcipit, verùm nihilo etiam minus œconomicum eſſe oportet: quandoquidem ſi ipſum hoc abfuerit, rurſum pauperum facultates in idem damnum recidunt. Pridem enim quidam, cui adminiſtrationis huiuſmodi prouincia demandata fuerat, magnam auri copiam cùm collegiſſet, id ipſe quidem haudquaquam deuorauit, ſed neque in indigentium vſum præter pauca quædam inſumpſit: maximam autem pecuniæ illius partem terra obrutam aſſeruauit, donec temporis iniquitas ſuperueniens hoſtibus in manum illam totam tradidiſſet. Magna igitur prouiſione opus eſt vt Eccleſiæ facultates neque redundent, neque rurſus deſint: ſed quæ Eccleſię erogantur, continuò indigentibus ſunt diſpertienda: cæterum in ſubditorum animis ac beneuolentia Eccleſiæ theſauri collocandi. Enimuero quanta pecuniarum impenſa opus eſſe exiſtimas tum in excipiendis hoſpitibus, tum in curandis ægrotis? quantam autem tum diligentiam, tum prudentiam ad eam rem afferre debent, qui illi præfecti ſunt? quando hanc ipſam impenſam nequaquam ea, quam dixi, inferiorem, plerumque autem & maiorem eſſe oportet: præfectúmque ipſum largitorem eſſe decet circunſpectum, ac prudentem, vt eos qui bonis abundāt, animet ad certatim etiam atque hilariter bona ſua

Eccl.18.15.

A καὶ δεῖ τὸν τούτων ἐπιμελούμενον ἐπὶ τοσοῦτον εἶναι μακρόθυμον, ὡς μὴ μόνον αὐταῖς μὴ πλεονάζειν τὴν ἀθυμίαν ταῖς ἀγανακτούσαις· ἀλλὰ καὶ τῆς οὔσης τὸ πλέον κουφίζειν διὰ τῆς παρακλήσεως. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ὑβρισθεὶς, ἐν πολλῇ περιουσίᾳ οὐκ αἰσθάνεται τῆς ἀπὸ τῶν χρημάτων ὠφελείας, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὕβρεως πληγήν· οὕτως ἔμπαλιν ὁ προσηνῆ λόγον ἀκούσας, καὶ μετὰ παρακλήσεως τὸ διδόμενον δεξάμενος, γάνυται πλέον καὶ χαίρει, καὶ διπλοῦν αὐτῷ τὸ δοθὲν ἐκ τοῦ τρόπου

B γίνεται. καὶ ταῦτα οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου, τοῦ τὰ πρότερα παραινέσαντος, φθέγγομαι. τέκνον, γάρ φησιν, ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῷς μῶμον, καὶ ἐν πάσῃ δόσει λύπην λόγων. οὐχὶ καύσωνα ἀναπαύσει δρόσος; οὕτω κρείσσων λόγος ἢ δόσις. ἰδοὺ γὰρ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν· καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. οὐκ ἐπιεικῆ δὲ μόνον, καὶ ἀνεξίκακον, τὸν τούτων προεστῶτα, ἀλλὰ καὶ οἰκονομικὸν οὐχ ἧττον εἶναι χρή· ὡς ἐὰν τοῦτο ἀπῇ, πάλιν εἰς τὴν

C αὐτὴν περιίσταται ζημίαν τὰ τῶν πενήτων χρήματα. ἤδη γάρ τις ταύτην πιστευθεὶς τὴν διακονίαν, καὶ χρυσὸν συναγαγὼν πολύν, αὐτὸς μὲν οὐ κατέφαγεν· ἀλλ' οὐδὲ εἰς τοὺς δεομένους, πλὴν ὀλίγων, ἀνήλωσε· τὸ δὲ πλέον κατορύξας ἐφύλαττεν, ἕως οὗ καιρὸς χαλεπὸς ἐπιστὰς παρέδωκεν αὐτὰ ταῖς τῶν ἐναντίων χερσί. πολλῆς οὖν δεῖ τῆς προμηθείας, ὡς μήτε πλεονάζειν μήτε ἐλλείπειν τῆς ἐκκλησίας τὴν περιουσίαν· ἀλλὰ πάντα μὲν σκορπίζειν ταχέως τοῖς δεομένοις τὰ ποριζόμενα, ἐν δὲ ταῖς τῶν ἀρχομένων

D προαιρέσεσι συνάγειν τῆς ἐκκλησίας τοὺς θησαυρούς. τὰς δὲ τῶν ξένων ὑποδοχάς, καὶ τὰς τῶν ἀσθενούντων θεραπείας, πόσης μὲν οἴει δεῖσθαι χρημάτων δαπάνης, πόσης δὲ τῆς τῶν ἐπιστατούντων ἀκριβείας τε καὶ συνέσεως; καὶ γὰρ τῆς εἰρημένης ἀναλώσεως ταύτην ἥττονα μὲν οὐδαμῶς, πολλάκις δὲ καὶ μείζονα εἶναι ἀνάγκη· καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα, ποριστικόν τινα μετ' εὐλαβείας καὶ φρονήσεως· ὡς παρασκευάζειν καὶ φιλοτίμως καὶ ἀλύπως διδόναι τοὺς κεκτημένους τὰ παρ' αὐ-

A τῶν· ἵνα μὴ τῆς τῶν ἀσθενούντων ἀναπαύσεως προνοῶν, τὰς τῶν παρεχόντων πλήξῃ ψυχάς. τὴν δὲ προθυμίαν καὶ τὴν σπουδὴν πολλῷ πλείονα ἐνταῦθα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ· δυσάρεστοι γάρ πως οἱ νοσοῦντες χρῆμα, καὶ ῥᾴθυμον. κἂν μὴ πολλὴ πανταχόθεν εἰσφέρηται ἀκρίβεια καὶ φροντίς, ἀρκεῖ καὶ τὸ μικρὸν ἐκεῖνο παροφθὲν μεγάλα ἐργάσασθαι τῷ νοσοῦντι κακά. ἐπὶ δὲ τῆς τῶν παρθένων ἐπιμελείας τοσούτῳ μείζων ὁ φόβος, ὅσῳ καὶ τὸ κτῆμα τιμιώτερον, καὶ βασιλικωτέρα αὕτη τῶν ἄλλων ἡ ἀ- B γέλη. ἤδη γὰρ καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων τούτων χορὸν μυρίαι, μυρίων γέμουσαι κακῶν, εἰσεκώμασαν· μεῖζον δὲ ἐνταῦθα τὸ πένθος. καὶ καθάπερ οὐκ ἴσον, κόρην τε ἐλευθέραν καὶ τὴν ταύτης θεράπαιναν ἁμαρτεῖν· οὕτως οὐδὲ παρθένον καὶ χήραν. ταῖς μὲν γὰρ καὶ ληρεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ κολακεύειν, καὶ ἀναισχυντεῖν, καὶ πανταχοῦ φαίνεσθαι, καὶ τὸ περιιέναι τὴν ἀγορὰν, γέγονεν ἀδιάφορον· ἡ δὲ παρθένος ἐπὶ μείζοσιν ἀπεδύσατο, καὶ τὴν ἄνω φιλο- C σοφίαν ἐζήλωσε, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν δεῖξαι ἐπὶ γῆς ἐπαγγέλλεται, καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς ταύτης τὰ τῶν ἀσωμάτων αὐτῇ δυνάμεων κατορθῶσαι πρόκειται. καὶ οὐ δεῖ οὔτε προόδους συνεχεῖς ποιεῖσθαι καὶ πολλὰς, οὔτε ῥήματα αὐτὴν φθέγγεσθαι εἰκῇ καὶ μάτην ἐφεῖται. λοιδορίας δὲ καὶ κολακείας οὐδὲ τοὔνομα εἰδέναι χρή. διὰ τοῦτο ἀσφαλεστάτης φυλακῆς, καὶ πλείονος δεῖται τῆς συμμαχίας. ὅ, τι γὰρ τῆς ἁγιωσύνης ἐχθρὸς ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐταῖς ἐφέστηκε, καὶ προσεδρεύει, καταπιεῖν ἕτοιμος, εἴπου τις ὀλισθήσειε καὶ κατα- D πέσοι· ἀνθρώπων τε οἱ ἐπιβουλεύοντες πολλοί. καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων, ἡ τῆς φύσεως μανία. καὶ ἁπλῶς διπλοῦν τὸν πόλεμον ἡ παράταξις αὐτῇ, τὸν μὲν ἔξωθεν προσβάλλοντα, τὸν δὲ ἔσωθεν ἐνοχλοῦντα. διὰ ταῦτα γοῦν ἐπιστατοῦντι πολὺς μὲν ὁ φόβος, μείζων δὲ ὁ κίνδυνος, καὶ ἡ ὀδύνη, εἴ ποτέ τι τῶν ἀβουλήτων (ὃ μὴ γένοιτο) συμβαίη ποτέ. εἰ γὰρ πατρὶ θυγάτηρ ἀπόκρυφος ἀγρυπνία, καὶ ἡ μέριμνα αὐτῆς ἀφιστᾷ ὕπνον· ὅπου περὶ τοῦ στειρωθῆναι ἢ παρακμάσαι ἢ μισηθῆναι

A eroganda: ne dum conſulit tollendæ ab infirmis inopiæ, largientium animos percellat, offendátque: atque hac quidem parte animi propenſionem, ſtudiúmque multò vehementius præſtare conuenit. Sunt enim quodam modo qui ægrotant, moroſi ac torpeſcentes: ac niſi ſummam vndique diligentiam curámq. adhibeas, vel tantillum, quod quidem à te fuerit neglectum, eiuſmodi eſt, vt ægrotanti mali plurimum afferre poſſit. Sed quod ad virginum curam ſpectat, tãto certè maior inibi timor ineſt, quanto virginitatis donum precioſius: quãto virginalis grex cæ- B teris regalior. Pridem enim factum eſt, vt & in ſanctarum virginum chorum infinitæ eædémque vitiis refertæ infinitis inuaſerint, debacchatæque fuerint: quæ res & luctum multò acerbiſſimum parit. Ac quemadmodum nõ ex æquo ſe res habet, puelláne liberalis, an illius ancilla peccet: ſic paria inter ſe nõ ſunt virginis ac viduæ delicta. Viduis enim impunè eſt & nugari, & conuiciis inter ſe depugnare, & adulari, & fronte perfricta eſſe, & nuſquá non apparere, & in foro frequentes eſſe. At virgo ad maiora ſeſe accinxit certamina, vtpote quæ cœleſtis illius philoſophię æmu- C lattix; profitetur ſe angelicam vitam in terris referre: cui item propoſitum eſt illa eadem præſtare, quæ cœleſtes illæ atq. incorporeæ virtutes præſtant: quam ipſam non conuenit neque frequentes ad ſuperuacaneas inambulationes agere, neque verba temerè atque inconſultè effutire: conuicij verò atque adulationis ne nomẽ quidem agnoſcere: propterea tutiſſima cuſtodia, ac maiori præſidio indiget: nam ſanctimoniæ aduerſarius aſſiduè aſtat: iiſque in primis inſidiatur, deuorare paratus ſicubi virgo aliqua cadat labatúrque. Propterea ex hominibus inſidiantur permul- D ti, cúmque his omnibus naturæ inſania: denique ſuus ille ordo in quem ſe adſcribi voluit, bellum conduplicat, tum quod extrinſecus ingruat, tum quod intrinſecus obturbet. His igitur de cauſis efficitur, vt ei qui regendis virginibus præfectus ſit, magnus timor immineat: ſed maius tamẽ periculum, maior animi dolor, ſi quid fortè præter animi ſententiam (quòd Deus auertat) eueniat. Nam ſi patri filia occultam in animo vigilantiam affert: ſi item cura de ea ſuſcepta, ſomnum à paternis oculis excutit, vbi timoris illi tantum incũbit: ne vel filia ſterilis euadat, vel nubilem ætatem domi paternæ tranſigat, vel inuiſa

C. XVII. *Quantus ſit in gubernatione virginum timor.*

aliis negligatur: quid facturum putamus eum, cuius animum nulla harum rerum quas dixi, cura tangat: ſed qui de aliis quibuſdam longè grauioribus ſolicitus ſit? Neque enim hic agitur de mariti, ſed de Chriſti neglectu ac contemptu: neque ipſa ſterilitas probrum ignominiámq. tátum, ſed & animę tandem internecionem parit. Omnis enim arbor, inquit, fructum non faciēs bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Iam virgini quam ſponſus Chriſtus oderit, non ſatis eſt accepto repudij libello abire: ſed odij illius pœnas luit, ſupplicium æternum. Ac pater quidem ſecundum carnem multa habet præſidia, quibus procliue illi ſit filiam aſſeruare: ad cuius virginis cuſtodiam opitulātur, tum mater, tum nutrix, tum famularum turba, tū domus tutela. Neque enim licet ei frequenter in forum deſcendere: neque ſi quando ea deſcenderit, occurrentium oculis conſpicua eſſe cogitur: cum non minus quam domus parietibus veſperæ tenebris occultetur ea, quæ conſpicua eſſe noluerit. Præter hæc autem culpæ omnis atque criminationis expers eſt, quòd nunquam cogatur in virorum prodire conſpectum. Neque enim rerum neceſſariarum cura, neque iniurioſorum hominum improbæ moleſtiæ, neque id genus aliud hominum occurſum congreſſúmque neceſſarium illi efficit, cùm illi pater pro omnibus ſit, ipſa autem vnam duntaxat curam habeat, vt nihil ſcilicet vel faciat, vel loquatur, quod virginalem honeſtatem dedeceat. At ſi epiſcopi partes ſpectes, multa certè ſunt, quæ illi virginis cuſtodiam difficilem ſeu potius omni arte ſuperiorem efficiunt. Neque enim illam ſecum domi habere poſſit, neque illud ſanè contubernium decens, aut periculo vacans fuerit: etenim vt nullum vel hinc detrimentum ipſi patiantur, ſed ſynceram conſtantemque ſanctimoniam ſeruent: nihilo tamen minus rationem redditurí ſunt pro iis animabus, quas offenderint, ac praua aliqua ſuſpicione aſperſerint, quam ſi inter ſe peccaſſe eos contigerit. Porrò cum epiſcopo non liceat virginum contubernio vti, relinquitur, vt facilè illi non ſit virginalis animi motus perdiſcere, & quæ nimis exuberant, ordinémque excedunt, circuncidere: quæ autem intra ordinem ac numerum conſiſtunt, magis ac magis excolere, atque in meliorem profectum perducere: tum verò eidem non perinde

Luc. 3.

A τοσοῦτον δέος· τί πείσεται ὁ τούτων μὲν οὐδὲν, ἕτερα δὲ τούτων πολλῷ μείζονα μεριμνῶν; οὐ γὰρ ἀνὴρ ἐνταῦθα ὁ ἀθετούμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστός· οὐδὲ μέχρις ὀνειδῶν ἡ στείρωσις, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν ψυχῆς τελευτᾷ τὸ δεινόν. πᾶν γὰρ δένδρον, φησὶ, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. καὶ μισηθείσῃ δὲ παρὰ τοῦ νυμφίου, οὐκ ἀρκεῖ λαβεῖν ἀποστασίου βιβλίον, καὶ ἀπελθεῖν· ἀλλὰ κόλασιν αἰώνιον τοῦ μίσους δίδωσι τὴν ζημίαν. καὶ ὁ μὲν κατὰ σάρκα πα-

B τὴρ πολλὰ ἔχει, τὰ ποιοῦντα αὐτῷ τὴν φυλακὴν εὔκολον τῆς θυγατρός. καὶ γὰρ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ τροφὸς, καὶ θεραπαινίδων πλῆθος, καὶ οἰκίας ἀσφάλεια, συναντιλαμβάνεται τῷ γεννήσαντι πρὸς τὴν τῆς παρθένου τήρησιν. οὔτε γὰρ εἰς ἀγορὰν αὐτὴν ἐμβάλλειν ἐφίεται συνεχῶς· οὔτε, ἡνίκα ἂν ἐμβάλλῃ, φαίνεσθαί τινι τῶν ἐντυγχανόντων ἀναγκάζεται· τοῦ σκότους τῆς ἑσπέρας οὐχ ἧττον τῶν τῆς οἰκίας τοίχων καλύπτοντος τὴν φανῆναι μὴ βουλομένην. χωρὶς δὲ τούτων, πάσης αἰτίας ἀπήλλακται, ὡς μὴ ἄν ποτε εἰς

C ἀνδρῶν ὄψιν βιασθῆναι ἐλθεῖν. οὔτε γὰρ ἡ τῶν ἀναγκαίων φροντὶς, οὔτε αἱ τῶν ἀδικούντων ἐπήρειαι, οὐδ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν, εἰς ἀνάγκην αὐτὴν τοιαύτης συντυχίας καθίστησιν, ἀντὶ πάντων αὐτῇ γινομένου τοῦ πατρός. αὕτη δὲ μίαν ἔχει φροντίδα μόνον, τὸ μηδὲν ἀνάξιον μήτε πρᾶξαι μήτε εἰπεῖν τῆς αὐτῇ προσηκούσης κοσμιότητος. ἐνταῦθα δὲ πολλὰ τὰ ποιοῦντα τῷ πατρὶ δύσκολον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατον, τὴν φυλακήν. οὔτε γὰρ ἔνδον ἔχειν αὐτὴν μεθ' ἑαυ-

D τοῦ δυνατὸν ἄν· οὔτε εὐσχήμων, οὔτε ἀκίνδυνος ἡ τοιαύτη συνοίκησις. κἂν γὰρ μηδὲν αὐτοὶ ζημιωθῶσι, ἀλλ' ἀκεραίαν μείνωσι τὴν ἁγιωσύνην φυλάττοντες· οὐκ ἐλάττονα δώσουσι λόγον, ὑπὲρ ὧν ἐσκανδάλισαν ψυχῶν, ἢ εἰ εἰς ἀλλήλους ἁμαρτήσαντες ἔτυχον. τούτου δὲ οὐκ ὄντος δυνατοῦ· οὔτε τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς καταμαθεῖν εὔπορον· καὶ τὰ μὲν ἀτάκτως φερόμενα περικόψαι, τὰ δὲ ἐν τάξει καὶ ῥυθμῷ μᾶλλον ἀσκῆσαι, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀγαγεῖν. οὔτε τὰς ἐξόδους περιεργάζεσθαι ῥᾴδιον. ἡ γὰρ

πενία, καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, οὐκ ἀφίησιν A αὐτὴν ἀκριβῆ τῆς ἐκείνῃ προσηκούσης εὐκοσμίας δέξασθαι ἐξέτασιν. ὅταν γὰρ ἑαυτῇ πάντα διακονεῖν ἀναγκάζηται· πολλὰς, εἴ γε βούλοιτο μὴ σωφρονεῖν, τῶν προόδων τὰς προφάσεις ἔχει. καὶ δεῖ τὸν κελεύοντα διὰ παντὸς οἴκοι μένειν, καὶ ταύτας περικόψαι τὰς προφάσεις, καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων αὐτάρκειαν παρέχοντα, καὶ τὴν πρὸς ταῦτα διακονησομένην αὐτῇ. δεῖ δὲ καὶ ἐκφορῶν πανυχίδων ἀπείργειν. οἶδε γὰρ οἶδεν ὁ πολυμήχανος ὄφις ἐκεῖνος, καὶ διὰ χρη- B στῶν πράξεων τὸν αὐτοῦ παρασπείρειν ἰόν. καὶ χρὴ τὴν παρθένον πανταχόθεν τειχίζεσθαι, καὶ ὀλιγάκις τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ προβαίνειν τῆς οἰκίας, ὅτ' ἂν ἀπαραίτητοι καὶ ἀναγκαῖαι κατεπείγωσι προφάσεις. εἰ δὲ λέγοι τις, οὐδὲν εἶναι τούτων ἔργον τῷ ἐπισκόπῳ μεταχειρίζειν. εὖ ἴστω, ὅτι τῶν ἐφ' ἑκάστῃ γινομένων αἱ φροντίδες, καὶ αἱ αἰτίαι, εἰς ἐκεῖνον ἔχουσι τὴν ἀναφοράν. πολλῷ δὲ λυσιτελέστερον αὐτὸν ἅπαντα διοικούμενον ἀπηλλάχθαι ἐγκλημάτων, ἃ διὰ τὰς τῶν ἑτέρων ἁμαρτίας ὑ- C πομένειν ἀνάγκη· ἢ τῆς διακονίας ἀφειμένον, τὰς ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν ἕτεροι, τρέμειν εὐθύνας. πρὸς δὲ τούτοις ὁ μὲν δι' ἑαυτοῦ ταῦτα πράττων, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ἅπαντα διεξέρχεται· ὁ δὲ ἀναγκαζόμενος, μετὰ τοῦ πείθειν τὰς ἁπάντων γνώμας, τοῦτο ποιεῖν· οὐ τοσαύτην ἔχει τὴν ἄνεσιν ἐκ τοῦ τῆς αὐτουργίας ἀφεῖσθαι, ὅσα πράγματα καὶ θορύβους διὰ τοὺς ἀντιπίπτοντας, καὶ ταῖς αὐτοῦ κρίσεσι μαχομένους. ἀλλὰ πάσας μὲν οὐκ ἂν δυναί- D μην καταλέγειν τὰς ὑπὲρ τῶν παρθένων φροντίδας. καὶ γὰρ καὶ ὅτ' ἂν αὐτὰς ἐγγράφεσθαι δέοι, οὐ τὰ τυχόντα παρέχουσι πράγματα τῷ ταύτην πεπιστευμένῳ τὴν οἰκονομίαν. Τὸ τῶν κρίσεων μέρος, μυρίας μὲν ἔχει τὰς ἀπεχθείας, πολλὴν δὲ τὴν ἀσχολίαν· καὶ δυσκολίας τοσαύτας, ὅσας οὐδὲ οἱ τοῖς ἔξωθεν δικάζειν καθήμενοι φέρουσι. καὶ γὰρ εὑρεῖν αὐτὸ τὸ δίκαιον, ἔργον· καὶ εὑρόντα μὴ διαφθεῖραι

A procliue erit perſcrutari curioſéque indagare, ſi quando virgines domo egreſſæ foras eant, vagentúrque. Nam quòd virgo inops ſit, atque imperio ſoluta, idipſum certè efficit, vt epiſcopus haud ita magnam diligentiam præſtet in examinanda illius honeſtate: quippe cum ipſa ſibi omnia adminiſtrare cogatur: complures intemperatè viuere volenti egreſſuum vagationúmque tituli ac prętextus: quos quidem impedire eum oportet, qui illam iuſſerit domi aſſiduè demorari, rebus neceſſariis ſuppeditatis, ac data pediſſequa, quæ illi adminiſtret. Iam & virgini B oportet funebres pompas, ac publica peruigilia interdicta eſſe. Nouit enim, nouit ingenioſiſſimus ſerpens ille, vel per bona opera ſuum virus diſſeminare: propterea virginem oportet vndiq. tanquam muro circunſeptã eſſe, ac toto anno perrarò domo egredi: ídque demum cum inexcuſabiles ac neceſſarię vrgebunt cauſæ. Quòd ſi quis dicat epiſcopo opus non eſſe, vt res huiuſmodi pertractet: nouerit is ſingulas virginalis ſtudij curas, atque adeo criminationes omnes, quas in virgines coniici contigerit, in illum recidere: qua ex re vtilius multò fuerit, ſi ipſe rem per ſe admi- C niſtrans ab iis cauſis vacet, quas illum per aliorum delicta ſuſtinere oportet, quàm adminiſtratione ea relicta rationis reddẽdæ iudicium reformidare, eorum delictorum quæ alij commiſerint. Adde quòd qui per ſe ipſe hoc munus exequitur, magna cum facilitate omnia tranſigit: qui autem neceſſe habet vicaria aliorum opera defungi, præterquam quòd magnum illi adeſt negocium, vt omnium animos ad id munus gerendum ſibi perſuaſos reddat: certè laboris remiſſionem tantam non habet ex functionis illius abſtinentia, quanta negocia, quantóſque turbines ſuſtinet D ab iis qui reſiſtunt, atque ipſiùs ſententiæ ac iudicio repugnant. Sed virium noſtrarum non fuerit eas omneis curas ſolicitudinéſque percẽſere, quas ſibi ſtudium virginibus impendendum vendicat: quæ ipſæ cùm in album referendæ ſunt, mirum dictu eſt quanta illi negocia faceſſant, cui prouinciam hanc credideris. Iam pars illa, quam epiſcopum tractare in iudiciis conuenit, infinita certè odia, infinitas offenſiones parit: quæ quidem præterquam quòd negociis permultis plena eſt, tam multas etiam difficultates affert, quàm multas ne forenſes quidem iudices ſubeunt. Nam cum iuſtum ipſum inuenire labor eſt, tum eo inuento id non labefactare

Virginibus prodire foras ſæpius non licet.

CXVIII. *Quod multas habeat iudiciaria poteſtas moleſtias.*

laborioſum. Neque verò hic negociũ tantum ac difficultas, ſed & periculum non mediocre ineſt. Pridem enim ex infirmioribus quidam, moleſtiis cum premerẽtur, neq. haberent quorum defenſione ac patrocinio ſubleuarentur, fidei naufragium fecerunt. Fit autem, neſcio quomodo, vt qui iniuria afficiuntur, nihilo minus eos oderint, à quibus non adiuuantur, quàm eos qui iniuriam inferunt, ac neque negociorum diſtractionis, neq. temporum inclementiæ, neque epiſcopalis magnitudinis, neq. alterius id genus rei cuiuſquam rationem vllam habere volunt: quinimo iudices ſe ipſi præſtãt inexorabiles, defenſionem vnam prætendentes, malorum ſe prementium defunctionem: quam quidẽ qui præſtare non potuerit, quamuis mille etiam cauſas afferat, nunquam effecerit quò minus condemnationem ſubeat. Et quoniam nos in patrocinij mentionẽ incidimus, age hic & aliam quãdam querelarum ſpeciẽ cauſamque tibi patefaciam.

Alia querelarum occaſio. Nam niſi quotidie epiſcopus omniũ domos circumierit, in hac parte vel eos ſuperãs quib. nullum aliud ſtudium eſt, quàm in foro verſandi deambulandique: hinc omnino offenſiones infinitæ emergent. Neque enim ij ſolum qui ægrotant, ſed & qui ſani ſunt, inuiſi ſe volunt: id quod non religionis ac pietatis, ſed honoris dignitatiſque potius nomine plurimi ſibi vendicant: ac ſi quem forte contigerit ex ditioribus potentioribúſque Chriſtianis, Eccleſiæ vſu lucróque communi ita vrgẽte, ab epiſcopo frequentius inuiſi, hic protinus epiſcopus palpatioris atq. adulatoris notam ſibi inurit. Sed quid attinet patrocinandi, inuiſendiq. partes hic perſequi, cũ & ſolæ appellationes, ſaluationéſque, quibus epiſcopum vti oportet, tam magnum etiam criminationum pondus afferant, vt & ille pondere ferendo incuruetur, atq. adeo præ animi mœſtitia plerũq. ſuccumbat? vt nihil hic agam, quòd & ob oculos illò potius quàm illò coniectos, ad calculos vocare illum volunt. Quæ enim ab epiſcopis temere ac ſimpliciter fiunt, pleriq. accurate ac diligenter excutiunt, penſitata etiam vocis mẽſura, aſpectus habitu, ac riſus quãtitate. Illi enim, inquiũt, effusè arriſit, eundémque tum hilari vultu, tũ voce liberali, ſalutauit: me verò longe parcius, & perfunctoriè. ac niſi multis vno in loco ſimul ſedẽtib. quoquouerſus oculos ille circuntulerit, omnes appellãs, idipſum cõtumeliam eſſe vulgus dictitãt.

A χαλεπόν. οὐκ ἀσχολία δὲ μόνον καὶ δυσκολία, ἀλλὰ καὶ κίνδυνος πρόσεστιν οὐ μικρός. ἤδη γάρ τινες τῶν ἀσθενεστέρων πράγμασιν ἐμπεσόντες, ἐπειδὴ προστασίας οὐκ ἔτυχον, ἐναυάγησαν περὶ τὴν πίστιν. πολλοὶ γὰρ τῶν ἠδικημένων, οὐχ ἧττον τῶν ἠδικηκότων, τοὺς μὴ βοηθοῦντας μισοῦσι· καὶ οὔτε πραγμάτων διαστροφὴν, οὔτε καιρῶν χαλεπότητα, οὔτε ἱερατικῆς δυναστείας μέτρον, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν λογίζεσθαι βούλονται· ἀλλ' εἰσὶν ἀσύγγνωστοι B δικασταὶ, μίαν ἀπολογίαν εἰδότες, τὴν τῶν συνεχόντων αὐτοὺς κακῶν ἀπαλλαγήν. ὁ δὲ μὴ δυνάμενος ταύτην παρασχεῖν· κἂν μυρίας λέγῃ προφάσεις, οὐδέποτε τὴν καταγνῶσιν φεύξεται τὴν παρ' ἐκείνων. ἐπειδὴ δὲ προστασίας ἐμνήσθην, φέρε σοι καὶ ἑτέραν μέμψεων ἀποκαλύψω πρόφασιν. εἰ γὰρ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μᾶλλον τῶν ἀγοραίων περινοστεῖ τὰς οἰκίας ὁ τὴν ἐπισκοπὴν ἔχων· προσκρούσματα ἐντεῦθεν ἀμύθητα. οὐδὲ γὰρ ἀρρωστοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιαίνοντες ἐπισκοπεῖσθαι C βούλονται· οὐ τῆς εὐλαβείας αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο προσκαλουμένης, τιμῆς δὲ καὶ ἀξιώματος οἱ πολλοὶ ἀντιποιούμενοι μᾶλλον. εἰ δέ ποτε συμβαίη, τινὰ τῶν πλουσιωτέρων καὶ δυνατωτέρων, χρείας τινὸς κατεπειγούσης, εἰς τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας κέρδος, συνεχέστερος ἰδεῖν, εὐθέως ἐντεῦθεν θωπείας καὶ κολακείας προσετρίψατο δόξαν. καὶ τί λέγω προστασίας, καὶ ἐπισκέψεις; ἀπὸ γὰρ τῶν προσρήσεων μόνον τοσοῦτο φέρουσιν ἐγκλημάτων ἄχθος, ὡς καὶ βαρύνεσθαι, καὶ D καταπίπτειν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας πολλάκις. ἤδη δὲ καὶ βλέμματος εὐθύνας ὑπέχουσι. τὰ γὰρ ἁπλῶς παρ' αὐτῶν γινόμενα βασανίζουσιν ἀκριβῶς οἱ πολλοὶ, καὶ μέτρον φωνῆς ἐξετάζοντες, καὶ διάθεσιν ὄψεως, καὶ ποσότητα γέλωτος. τὸν μὲν δεῖνα, φησὶ, δαψιλῶς ἐπεγέλασε, καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μεγάλῃ προσεῖπε τῇ φωνῇ· ἐμὲ δὲ ἧττον καὶ ὡς ἔτυχε. κἂν, πολλῶν συγκαθημένων, μὴ πανταχοῦ περιφέρει τοὺς ὀφθαλμοὺς διαλεγόμενος· ὕβριν τὸ πρᾶγμα φασὶν οἱ πολλοί.

τίς οὖν μὴ λίαν ἰσχυρὸς ὢν τοσούτοις ἂν ἀρκέσειε κατηγόροις, ἢ πρὸς τὸ μηδ᾽ ὅλως γραφῆναι παρ᾽ αὐτῶν, ἢ πρὸς τὸ διαφυγεῖν μετὰ τὴν γραφήν. δεῖ μὲν γὰρ μηδὲ ἔχειν κατηγόρους· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον· ἀπολύεσθαι τὰ παρ᾽ ἐκείνων ἐγκλήματα. εἰ δὲ οὐδὲ τοῦτο εὔπορον· ἀλλὰ τέρπονταί τινες εἰκῇ καὶ ἁπλῶς αἰτιώμενοι· γενναίως πρὸς τὴν τῶν μέμψεων τούτων ἀθυμίαν ἵστασθαι. ὁ μὲν γὰρ δικαίως ἐγκαλούμενος, κἂν ἐνέγκῃ τὸν ἐγκαλοῦντα ῥᾳδίως. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι πικρότερός τις τοῦ συνειδότος κατήγορος· διὰ τοῦτο, ὅταν μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου τοῦ χαλεπωτάτου πρότερον ἁλῶμεν, τοὺς ἔξωθεν ἡμερωτέρους ὄντας εὐκόλως φέρομεν. ὁ δὲ οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν ἔχων· ὅτ᾽ ἂν ἐγκαλῆται μάτην, καὶ πρὸς ὀργὴν ἐκφέρεται ταχέως, καὶ πρὸς ἀθυμίαν καταπίπτει ῥᾳδίως, ἂν μὴ πρότερον ᾖ τὴν ψυχὴν μεμελετηκὼς τὰς τῶν πολλῶν φέρειν ἀνοίας. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι συκοφαντούμενον εἰκῇ, καὶ καταδικαζόμενον, μὴ ταράττεσθαι, καὶ πάσχειν τι πρὸς τὴν τοσαύτην ἀλογίαν. τί ἄν τις λέγοι τὰς λύπας, ἃς ὑπομένουσιν, ἡνίκα ἂν δέῃ τινὰ τοῦ τῆς ἐκκλησίας περικόψαι πληρώματος. εἴθε μὲν οὖν μέχρι λύπης ἵστατο τὸ δεινόν· νῦν δὲ καὶ ὄλεθρος οὐ μικρός. δέος γὰρ, μή ποτε πέρα τοῦ δέοντος κολασθεὶς ἐκεῖνος, πάθῃ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου λεχθὲν, καὶ ὑπὸ τῆς περισσοτέρας λύπης καταποθῇ. πλείστης οὖν κἀνταῦθα δεῖ τῆς ἀκριβείας, ὥστε μὴ τὴν τῆς ὠφελείας ὑπόθεσιν, μείζονος αὐτῷ γενέσθαι ζημίας ἀφορμήν. ὧν γὰρ ἂν ἁμάρτῃ μετὰ τὴν τοιαύτην θεραπείαν ἐκεῖνος, κοινωνὸς τῆς ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων ὀργῆς, ὁ μὴ καλῶς τὸ τραῦμα τεμὼν ἰατρός. πόσας οὖν χρὴ προσδοκᾶν τιμωρίας; ὅτ᾽ ἂν μὴ μόνον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἐπλημμέλησεν, ἀπαιτῆται λόγον· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἑτέροις ἁμαρτηθέντων εἰς ἔσχατον καθίστηται κίνδυνον; εἰ γὰρ τῶν οἰκείων πλημμελημάτων εὐθύνας ὑπέχοντες φρίττομεν, ὡς οὐ δυνησόμενοι τὸ πῦρ ἐκφυγεῖν ἐκεῖνο· τί χρὴ πείσεσθαι προσδοκᾶν, τὸν ὑπὲρ

A Quis igitur qui idem non ſit admodum fortis, tam multis accuſatoribus ſufficere poterit: vt vel ab illis prorſus non accuſetur, vel accuſatus crimen effugiat? Oportet enim primum te ne reum quidem eſſe, accuſatoréſque habere: deinde ſi id præſtare nequaquam potes, diluenda ſunt crimina quæ illi obiecerint. Quod ſi ne iſtud quidem facile erit, ſed delectabunt quoſdam temerariæ, ac nulla cauſa ſubſiſtẽtes criminationes, tum demum generoſè ac fortiter animi dolorib. huiuſmodi occurrendum, reſiſtendúmque. Etenim qui merito incuſatur, facile tulerit eum, à quo in- B cuſatur: quippe cum accuſator nullum ſit infeſtior quàm ipſa conſcientia, efficitur, vt quoties ab ea, quæ omniũ moleſtiſſima eſt, deprehenſi, conuictiq. prius fuerimus, accuſatores extraneos tanquam manſuetiores facilè poſtea patiamur. Porrò qui nullius ſibi culpæ conſcius eſt, dum iniuſtè accuſatur, continuo ad iram propẽſus fertur, necnon animum facilè deſpondet: niſi idem ſic ſe prius animo comparauerit præparaueritque, vt multorũ inſipiẽtiam patientiſſimè ferat. Fieri enim vix poteſt, vt qui ſe temere calumniam pati, atq. inique damnari intelligit, non aliquo modo C aduerſus tantam hominum iniquitatem atq. abſurditatem commoueatur. Quorſum autẽ hic enumerare attinet reliquas illas moleſtias, doloréſque, quos tolerare epiſcopum oportet, dum neceſſe eſt amouere aliquem ab Eccleſiæ cœtu? quæ atrocitas vtinam intra moleſtiam dolorémque conſiſtat, ac non etiam perniciem nõ mediocrem afferat? Timendum enim eſt, ne ille fortè ad iniuſtius ſupplicium adactus, dolore immodico, quod beatus Paulus ait, abſorbeatur. 2. Cor. 2.7. Magna ergo diligentia hic opus eſt, ne dum prodeſſe illi cupis, maioris damni author ſis: nam quæ- D cunque ille poſt huiuſmodi curationem peccata commiſerit, futurum eſt vt horũ ſingulorum pœna cum medico illo communis ſit, qui vulnus probe non inciderit. Quàm multa igitur ſupplicia epiſcopos manent, cum ex iis vnuſquiſque non ſolum rationem redditurus ſit ſuorum delictorum: ſed eorum item omnium, quę alij commiſerint, ad extremum illos venire oporteat periculũ? Nam ſi horremus, dum iudicium id nobis ſubeundum eſt, in quo peccatorum propriorum rationem reddituri ſumus: vt qui ſentiamus, nos ignem illum æternum effugere nequaquam poſſe: quid illi expectãdum eſt, qui tam mul-

torum nomine cauſas ſit dicturus? Quòd autem hoc verum ſit, audi beatum Paulum, ſeu potius non Paulum, ſed Chriſtum Pauli ore loquentem: Parete iis, qui præſunt vobis, & ſubiacete: nam illi vigilant pro animis veſtris tanquam rationem reddituri. Hiccine exiguus tibi videtur comminationis terror? equidem illum quantus ſit, verbis exprimere nõ poſſum. Vſque adeo vt qui admodum etiam animo duri ſint, ac qui ſe facile aliorum oratione perſuaderi non patiantur, quæ dixi abundè ſufficiant, vt perſuaſum illis ſit, nos neque faſtu, atque contumacia, neque inani gloria adductos, ſed tum nobis ipſis tantum timentes, tum rei ipſius magnitudinem emenſos, fugæ genus hoc quæſiuiſſe.

Hebr. 13. 17.

A πολίτων ἀπολογεῖσθαι μέλλοντα; ὅτι γὰρ τοῦτό ἐστιν ἀληθές, ἄκουσον τοῦ μακαρίου λέγοντος Παύλου· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκείνου, ἀλλὰ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ· πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. ἆρα μικρός ἐστιν ὁ τῆς ἀπειλῆς φόβος; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλὰ καὶ τοὺς σφόδρα ἀπειθεῖς καὶ σκληρούς, ἱκανὰ ταῦτα πάντα πεῖσαι, ὡς οὔτε ἀπονοίᾳ οὔτε φιλοδοξίᾳ ἁλόντες, ὑπὲρ δὲ B ἑαυτῶν δεδοικότες μόνον, καὶ εἰς τὸν τοῦ πράγματος ὄγκον ἀποβλέψαντες, ταύτην ἐφύγομεν τὴν φυγήν.

HÆC INSVNT LIBRO QVARTO.

I. *Non eos tantum qui ad Clerum peruenire ſtudeant, verùm etiam qui eò vi pertrahantur, ob peccata grauiter puniri.*

II. *Qui indignis manus imponant, idem quod hi ſupplicium experturos eſſe, licet hos non nouerint.* C

III. *Sacerdoti neceſſariam eſſe expeditam dicendi facultatem.*

IV. *Ad quorumuis concertationes, & Græcorum, & Iudæorum, & hæreticorum eum paratum eſſe oportere.*

V. *Perquam peritum Dialecticæ eſſe oportere.*

VI. *D. Paulum præcipuum in hoc fuiſſe.*

VII. *Eundem non ſignis & miraculis ſolùm inclaruiſſe, ſed etiam arte dicendi.*

VIII. *Id à nobis quoque velle exerceri.*

IX. *Quo niſi præditus ſit Epiſcopus, ſubditos non leue damnum neceſſariò ſubire.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ τῷ δ΄ λόγῳ.

α΄. Ὅτι οὐ μόνον οἱ σπουδάζοντες ἐπὶ κλῆρον ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀνάγκῃ ὑπαγόμενοι, ἐν οἷς ἂν ἁμάρτωσι σφόδρα κολάζονται.

β΄. Ὅτι οἱ χειροτονοῦντες ἀναξίους, τῆς αὐτῆς αὐτοῖς εἰσὶν ὑπεύθυνοι τιμωρίας, κἂν ἀγνοῶσι τοὺς χειροτονουμένους.

γ΄. Ὅτι πολλῆς τῆς ἐν τῷ λόγῳ δυνάμεως χρεία τῷ ἱερεῖ.

δ΄. Ὅτι πρὸς τὰς ἁπάντων μάχας καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ αἱρετικῶν παρεσκευάσθαι χρή.

ε΄. Ὅτι σφόδρα ἔμπειρον εἶναι δεῖ τῆς διαλεκτικῆς.

ϛ΄. Ὅτι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ μάλιστα τοῦτο κατώρθωται.

ζ΄. Ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων μόνον λαμπρὸς ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ λόγου.

η΄. Ὅτι καὶ ἡμᾶς τοῦτο βούλεται κατορθοῦν.

θ΄. Ὅτι τούτου μὴ παρόντος τῷ ἱερεῖ, πολλὰς ἀνάγκη τοὺς ἀρχομένους ζημίας ὑφίστασθαι.

DE SACERDOTIO LIBER QVARTVS.

BASIL. CAP. I. *Non eos tantum qui ad Cleru peruenire ſtudeant, verum etiam qui eo vi pertrahantur, ob peccata puniri.*

HAEC Baſilius cum audiſſet, paululum cunctatus: Tu verò, inquit, ſi ad huiuſmodi dignitatem acquirendam ſtudium intẽdiſſes tuum: nimirum animi tui formido iſta ratione aliqua niteretur. Nam qui ſe idoneum ad muneris alicuius functionem ſemel profeſſus eſt, hoc ipſo, quòd functionem eam ſtudioſè arripuerit, hic certè ſi quid poſt creditam ſibi muneris adminiſtrandi prouinciam

D ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΛΟΓΟΣ Δ΄.

ΒΑΣ.

ΤΑΥΤΑ ὁ Βασίλειος ἀκούσας, καὶ μικρὸν ἐπισχών· ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς ἐσπούδασας, φησί, ταύτην κτήσασθαι τὴν ἀρχήν, εἶχεν ἄν σοι λόγον ὁ φόβος. τὸν γὰρ ὁμολογήσαντα ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος διοίκησιν, τῷ σπουδάσαι λαβεῖν, οὐκ ἔστι μετὰ τὸ πιστευθῆναι ἐν οἷς ἂν σφάλληται καταφεύγειν εἰς ἀπειρίαν. προλαβὼν

λαβὼν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ ταύτην ἀφείλετο A τὴν ἀπολογίαν, τῷ προσδραμεῖν, καὶ ἁρπάσαι τὴν διακονίαν, καὶ οὐκ ἔτι ἂν δύναιτο λέγειν, ὁ ἑκὼν καὶ ἐθελοντὴς ἐπὶ τοῦτο ἐλθὼν, ὅτι ἄκων τὸ δεῖνα ἡμάρτον, καὶ ἄκων τὸ δεῖνα διέφθειρα. ἐρεῖ γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ ταύτην αὐτοῦ τότε δικάζων τὴν δίκην, καὶ τί δήποτε τοσαύτην σαυτοῦ συνειδὼς ἀπειρίαν; καὶ πῶς οὐκ ἔχων διάνοιαν ἱκανὴν πρὸς τὸ μεταχειρίσαι τὴν τέχνην ταύτην ἀναμαρτήτως, ἔσπευσας, καὶ ἐτόλμησας μείζονα τῆς οἰκείας δυνάμεως ἀναδέξασθαι πρά- B γματα; τίς ὁ καταναγκάσας; τίς ὁ πρὸς βίαν ἑλκύσας ἀποπηδῶντα καὶ φεύγοντα; ἀλλ' οὐ σύ γε τούτων οὐδὲν ἀκούσῃ ποτέ· οὔτε αὐτὸς γὰρ ἔχοις τοιοῦτόν τι σαυτοῦ καταγνῶναι· καὶ πᾶσίν ἐστι καταφανές, ὅτι οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ὑπὲρ ταύτης ἐσπούδασας τῆς τιμῆς, ἀλλ' ἑτέρων γέγονε τὸ κατόρθωμα. καὶ ὅπερ ἐκείνους ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐκ ἀφίησιν ἔχειν συγγνώμην, τοῦτό σοι πολλὴν παρέχει πρὸς ἀπολογίαν ὑπόθεσιν. πρὸς ταῦτα ἐγὼ κινήσας τὴν κεφαλὴν, καὶ μειδιάσας ἠρέμα, ἐθαύμαζόν τε αὐτὸν τῆς ἁπλότητος, C

ΧΡΥΣ. καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὡς ἔφης, ὦ πάντων ἀγαθώτατέ σύ, οὐχ ἵνα δέξασθαι δυνηθῶ τοῦτο, ὅπερ ἔφυγον νῦν. εἰ γὰρ καὶ μηδεμία μοι προὔκειτο κόλασις, ὡς ἔτυχε καὶ ἀπείρως ἐπιμελουμένῳ τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἐμοὶ πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον ἦν, αὐτὸ τὸ πιστευθέντα πράγματα οὕτω μεγάλα περὶ τὸν πιστεύσαντα οὕτω φανῆναι κακόν. τίνος οὖν ἕνεκεν ηὐχόμην τὴν δόξαν σου ταύτην μὴ διαπεσεῖν; ἵνα τοῖς ἀθλίοις καὶ ταλαιπώροις D (οὕτω γὰρ δεῖ καλεῖν τοὺς οὐχ εὑρόντας καλῶς ταύτης προστῆναι τῆς πραγματείας, κἂν μυριάκις αὐτοὺς πρὸς ἀνάγκην ἦχθαι λέγῃς, καὶ ἀγνοοῦντας ἁμαρτεῖν) ἵνα τούτοις διαφυγεῖν γένηται τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, καὶ τὸ διχοτομηθῆναι, καὶ τὸ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἀπολέσθαι. ἀλλὰ τί σοι πάθω; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. καὶ, εἰ βούλει γε, ἀπὸ τῆς βασιλείας πρῶτον, ἧς οὐ τοσοῦτος ὅσος τῆς ἱερωσύνης τῷ θεῷ λόγος,

A aberrauerit, haudquaquam ad inſcitiæ prætextum confugere poſſit, vt qui anteuertens, ſibi ipſe defenſionem ademerit, vel ob id quod accurrerit, quódque adminiſtrationem eam ſibi rapuerit: intantum vt qui ſponte ac volens eò acceſſerit, iam non ſermonem hunc vſurpapoſſit: inuitus illud peccaui, inuitus illud perdidi. Dicet enim ad eum qui tum illi hac in cauſa iudex futurus eſt: Et quo tandem nomine, cum animi conſiliique tui vires pares non eſſent functioni huiuſmodi inculpatè pertractandæ, aduolaſti, auſúſque es prouinciam humeB ris iſtis minimè parem ſubire? quiſnam, obſecro, te ad id coëgit? quiſnam vi te attraxit detrectantem fugientémque? Tu verò nihil tale vnquam auditurus es: neque enim poſſis delicti cuiuſquam huiuſmodi teipſum damnare, éſtque omnibus iam ſpectatum, te ne tantillum quidem laborauiſſe, vt honorem hunc aſſequereris, ſed aliorum potius officium beneficiúmque id honoris tibi detuliſſe. Atque adeo quod illos delictorum veniam impetrare non patitur, hoc certè abundans tibi apologiæ argumentum ſuppeditat. Ad hos ſermones caput cum mouiſ- CHRYS.
C ſem, ſenſimque arriſiſſem, hominis facilitatem ſimplicitatémque demiratus, hac ego ad ipſum oratione vſus ſum: Equidem optarim vir omnium optime, hæc ita ſe habere vt dixiſti: ídque nõ vt id muneris amplectar, quod iam detrectaui. Nam vt mihi etiam nullum propoſitum ſit ſupplicium defunctoriè atque adeo imperitè Chriſtiani gregis adminiſtrationem gerenti, tamen omni ſupplicio grauius fuerit, ſi conſtaret, me, cui tam excellens credita fuiſſet functio, pro eius dignitate qui credidiſſet, ſuſtinere eam non poſſe. Quamobrem igitur optarim tuam
D iſtam opinionem nequaquam falſam, ſed potius veram eſſe? Nempe vt miſeris calamitoſiſque (neque enim alio nomine ij digni ſunt, qui rectè non aſpirarunt ad muneris iſtius præfecturam, vt millies tute eos dicas vi pertractos fuiſſe, atque ignorantia peccaſſe (vt miſeris, inquam, illis effugere liceat ignem illum æternum: exteriores tenebras, ac vermem nũquam emoriturum: poſtremo vt ne diſſecentur, ac perditi cum hypocritis partem habeant. Verùm quid facias? certè longe aliter ſeſe res habet. Ac ſi placet, à regno primum, cuius quidem ſtudium apud Deum tanti non eſt, quanti eſt ſacerdotij,

1.Reg.9. verborum meorum fidem tibi faciam. Saül ille qui patrem Cis habuit, non ſuo ipſe ſtudio rex factus eſt, vt qui cum abiiſſet aſinas perueſtigatum, Prophetam ſuper iis rogare cœpit. At ille cum eo de regno collocutus eſt. Porrò Saül ne auditis quidem Prophetæ verbis, ad regni adminiſtrationem ſuſcipiendam occurrendum ſibi putauit, quinimo tergiuerſatus deprecatúſque eſt, cum diceret: Quiſnam ego ſum? quænam item patris mei domus? Quid tandem? Saülne poſteaquam non rectè honore ſibi à Deo delato vſus eſt, potuere verba iſta eximere ab eius ira, à quo rex creatus ipſe fuerat? Atqui licebat illi aduerſum Samuelem increpantem inſimulantémque, verbis his vti: Num ad regnum ipſe miniſtrandum accurri? Num ad huius poteſtatis regimen proſilij, atque adolaui? Equidem in animo habui priuatam vitam viuere, quietam illam quidem, ac moleſtiis vacantem: tu vero ad hoc me dignitatis authoritatiſque pertraxiſti. In illa ergo vitæ humilitate, atque obſcuritate verſatus, facilè offenſiones huiuſmodi deuitaſſem. Nam ſi ex vulgarium atque ignobilium hominum numero vnus fuiſſem, mihi aduerſus Amalechitas bellum Deus non credidiſſet, quo mihi non credito peccatum huiuſmodi nunquam perpetraſſem. Verùm hæc quæ dixi, omnia ad defenſionem ſunt infirma, neque infirma tantum, ſed etiam vſque adeo periculoſa, vt Dei iram magis irritent. Eum enim qui magiſtratum meritis ſuis maiorem aſſecutus eſt, vt errata ipſe ſua tueatur, defendátque, magiſtratus magnitudinem prætendere non oportet: quinimo in maiorem virtutis profectum magna illa Dei erga ſe beneuolentia vti. Qui verò ob id peccandi licentiam ſibi permittit, quòd præſtantiori dignitate ornatus ſit, certè nihil aliud quàm Dei benignitatem peccatorum ſuorum authorem facere conatur: id quod ſolenne quidem eſt impiis hominibus, iiſque quorum vita in ignauia ac ſocordia verſatur. Nos autem ſic animatos haud quaquam eſſe conuenit: neque in parem cum illis inſaniã prolabi, ſed omni ex parte operam dare, vt vigilantiã noſtram omnem pro virili exhibeamus, bene vbiq. de Deo ominantes, nũciantes, cogitãtes. Ne-
1.Reg.4. 18. que enim Heli (vt miſſo regno ad ſacerdotiũ, de quo nobis ſermo, veniamus) ſtudioſe, ambitioſéve dignitatẽ eã ſibi parauit.

A παρέξω σοι τούτων, ὧν εἶπον, τὴν πίστιν. ὁ Σαοὺλ ἐκεῖνος, ὁ τοῦ Κὶς υἱός, οὐκ αὐτὸς σπουδάσας ἐγένετο βασιλεύς· ἀλλ' ἀπῆλθε μὲν ἐπὶ τὴν τῶν ὄνων ζήτησιν, καὶ ὑπὲρ τούτων ἐρωτήσων τὸν προφήτην ἤρχετο· ὁ δὲ αὐτῷ περὶ τῆς βασιλείας διελέγετο. καὶ οὐδ' οὕτως ἐπέδραμε, καίτοι παρὰ ἀνδρὸς ἀκούων προφήτου· ἀλλὰ καὶ ἀνεδύετο, καὶ παρῃτεῖτο, λέγων· τίς εἰμι ἐγώ, καὶ τίς ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; τί οὖν, ἐπειδὴ κακῶς ἐχρήσατο τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ δοθείσῃ τιμῇ, ἴσχυσεν αὐτὸν ἐξελέσθαι ταῦτα
B τὰ ῥήματα τῆς τοῦ βασιλεύσαντος αὐτὸν ὀργῆς; καίτοι γε ἐνῆν λέγειν πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἐγκαλοῦντα αὐτῷ· μὴ γὰρ αὐτὸς ἐπέδραμον τῇ βασιλείᾳ· μὴ γὰρ ἐπεπήδησα ταύτῃ τῇ δυναστείᾳ; τὸν τῶν ἰδιωτῶν ἐβουλόμην βίον ζῆν, τὸν ἀπράγμονα καὶ ἡσύχιον· σὺ δέ με ἐπὶ τοῦτο εἵλκυσας τὸ ἀξίωμα. ἐν ἐκείνῃ μένων τῇ ταπεινότητι, εὐκόλως ἂν ταῦτα ἐξέκλινα τὰ προσκρούματα. οὐ γὰρ δήπου τῶν πολλῶν εἷς ὢν καὶ ἄσημος, ἐπὶ τοῦτο ἂν ἐξεπέμφθην τὸ ἔργον· οὐδ' ἂν ἐμοὶ τὸν πρὸς τοὺς Ἀμαληκίτας πόλεμον ἐνεχείρισεν ὁ θεός.
C μὴ ἐγχειρισθεὶς δέ, οὐκ ἄν ποτε ταύτην ἥμαρτον τὴν ἁμαρτίαν. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀσθενῆ πρὸς ἀπολογίαν· οὐκ ἀσθενῆ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ μᾶλλον ἐκκαίει τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν. τὸν γὰρ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τιμηθέντα οὐκ εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογίαν χρὴ προβάλλεσθαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος, ἀλλ' εἰς μείζονα βελτιώσεως προκοπὴν κεχρῆσθαι τῇ πολλῇ περὶ αὐτὸν τοῦ θεοῦ σπουδῇ. ὁ δὲ διότι κρείττονος ἔτυχεν ἀξιώματος, διὰ τοῦτο ἁμαρτάνειν αὐτῷ νομίζων
D ἐξεῖναι, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, αἰτίαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπιδεῖξαι ἐσπούδασεν· ὅπερ τοῖς ἀσεβέσι καὶ ῥᾳθύμως τὸν ἑαυτῶν διοικοῦσι βίον λέγειν ἔθος ἀεί. ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι χρή, οὐδὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐκπίπτειν μανίαν· ἀλλὰ πανταχοῦ σπουδάζειν τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν εἰς δύναμιν τὴν ἡμετέραν, καὶ εὔφημον καὶ γλῶτταν καὶ διάνοιαν ἔχειν. οὐδὲ γὰρ ὁ Ἠλὶ (ἵνα τὴν βασιλείαν ἀφέντες, ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος, ἔλθωμεν νῦν) ἐσπούδασε κτήσασθαι τὴν ἀρχήν.

τί δὲ αὐτὸν τότε, ἡνίκα ἥμαρτεν, ὤνησεν; καὶ τί λέγω κτήσασθαι; οὐδὲ διαφυγεῖν μὲν οὖν, εἴπερ ἤθελε, δυνατὸν ἦν αὐτῷ, διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ νόμου. καὶ γὰρ ἦν τῆς Λευὶ φυλῆς, καὶ τὴν ἀρχὴν διὰ τοῦ γένους καταβαίνουσαν ἔδει δέξασθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἔδωκε δίκην οὐ μικράν. τί δὲ αὐτὸς ὁ πρῶτος γενόμενος τῶν Ἰουδαίων ἱερεύς, περὶ οὗ τοσαῦτα διελέχθη ὁ θεὸς τῷ Μωϋσῇ, ἐπειδὴ μὴ ἴσχυσε μόνος πρὸς τοσούτου πλήθους στῆναι μανίαν, οὐ παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀπολέσθαι, εἰ μὴ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ πρεσβεία ἔλυσε τὴν τοῦ θεοῦ ὀργήν; ἐπειδὴ δὲ Μωϋσέως ἐμνήσθημεν, καλὸν καὶ ἐκ τῶν ἐκείνῳ συμβεβηκότων δεῖξαι τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν. αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ μακάριος Μωϋσῆς τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ τὴν προστασίαν ἁρπάσαι τῶν Ἰουδαίων, ὡς καὶ διδομένην παραιτήσασθαι, καὶ τοῦ θεοῦ κελεύοντος ἀνανεῦσαι, καὶ παροξῦναι τὸν προστάττοντα. καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα γενόμενος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ὑπὲρ τοῦ ταύτης ἀπαλλαγῆναι ἡδέως ἀπέθνησκε. ἀπόκτεινον γάρ με, φησίν, εἰ οὕτω μοι μέλλεις ποιεῖν. τί δὲ, ἐπειδὴ ἥμαρτεν ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἴσχυσαν αἱ συνεχεῖς αὗται παραιτήσεις ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πεῖσαι τὸν θεὸν δοῦναι συγγνώμην; καὶ πόθεν ἄλλοθεν τῆς ἐπηγγελμένης ἀπεστερεῖτο γῆς; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ὡς ἅπαντες ἴσμεν, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, δι' ἣν ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ οὐκ ἴσχυσε τῶν αὐτῶν τοῖς ἀρχομένοις τυχεῖν. ἀλλὰ μετὰ τοὺς πολλοὺς χρόνους καὶ τὰς ταλαιπωρίας, μετὰ τὴν πλάνην ἐκείνην τὴν ἄφατον, καὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰ τρόπαια, ἔξω τῆς γῆς ἀπέθνησκεν, ὑπὲρ ἧς τοσαῦτα ἐμόχθησε· καὶ τὰ τοῦ πελάγους ὑπομείνας κακά, τῶν τοῦ λιμένος οὐκ ἀπήλαυσεν ἀγαθῶν. ὁρᾷς ὡς οὐ τοῖς ἁρπάζουσι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐκ τῆς τῶν ἑτέρων σπουδῆς ἐπὶ τοῦτο ἐρχομένοις, λείπεταί τις ἐν οἷς ἂν πταίσωσιν ἀπολογία. ὅπου γὰρ οἱ τοῦ θεοῦ χειροτονοῦντος παραιτησάμενοι πολλάκις, τοσαύτην ἔδωκαν δίκην· καὶ οὐδὲν ἴσχυσεν ἐξελέσθαι τῶν κινδύνων τούτων, οὔτε τὸν Ἀαρών, οὔτε τὸν Ἡλί, οὔτε τὸν μακάριον ἐκεῖνον ἄνδρα, τὸν ἅγιον, τὸν προφήτην, τὸν θαυμαστόν, τὸν πρᾳότατον μάλιστα πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς,

A Hoc ipſum igitur quid illi poſt delictum profuit? Et quid dico parauit? cum ne illi quidem id muneris detrectare per legis neceſſitatem fas fuerit: vt qui vnus eſſet ex tribu Leui, ac quem ipſum oporteret dignitatem eam ad ſe iam à maiorum ſuorum retro origine deſcendentem, ſuſcipere: qui idem tamen liberorum ſuorum petulantiæ non mediocres pœnas dedit. Iam quid dicas de primo illo Iudæorum ſacerdote, de quo tam multa cum Moſe Deus verba fecit? nonne hic poſteaquam vnus non potuit tanti populi inſaniæ reſiſtere, parum abfuit quin periret, B niſi fratris patrocinium Dei iram auertiſſet? Poſteaquam verò Moſis mentionem intulimus, conſentaneum eſt ex iis quæ illi obuenere, orationis noſtræ veritatem demonſtrare. Hic quippe Moſes vir verè beatus, tantum abfuit à rapienda Iudæorum præfectura, vt & oblatam recuſaret, & Deum etiam, quòd illi id iuberet non auſcultaret, contra ſe irritaret. Quod quidem non ſolum id temporis fecit, verum & poſtea cum iam præfecturã eam adminiſtraret: qua vt explicaretur, lubẽs è viuis deceſſiſſet. Quid igitur poſteaquam ad aquam peccauit, C protuerẽne aſſiduæ illæ recuſationes illum tutari, ac Deo perſuadere, vt veniam ei concederet? Quanam alia, quæſo, de cauſa terra illa promiſſa priuatus eſt? certè non alia (quod quidem omnibus nobis notum eſt) quàm ex peccato huiuſmodi, propter quod viro illi admirando haudquaquam licuit rebus iiſdem potiri, quibus ſubditi eius potiti ſunt. Quinimo poſt diuturnum tempus inſumptum, poſt multas afflictiones, poſt immenſum illum errorem, poſt bella ac trophæa permulta, procul ab ea terra mortuus eſt, cuius gratia tot tantóſque labores ſuſti- D nuerat: ac qui pelagi mala atque incommoda grauiſſima perpeſſus fuerat, portus tamen fructus nullos capere potuit. Vides vt iam nulla peccatorum excuſatio relicta ſit non ſolum iis qui rapiunt, ſed ne iis quidem qui alieno ſtudio huc euehuntur? Nam vbi qui vel Deo decernente, eligentéque ſæpenumero honorem ipſum recuſauere, tantas tamen pœnas luerunt, ac nihil quicquam à periculo huiuſmodi eximere potuit, neque Aaron, neque Heli, neq. virum illum perbeatum, ſanctum, Prophetam admirã- dum, mortalium omnium humaniſſimũ,

Exod 32. 10.
Exod. 4. 13.
Num 11. 15.
Ibid. 20. 12.
Num. 12. 3. Exod 33. 11.

eundémque quaſi amicum quēdam cum Deo colloquentem: nimirum vix nobis, qui ab illius virtute tantum abſumus, ſatis eſſe ad defenſionem poterit, conſcios eſſe nobiſipſis, quòd ad honorem eiuſmodi nullo ipſi ſtudio, nulla ambitione aſpirauerimus: idque eò etiam magis, quòd ex his ipſis electionibus pleraſque humano ſtudio acceptas referre non oportet. Iudam Deus elegit, eundémque in ſacroſanctum illud cooptauit collegiū, dignitate Apoſtolica vnà cum aliis ornatum, cui etiam maius quiddam quàm aliis dedit, pecuniarum diſpēſationem. Quid igitur? Num poſteaquam duabus illis prærogatiuis contra quàm debuit vſus eſt, cum eo quem prædicandum ſuſceperat prodito, tum pecuniis (illi hoc nomine creditis, vt rectè eas adminiſtraret) male impenſis, impunitate donatus abiit? Certè hoc potiſſimum nomine grauius ſibi acceſſiuit ſupplicium: idque perquam meritò. Neque enim prærogatiuis à Deo acceptis ſic abuti decet, vt per eas Deum offendas: quinimo vt magis ac magis Deo acceptus ſias. Cæterùm qui hoc nomine quòd alios honore aliquo excellat, pro delictis pœnam commerentibus venia dignum ſe eſſe cenſet: perinde facit, vt ſi quis ex infidelibus Iudæis Chriſtum audiens ſic loquentem, Niſi veniſſem, eiſque locutus fuiſſem, peccatum non haberent: ipſum ſeruatorem optimè de humano genere meritum, his verbis increpet inſimuletque: Tu verò cur veniſti, ac locutus es? cur & ſigna feciſti, vt grauioribus in nos ſuppliciis animaduerteres? At verò dementiæ ac ſummæ adeo inſaniæ verba hæc: neque enim medicus, vt te magis condemnaret, curatum acceſſit, ſed vt prorſus à morbo liberaret. Te autem vltro ipſe ab illius manibus ſummouiſti. Igitur & grauius ſupplicium ſuſtineto: nam quemadmodum ſi curationi paruiſſes, futurum erat, vt à priſtinis morbis peccatiſque liberareris: ſic quandoquidem medicum, quem præſentem habuiſti, auerſatus es, iam non peccata illa abſtergere potes. Quòd autem id nequaquam poſſis, propterea horum certe pœnas dabis. Idque eo magis, quòd medicus, quod quidem ad te ſpectat, ſtudium operámq. ſuam perdiderit: quib. de cauſis efficitur, vt nō pares res communeſq. pœnæ eæ ſint, quas ante dignitatem à Deo acceptā damus, cum iis quas dignitatē iā accepta luere cogimur.

Ioan. 12. 6. — *Dei dona non abutendum.* — *Ioan. 15. 22.*

A τὸν ὡς φίλον λαλοῦντα τῷ θεῷ· σχολῇ γε ἡμῖν, τοῖς τοσοῦτον ἀποδέουσι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου, δυνήσεται πρὸς ἀπολογίαν ἀρκέσαι τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς μηδὲν ὑπὲρ ταύτης ἐσπουδακόσι τῆς ἀρχῆς, καὶ μάλιστα ὅτι πολλαὶ τούτων τῶν χειροτονιῶν οὐκ ἀπὸ τῆς θείας γίνονται χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων σπουδῆς. τὸν Ἰούδαν ὁ θεὸς ἐξελέξατο, καὶ εἰς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον κατέλεξε χορὸν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἐνεχείρισεν. ἔδωκε δέ τι καὶ τῶν ἄλλων πλέον αὐτῷ, B τὴν τῶν χρημάτων οἰκονομίαν. τί οὖν; ἐπειδὴ τούτοις ἀμφοτέροις ἐναντίως ἐχρήσατο· καὶ ὃν ἐπιστεύθη κηρύττειν, προὔδωκε· καὶ ἃ καλῶς διοικεῖν ἐνεχειρίσθη, ταῦτα ἀνήλωσε κακῶς, ἐξέφυγε τὴν τιμωρίαν; διὰ μὲν οὖν τοῦτο καὶ χαλεπωτέραν ἑαυτῷ τὴν δίκην εἰργάσατο. καὶ μάλα γε εἰκότως. οὐ γὰρ εἰς τὸ τὸν θεὸν παροξύνειν δεῖ καταχρῆσθαι ταῖς παρὰ θεοῦ διδομέναις τιμαῖς· ἀλλ' εἰς τὸ μᾶλλον ἀρέσκειν αὐτῷ. ὁ δὲ, ἐπειδὴ πλέον τετίμηται, διὰ τοῦτο ἀξιῶν ἀποφυγεῖν, ἐν οἷς ἂν κολάζεσθαι δέῃ· παραπλήσιον ποιεῖ, ὥσ- C περ ἂν, εἴ τις καὶ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων ἀκούσας τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· καὶ εἰ μὴ τὰ σημεῖα ἐποίουν ἐν αὐτοῖς, ἃ μηδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· ἐγκαλοίη τῷ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ, λέγων· τί γὰρ ἦλθες καὶ ἐλάλησας; τί δὲ ἐποίεις σημεῖα, ἵνα μειζόνως ἡμᾶς κολάσῃς; ἀλλὰ μανίας τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ τῆς ἐσχάτης παραπληξίας. ὁ γὰρ ἰατρὸς οὐχ ἵνα σε κατακρίνῃ, μᾶλλον ἦλθε θεραπεύσων· οὐχ ἵνα σε νοσοῦντα D παρίδῃ, ἀλλ' ἵνα σε ἀπαλλάξῃ τῆς νόσου τέλεον. σὺ δὲ σαυτὸν ἑκὼν ἀπεστέρησας τῶν ἐκείνου χειρῶν· δέχου τοίνυν χαλεπωτέραν τὴν τιμωρίαν. ὥσπερ γὰρ εἰ εἶξας τῇ θεραπείᾳ, καὶ τῶν προτέρων ἂν ἀπηλλάγης κακῶν· οὕτως ἐπειδὴ παραγινόμενον ἰδὼν ἔφυγες, οὐκ ἔτι ἀπονίψασθαι ταῦτα δυνήσῃ. μὴ δυνάμενος δὲ, καὶ τούτων δώσεις τὴν τιμωρίαν· καὶ ἀνθ' ὧν αὐτῷ ματαίαν τὴν σπουδὴν ἐποίησας, τό γε μέρος τὸ σόν· διὰ ταῦτα οὐκ ἴσην περὶ τοῦ τιμηθῆναι παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ μετὰ τὰς τιμὰς τὴν βάσανον ὑπομένομεν,

ἀλλὰ πολλῷ σφοδρότερον ἢ ὕστερον. Ὁ γὰρ μηδὲ παθὼν εὖ, γενόμενος ἀγαθὸς, πικροτέρως δίκαιος ἂν εἴη κολάζεσθαι. ἐπεὶ δὲ οὐ ἀσθενὴς ἡμῖν αὕτη ἡ ἀπολογία δέδεικται, καὶ οὐ μόνον οὐ σώζει τοὺς εἰς αὐτὴν καταφεύγοντας, ἀλλὰ καὶ προδίδωσι πλέον· ἑτέραν ἡμῖν ποριστέον ἀσφάλειαν.

ΒΑΣ. Ποίαν δὴ ταύτην, ὁ Βασίλειος ἔφη; ὡς ἔγωγε οὐδὲ ἐν ἐμαυτῷ δύναμαι εἶναι νῦν, οὕτω με ἔμφοβον καὶ ἔντρομον τοῖς ῥήμασι κατέστησας τούτοις.

ΧΡΥΣ. Μὴ, δέομαι (ἔφην) καὶ ἀντιβολῶ, μὴ τοσοῦτον καταβάλῃς σαυτόν. ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀσφάλεια τοῖς μὲν ἀσθενέσιν ἡμῖν, τὸ μηδέποτε ἐμπεσεῖν· ὑμῖν δὲ τοῖς ἰσχυροῖς, τὸ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας εἰς ἕτερον μὲν ἀνηρτῆσθαι μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ἀλλ' ἢ εἰς τὸ μηδὲν ἀνάξιον πρᾶξαι τῆς δωρεᾶς ταύτης καὶ τοῦ δεδωκότος αὐτὴν θεοῦ. μεγίστης μὲν γὰρ ἂν εἶεν κολάσεως ἄξιοι, οἱ μετὰ τὸ δι' οἰκείας σπουδῆς ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς ἀρχῆς, ἢ διὰ ῥαθυμίαν ἢ διὰ πονηρίαν ἢ καὶ δι' ἀπειρίαν κακῶς κεχρημένοι τῷ πράγματι. οὐ μὴν διὰ τοῦτο τοῖς οὐκ ἐσπουδακόσι καταλείπεταί τις συγγνώμη, ἀλλὰ καὶ οὗτοι πάσης ἀπολογίας ἐστέρηνται. δεῖ γὰρ, οἶμαι, κἂν μυρίοι καλῶσι καὶ καταναγκάζωσι, μὴ πρὸς ἐκείνους ὁρᾶν· ἀλλὰ πρότερον τὴν ἑαυτοῦ βασανίσαντα ψυχὴν, καὶ πάντα διερευνησάμενον ἀκριβῶς, οὕτως εἶξαι τοῖς βιαζομένοις. νῦν δὲ οἰκίαν μὲν οἰκοδομήσασθαι οὐδεὶς ἂν ὑποσχέσθαι τολμήσειε, τῶν οὐκ ὄντων οἰκοδομικῶν· οὐδὲ σωμάτων ἅψασθαι νενοσηκότων ἐπιχειρήσειεν ἄν τις τῶν ἰατρεύειν οὐκ εἰδότων· ἀλλὰ κἂν πολλοὶ, οἱ πρὸς βίαν ὠθοῦντες, ὦσιν, παραιτήσεται, καὶ οὐκ ἐρυθριάσει τὴν ἄγνοιαν. ψυχῶν δὲ ἐπιμέλειαν μέλλων πιστεύεσθαι τοσούτων, οὐκ ἐξετάσει πρότερον ἑαυτόν· ἀλλὰ, κἂν ἁπάντων ἀπειρότατος ᾖ, δέξεται τὴν διακονίαν· ἐπειδὴ ὁ δεῖνα κελεύει, καὶ ὁ δεῖνα βιάζεται, καὶ ἵνα μὴ προσκρούσῃ τῷ δεῖνι; καὶ πῶς οὐκ εἰς προῦπτον ἑαυτὸν μετ' ἐκείνων ἐμβαλεῖ κακόν; ἐξὸν γὰρ αὐτῷ σώζεσθαι καθ' ἑαυτὸν, νῦν καὶ ἑτέρους προσαπόλλυσι μεθ' ἑαυτοῦ. πόθεν γὰρ ἔστιν ἐλπίσαι σωτηρίας; πόθεν συγγνώμης τυχεῖν, τίνες ἡμᾶς ἐξαιτήσονται τότε;

A Hic enim longè grauius, quàm illic plectimur. Etenim quem beneficia accepta meliorem non reddunt, is certè etiam grauius ſupplicium commeretur. Itaque cum defenſio huiuſmodi iam non ſatis firma eſſe videatur, ac non ſolùm eos non tueatur qui ad eã confugiunt, ſed magis etiam prodat: nimirum aliud nobis præſidium inueniẽdum, quo nos tueamur ipſi.

CAP. II. Qui indignis manum imponunt, quale ſupplicium ſuſtinebunt.

BASIL. Qualenam, quæſo, futurum hoc eſt præſidium (Baſilius inquit) quandoquidem apud me iam eſſe ipſe non poſſum: tantum mihi terroris ac formidinis tua iſtæc verba incuſſerunt?

CHRYS. Nec te, inquam, obſe-B cro atque obteſtor, ne te ipſe eò vſque deiicias: eſt enim, eſt certe præſidium: ſi qui ſcilicet infirmi ſumus, eo nunquam deſcendamus. Rurſum ſi qui firmi ac valentes eſtis, ſalutis veſtræ ſpes non alibi ſitas habeatis poſt gratiam à Deo acceptam, quàm vt nihil committatis quod indignum eſſe poſſit tum munere, tum Deo muneris ipſius largitore. Maximè autem puniendi illi fuerint, qui poſt eum honorem ſtudio atque ambitione adeptum, vel per ignauiam, vel per malitiam, vel per imperitiam re ipſa non rectè vtuntur. Neque verò propterea para-C tam veniam eſſe dixerim iis qui nulla ſua ambitione dignitatem eam obtinuerint: nam ne illis quidem quiſquam relictus eſt excuſationis defenſioniſque locus. Decere enim arbitror vel ſi te eò ſexcenti vocent, atque adeo cogant, non illos ſpectare: verùm animi tui dotes prius examinare, vireſque tuas omnes exactè perſcrutari: atque ita demum cogentibus cedere. Iam domum ſe aliquam ædificaturum polliceri nemo audeat, qui idem architectus non ſit: neque ægrotantia contingere corpora quiſquam aggrediatur, qui medicinam non didicerit: quinimo D vel pluribus vim afferẽtib. deprecabitur, neque eum ſuæ pudebit ignorantiæ. Cui autem tam multarum animarũ cura credenda ſit, is nõ prius ſe ipſum examinabit, quin potius vel omnium imperitiſſimus munus ipſum ſuſcipiet, poſteaquã vel ille iubet, vel ille cogit, atq. adeo vt ne illum offendat? Et quonam ille pacto ſeſe vnà cum illis in præſentaneũ non conicit periculum? Nam cum illi liceat vt ſe ipſe per ſe ſeruet, nimirum & alios ſecum perditos perdit. Vnde enim ſperanda ſalus? Vnde venia expectanda? quinã tum nobis internuncij, deprecatoreſque exiſtent?

illi ipſi fortaſſe, qui nunc nos cogunt, & ad neceſſitatem adigunt? Hoſce verò quis per id tempus ſeruaturus eſt? ſiquidem ipſi deprecatoribus indigent, vt ignis æterni ſupplicium deuitent. Quòd porrò hoc dicam, non quò terream, ſed vt rem ita vt verè ſe habet, edoceã, auſculta quid beatus Paulus ad Timotheum dilectum ac verè germanum filium ſcribat: Manus citò ne cui imponas, neque communices cum peccatis alienis. Intelligiſne quanto non crimine modò, ſed & ſupplicio (quod quidem in nobis fuit) eos liberauerimus, qui nos eò honoris perducturi fuerant? Nam ſicuti iis qui ad id dignitatis electi ab aliis fuerint, non ſatis eſt defenſionem hanc afferre: volũtarius ipſe ad huiuſmodi munus adminiſtrandum non acceſſi: atque ideo ſanè non aufugi, quòd non præſciſſem fore vt eligerer: ſic neque eos qui ordinarint, ſubleuare quicquam poterit, ſi dixerint ignoraſſe ſe eum quem ordinarunt. Verùm vel hoc ipſo crimen grauius efficitur, quòd quẽ ignorauere, perduxerint: ac certè quæ illis videtur excuſatio accuſationẽ auget. Nam qui id abſurdum non ſit, eos qui mãcipiũ aliquod empturiunt, id tum medicis oſtendere, tum emptionis ſponſores poſtulare, tum vicinos interrogare, ac ne tum quidem adhuc cõfidere, quinimo & diuturnum aliquod tempus poſcere, intra quod probare illud poſſint: eos verò qui quempiam ad epiſcopale munus huiuſmodi cooptaturi sũt, ſi cui placitũ ſit, ad aliorum vel gratiã vel inuidiã teſtimoniũ ſuum accõmodare, ita eũ temerè atq. vt caſus tulit adlegere nulla prorſus alia diſcuſſione facta? Quis igitur nos tũ depoſcet, atque à noxa eximet: cum præſertim qui patrocinari nobis debent, patronis ipſi indigeant? Proinde illũ oportet, qui aliquem ordinaturus ſit, rem diligenter admodum expendere, ſed multo etiam diligentius eum qui ordinandus proponitur. Tametſi enim illi peccatorũ ſuorum ſupplicium commune eſt cum iis à quibus ordinatus eſt, tamen ne ipſe quidem hac ratione ſupplicium euadit: quod quidem & grauius feret, niſi ſi electores rem confecerint morbo aliquo humano victi, reclamante etiam ipſorum conſciẽtia, neque ſecuti quod illa dictabat honeſtius eſſe. Nam ſi in eiuſmodi delicto deprehenſi illi fuerint, & quem indignum eſſe certo ſcirent, per cauſam tamen aliquam elegerint: vtriq. illi pari digni ſunt ſupplicio. Fortaſſe autem & maius ſuppli-

1. Tim. 5.

De cautione in ordinationibus adhibenda.

A οἱ βιαζόμενοι νῦν ἴσως καὶ πρὸς ἀνάγκην ἕλκοντες; αὐτοὺς δὲ τούτους τίς κατ᾽ ἐκεῖνον διασώσει τὸν καιρόν; ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ προσδέονται ἑτέρων, ἵνα διαφύγωσι τὸ πῦρ. ὅτι δέ σε οὐ δεδιττόμενος ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλ᾽ ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα ἀληθείας· ἄκουε τί τῷ μαθητῇ φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος Τιμοθέῳ, τῷ γνησίῳ τέκνῳ καὶ ἀγαπητῷ· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. εἶδες ὅσης τοὺς μέλλοντας ἡμᾶς ἐπὶ τοῦτο προάγειν, οὐ μέμψεως

B μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμωρίας, τό γε ἡμέτερον ἀπηλλάξαμεν μέρος; ὥσπερ γὰρ τοῖς αἱρεθεῖσιν οὐκ αὐτάρκες πρὸς ἀπολογίαν, τὸ λέγειν· οὐκ αὐτόκλητος ἦλθον, οὐδὲ προειδὼς οὐκ ἀπέφυγον· οὕτως οὐδὲ τοὺς χειροτονοῦντας ὠφελῆσαί τι δυνήσεται, εἰ λέγοιεν τὸν χειροτονηθέντα ἀγνοεῖν. ἀλλὰ διὰ τοῦτο καὶ μεῖζον τὸ ἔγκλημα γίνεται, ὅτι ὃν ἠγνόουν παρήγαγον· καὶ ἡ δοκοῦσα εἶναι ἀπολογία αὔξει τὴν κατηγορίαν. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, ἀνδράποδον μὲν ὠνεῖσθαι βουλομένους, καὶ ἰατροῖς ἐπιδεικνύναι, καὶ τῆς πράσεως ἐγ-

C γυητὰς ἀπαιτεῖν, καὶ γείτονας πυνθάνεσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα μηδέπω θαρρεῖν, ἀλλὰ καὶ χρόνον πολὺν πρὸς δοκιμασίαν αἰτεῖν· εἰς δὲ τοσαύτην λειτουργίαν μέλλοντάς τινα ἐγγράφειν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἂν τῷ δεῖνι δόξῃ, πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἑτέρων, μαρτυρήσαντας ἐγκρίνειν, μηδεμίαν ποιουμένους ἑτέραν ἐξέτασιν. τίς οὖν ἡμᾶς ἐξαιτήσεται τότε, τῶν ὀφειλόντων παρεστάναι καὶ αὐτῶν παραστατῶν δεομένων; δεῖ μὲν οὖν καὶ τὸν χειροτονεῖν μέλλοντα, πολ-

D λὴν ποιεῖσθαι τὴν ἔρευναν· πολλῷ δὲ πλείονα τούτου τὸν χειροτονούμενον. εἰ γὰρ καὶ κοινωνοὺς ἔχει τῆς κολάσεως τοὺς ἑλομένους, ἐν οἷς ἂν ἁμάρτῃ· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ αὐτὸς ἀπήλλακται τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ μείζονα δίδωσι· μόνον εἰ μὴ διά τινα ἀνθρωπίνην αἰτίαν, παρὰ τὸ φανὲν αὐτοῖς βέλτιον ἐπράξαντο οἱ ἑλόμενοι. Εἰ γὰρ ἐν τούτῳ φωραθεῖεν, καὶ τὸν ἀνάξιον εἰδότες διά τινα πρόφασιν αὐτὸν παραγαγόντες· ἐξ ἴσης τὰ τῶν κολαστηρίων αὐτοῖς. τάχα δὲ καὶ μείζονα τῷ τὸν οὐκ ἐπι-

πλέον καταστήσαντι. ὁ γὰρ τὴν ἐξουσίαν A παρασχὼν τῷ βουλομένῳ διαφθεῖραι τὴν ἐκκλησίαν, οὗτος ἂν εἴη τῶν ὑπ' ἐκείνου τολμηθέντων αἴτιος. εἰ δὲ τούτων μὲν οὐδενὶ γένοιτο ὑπεύθυνος, ἀπὸ δὲ τῆς τῶν πολλῶν ὑπολήψεως ἠπατῆσθαι λέγοι· ἀζήμιος μὲν οὐδὲ οὕτω μένει, ὀλίγῳ δὲ ἐλάττονα τοῦ χειροτονηθέντος δίδωσι δίκην. τί δήποτε; ὅτι τοὺς μὲν ἑλομένους εἰκὸς ὑπὸ δόξης ψευδοῦς ἀπατηθέντας, ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν· ὁ δὲ αἱρεθεὶς οὐκ ἔτι ἂν δύναιτο λέγειν, ὅτι ἠγνόουν ἐμαυτόν, καθάπερ αὐτοὶ B ἕτεροι. ὡς οὖν βαρύτερον μέλλοντα κολάζεσθαι τῶν παραγόντων, οὕτως ἀκριβέστερον αὐτὸν χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ δοκιμασίαν· κἂν ἀγνοοῦντες ἕλκωσιν ἐκεῖνοι, προσιόντα διδάσκειν ἀκριβῶς τὰς αἰτίας, δι' ὧν ἠπατημένους παύσει, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς δοκιμασίας ἀποδείξας, ἐκφεύξεται τοσούτων πραγμάτων ὄγκον. διὰ τί γὰρ περὶ στρατείας καὶ ἐμπορείας καὶ γεωργίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βιωτικῶν, βουλῆς προκειμένης, οὔτε ὁ γεωργὸς ἕλοιτ' ἂν πλεῖν, οὔτε ὁ στρατιώτης γεωργεῖν, οὔτε ὁ κυβερνήτης C στρατεύεσθαι, κἂν μυρίους τις ἀπειλῇ θανάτους; ἢ δῆλον, ὅτι τὸν ἐκ τῆς ἀπειρίας προορώμενοι κίνδυνον ἕκαστος; εἶτα, ὅπου μὲν ἡ ζημία περὶ μικρῶν, τοσαύτῃ χρησόμεθα προνοίᾳ, καὶ οὐκ εἴξομεν τῇ τῶν βιαζομένων ἀνάγκῃ· ὅπου δὲ ἡ κόλασις αἰώνιος τοῖς οὐκ εἰδόσι μεταχειρίζειν ἱερωσύνην, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν τοσοῦτον ἀναδεξόμεθα κίνδυνον, τὴν ἑτέρων προβαλλόμενοι βίαν; ἀλλ' οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ὁ τότε κρίνων ἡμᾶς. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πολλῷ πλείω D τῶν σαρκικῶν περὶ τὰ πνευματικὰ τὴν ἀσφάλειαν ἐπιδείξασθαι· νῦν δὲ οὐδὲ ἴσην εὑρισκόμεθα παρεχόμενοι. εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τινα ὑποπτεύσαντες ἄνδρα εἶναι τεκτονικὸν οὐκ ὄντα τεκτονικὸν πρὸς τὴν ἐργασίαν καλοῖμεν, αὐτὸς δὲ ἕποιτο· εἶτα ἁψάμενος τῆς πρὸς τὴν οἰκοδομὴν παρεσκευασμένης ὕλης, ἀφανίζοι μὲν ξύλα, ἀφανίζοι δὲ λίθους, ἐργάζοιτο δὲ τὴν οἰκίαν οὕτως, ὡς εὐθέως καταπεσεῖν· ἆρα ἀρκέσει πρὸς ἀπολογίαν αὐτῷ, τὸ παρ' ἑτέρων ἠναγκάσθαι,

A cium illum manet qui ſponte conſtituerit minime idoneum. Qui enim poteſtatem facit volenti Eccleſiam corrumpere, is certè author fuerit eorum omnium quę perdita illius audacia turbauerit. Qui ſi nulli rei earũ quas dixi, obnoxius fuerit, ſibi verò à vulgi opinione fucum fuiſſe factum dicat, ne ſic quidem impune tulerit, ſed paulò tamẽ leuiores pœnas dabit quã daturus ſit qui ab ipſo ordinatus eſt. Quid ita? Nempe quæ veriſimile videri poteſt, eos qui elegere, à falſa aliqua opinione deceptos ad danda ſuffragia deſcendiſſe: qui verò electus eſt, dicere vtique non B queat, ſe ſibi vt & aliis fuiſſe incognitum. Igitur ſicut grauiori puniendus eſt ſupplicio, quàm illi à quibus aſcitus productúſque eſt, ita debet ſui ipſe periculum accuratius quàm illi facere; ac ſi quidem eum illi ignorantes traxerint, illis obuiam ire, docereque diligenter cauſas eas, per quas tum illi ab errore deſiſtant, tũ ſe ipſe functione illa indignum cum oſtenderit, tantarum rerum molem effugiat. Quamobrem enim fit, vt de malitia, de mercatura, de agricultura, cæterarúmque ad humanum victum pertinentium rerum ratione deliberatio ineunda cum ſit, neq. a- C gricola nauigationem, neque miles agriculturam, neq. gubernator militiam ſuſcipiat, etiam ſi mortem illis millies comminetis? Nempe propterea quòd illorum vnuſquiſque proſpicit fore, vt periculum ſibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ergo, vbi modicis in rebus periclitamur, tanta ipſi vtemur prouidentia, neque cogentium nos violentiæ parendum eſſe putabimus: vbi verò æternum illos manet ſupplicium, qui epiſcopatus adminiſtrationem iuſtè præſtare neſcierint, temere atque vt caſus tulerit in tantum nos conijciemus periculum alienæ D violentiæ cauſam opponentes? Atqui rationem huiuſmodi admiſſurus haudquaquam eſt, qui cauſæ iſtius noſtræ iudicem aget. Decebat enim multo maiorem cautionem ac prouiſionem ſpiritualium rerum, quàm carnalium præſtare: iam verò ne parem quidem nos exhibere conſtat. Etenim quæro ex te, ſi quem ſuſpicamur fabrum eſſe, qui non ſit, ad opus vocemus, ſequatúrq. ipſe: deinde manus admouens materiæ ad ædificium paratæ, ligna itémq. & lapides diſſipet, opus autẽ ſic coagmẽtet, ſic domũ ædificet, vt ſtatim collapſura ea ſit, nũ ille ſeſe abũde hac defenſione tutaturus eſt, ſi dixerit, ab aliis ſe

coactum, non etiam vltro ad ædificãdum accessiſſe? Certè nequaquam, idque iure optimo: oportebat enim vel aliis ad id vocantib. pedem referre ac tergiuerſari. Itáne verò qui ligna ac lapides diſſipat faber, huic nullus prorſus ſuffugij locus, quo minus pœnas pendat: qui verò animas negligenter ædificans perdiderit, hiccine alienam vim, abundans ſibi ſuffugium præſidiúmque putabit? & quo id pacto nõ valdè ineptum atque abſurdum? nondum enim adiicio, nolentem à nemine compelli poſſe: ſed & ipſum volo vim fuiſſe immodicam perpeſſum, artibúſque variis circũſeptum, vt in retia caderet: hoccine igitur illum ſupplicio eximet? ne obſecro, ne eò vſque nobis imponamus, neq. ſimulemus ignorare nos ea, quæ vel admodum pueris nota eſſe poſſunt. reuera enim cum rationis reddendæ tempus aderit, ignorantiæ ſimulatio hæc nihil nobis allatura eſt præſidij. Principatum huiuſmodi nihil ipſe ambiuiſti, imbecillitatis tuæ cõſcius? Probe id ac rectè. Oportebat ergo cum eodẽ hoc conſilio vocantibus etiam aliis tergiuerſari. An ne cùm te nullus vocaret, imbecillus tu, ac minimè idoneus eras: vbi primùm verò comperti ſunt qui honorem ad te deferrent, derepente in valentem atque idoneum euaſiſti? Certè huiuſmodi res deridicula prorſus ac nugatoria eſt, eadémque extremo etiam ſupplicio digna. Nam hac vna de cauſa Dominus admonet, ne qui turrim ædificaturus eſt, fundamentum prius iaciat, quàm ſuas vires expendat: ne qui illac tranſituri ſunt, iis infiniti ludibrij ac riſus anſam in ſe præbeat. Atqui illius mulcta ſeſe intra deriſum cõtinet, cùm hic ſupplicium ſit ignis æternus, vermis nunquam emoriturus, dentium ſtridor, extremæ tenebræ, diſſecari, atque in hypocritarũ ordinem cogi: quorum tamen omnium nihil ij expendere volunt, qui factum noſtrum accuſant. Id quod ſi facerent, profectò ceſſaturos tandem putauerim ab eo accuſando, qui ſe temere ac nulla cauſa perire noluerit. Nobis quidem haudquaquam nũc res eſt de frumento hordeóve diſpenſando, de bob. ouibúſve paſcendis, aut aliis id genus rebus diſtrahendis: ſed de ipſomet corpore Ieſu curando. Chriſti enim eccleſia, ex beati Pauli verbis, Chriſti corpus eſt. At certè eum conuenit cui creditum corpus id fuerit, ipſum illud tum ad multam honeſtatem, tum ad pulchritudi-

Ignorantiæ ſimulatio non excuſat præſulem.

Luc. 14. 28.
Eſai. 66. 24.
Matth. 25. 30.

A καὶ μὴ αὐτεπάγγελτον ἥκειν; οὐδαμῶς· καὶ μάλα γε εἰκότως καὶ δικαίως· ἐχρῆν γὰρ καὶ ἑτέρων καλούντων, ἀποπηδᾶν. εἶτα τῷ μὲν ξύλα ἀφανίζοντι, καὶ λίθους, οὐδεμία ἔσται καταφυγὴ πρὸς τὸ μὴ δοῦναι δίκην· ὁ δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολλὺς, καὶ οἰκοδομῶν ἀμελῶς, τὴν ἑτέρων ἀνάγκην ἀπαρκεῖν αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ διαφυγεῖν οἴεται; καὶ πῶς οὐ λίαν εὐήθης; οὔπω γὰρ προστίθημι, ὅτι τὸν μὴ βουλόμενον οὐδεὶς ἀναγκάσαι δυνήσεται. ἀλλ' ἔστω μυρίαν αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι βίαν, καὶ μηB χανὰς πολυτρόπους, ὥστε ἐμπεσεῖν· τοῦτο οὖν αὐτὸν ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως; μή, παρακαλῶ, μὴ ἐπὶ τοσοῦτον ἀπατῶμεν ἑαυτούς· μηδὲ ὑποκρινώμεθα ἀγνοεῖν, τὰ καὶ τοῖς ἄγαν παισὶ φανερά. οὐ γὰρ δήπου καὶ ἐπὶ τῶν εὐθυνῶν αὕτη τῆς ἀγνοίας ἡ προσποίησις ἡμᾶς ὠφελῆσαι δυνήσεται. οὐκ ἐσπούδασας αὐτὸς ταύτην δέξασθαι τὴν ἀρχήν, ἀσθένειαν σαυτοῦ συνειδώς; εὖ καὶ καλῶς. ἐχρῆν οὖν μετὰ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, καὶ ἑτέρων καλούντων, ἀποπηδᾶν. ἢ ὅτε μὲν οὐδεὶς ἐκάλει, ἀσθενὴς σὺ καὶ οὐκ ἐπιτήδειος· C ἐπειδὴ δὲ εὑρέθησαν οἱ δώσοντες τὴν τιμήν, γέγονας ἐξαίφνης ἰσχυρός; γέλως ταῦτα, καὶ λῆροι, καὶ τῆς ἐσχάτης ἄξια τιμωρίας. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κύριος παραινεῖ, μὴ πρότερον βάλλεσθαι θεμέλιον, τὸν βουλόμενον πύργον οἰκοδομεῖν· πρὶν ἢ τὴν οἰκείαν ἀναλογίσασθαι δύναμιν, ἵνα μὴ δῷ τοῖς παριοῦσι μυρίας ἀφορμὰς χλευασίας τῆς εἰς αὐτόν. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν μέχρι τοῦ γέλωτος ἡ ζημία· ἐνταῦθα δὲ ἡ κόλασις πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀτελεύτητος, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ D σκότος ἐξώτερον, καὶ τὸ διχοτομηθῆναι, καὶ τὸ ταχθῆναι μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐθέλουσιν ἰδεῖν οἱ κατηγοροῦντες ἐμοῦ· ἦ γὰρ ἂν ἐπαύσαντο, μεμφόμενοι, τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἀπολέσθαι μάτην. οὐκ ἔστιν ἡμῖν περὶ οἰκονομίας πυρῶν καὶ κριθῶν, οὐδὲ βοῶν καὶ προβάτων, οὐδὲ περὶ τούτων ἄλλων ἡ σκέψις ἡ προκειμένη νῦν· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ. ἡ γὰρ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, σῶμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ· καὶ δεῖ τὸν τοῦτο πεπιστευμένον, εἰς εὐεξίαν αὐτὸ πολλήν, καὶ κάλλος ἀμή-

χόμενον ἐξασκεῖν, πανταχοῦ περισκοποῦντα, μή που σπίλος, ἢ ῥυτὶς, ἤ τις ἄλλος μῶμος τοιοῦτος, τὴν ὥραν ἢ καὶ τὴν εὐπρέπειαν λυμαινόμενος ἐκείνην. καὶ τί γὰρ ἄλλ᾽, ἢ τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ κεφαλῆς, τῆς ἀκηράτου καὶ μακαρίας, ἄξιον αὐτὸ κατὰ δύναμιν τὴν ἀνθρωπίνην ἀποφαίνειν; εἰ γὰρ τοῖς περὶ τὴν ἀθλητικὴν εὐεξίαν ἐσπουδακόσι, καὶ ἰατρῶν χρεία, καὶ παιδοτριβῶν, καὶ διαίτης ἠκριβωμένης, καὶ ἀσκήσεως συνεχοῦς, καὶ μυρίας παρατηρήσεως ἑτέρας· καὶ γὰρ καὶ τὸ τυχὸν ἐν αὐτοῖς παροφθὲν, πάντα ἀνέτρεψε καὶ κατέσεισεν· οἱ τὸ σῶμα τοῦτο θεραπεύειν λαχόντες, τὸ τὴν ἄθλησιν οὐ πρὸς σώματα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἔχον· πῶς αὐτὸ δυνήσονται φυλάττειν ἀκέραιον καὶ ὑγιὲς, μὴ πολὺ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντες ἀρετὴν, καὶ πάσης ψυχῆς προσφόρου ἐπιστάμενοι θεραπείαν; ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι καὶ πλείοσι τῆς ἡμετέρας σαρκὸς καὶ νόσοις καὶ ἐπιβουλαῖς τοῦτο ὑπόκειται τὸ σῶμα· καὶ θᾶττον αὐτὸ φθείρεται, καὶ βραδύτερον ὑγιαίνει; καὶ τοῖς μὲν ἐκεῖνα θεραπεύουσι τὰ σώματα, καὶ φαρμάκων ἐξεύρηται ποικιλία, καὶ ὀργάνων διάφοροι κατασκευαὶ, καὶ τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι. καὶ φύσις δὲ ἀέρων πολλάκις ἤρκεσε μόνη, πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντος ὑγίειαν. ἔστι δὲ ὅπου καὶ ὕπνος παρεμπεσὼν εἰς καιρὸν, παντὸς πόνου ἀπήλλαξε τὸν ἰατρόν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τούτων ἐπινοῆσαι ἔστιν· ἀλλὰ μία τις μετὰ τὰ ἔργα δέδοται μηχανὴ καὶ θεραπείας ὁδὸς, ἡ διὰ τοῦ λόγου διδασκαλία. τοῦτο ὄργανον, τοῦτο τροφὴ, τοῦτο ἀέρων κρᾶσις ἀρίστη· τοῦτο ἀντὶ φαρμάκου, τοῦτο ἀντὶ πυρὸς, τοῦτο ἀντὶ σιδήρου· κἂν καῦσαι δέῃ καὶ τεμεῖν, τούτῳ χρήσασθαι ἀνάγκη· κἂν τοῦτο μηδὲν ἰσχύσῃ, πάντα οἴχεται τὰ λοιπά. τούτῳ καὶ κειμένην ἐγείρομεν, καὶ φλεγμαίνουσαν καταστέλλομεν τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ περιττὰ περικόπτομεν, καὶ τὰ λείποντα πληροῦμεν, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐργαζόμεθα, ὅσα εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ὑγίειαν ἡμῖν συντελεῖ. πρὸς μὲν γὰρ βίου κατάστασιν ἀρίστην, βίος ἕτερος εἰς τὸν ἴσον ἂν ἐναγάγοι ζῆλον. ὅτ᾽ ἂν δὲ περὶ δόγματα νοσῇ

A nem incredibilem perpolire, vndique circunſpicientem necubi macula, aut ruga, aut næuus, vitiúmve aliquod huiuſmodi, pulchritudinem honeſtatémque illam labefactet. Et quidnam aliud præſtare oportet, quàm vt capite illo immortali ac beato, quod ipſi ſuperpoſitum eſt, corpus ipſum pro humanarum virium captu dignum efficiat? Nam ſi qui ſuum corpus ad athleticam habitudinem cura adhibita componunt, iis neceſſarius eſt vſus & medicorum, & prædotribarum, & temperatæ diætæ, & exercitationis aſſiduæ, & infinitæ adeo obſeruationis (etenim mini- Epheſ. 5. 27.

B mus quiſque rerum illarum contemptus labefactare omnia atque euertere poteſt) quibus ſorte obtigit Chriſti corpus hoc quod dico curandum (cuius quidem exercitatio non corpora ipſa, ſed inuiſibiles potentias ſpectat) ij quibuſnam artibus conſeruare illud ſyncerum atque incolume poterunt, niſi omnifariam animæ curationem congruam, conuenientem, atque humana virtute longè ſuperiorem calluerint? An ignoras corpus id quod dico pluribus tum morbis, tum inſidiis obnoxium eſſe, quàm caro noſtra hæc obnoxia ſit, Itémque & celerius corrumpi,

CAP. III. *Sacerd. ti neceſſariam eſſe expeditam dicendi facultatem.*

C & ægrius ſanari? Certè humana corpora curantibus, diuerſa ſuppetunt medicamenta. Itémque & inſtrumentorum apparatus varij, & cibi ægrotantib. congrui: plerumque autem & ſola aëris natura ſatis fuerit ad ſanitatem laboranti reſtituendam: aliàs etiam ſomnus qui opportunè obrepſerit, medicum ipſum labore omni leuat liberátque. At verò hic nihil huiuſmodi comminiſci licet, ſed vna quædam poſt operum præſtationem ars accurationis via tenenda ſequendáque eſt: nempe per ſermonem euangelicum doctrina. Siquidem hoc demum inſtrumentum eſt,

Curatio animarum laborioſior quam corporum.

D hoc cibus, hoc aëris temperamentum optimũ, hoc medicamenti inſtar, hoc ignis loco, hoc ferri vice: ac ſi vel vrere vel ſecare opus, hoc ipſo vti neceſſe: atque hoc ſi nihil profuerit, reliqua omnia euanida pereant oportet. Hoc & iacetem animam ſuſcitamus, & tumeſcentem compeſcimus: hoc & ſuperuacanea amputamus, & quæ deſunt ſupplemus, cæteráque omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem. Ac ſanè vt vitam quam optimè conſtituas, alterius hominis vita te ad idem exemplum æmulationémque parè pertrahere poſſit. At cum humanus

animus decretorum minimè verorum, ſententiarúmque à fide abhorrentium morbis laborauerit, hic demum euangelici ſermonis vſus magnopere neceſſarius, non ſolum vt qui tibi domeſtici ſunt, robores atque confirmes: verumetiam vt cum externis bellum geras, ac manus conſeras. Nam ſi quis armatus foret tum ſpiritus gladio tum fidei ſcuto, eò vſque vt miracula edere, vt per miraculorum editionem, impudentium maledicorúmque hominum ora obturare poſſet, huic certè euangelici ſermonis præſidiis nihil opus fuerit: quin potius ne tum quidem ſermonis vſus inutilis eſt, ſed admodum neceſſarius: quando & beatus Paulus ab eo nõ abhorruit, tametſi à ſignis editis vbique in admiratione habitus. Et alius quidam ex Apoſtolis vnus hortatur vt huiuſmodi ſermonis vim ſtudioſè amplectamur, in-
1.Pet.3.15. quiens: Parati ſemper ſitis ad reſpondendum cuilibet petenti, vt loquamini de ea quæ in vobis eſt ſpe. Atque adeo vniuerſi
Act 6.2. Apoſtoli, cum vnà eſſent, nullo alio nomine Stephano eiúſque collegis viduas regendas commiſere, niſi vt in eiuſdem ſermonis miniſterio verſarentur. Veruntamen ſi contigerit nos aliquid poſſe in ſignis per nos edendis, ſermonis huius ſtudio non æquè erit nobis inuigilandum. Sin ne vllum quidem virtutis illius veſtigium in nobis relictum eſt, ac multi vndique aſſiduè imminent aduerſarij, supereſt neceſſario vt nos hoc ſermone armemus muniamúſque, ſimul, vt ne aduerſariorũ telis feriamur, ſimul vt illos magis feria-
CAP IV. *Ad quorũuis concertationes paratum Epiſcopum eſſe oportere.* mus: Quapropter ingens adhibere ſtudium oportet, vt Chriſti ſermo in nobis largiter inhabitet: neque enim nobis pugnæ ſpecies vna parata eſt, ſed bellum nobis varium ac multiplex propoſitum, variis multiplicibúſque aduerſariis conſtãs
Col 3.16. atque inſtructum, qui ipſi neque iiſdem armis vtuntur omnes, neque vno eodémque nos artificio adoriri meditãtur, cúmque oportet, qui cum illis omnibus prẹlio decertaturus ſit, omnium artes notas habere, eundémque & ſagittarium, & funditorem, & centurionem, & manipuli ductorem, & militem, & ducem, & peditem, & equitem, & naualis & muralis pugnæ peritum eſſe. Etenim in militaribus præliis quod quiſque opus peragendum ſuſceperit, hoc adorientes hoſtes defendit. At hic haudquaquam ſic ſe res habet: niſi enim qui victoriam reportaturus eſt, di-

A ἡ ψυχὴ τὰ τοιαῦτα· πολλὴ τοῦ λόγου ἐνταῦθα ἡ χρεία, οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσφάλειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους. Εἰ μὲν γὰρ τις ἔχοι τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, καὶ θυρεὸν πίστεως τοσοῦτον, ὡς δύνασθαι θαυματουργεῖν, καὶ διὰ τῆς τερατείας τὰ τῶν ἀναισχύντων ἐμφράττειν στόματα· οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου βοηθείας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἄχρηστος ἡ τούτου φύσις, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀναγκαία· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος αὐ-
B τὸν μετεχείρισε, καί τοι γε ἀπὸ τῶν σημείων πανταχοῦ θαυμαζόμενος. καὶ ἕτερος δέ τις τῶν ἀπ' ἐκείνου τοῦ χοροῦ, παραινεῖ ταύτης ἐπιμελεῖσθαι τῆς δυνάμεως, λέγων· ἕτοιμοι γίνεσθε πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. καὶ πάντες δὲ ὁμοῦ τότε δι' οὐδὲν ἕτερον τοῖς περὶ Στέφανον τὴν τῶν χηρῶν ἐπέτρεψαν οἰκονομίαν, ἀλλ' ἢ ἵνα αὐτοὶ τῇ τοῦ λόγου σχολάζωσι διακονίᾳ. πλὴν ὅτε οὐδὲ παραπλησίως αὐτὸν ἐπιζητήσομεν, τὴν ἀπὸ τῶν σημείων ἔχοντες ἰσχύν. εἰ δὲ
C τῆς μὲν δυνάμεως ἐκείνης οὐδὲ ἴχνος ὑπολέλειπται, πολλοὶ δὲ πανταχόθεν ἐφεστήκασιν οἱ πολέμιοι καὶ συνεχεῖς· τούτῳ λοιπὸν ἡμᾶς ἀνάγκη φράττεσθαι, καὶ ἵνα μὴ βαλλώμεθα τοῖς τῶν ἐχθρῶν βέλεσι, καὶ ἵνα μᾶλλον βάλλωμεν ἐκείνους. διὸ πολλὴν χρὴ ποιεῖσθαι τὴν σπουδήν, ὥστε τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν ἐνοικεῖν πλουσίως. οὐ γὰρ πρὸς ἓν εἶδος ἡμῖν μάχης ἡ παρασκευή· ἀλλὰ ποικίλος οὗτος ὁ πόλεμος, καὶ ἐκ διαφόρων συγκροτούμενος τῶν ἐχθρῶν. οὔτε γὰρ
D ὅπλοις ἅπαντες χρῶνται τοῖς αὐτοῖς, οὔτε ἑνὶ προσβάλλειν ἡμῖν μεμελετήκασι τρόπῳ. καὶ δεῖ τὸν μέλλοντα τὴν πρὸς πάντας ἀναδέχεσθαι μάχην, τὰς ἁπάντων εἰδέναι τέχνας· καὶ τὸν αὐτὸν τοξότην τε εἶναι καὶ σφενδονήτην, καὶ ταξίαρχον, καὶ λοχαγόν, καὶ στρατιώτην, καὶ στρατηγόν, καὶ πεζὸν καὶ ἱππέα, καὶ ναυμάχην καὶ τειχομάχην. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν στρατιωτικῶν πολέμων, ὅπερ ἕκαστος ἂν ἔργον ἀπολάβῃ, τούτῳ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεται· ἐνταῦθα δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἂν μὴ πάσας ἐπιστάμενος ἢ τῆς

τέχνης τὰς ἰδέας, ὁ μέλλων νικᾷν· οἶδεν ὁ διάβολος καὶ δι' ἑνὸς μέρους, ὅτ' ἂν ἠμελημένον τύχῃ, τοὺς πειρατὰς εἰσαγαγὼν τοὺς αὐτοῦ, διαρπάσαι τὰ πρόβατα· ἀλλ' οὐχ, ὅτ' ἂν διὰ πάσης ἥκοντα τῆς ἐπιστήμης τὸν ποιμένα αἴσθηται, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς αὐτοῦ καλῶς ἐπιστάμενον ἁπάσας. διὸ χρὴ καλῶς ἐξ ὅλων φράττεσθαι τῶν μερῶν. καὶ γὰρ πόλις, ἕως μὲν ἂν πανταχόθεν περιβεβλημένη τυγχάνῃ, καταγελᾷ τῶν πολιορκούντων αὐτὴν, ἐν ἀσφαλείᾳ μένουσα πολλῇ· ἐὰν δέ τις πυλίδος μόνον μέτρον διακόψῃ τὸ τεῖχος, οὐδὲν αὐτῇ λοιπὸν ὄφελος τοῦ περιβόλου γίνεται, καίτοι γε τοῦ λοιποῦ παντὸς ἀσφαλῶς ἑστηκότος. οὕτως οὖν καὶ ἡ τοῦ θεοῦ πόλις, ὅτ' ἂν μὲν αὐτὴν πανταχόθεν ἀντὶ τείχους ἡ τοῦ ποιμένος ἀγχίνοιά τε καὶ σύνεσις περιβάλλῃ· πάντα εἰς αἰσχύνην καὶ γέλωτα τοῖς ἐχθροῖς τὰ μηχανήματα τελευτᾷ, καὶ μένουσιν οἱ κατοικοῦντες ἔνδον ἀσινεῖς· ὅταν δέ τις αὐτὴν ἐκ μέρους καταλῦσαι δυνηθῇ, κἂν μὴ πᾶσαν καταβάλῃ, διὰ τοῦ μέρους ἅπαν (ὡς εἰπεῖν) λυμαίνεται τὸ λοιπόν. τί γὰρ ὅτ' ἂν πρὸς Ἕλληνας μὲν ἀγωνίζηται καλῶς, συλῶσι δὲ αὐτὸν Ἰουδαῖοι; ἢ τούτων μὲν ἀμφοτέρων κρατεῖ, ἁρπάζωσι δὲ Μανιχαῖοι· μετὰ δὲ τὸ περιγενέσθαι καὶ τούτων, οἱ τὴν εἱμαρμένην εἰσάγοντες ἔνδον ἐσῶτα τὰ πρόβατα σφάττωσι; καὶ τί δεῖ πάσας καταλέγειν τοῦ διαβόλου τὰς αἱρέσεις; ἃς ἂν μὴ πάσας ἀποκρούεσθαι καλῶς ὁ ποιμὴν εἰδῇ· δύναιτ' ἂν καὶ διὰ μιᾶς τὰ πλείονα τῶν προβάτων καταφαγεῖν ὁ λύκος. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν στρατιωτῶν ἀπὸ τῶν ἑστώτων καὶ μαχομένων καὶ τὴν νίκην ἔσεσθαι, καὶ τὴν ἧτταν προσδοκᾶν ἀεὶ χρή· ἐνταῦθα δὲ πολὺ τοὐναντίον. πολλάκις γὰρ ἡ πρὸς ἑτέρους μάχη, τοὺς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν συμβαλόντας, οὐδὲ πονέσαντας ὅλως, ἡσυχάζοντας δὲ καὶ καθημένους, νικῆσαι πεποίηκε. καὶ τῷ οἰκείῳ ξίφει περιπαρεὶς, ὁ μὴ πολλὴν περὶ ταῦτα τὴν ἐμπειρίαν ἔχων τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς πολεμίοις καταγέλαστος γίνεται. οἷον, (πειράσομαι γάρ σοι καὶ ἐπὶ παραδείγματος, ὃ λέγω, ποιῆσαι φανερόν) τὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δοθέντα τῷ Μωϋσῇ νόμον οἱ τὸν Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος διαδεξάμενοι φρενοβλάβειαν, καὶ ὅσοι τὰ αὐτὰ νοσοῦσιν ἐκείνοις, τοῦ καταλόγου τῶν θείων ἐκβάλλουσι γραφῶν·

A micandi artes ad vnam omnes ſigillatim percalluerit, nouit diabolus vel parte vna aliqua, ſi ea fortè neglecta fuerit, piratis prædonibúſque ſuis introductis pecudes diripere. At non ita vſuuenit cum paſtorem ille ſenſerit omni ſcientia eſſe præditum atque inſtructum, inſidiarúmque omnium ſuarum probè gnarum. Qua de cauſa omnibus nos ex partibus munitiſſimos eſſe oportet. Nam & ciuitas quandiu muro vndique cincta eſt, eos irridet à quibus obſidetur, præſidio illo tutiſſima, vbi verò quis murum diruerit ad portulæ tantùm magnitudi- B nem, tum nihil proderit illi ſepti præſidium, etiam ſi firmum in reliquis partibus ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & Dei ciuitas, dum ipſam vndique pro muro paſtoris ſolertia atque prudentia cingit, aduerſariis ſuæ omnes machinæ, artéſque in opprobrium riſúmque cedunt: euadúntque qui eam incolunt, indemnes atque illæſi: ſi autem eam parte aliqua demoliri quis poſſit, vt vniuerſam non diruerit, à parte totum, vt ſic dicam, labefactatur. Quid enim profuerit aduerſus Gentiles viriliter aliquem dimicare, ſi illum populen- C tur Iudæi? Quid item de ambobus vis victoriam reportare, ſi Manichæi illum deprædentur? Atque adeo vel his ſuperatis, ſi qui dicunt fato omnia regi, pecudes intus iugulent? Et quid hic opus eſt omnes diaboli hæreſes ſectáſque connumerare? certè niſi omnes eas paſtor rectè nouerit propulſare, poterit lupus vel per vnam ex eis tantum, bonam pecudum partem deuorare. Iam in bellis militaribus ab iis qui ſtant ac depugnant, fore cum victoriam, tum cladem expectandum ſemper eſt: hic verò res longè in contrarium cedit: perſæpè e- D nim vſuuenit, vt pugna aduerſus alios cœpta, ad eos qui prorſus non congreſſi fuerint, quique nihil omnino pulueris bellici hauſerint, quieſcentes ſedentéſque victoriam deferat: tum vt qui in iis non magnopere exercitatus fuerit, proprio ipſe gladio confoſſus & amicis & hoſtibus ludibrio ſit: Verbi gratia (periclitabor enim tibi id exemplo planum facere quod dico) Legem quam Moſes à Deo accepit, qui Valentini ac Marcionis inſanum dogma tanquam per manus traditum accepere, atque adeo quicunque eadem cum illis ſentiunt, de ſacrorum ſcriptorum catalogo delent.

Valentinianorum & Marcioniſtarum hæreſis.

νεται ταχέως, καὶ ἐπιλαμβάνεται προχεί- A ρως, καὶ μέμνηται διηνεκῶς. καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο καὶ εὐτελὲς, τὴν τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων ἠλάττωσε δόξαν πολλάκις. ὁρᾷς, ὦ γενναῖε, ὅτι μάλιστα τῷ λέγειν δυναμένῳ πλείονος δεῖ τῆς σπουδῆς. πρὸς δὲ τῇ σπουδῇ καὶ ἀνεξικακίας τοσαύτης ὅσης οὐδὲ ἅπαντες, ὅσους πρότερόν σοι διῆλθον, ἐδέοντο. πολλοὶ γὰρ αὐτῷ συνεχῶς ἐπιφύονται μάτην καὶ εἰκῆ· καὶ οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν, πλὴν τοῦ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀπεχθάνονται. καὶ δεῖ γενναίως B φέρειν τὴν πικρὰν τούτων βασκανίαν. τὸ γὰρ ἐπάρατον τοῦτο μῖσος, ὅπερ εἰκῆ συλλέγουσιν, οὐ στέγοντες κρύπτειν· καὶ λοιδοροῦνται, καὶ μέμφονται, καὶ διαβάλλουσι λάθρα, καὶ πονηρεύονται φανερῶς. ψυχὴ δὲ ἀρξαμένη καθ' ἕκαστον τούτων ἀλγεῖν καὶ παροξύνεσθαι, οὐκ ἂν φθάσειε διαφθαρεῖσα τῇ λύπῃ. καὶ γὰρ οὐ δι' ἑαυτῶν αὐτὸν ἀμύνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων τοῦτο ποιεῖν ἐπιχειροῦσι. καὶ πολλάκις ἕνα τῶν οὐδὲν δυναμένων εἰπεῖν ἐκλεξάμενοι, C τοῖς ἐπαίνοις ἐπαίρουσι, καὶ θαυμάζουσιν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν. οἱ μὲν ἀμαθίᾳ, οἱ δὲ καὶ ἀμαθίᾳ καὶ φθόνῳ τοῦτο ποιοῦντες· ἵνα τὴν δόξαν τούτου καθέλωσιν, οὐχ ἵνα δείξωσι θαυμαστὸν, τὸν οὐκ ὄντα τοιοῦτον. οὐ πρὸς τούτους δὲ μόνον ἐκείνῳ τῷ γενναίῳ ὁ ἀγών· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀπειρίαν ὅλου δήμου πολλάκις. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐξ ἐλλογίμων ἀνδρῶν συλλέγεσθαι τοὺς συνερχομένους ἅπαντας, ἀλλὰ τὸ πλέον τῆς ἐκκλησίας μέρος ἐξ ἰδιωτῶν συνῆχθαι συμβαίνει· τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ αὐτοὺς ἐκεί- D νων μὲν εἶναι συνετωτέρους, τῶν δὲ λόγους κρῖναι δυναμένων λείπεσθαι πολλῷ πλέον, ἢ ὅσον ἐκεῖνοι οἱ λοιποὶ πάντες· ἕνα δὲ μόνον, ἢ δεύτερον καθῆσθαι, τὸν ταύτην κεκτημένον τὴν ἀρετήν· ἀνάγκη, τὸν ἄμεινον εἰπόντα, ἐλάττονας ἀπενέγκασθαι κρότους· ἔστι δὲ ὅτε μηδὲ ἐπαινεθέντα ἀπελθεῖν. καὶ δεῖ πρὸς ταύτας γενναίως παρεσκευάσθαι τὰς ἀνωμαλίας· καὶ τοῖς μὲν δι' ἀμαθίαν ταῦτα πάσχουσι συγγινώσκειν· τοὺς δὲ διὰ φθόνον τοῦτο ποιουμένους δακρύειν,

id plebs ſtatim præſentit, prompte mordet, atque vbique meminit. Atque hoc ipſum paruum licet ac tenue, multorum eorumq. magnorum facinorum gloriam identidem eleuauit. Vides ô bone maiori opus eſſe ſtudio, ei potiſſimum, qui dicendi præſtãtia valeat, ac præter ſtudium tanta item tolerantia, quanta ne illis quidem omnibus, quos tibi prius nominaui opus fuit. Etenim illum permulti temerè ac nullo conſilio identidem adoriuntur, qui ipſi aliud habent nihil quod incuſent, niſi quòd illum ægrè ferunt apud omnes inclareſcere: quo magis illorũ fortiter ac generosè ferenda eſt inuidia. Cuiuſmodi odium execrabile quod temerè illi collegere, occultare, ac diſſimulare quum ipſi non poſſint, clàm conuiciantur, incuſant, calumniantur: malitię etiam ſuæ virus palam diffundunt. Animus autem is qui ad illa ſingula dolorem aliquem concipere, atque inde irritari cœperit, nõ poteſt quin eo ſtatim dolore arrodatur, atq. conficiatur: neque enim illum per ſeſe ipſi vlciſcũtur tãtum, ſed id etiam aliorum opera aggrediuntur: ac ſæpe fit, vt vnum aliquem ex eorum numero, qui dicendi facultate minime valeãt, eligant: eundémq. laudib. in cœlum extollentes, ſupra dignitatẽ admirentur: alios ad id inſcitia, alios inſcitia ſimul & inuidentia impellente: non quidem vt illius eloquẽtiam admirabilẽ reddant, quæ talis etiam ipſa non ſit: ſed vt huius gloriam eleuent atque extinguant. Neque verò cum huiuſmodi aduerſariis athletæ illi certamen modo propoſitum eſt, ſed & ſæpenumero cum vniuerſi populi imperitia. Nam quandoquidem ex elegantibus eloquentibúſque viris auditorum in vnum coëuntiũ conſeſſus haudquaquam conflatur: verùm bona concionis totius pars ex imperitis conſtat: ſunt autem reliqui & ipſi illis quidem prudentiores, iidem tamen tanto iis inferiores, qui de dicendi facultate iudicium ferre poſſunt, quanto iiſdem reliqui omnes: ſed quoniam vnus tantum aut alter in cõcione aſſidet, qui dicendi virtutem huiuſmodi obtineat: fit neceſſariò, vt qui doctius atque eloquentius dixerit, minus plauſus reportet: aliquoties, autem, ne laudatus quidem diſcedat, ac certè neceſſe eſſe puto animum contra huiuſmodi ineptias atque abſurditates generosè præparare, iiſq. ignoſcere, qui inſcitia peccãt: eos verò qui inuidia adducti hoc facere ſuſtinẽt,

Cap. VI. Iudicium multitudinis imperitæ non eſſe contemnendum.

vt infelices ac miſerabiles deplorare: neutro autem horum exiſtimare epiſcopus debet, de ſua dicēdi facultate quicquam detractum. Neq. enim ſi pictor, qui optimus quidem ſit, quique omnes pingendi arte præcellat, imaginem accuratiſſimè à ſe expreſſam ab imperitis artificij illius vellicari videat, conuenire putauerim, vt animum ſtatim deſpondeat, picturámque ab imperitorum iudicio ineptam cenſeat: quemadmodum ne eam quidem quæ verè inepta ſit, ob eorum ſtuporem, qui pingendi rudes ignarique ſunt, admiratione, amore, atque amplexibus dignam cenſere debet.

Cap. VII. *Sermones omnes eò vt Deo tãtum placeant dirigendos eſſe.*

Sit enim optimus opifex ſuorum quiſque operum iudex, atque is qui opera ea quæ facit, hac ratione vel venuſta vel inepta iudicet, quum mens atque ingenium, cuius induſtria opera ipſa deformata fuerint, tale de illis ſuffragiū iudiciúmque tulerit: aliorum autem opinionem errantem, atq. arte carentem ſic reiiciat, vt ne in animi quidem cogitationem deſcendere permittat. Haud aliter ſane, qui aliorum edocendorum prouinciam ſuſceperit, is ne de aliorum laudibus dependeat, néve ab iis animum deſpondeat. Quin orationes hoc conſilio meditatus, vt Deo optimo gratæ atque acceptę ſint, hunc vnum ſibi ſtatuat canonem, ac terminum optimi illarum opificij, non etiam plauſus ac laudationes. Laudatur is ab hominibus, laudes ne reiiciat. Laudes ab auditoribus illi negantur: eas ne ambiat, neu negatis indoleat. Abundans enim illi fuerit laborum ſolatium, idq. omnium certè maximum, ſi ſibi ipſe conſcius eſſe potuerit, ad hanc ſe rationem, doctrinam, eloquentiámque ſuam compoſuiſſe atque adaptaſſe, vt Deo illa placens acceptáq, fiat.

Cap IIX. *Quã nō ſit laudū contemptor, ſi multa grauia ſuſtinenda.*

Etenim ſi illius animum iniquarum laudum appetentia prius occupauerit, ei certè nihil ſudores laboréſque illi improbi, nihil dicendi vis illa ac facultas profuerit. Humanus enim animus is qui temeraria ac cæca vulgi iudicia ferre minime poteſt, ſtatim fathiſcit, ſtudiúmq. ipſum literarum abiicit. Quamobrem in primis erudiendus is eſt in laudum contēptu ac deſpicientia: neque enim ſatis eſt eloquentia præditum eſſe ad dicēdi facultatem hanc conſeruandã, niſi hic ipſe, quē dico, laudū contemptus adfuerit. Quòd ſi quis rē ad calculos exactè exigere velit, & illi quoq. qui facultate iſta caret, comperiet nihilo minus opus eſſe cōtemptu iſto laudum, quàm ei qui admodū eloquēs ſit.

A ὡς ἀθλίους ὄντας καὶ ἐλεεινούς· μηδ' ἑτέρῳ δὲ τούτων ἐλάττω τὴν αὐτοῦ νομίζειν γεγενῆσθαι δύναμιν. οὐδὲ γάρ, εἰ ζωγράφος ὢν ἄριστος, καὶ πάντων κατὰ τὴν τέχνην κρατῶν, τὴν μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἀναγεγραμμένην εἰκόνα ὑπὸ τῶν τῆς τέχνης ἀπείρων σκωπτομένην ἴδοι, ἔδει καταπεσεῖν, καὶ τῇ κρίσει τῶν οὐκ εἰδότων φαύλην ἡγεῖσθαι τὴν γραφήν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν ὄντως φαύλην, θαυμαστὴν ἵνα καὶ ἐπέραστον, ἀπὸ τῆς τῶν ἀτέχνων ἐκπλήξεως. B Ὁ γὰρ ἄριστος δημιουργός, αὐτὸς ἔστω καὶ κριτὴς τῶν αὐτοῦ τεχνημάτων· καὶ καλὰ καὶ φαῦλα ταύτῃ τιθέσθω τὰ γινόμενα, ὅτ' ἂν ὁ τεχνησάμενος αὐτὰ νοῦς, ταύτας φέρῃ τὰς ψήφους· τὴν δὲ τῶν ἔξωθεν δόξαν, τὴν πεπλανημένην καὶ ἄτεχνον, μηδὲ εἰς νοῦν βαλέσθω ποτέ. μὴ τοίνυν μήτε ὁ τῆς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος τὸν ἀγῶνα, ταῖς τῶν ἔξωθεν εὐφημίαις προσεχέτω· μηδὲ ἀπὸ τούτων τὴν ἑαυτοῦ καταβαλέτω ψυχήν· ἀλλ' ἐργαζόμενος τοὺς λόγους, ὡς ἂν ἀρέσῃ τῷ θεῷ, (οὗ- C τος γὰρ αὐτῷ κανὼν καὶ ὅρος ἔστω μόνος τῆς ἀρίστης δημιουργίας ἐκείνης· μὴ κρότοι, μηδὲ εὐφημίαι) εἰ μὲν ἐπαινεῖτο καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, μὴ διακρουέσθω τὰ ἐγκώμια· μὴ παρεχόντων δὲ αὐτὰ τῶν ἀκροατῶν, μὴ ζητείτω, μηδὲ ἀλγείτω. ἱκανὴ γὰρ αὐτῷ παραμυθία τῶν πόνων, καὶ πάντων μείζων, ὅτ' ἂν ἑαυτῷ συνειδέναι δύνηται, πρὸς ἀρέσκειαν τοῦ θεοῦ συνθεὶς καὶ ῥυθμίζων τὴν διδασκαλίαν. Καὶ γὰρ ἂν φθάσῃ τῇ τῶν ἀλόγων ἐπαίνων ἐπιθυμίᾳ D ἁλῶναι· οὐδὲν αὐτῷ τῶν πολλῶν πόνων ὄφελος, οὐδὲ τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως. ταῖς γὰρ ἀνοήτοις τῶν πολλῶν καταγνώσεσι μὴ δυναμένη φέρειν ψυχή, ἐκλύεται· καὶ τὴν περὶ τὸ λέγειν ῥίπτει σπουδήν. διὰ τοῦτο χρὴ μάλιστα πάντων πεπαιδεῦσθαι ἐπαίνων ὑπερορᾶν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ λέγειν εἰδέναι πρὸς τὴν ταύτης τῆς δυνάμεως φυλακήν, ἂν μὴ καὶ τοῦτο προσῇ. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάζειν ἐθέλοι καὶ τὸν ἐν ἐνδείᾳ καθεστῶτα ταύτης τῆς ἀρετῆς· εὑρήσει δεόμενον τοῦ τῶν ἐπαίνων καταφρονεῖν, οὐχ ἧττον, ἢ τοῦτον·

καὶ γὰρ πολλὰ ἁμαρτάνειν ἀναγκασθήσεται, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ἥττων γενόμενος. ἀπονοίᾳ γὰρ ἐξισωθῆναι τοῖς εὐδοκιμοῦσι κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀρετὴν· ἐπιβουλεύειν τε καὶ διαφθονεῖσθαι αὐτοῖς, καὶ μέμφεσθαι μάτην, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἀσχημονεῖν οὐ παραιτήσεται· ἀλλὰ πάντα τολμήσει, κἂν τὴν ψυχὴν ἀπολέσαι δέῃ, ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐκείνων δόξαν εἰς τὴν τῆς ἰδίας εὐτελείας καταγαγεῖν ταπεινότητα. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν ἱδρώτων ἀποστήσεται τῶν περὶ τὸ πονεῖν, νάρκης ὥσπερ τινὸς κατασκεδασθείσης αὐτοῦ τῇ ψυχῇ. τὸ γὰρ πολλὰ μοχθοῦντα, ἐλάττονα καρποῦσθαι ἐγκώμια, ἱκανὸν καταβαλεῖν, καὶ τρέψαι πρὸς ὕπνον βαθὺν, τὸν οὐ δυνάμενον ἐγκωμίων καταφρονεῖν. ἐπεὶ καὶ γεωργὸς, ὅτ' ἂν εἰς λεπτόγεων κάμνῃ χωρίον, καὶ πέτρας ἀναγκάζηται γεωργεῖν· ταχέως ἀφίσταται τοῦ πονεῖν, ἂν μὴ πολλὴν περὶ τὸ πρᾶγμα κεκτημένος ᾖ τὴν προθυμίαν, ἢ λιμοῦ δέος ἐπικείμενον ἔχῃ. εἰ γὰρ οἱ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας δυνάμενοι λέγειν, τοσαύτης δέονται τῆς γυμνασίας πρὸς τὴν τῆς κτήσεως φυλακήν· ὁ μηδὲν ὅλως συναγαγὼν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγκαζόμενος μελετᾶν, πόσην ὑποστήσεται τὴν δυσχέρειαν, πόσον θόρυβον, πόσην ταραχὴν, ἵνα πολλῷ τῷ μόχθῳ μικρόν τι συναγαγεῖν δυνηθῇ; ἐὰν δέ τις καὶ τῶν μετ' αὐτὸν τεταγμένων, καὶ τὴν ἐλάττω τάξιν λαχόντων, ἐν τῷ μέρει τούτῳ μᾶλλον ἐκείνου διαφανῆναι δυνηθῇ· θείας τινὸς δεῖ ψυχῆς ἐνταῦθα, ὥστε μὴ ἁλῶναι βασκανίᾳ, μηδὲ ὑπὸ ἀθυμίας καταπεσεῖν. τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων παρευημερεῖσθαι αὐτὸν ἐν ἀξιώματι καθεστῶτα μείζονι, καὶ φέρειν γενναίως· οὐ τῆς τυχούσης, οὐδὲ τῆς ἡμετέρας, ἀλλά τινος ἀδαμαντίνης ἂν εἴη ψυχῆς. κἂν μὲν ἐπιεικὴς ᾖ, καὶ μέτριος ἄγαν, ὁ παρευδοκιμῶν· φορητὸν ὁπωσοῦν γίνεται τὸ πάθος· ἂν δὲ καὶ θρασὺς, καὶ ἀλαζὼν, καὶ φιλόδοξος· θάνατον ἐκείνῳ καθ' ἑκάστην εὐκτέον ἡμέραν, οὕτως αὐτῷ πικρὰν καταστήσει τὴν ζωὴν, ὑπερβαίνων φανερῶς, καταμωκώμενος λάθρα, τῆς ἐξουσίας πολλὰ παρασπῶν τῆς ἐκείνου, πάντα αὐτὸς εἶναι βουλόμενος.

A Nam ſi à popularis auræ illecebris vinci ſe ille patietur, neceſſario fiet vt multis in rebus delinquat, vt qui quum non poſſit claros illuſtréſque illos docendo æquare, non recuſabit aliàs illis inſidias parare, aliàs inuidere, aliàs iniuſte detrahere, multáque alia id genus præter decorum committere: quinimo nihil non audebit, vel vſque ad animæ exitium, vt illorum gloriam ad ſuæ tenuitatis humilitatem deducat. Adde quòd à ſtudiorum ſudoribus laboribúſque abſtinebit, tanquam torpedine quadam illius animo circunfuſa. Quiſquis enim poſt im- B menſos labores ſuſceptos, laudis fructum inferiorem reportat, is niſi ſe prius ad laudum contemptum grauiter compoſuerit, nimirum animum ſtatim deſpondere, eundémque ad altam quandam ſomnolentiam conuertere ſolet: quando & agricola dum in ſterilium locorum cultu ac labore verſatur, ac lapidoſam noualem arare cogitur, ſtatim labore ſuperſedet, niſi illum vel agricolationis ſtudium vehemens, vel famis timor ingruentis vrgeat. Etenim ſi quibus dicendi facultas magna ineſt, vt donum illud conſeruent, tanta opus eſt exercitatione: qui C facultatis illius nihil comparauerit, ſed in mediis dicendi certaminibus, in ipſo concionum agendarum ſtadio meditari cogitur: is quantum, quæſo, ſubiturus eſt difficultatis, quantum tumultus, quantum turbulentiæ, vt magno ſuo labore tantillum auræ popularis ſibi conciliet? ſin verò quis exiſtet qui vel inferiorem epiſcopo dignitatem atque ordinem ſortitus, hac ſane in parte plus quàm ille clareſcere poſſit, huic demum diuino quodam animo opus eſt, vt ne vel inuidia vincatur, vel animi deſperatione opprimatur. Ab inferioribus enim di- D cendi gloria vinci eum qui dignitate præcellat, rémque fortiter ac generoſè perpeti: id verò non cuiuſlibet, neque noſtri ſanè fuerit, ſed adamantini potius cuiuſdam animi. Porrò qui ſic excellit, hic ſi humano fortè ac modeſto animo præditus fuerit, malum vtique vtcunque tolerandum. Sin & audaculus,& arrogans, & glorioſæ ſitiens, nimirum mors aduerſario quotidie optanda: vſqueadeo amarulentam ei vitam riualis reddit, in propatulo exuperans, clam ſubſannans, pleraque de ipſius autoritate identidem vellicans, omnia ipſe eſſe cupiens:

Eloquentia apud Chriſtianos in pretio.

A quarum rerum omnium maximum ſibi præſidium facit tum eam quam in dicendo vſurpat libertatem, tum multitudinis in ſe ſtudium, tum ſubditorum erga ſe omnium dilectionem. Ignoras quantus iam ornate copioſéq. dicendi amor, quátum ſtudium in Chriſtianorum animos inuadat, ac tanquam debacchetur? quantóque iam in precio habeantur, qui ſtudium id excolunt, non apud externos tantum, ſed etiam apud eos qui Chriſtianæ pietatis partes ſequuntur? Qui igitur tantum dedecus quis ferat: quum ipſo ſcilicet dicente taceant omnes, ac ſibi moleſtiam exhiberi cenſeant: tum verò oratio- B nis finem, quaſi laborum requiem quandam expectent: alterum autem vel diu admodum orantem patienter auſcultent, & dicendi finem facere volentem ægerrimè ferant: denique quo iam ſilere volente irritentur, commoueantúrque? Hæc enim etiam ſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto videantur, tamé eiuſmodi ſunt quæ poſſint tum alacritatem extinguere, tum animum eneruare atque diſſoluere: niſi quis à perturbationibus humanis omnibus ſeſe aſſerens, ad incorporearum poteſtatum exemplum animum ipſe ſuum cõpoſuerit: quæ quidem neque inuidiæ, ne- C que gloriæ ſtudio, neque alteri id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quiſquã eſt mortalium omnium talis, qui beſtiam hanc captu difficilem, indomitam, ac truculentam, auram dico popularem, conculcare, ac multiplicia illius capita excidere poſſit: imò vero ſi quis eſt, qui illam nullo enaſci modo permittat, hic ſanè facilè poterit complures inſultus iſtos à ſe depellere, ac tranquillo quodam portu tãdem frui: qui ſi ab ea ſeſe non aſſeruerit, idem hic multiplex bellum, tumultum perpetuum, denique deſponſionis animi reliquorúmque morborum turbam ad- D uerſum ſe depugnaturam præparabit. Quorſum attinet reliquas difficultates perſequi, quas quidem nemo neque docere, neque diſcere poterit, niſi qui in rem præſentem venerit, rerúmque ipſarum adminiſtrationem ſubierit?

A μεγίστη δὲ ἐν ἅπασι τούτοις τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἐν τῷ λέγειν κέκτηται παῤῥησίαν, καὶ τὴν τοῦ πλήθους περὶ αὐτὸν σπουδὴν, καὶ τὸ φιλεῖσθαι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἁπάντων. ἢ οὐκ οἶδας, ὅσος ταῖς τῶν Χριστιανῶν ψυχαῖς λόγων ἔρως εἰσκεκώμασι νῦν; καὶ ὅτι μάλιστα πάντων οἱ τούτους ἀσκοῦντες ἐν τιμῇ, οὐ παρὰ τοῖς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως οἰκείοις; πῶς οὖν ἄν τις ἐνέγκοι τοσαύτην αἰσχύνην, ὅτ' ἂν αὐτοῦ μὲν φθεγγομένου πάντες σιγῶσι, καὶ διοχλεῖσθαι B νομίζωσι, καὶ τοῦ λόγου τὸ τέλος, ὥσπερ τινὰ πόνων ἀνάπαυσιν, περιμένωσι; θατέρου δὲ καὶ μακρὰ λέγοντος μετὰ μακροθυμίας ἀκούωσι· καὶ παύσασθαι μέλλοντος, δυσχεραίνωσι· καὶ σιγᾷν βουλομένου, παροξύνωνται. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μικρά σοι δοκεῖ νῦν εἶναι, καὶ εὐκαταφρόνητα, διὰ τὸ ἀπείρατον· ἀλλ' ἱκανά γέ ἐστι προθυμίαν σβέσαι, καὶ ψυχῆς παραλῦσαι δύναμιν, ἂν μὴ πάντων τις ἑαυτὸν τῶν ἀνθρωπίνων ἀπαλλάξας παθῶν, ὁμοίως ταῖς ἀσωμάτοις μελετήσῃ διακεῖσθαι δυνάμεσιν, αἳ μήτε φθόνῳ, μήτε δόξης ἔρω- C τι, μήτε ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ θηρῶνται νοσήματι. εἰ μὲν οὖν τίς ἐστιν ἀνθρώπων τοιοῦτος, ὡς δύνασθαι τὸ δυσθήρατον τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον καὶ ἀνήμερον θηρίον, τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, καταπατεῖν, καὶ τὰς πολλὰς αὐτῆς ἐκτεμεῖν κεφαλὰς, μᾶλλον δὲ μηδὲ φῦναι τὴν ἀρχὴν συγχωρεῖν· δυνήσεται εὐκόλως καὶ τὰς πολλὰς ταύτας ἀποκρούεσθαι προσβολὰς, καὶ εὐδίου τινὸς ἀπολαύειν λιμένος. ταύτης δὲ οὐκ ἀπηλλαγμένος, πόλεμόν τινα πολυειδῆ, καὶ θόρυβον συνεχῆ, καὶ ἀθυμίας D καὶ τῶν λοιπῶν παθῶν τὸν ὄχλον κατασκευάζει τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς. τί δεῖ τὰς λοιπὰς καταλέγειν δυσκολίας, ἃς οὔτε εἰπεῖν οὔτε μαθεῖν δυνήσεταί τις, μὴ ἐπὶ τῶν πραγμάτων γενόμενος αὐτῶν;

A

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ τῷ ς' λόγῳ.

α'. Ὅτι καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἑτέρων ἁμαρτανομένων ὑπόκεινται οἱ ἱερεῖς.

β'. Ὅτι τῶν μοναζόντων ἀκριβείας δέονται πλείονος.

γ'. Ὅτι πλείονος εὐκολίας ἀπολαύουσι μονάζοντες, παρὰ τοὺς ἐκκλησίας προεστῶτας.

δ'. Ὅτι τῆς οἰκουμένης τὴν προστασίαν ἐμπεπίστευται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἕτερα πράγματα φρικτά.

ε'. Ὅτι πρὸς πάντα ἐπιτήδειον εἶναι χρὴ τὸν ἱερέα.

ς'. Ὅτι οὐχ οὕτω τὸ μονάζειν, ὡς τὸ πλήθους προεστάναι καλῶς, καρτερίας σημεῖον. B

ζ'. Ὅτι οὐχ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, τῷ τε καθ' ἑαυτὸν ὄντι, καὶ τῷ ἐν μέσῳ στρεφομένῳ, ἡ ἄσκησίς ἐστιν.

η'. Ὅτι εὐκολώτερον τὴν ἀρετὴν οἱ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, ἢ οἱ πολλῶν φροντίζοντες, κατορθοῦσιν.

θ'. Ὅτι οὐ χρὴ καταφρονεῖν τῆς τῶν πολλῶν ὑπολήψεως, κἂν ψευδὴς οὖσα τύχῃ.

ι'. Ὅτι οὐ μέγα σῶσαι ἑαυτόν.

ια'. Ὅτι πολλῷ χαλεπωτέρας μένει τιμωρίας τὰ τῶν ἱερέων ἁμαρτήματα, ἢ τὰ τῶν ἰδιωτῶν.

ιβ'. Ἐκ παραδειγμάτων παράστασις καὶ τῆς ὀδύνης, τῆς διὰ τὴν προσδοκίαν τῆς ἱερωσύνης γινομένης, καὶ τοῦ φόβου.

ιγ'. Ὅτι παντὸς πολέμου χαλεπώτερος ὁ τοῦ διαβόλου πειρασμός.

HÆC INSVNT LIBRO SEXTO.

I. *Pœnas dare ſacerdotes etiam pro populi delictis.*

II. *Plus vitam & mores curaturos eſſe, quàm ſolitariè viuentes.*

III. *Faciliorem eſſe rationem ſibi viuentium, quàm Eccleſiam gubernantium.*

IV. *Sacerdotem terrarum orbi, ac aliis rebus tremendis præpoſitum eſſe.*

V. *Debère ſacerdotem eſſe aptum ad omnia.*

VI. *Non ita, monachum agere, vt multitudinis curam habere; probitatis ſignum eſſe.*

VII. *Non eadem ratione ſolitarium, qua publicus Eccleſiæ Miniſter, vitam inſtituere.*

VIII. *Facilius eos, qui ſibi & ſolitariè viuant, virtutem exercere poſſe, quàm qui multorum curam gerant.*

IX. *Non eſſe contemnendas vulgi ſuſpiciones, quamuis manifeſtè falſas.*

X. *Non magni eſſe negocij ſe ipſum ſeruare.*

XI. *Longè grauiorem pœnam manere Sacerdotum peccata, quàm idiotarum.*

XII. *Exemplis probatio & doloris, qui oritur propter Sacerdotij expectationem, & timoris.*

XIII. *Omni pugnâ vehementiorem eſſe aſſultum in nos Diaboli.*

C

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΛΟΓΟΣ ς'.

ΚΑΙ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, οἷά περ ἤκουσας. τὰ δὲ ἐκεῖ πῶς οἰσόμεθα, ὅτ' ἂν καθ' ἕκαστον τῶν πιστευθέντων ἀναγκαζώμεθα τὰς εὐθύνας ὑπέχειν; οὐ γὰρ μέχρις αἰσχύνης ἡ ζημία, ἀλλὰ καὶ αἰώνιος ἐκδέχεται κόλασις. τὸ γὰρ, πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ὡς λόγον ἀποδώσοντες εἰ καὶ πρότερον εἶπον· ἀλλ' οὐδὲ νῦν σιωπήσομαι. ὁ γὰρ φόβος ταύτης τῆς ἀπειλῆς συνεχῶς κατασείει μου τὴν ψυχήν. εἰ γὰρ τῷ μόνον ἕνα σκανδαλίζοντι καὶ ἐλάχιστον συμφέρει, ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ πάντες οἱ τὴν συνείδησιν τῶν ἀδελφῶν τύπτοντες, εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνουσι τὸν Χριστόν· οἱ μὴ μό-

D

DE SACERDOTIO LIBER SEXTVS.

ET certè hoc in orbe dum viuitur, huiuſmodi res exiſtunt, cuiuſmodi ex me audiuiſti: vita verò defunctis quęnam quæſo in modum ea à nobis ferentur, quæ tum ſenda erunt, quum nos videlicet pro iis ſigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint, rationem reddere cogemur? neque enim dedecoris tantum atque ignominiæ pœna, ſed etiam æterni ſupplicij mulcta nos illic expectat. Illud enim: Parete iis qui præſunt vobis, & ſubiacete: nam illi vigilant prò animis veſtris tanquam rationem reddituri: tametſi prius iam à me dictum eſt, tamen ne nunc quidem reticebo. Huius enim comminationis terror animum mihi aſſiduè concutit. Nam ſi ei qui vnum aliquē duntaxat offenderit, expedit vt mola aſinaria ſuſpendatur à collo ipſius, ac demergatur in profundū maris: Item qui fratrum ſuorum conſcientiam offendunt, ij omnes in ipſum Chriſtū peccant: qui nō

Cap. I. Pœnas dare ſacerdotes etiam pro populi delictis.

Hebr. 13. 17.

Matth. 18. 6.

1. Cor. 8. 12.

vnum, non duos, non tres tantum, ſed tam multos etiam populos perdiderint, illis quid tandem fiet? ac quamnam illi pœnam ſunt penſuri? neque enim licet imperitiam excuſare, neque ad ignorantiam confugere, neque aut neceſſitatis aut violentiæ ſpeciem obtendere: verùm ſubditus potius aliquis, ſi modo id liceat, ſuis ipſius, quàm antiſtes aliorum peccatis excuſandis, ſuffugio hoc vti poſſit. quamobrem? quandoquidem qui delegatus eſt vt alienam emendet ignorantiam, tum verò diabolicum inſtare bellum denunciet, is profectò ignorantiam prætendere minime poterit, neque vocem hanc vſurpare: Tubam non exaudiui, bellum non prouidi. Quippe in hoc ſedet ille, vt Ezechiel ait, vt aliis ſignum tuba canens det, & quæ futura ſunt incommoda prænunciet. Quo nomine ſupplicium nulla excuſatione depellere poterit, quamuis vnius duntaxat animæ iactura acciderit. Si enim cum romphæa imminet, populo tuba ſignum non dederit, neque prænunciarit, inquit ille, ſpeculator, ac gladius animam inuaſerit: ipſa quidem anima, à ſua iniquitate capta fuerit, ſanguinem autem ipſius ex ſpeculatoris manu exquiram. Deſine ergo nos obtrudere in ſic ineuitabilis iudicij aleam. Neque enim nobis hic res eſt de ducendis militibus, aut de regno gubernando, ſed de functione, quæ angelica virtute indiget. Etenim ſacerdotis animum ſolaribus radiis puriorem eſſe oportet: vt nequando ſpiritus ſanctus deſolatum illum relinquat, vt dicere illi liceat: Viuo equidem non amplius ego, viuit autem in me Chriſtus. Nam ſi qui eremum inhabitant, quique procul tum ab vrbe, tum à foro, tum à tumultibus illinc enaſcentibus ſecuri liberique viuunt, denique qui perpetua portus tranquillitate perfruuntur, toto vitæ illius præſidio fidere nolunt, quinimo infinitas quoque alias addunt cuſtodias, vndique ſeipſos circunſepientes, magna adeo cum diligentia & dicere & facere omnia adlaborãtes, vt cum libertate ac puritate quadam ſyncera, quantum humanus captus ferre poteſt, ad Dei conſpectum accedere poſſint: quantam putas ſacerdotem præſtare debere tum vim, tum potentiam, vt animam ſuam ipſius ab omni vindicet fœditate, vt ſpiritualem pulchritudinem illæſam atque incolumen ſeruet? Etenim multo maior vitæ integritas huic, quàm

Ezech. 33. 3.

CAP. II.

Maior perfectio in Epiſc. quam in monachis requiritur.

Gal. 2. 20.

A νοι ἕνα, καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ πλήθη τοσαῦτα ἀπολλυῶντες, τί ποτε ἄρα πείσονται; καὶ ποίαν δώσουσι δίκην; οὐδὲ γὰρ ἀπειρίαν ἔστιν αἰτιάσασθαι, οὐδὲ εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν, οὐδὲ ἀνάγκην προβαλέσθαι καὶ βίαν· ἀλλὰ θᾶττον ἄν τις τῶν ἀρχομένων, εἴ γε ἐνῆν, ἐν ταῖς οἰκείαις ἁμαρτίαις ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καταφυγῇ, ἢ ἐν ταῖς ἑτέρων οἱ προεστῶτες. τί δή ποτε; ὅτι ὁ ταχθεὶς τὰς τῶν ἄλλων ἀγνοίας ἐπανορθοῦν, καὶ τὸν διαβολικὸν πόλεμον προμηνύειν ἐρχόμενον· οὐ δυνήσεται προβαλέσθαι τὴν ἄγνοιαν, οὐδὲ εἰπεῖν, οὐκ ἤκουσα B τῆς σάλπιγγος, οὐ προεῖδον τὸν πόλεμον. ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐκάθισεν, ὡς ὁ Ἰεζεκιὴλ φησιν, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις σαλπίζῃ, καὶ προμηνύῃ τὰ μέλλοντα δυσχερῆ. καὶ διὰ τοῦτο ἀπαραίτητος ἡ κόλασις, κἂν εἷς ὢν ὁ ἀπολωλὼς τύχῃ. ἐὰν γὰρ τῆς ῥομφαίας ἐρχομένης, μὴ σαλπίσῃ τῷ λαῷ, μηδὲ σημάνῃ (φησὶν) ὁ σκοπός, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ψυχήν· αὐτὴ μὲν διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῆς ἐλήφθη, τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω. παῦσαι τοίνυν ἡμᾶς ὠθῶν εἰς οὕ- C τως ἄφυκτον δίκην· οὐ γὰρ ὑπὲρ στρατηγίας, οὐδὲ βασιλείας ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλ' ὑπὲρ πράγματος ἀγγελικῆς ἀρετῆς δεομένου. καὶ γὰρ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν καθαρωτέραν τοῦ ἱερέως τὴν ψυχὴν εἶναι δεῖ· ἵνα μηδέ ποτε ἔρημον αὐτὸν καταλιμπάνῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἵνα δύνηται λέγειν, ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. εἰ γὰρ οἱ τὴν ἔρημον οἰκοῦντες, καὶ πόλεως καὶ ἀγορᾶς καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπηλλαγμένοι θορύβων, καὶ διαπαντὸς λιμένων καὶ γαλήνης ἀπολαύοντες, D οὐκ ἐθέλουσι θαρρεῖν τῇ τῆς διαγωγῆς ἐκείνης ἀσφαλείᾳ· ἀλλὰ μυρίας ἑτέρας προστιθέασι φυλακάς, πάντοθεν ἑαυτοὺς περιφράττοντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ λέγειν ἅπαντα καὶ πράττειν σπουδάζοντες, ἵνα μετὰ παρρησίας καὶ καθαρότητος εἰλικρινοῦς, ὅσον εἰς ἀνθρωπίνην ἧκε δύναμιν, προσιέναι τῷ θεῷ δύνωνται· πόσης οἴει δεῖν τῷ ἱερωμένῳ καὶ δυνάμεως καὶ βίας, ὥστε δυνηθῆναι πάντοθεν ἐξαρπάσαι μολυσμοῦ τὴν ψυχήν, καὶ ἀσινὲς τὸ πνευματικὸν τηρῆσαι κάλλος; καὶ γὰρ πολλῷ μείζονος αὐτῷ δεῖ καθα-

σεμνότητος, ἢ ἐκείνοις. καὶ ὁ μείζονος δεῖ, ὅτι πλείοσιν ἀνάγκαις ἐκείνων ὑπόκειται, ταῖς δυναμέναις αὐτὸν ῥυπῶσαι, ἂν μὴ τῇ διηνεκεῖ νήψει, καὶ τῷ πολλῷ τόνῳ χρησάμενος, ἄβατον αὐταῖς ἐργάζηται τὴν ψυχήν. καὶ γὰρ προσώπων εὐμορφία, καὶ κινημάτων διάθρυψις, καὶ βαδίσεως ἐπιτήδευσις, καὶ φωνῆς διάκλασις, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ παρειῶν ἐπιγραφαὶ, καὶ πλεγμάτων συνθέσεις, καὶ τριχῶν βαφαὶ, καὶ ἱματίων πολυτέλεια, καὶ χρυσίων ποικιλία, καὶ λίθων κάλλος, καὶ μύρων εὐωδία, τἄλλα πάντα, ἃ τὸ γυναικεῖον ἐπιτηδεύει γένος, ἱκανὰ θορυβῆσαι ψυχὴν, ἂν μὴ πολλῇ τῇ τῆς σωφροσύνης αὐστηρότητι ἀποσκληκυῖα τύχῃ. ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ τούτων ταράττεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν τούτοις ἐναντίων δυνηθῆναι βάλλειν τὸν διάβολον καὶ κατατοξεύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς· τοῦτο ἐστὶ πολλῆς ἐκπλήξεως καὶ ἀπορίας μεστόν. ἤδη γάρ τινες ταῦτα ἐκφυγόντες τὰ θήρατρα, τοῖς πολὺ τούτων ἀφεστηκόσιν ἑάλωσαν. καὶ γὰρ καὶ ἠμελημένη ὄψις, καὶ αὐχμῶσα κόμη, καὶ ῥυπῶσα στολὴ, καὶ σχῆμα ἀνεπίπλαστον, καὶ ἦθος ἁπλοῦν, καὶ ῥῆμα ἀφελὲς, καὶ βάδισις ἀνεπιτήδευτος, καὶ ἀσχημάτιστος φωνὴ, καὶ τὸ πενίᾳ συζῆν, καὶ καταφρονεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, καὶ ἡ μόνωσις, πρότερον μὲν εἰς ἔλεον τὸν ὁρῶντα, ἀπ' ἐκείνου δὲ εἰς τὸν ἔσχατον ἤγαγεν ὄλεθρον. καὶ πολλοὶ τὰ πρότερα ἐκφυγόντες δίκτυα, τὰ διὰ τῶν χρυσίων, καὶ τῶν μύρων, καὶ τῶν ἱματίων, καὶ τῶν λοιπῶν ὧν εἶπον συγκείμενα· τούτοις, τοῖς τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστηκόσιν, εὐκόλως ἐνέπεσον καὶ ἀπώλοντο. ὅτ' ἂν οὖν καὶ διὰ πενίας καὶ διὰ πλούτου, καὶ διὰ καλλωπισμοῦ, καὶ διὰ σχήματος εἰκῆ κειμένου, καὶ διὰ τρόπων τῶν τε ἐπιτηδευτῶν καὶ τῶν ἀπλάστων, καὶ ἁπλῶς, ὧν ἀπηριθμησάμην, ὁ πόλεμος ἀναρριπίζεται τῇ τοῦ θεωμένου ψυχῇ, καὶ τὰ μηχανήματα αὐτὸν περιστοιχίζει πανταχόθεν· πόθεν ἀναπνεῦσαι δυνήσεται, τοσούτων κύκλῳ περικειμένων παγίδων; ποίας καταδύσεις εὑρεῖν, οὐ λέγω πρὸς τὸ μὴ κατὰ κράτος ἁλῶναι (τοῦτο μὲν γὰρ οὐ πάνυ χαλεπόν·) ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἀπάραχον τῶν μιαρῶν λογισμῶν τὴν ἑαυτοῦ φυλάξαι ψυχήν;

illis neceſſaria eſt. Cui porrò integritas maior neceſſaria eſt, hic certè pluribus quàm illi iidem caſibus obnoxius eſſe cogitur, qui eum conſpurcare poſſunt, niſi continentem ſobrietatem, ac vehemens admodum ſtudium adhibens, animum imperuium impenetrabilémque præſtiterit. Nam & oris decor & motuum exquiſita mollities, & inceſſus affectatum ſtudium, & vocis confractio, & oculorum & malarum pigmenta, & cincinnorum compoſitiones, & capillitij tinctura, & veſtium ſumptuoſarum auratarúmque diuerſitas, & gemmarum pulchritudo, & vnguentorum fragrantia, & cætera omnia, quæ muliebre genus affectare ſolet: talia ſunt quæ animum commouere poſſint, niſi is continentiæ auſteritate occalluerit. Proinde ab iis quæ dixi commoueri mirum nequaquam eſt: at per alia quædam, quæ his contraria ſint, diabolum ferire, humanáſque animas miſſo velut telo configere poſſe, id vero admirationis ac dubitationis plenum eſt. Pridem enim nonnulli, qui retia illa quæ dixi euaſerant, à longe diuerſiſſimis capti ſunt. Nam & neglecta oris facies, & ſqualida coma, & ſordida veſtis, & habitus incompoſitus, & morum ſimplicitas, & ſermo ſimplex, & inceſſus inaffectatus, & vox minime figurata, & paupertatis contubernium, & contemptus, & auxilij penuria, & libera item ſolitudo ad miſericordiam primum pellexerunt eum, qui ea cerneret, poſt autem eundem ad extremam perduxere perniciem: permultique inuenti ſunt, qui priora illa retia quum effugiſſent, retia, inquam, ex auro, ex vnguentis, ex veſtibus ſumptuoſis, cæteriſque, quæ connumeraui, contexta, in hæc longe ab illis diuerſa facilè inciderint, hiſque perditi tandem fuerint. Quum ergo & per paupertatem, & per opulentiam, & per habitus elegantiam, eiuſdémque negligentiam, & per mores tum compoſitos tum incompoſitos, vno verbo quum per ea quæ dixi omnia in ſpectantis animo prælium accenditur: illúmque doli, fraudes, artificia vndique circunſiſtunt, vnde illi, quæſo, reſpirare dabitur inter tot laqueos medio? quaſnam porrò latebras nanciſci poterit, non dico ne vi ipſe captus ſuccumbat (hoc enim non admodum difficile) ſed vt ſuum ipſius animum à fœdis cogitationib. incócuſſum aſſerat?

CAP. III. *Faciliorem eſſe monachorum vitam ratione quam præſulum.*

A Et quidem nihil hic loquor de honoribus, malorum infinitorum authoribus. Honores enim ij qui à mulieribus deferuntur, temperantiæ contentionem eneruant, ac peſſundant ſæpenumero, quoties quis aſſiduam vigilantiam aduerſus huiuſmodi inſidias afferre neſcierit. Rurſus honores eos, quos viri largiuntur, niſi quis magna cum animi conſtantia admiſerit: morbis duobus contrariis capitur, quorum alter eſt adulationis ſeruitus, alter arrogantiæ amentia: dum hinc ſui palpatoribus, adulatoribúſque ſeſe ſummittere, hinc propter honores illos quos illi deferunt, aduerſus tenuiores criſtas tollere, atque adeò in faſtidij ac contumaciæ barathrum præceps ferri cogitur. B Dicta quidem à nobis ſint hæc: ſed quàm detrimentoſa ipſa ſint, nullus planè, niſi qui expertus ſit, rectè nouerit. Neque enim ſolum hæc, verùm longè his tum maiora, tum periculoſiora ſubire illum neceſſe eſt, qui ipſe medius inter homines verſetur. At qui ſolitudine delectatur, is omnium horum immunitatem conſequitur: cui ſi quando abſurda quæpiam animi cogitatio ſimile quid oculis repræſentauerit, infirma tamen imbecillàque eſt imaginatio huiuſmodi, ac ta- C lis, vt ſtatim extingui atque interimi poſſit, propterea quòd extrinſecus materia nulla ſubeſt qua cogitationis flamma illa caleſcere poſſit. Ac monachus quidem ſibi vni tantum timet: qui ſi quando aliorum curam ſuſcipere cogitur, certè pauciſſimi illi ſunt. Illi autem ſi fortè plures erunt, tamen pauciores iis futuri ſunt, qui in eccleſiis viuunt: iidem ſuiipſorum curas ſolicitudinéſque leuiores, ac minus moleſtas præfecto ſuo exhibentes, non tam propter paucitatem, quàm quòd omnes illi mundanarum rerum ſecuri vi- D uunt, ac neque liberos, neque vxorem, neque aliud quicquam id genus animo verſare poſſunt: quæ ſanè res facit, vt qui illis præfectus ſit, eos ſibi facile parentes, ac communi ſecum contubernio vtentes habeat: in tantum vt illorum lapſus exactè tum intueri, tum emendare poſſit. Affert autem non modicum ad virtutis ſtudia incrementum, aſſidua magiſtrorum cura.

Cap. IV. Sacerdotem orbi terrarũ eſſe propoſitum.

¶ Eorum verò hominum, qui epiſcopo ſubditi ſunt, bona pars vitæ humanæ curis vincti diſtringuntur? id quod pigriores ignauioréſque illos reddit ad ſpiritus opera peragenda. Vnde

A καὶ παρίημι τὰς τιμὰς, τὰς τῶν μυρίων αἰτίας κακῶν. αἱ μὲν γὰρ παρὰ τῶν γυναικῶν γινόμεναι, τὸν τῆς σωφροσύνης λυμαίνονται τόνον· καὶ καταβάλλουσι δὲ πολλάκις, ὅτ' ἄν τις μὴ διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν εἰδῇ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιβουλάς· τὰς δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν εἰ μὴ μετὰ πολλῆς τις δέξηται τῆς μεγαλοψυχίας, δύο τοῖς ἐναντίοις ἁλίσκεται πάθεσι, τῇ τε τῆς θεραπείας δουλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀλαζονείας ἀνοίᾳ· τοῖς μὲν θεραπεύουσιν αὐτὸν ὑπο- B κύπτειν ἀναγκαζόμενος· διὰ δὲ τὰς παρ' ἐκείνων τιμὰς, κατὰ τῶν ἐλαττόνων ὀξογκούμενος, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπονοίας ὠθούμενος βάραθρον. ταῦτα εἴρηται μὲν παρ' ἡμῶν· ὅσην δὲ ἔχει τὴν βλάβην, οὐκ ἄν τις αὐτὸ τῆς πείρας μάθοι καλῶς. οὐ γὰρ δὴ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων πολλῷ πλείονα καὶ σφοδρότερα, τῷ ἐν μέσῳ στρεφομένῳ συμπίπτειν ἀνάγκη γένοιτ' ἄν. ὁ δὲ τὴν ἐρημίαν στέργων, πάντων μὲν ἔχει τὴν ἀτέλειαν· εἰ δέ ποτε αὐτῷ καὶ λογισμὸς ἄτοπος ὑπογράψαι τι τοιοῦτον· ἀλλ' ἀσθε- C νὴς ἡ φαντασία, καὶ ταχέως σβεσθῆναι δυναμένη, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι ἔξωθεν τὴν ἀπὸ τῆς θεωρείας ὕλην τῇ φλογί. καὶ ὁ μὲν μοναχὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνου δέδοικεν· εἰ δὲ καὶ ἑτέρων φροντίζειν ἀναγκασθείη, ἀλλ' εὐαρίθμητοι λίαν. εἰ δὲ καὶ πλείονες εἶεν· ἀλλὰ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλάττους τέ εἰσι, καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν φροντίδας πολλῷ κουφοτέρας παρέχουσι τῷ προεστῶτι· οὐ διὰ τὴν ὀλιγότητα μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πάντες τῶν κοσμικῶν εἰσὶν ἀπηλ- D λαγμένοι πραγμάτων· καὶ οὔτε παῖδας, οὔτε γυναῖκα, οὔτε ἄλλο τι μεριμνᾷν ἔχουσι τοιοῦτο. τοῦτο δὲ αὐτοὺς λίαν τε εὐπειθεῖς τοῖς ἡγουμένοις, καὶ τὸ κοινὴν τὴν οἴκησιν ἔχειν ἐποίησεν, ὡς δύνασθαι αὐτῶν τὰ πταίσματα ἀκριβῶς συνορᾷν τε καὶ ἐπανορθοῦν, ὅπερ οὐ μικρὰν πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, ἐπιστασία διδασκάλων διηνεκής. Τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ ἱερέως τεταγμένων τὸ πλέον βιωτικαῖς πεπέδηται φροντίσι, καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἀργοτέρους πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν ἐργασίαν καθίστησιν. ὅθεν ἀνάγκη

τὸν διδάσκαλον σπείρειν καθ' ἑκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἡμέραν, ἵνα τῇ γοῦν συνεχείᾳ δυνηθῇ κατασχεῖν παρὰ τοῖς ἀκούουσι τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος. καὶ γὰρ πλοῦτος ὑπέρογκος, καὶ δυναστείας μέγεθος, καὶ ῥαθυμία ἀπὸ τρυφῆς προσγινομένη, καὶ πολλὰ ἕτερα πρὸς τούτοις, συμπνίγει τὰ καταβληθέντα σπέρματα. πολλάκις δὲ ἡ τῶν ἀκανθῶν πυκνότης, οὐδὲ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἀφίησι τὸ σπειρόμενον πεσεῖν. ἤδη δὲ καὶ θλίψεως ὑπερβολή, καὶ πενίας ἀνάγκη, καὶ ἐπήρειαι συνεχεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα τοῖς προτέροις ἐναντία, ἀπάγει τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτοῖς μέρος δυνατὸν γενέσθαι καταφανές. πῶς γάρ, ὧν τοὺς πλείονας οὐδὲ ἐκ προσώπου ἴσασι; καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸν λαὸν αὐτῷ τοσαύτην ἔχει τὴν ἀμηχανίαν. εἰ δέ τις τὰ πρὸς τὸν θεὸν ἐξετάσειεν· οὐδὲν ὄντα εὑρήσει ταῦτα, οὕτω μείζονος καὶ ἀκριβεστέρας ἐκεῖνα δεῖται τῆς σπουδῆς. τὸν γὰρ ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως, καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης πρεσβεύοντα, καὶ δεόμενον, ταῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν θεόν, οὐ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπελθόντων, ὁποῖόν τινα εἶναι χρή; ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τὴν Μωσέως καὶ τὴν Ἡλίου παρρησίαν, οὐδέπω πρὸς τὴν τοσαύτην ἱκετηρίαν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. καὶ γὰρ ὥσπερ τὸν ἅπαντα κόσμον πεπιστευμένος, καὶ αὐτὸς ὢν ἁπάντων πατήρ, οὕτω προσέρχεται τῷ θεῷ· δεόμενος τοὺς ἁπανταχοῦ πολέμους σβεσθῆναι, λυθῆναι τὰς ταραχάς· εἰρήνην, εὐετηρίαν, πάντων τῶν ἑκάστῳ κακῶν ἐπικειμένων, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ταχεῖαν αὐτῶν ἀπαλλαγήν. εἰ δὲ πάντων αὐτόν, ὑπὲρ ὧν δεῖται, τοσοῦτο διαφέρειν ἐν ἅπασιν, ὅσον τὸν προεστῶτα τῶν προστατευομένων εἰκός. ὅτ' ἂν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καλῇ, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐπιτελῇ θυσίαν, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων συνεχῶς ἐφάπτηται δεσπότου· ποῦ τάξομεν αὐτόν, εἰπέ μοι; πόσην δὲ αὐτὸν ἀπαιτήσομεν καθαρότητα, καὶ πόσην εὐλάβειαν; ἐννόησον γὰρ ὁποίας τὰς ταῦτα διακονουμένας χεῖρας εἶναι χρή·

& epiſcopum neceſſe eſt in ſingulos propemodum dies ſementem facere: vt ipſa ſaltem aſſuetudine doctrinæ, ſermonem auditorum animi retinere poſſint. Nam & opulentia ingens, & potentiæ amplitudo, & languor à deliciis exoriens, itémque & multa alia his addita ſemina ſemel iacta ſuffocant: nonnunquam autem & ſpinarum denſitas ne ad terræ quidem ſuperficiem ſementem ipſam decidere patitur. Adde quòd afflictionis magnitudo, & paupertatis vis, & moleſtiæ aſſiduæ, & alia id genus prioribus illis contraria humanos animos à diuinarum rerum ſtudio abducũt. Peccatorum autem quæ ſubditorum quiſque commiſerit, epiſcopo ne minima quidem pars nota eſſe poteſt. Qui enim nota foret, quum illorum complures ne de facie quidem ille nouerit? Ac talem quidem, tantámque epiſcopo populi regendi cura moleſtiam difficultatémque affert. Quòd ſi examinare ea quis volet, quæ illum præſtare erga Deum oportet: quæ dixi, præ illis nihil prorſus eſſe comperiet, tam ingens, tam ſolicitum, tam exactum ea ſtudium requirunt. Eũ enim qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? imò vero pro vniuerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatórque eſt apud Deum, vt hominum omnium, non viuentium modo, ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat: qualem quæſo eſſe oportet? Equidem neque Moſis, neque Heliæ fiduciam fore vnquã ſatis putauerim ad ſupplicationem huiuſmodi peragendam: quandoquidem quaſi mundus illi vniuerſus concreditus, atque adeo omnium ſit pater, ſic ad Deum ipſe accedit, deprecans quicquid vbique bellorum eſt extingui, turbas ſolui, atque in horum locum pacem ac fœlicem rerum ſtatum ſuccedere: denique celerem malorum vnicuique imminentium qua priuatim qua publicè defunctionem poſtulans. Porrò illum ipſum oportet tanto omnibus in rebus iis præſtare, pro quibus intercedit, quanto par eſt vt ſubditos præfectus excellat. Quum autem ille & ſpiritum ſanctum inuocauerit, ſacrificiúmque illud horrore ac reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omniũ domino manib. aſſiduè pertractato: quæro ex te: quoto illũ in ordine collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quãtam religionem? conſidera enim quales manus hæc adminiſtrantes eſſe oporteat:

Inuocatio ſpiritus ſancti, & ſacrificium Miſſarum.

qualem linguam, quæ verba illa effundat, qua denique re non puriorem ſanctiorémve eſſe conueniat animam, quæ tantum illum támque dignum ſpiritum receperit? Per id tempus & angeli ſacerdoti aſſident, & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum choris plenus eſt. Id quod credere abunde licet vel ex tanto illo ſacrificio quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cum diceret ſenem quendam virum admirabilem, ac cui reuelationum myſteria multa diuinitus fuiſſent detecta, ſibi narraſſe, ſe tali olim viſione dignum habitum à Deo eſſe, ac per illud quidem tempus derepente angelorum multitudinem conſpexiſſe (quatenus aſpectus humanus ferre poterat) candidis veſtibus indutorum, altare ipſum circundantium: denique ſic capite inclinatorum, vt ſi quis milites præſente rege ſtantes videat. id quod facile mihi ipſe perſuadeo. Item & alius quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audiſſet, quòd qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes ſpiritum efflaturi, ab angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, propter aſſumptum illud ſacrum hinc rectà in cœlum abducuntur. Tu verò nondum exhorreſcis talem hanc animam in tam ſacroſanctum introducés myſterium, eúmque qui ſordidas veſtes induerit, in ſacerdotum dignitatem collegiúmq. cooptás, quem tamen à reliquo conuiuarum choro Chriſtus expulit? Luminis inſtar vniuerſum orbem illuſtrantis ſacerdotis animum ſplendeſcere oportet: noſter autem tantum habet tenebrarum ex praua conſcientia circunfuſarum, vt vereatur ac reformidet, fixis intentiſque oculis cum fiducia dominum ſuum obtueri. Sacerdotes terræ ſunt ſales: noſtram autem inſipientiam omnibúſq. in rebus imperitiam quotus quiſque eſt, qui facili patientique animo ferat, extra voſipſos qui me nimia quadam amoris abundantia proſequi cõſueuiſtis? Neque enim ſolum ſicut dixi, purum mundúmq. ſacerdotem eſſe oportet, vt qui tali miniſterio dignus habitus ſit, ſed etiã in primis prudẽtem, atq. adeò multarum rerum experientia inſtructũ ornatúmque, in tãtũ vt ſecularia mũdanáq. omnia nihilo minus noſcat, quàm norunt

Hiſtoria apparitionis angelorum.

Matt. 22. 13.

Matt. 5. 13.

A ὁποίαν τὴν γλῶτταν τὴν ἐκεῖνα προχέουσαν τὰ ῥήματα· τίνος δὲ οὐ καθαρωτέραν καὶ ἁγιωτέραν, τὴν τοσοῦτο πνεῦμα ὑποδεξαμένην ψυχήν; τότε καὶ ἄγγελοι παρεστήκασι τῷ ἱερεῖ, καὶ οὐρανίων δυνάμεων ἅπαν τὸ τάγμα βοᾷ· καὶ ὁ περὶ τὸ θυσιαστήριον πληροῦται τόπος εἰς τιμὴν τοῦ κειμένου. καὶ τοῦτο ἱκανὸν μὲν καὶ ἐξ αὐτῶν πεισθῆναι τῶν ἐπιτελουμένων τότε. ἐγὼ δὲ καί τινος ἤκουσα διηγουμένου ποτὲ, ὅτι αὐτῷ τις πρεσβύτης, θαυμαστὸς ἀνὴρ, B καὶ ἀποκαλύψεις ὁρᾶν εἰωθὼς, ἔλεγεν ὄψεως ἠξιῶσθαι τοιαύτης ποτέ. καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἄφνω πλῆθος ἀγγέλων ἰδεῖν, ὡς αὐτῷ δυνατὸν ἦν, στολὰς ἀναβεβλημένων λαμπρὰς, καὶ τὸ θυσιαστήριον κυκλούντων, καὶ κάτω νευόντων, ὡς ἂν εἴ τις στρατιώτας παρόντος βασιλέως ἑστηκότας ἴδοι. καὶ ἔγωγε πείθομαι. καὶ ἕτερος δέ τις ἐμοὶ διηγήσατο, οὐ παρ' ἑτέρου μαθὼν, ἀλλ' αὐτὸς ἰδεῖν ἀξιωθεὶς καὶ ἀκοῦσαι, ὅτι τοὺς μέλλοντας ἐνθένδε ἀπαίρειν, ἂν τύχωσι τῶν μυστηρίων μετέχοντες ἐν κα- C θαρῷ συνειδότι, ὅτ' ἂν ἀποπνεῖν μέλλωσι, δορυφοροῦντες αὐτοὺς, δι' ἐκεῖνο τὸ ληφθὲν, ἀπάγουσιν ἐνθένδε ἄγγελοι. Σὺ δὲ οὔπω φρίττεις, εἰς οὕτως ἱερὰν τελετὴν, τοιαύτην εἰσάγων ψυχήν; καὶ τὸν τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένον ἱμάτια εἰς τὸ τῶν ἱερέων ἀναφέρων ἀξίωμα, ὃν καὶ τοῦ λοιποῦ τῶν δαιτυμόνων χοροῦ ἐξώθει ὁ Χριστός; φωτὸς γὰρ δίκην τὴν οἰκουμένην καταυγάζοντος, λάμπειν δεῖ τοῦ ἱερέως τὴν ψυχήν· ἡ δὲ ἡμετέρα τοσοῦτον ἔχει περι- D κείμενον αὐτῇ σκότος ἐκ τῆς πονηρᾶς συνειδήσεως, ὡς ἀεὶ καταδύεσθαι καὶ μηδέποτε δύνασθαι μετὰ παρρησίας εἰς τὸν αὐτῆς ἀτενίσαι δεσπότην. οἱ ἱερεῖς τῆς γῆς εἰσὶν ἅλες· τὴν δὲ ἡμετέραν ἄνοιαν, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν ἀπειρίαν, τίς ἂν ἐνέγκαι ῥᾳδίως, πλὴν ὑμῶν τῶν καθ' ὑπερβολὴν ἡμᾶς ἀγαπᾶν εἰθισμένων; οὐ γὰρ μόνον καθαρὸν οὕτως, ὡς τηλικαύτης ἠξιωμένον διακονίας, ἀλλὰ καὶ λίαν συνετὸν, καὶ πολλῶν ἔμπειρον, εἶναι δεῖ· καὶ πάντα μὲν εἰδέναι τὰ βιωτικὰ, τῶν ἐν μέσῳ

A στρεφομένους οὐχ ἧττον· πάντων δὲ ἀπηλλάχθαι, μᾶλλον τῶν τὰ ὄρη κατειληφότων μοναχῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνδράσιν αὐτὸν ὁμιλεῖν ἀνάγκη, καὶ γυναῖκας ἔχουσι, καὶ παῖδας τρέφουσι, καὶ θεράποντας κεκτημένοις, καὶ πλοῦτον περιβεβλημένοις πολὺν, καὶ δημόσια πράττουσι, καὶ ἐν δυναστείαις οὖσι, ποικίλον αὐτὸν εἶναι δεῖ. Ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐ κόλακα, οὐχ ὑποκριτὴν, ἀλλὰ πολλῆς μὲν ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας ἀνάμεστον, εἰδότα δὲ καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅτ' ἂν ἡ τῶν πραγμάτων ὑπό- B θεσις τοῦτο ἀπαιτῇ· καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ καὶ αὐστηρόν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασιν· ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν, ἑνὶ νόμῳ τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι, καλόν· μηδὲ κυβερνήτῃ, μίαν ὁδὸν εἰδέναι τῆς πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτου τὴν ναῦν συνεχεῖς περιστοιχίζονται χειμῶνες. οἱ δὲ χειμῶνες οὗτοι οὐκ ἔξωθεν προσβάλλουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔνδοθεν τίκτονται· καὶ πολλῆς χρεία καὶ συγκαταβάσεως καὶ ἀκριβείας. Πάντα C δὲ ταῦτα τὰ διάφορα εἰς ἓν τέλος ὁρᾷ, τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν, τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομήν. Μέγας ὁ τῶν μοναχῶν ἀγὼν, καὶ πολὺς ὁ μόχθος. Ἀλλ' εἴ τις τῇ καλῶς διῳκονομημένῃ ἱερωσύνῃ τοὺς ἐκείνων ἱδρῶτας παραβάλλοι· τοσοῦτον εὑρήσει τὸ διάφορον, ὅσον ἰδιώτου καὶ βασιλέως τὸ μέσον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ εἰ καὶ πολὺς ὁ πόνος, ἀλλὰ κοινὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὸ ἀγώνισμα. μᾶλλον δὲ τὸ πλέον τῇ τοῦ σώματος κατορθοῦται κατασκευῇ· κἂν μὴ τοῦτο ἰσχυρὸν ᾖ, μένει καθ' ἑαυτὴν ἡ D προθυμία, οὐκ ἔχουσα εἰς ἔργον ἐξελθεῖν. (Καὶ γὰρ καὶ νηστεία συντόνος, καὶ χαμευνία, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἀλουσία, καὶ ὁ πολὺς ἱδρὼς, καὶ τὰ λοιπὰ, ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιτηδεύουσι ταλαιπωρίαν, πάντα οἴχεται, τοῦ κολάζεσθαι μέλλοντος οὐκ ὄντος ἰσχυροῦ.) Ἐνταῦθα δὲ καθαρᾶς τῆς ψυχῆς ἡ τέχνη, καὶ οὐδὲν τῆς τοῦ σώματος δεῖται εὐεξίας πρὸς τὸ δεῖξαι τὴν αὐτῆς ἀρετήν. Τί γὰρ ἡμῖν

ij qui in media hominũ turba verſantur: rurſus rerum omnium mũdanarum ſecurior viuat, quàm monachi ij qui montes ipſos habitandos occuparunt. Nam cum illum neceſſe ſit eorum hominum cõſuetudine ac congreſſione vti, qui & vxores habent, & liberos alunt, & ſeruos poſſidẽt: quiq. & diuites admodum ſunt, & publice negociantur, & potentia pollent, certè varium eſſe cõuenit. Varium autem dico, non ſubdolum, non adulatorem, non diſſimulatorem, ſed magna tum libertate tũ fiducia plenum, ac qui ex re ſeſe ſummittere, atque obſecundare ſciat, quoties negociorum vſus poſtulat, quique idem benignus ſit & auſterus. Neque enim vnum duntaxat in modum ſubditis omnibus vti debet, quando neque medicis conuenire videmus, vt eos omnes qui morbo laborant, vno eodémque modo tractent, neque gubernatori vt vnam tantum artem calleat, qua aduerſus ventos depugnet. Etenim ſacerdotij nauem aſſiduæ tempeſtates circunſiſtunt. Huiuſmodi autem tempeſtates non ſolum extrinſecus adoriuntur, ſed etiam intrinſecus enaſcũtur: quo fit vt ſacerdos diligenter accommodare ſeſe ad multos, ac de iure ſuo quodammodo concedere debeat: quæ omnia vel inter ſe pugnantia ad vnum hunc finem ſpectant, nimirum ad Dei optimi laudem, atque eccleſiæ ædificationem. Monachorum certamen ingens, ac labor multus eſt. Verùm ſi conferre quis volet inſtituti illius ſudores, cum rectè adminiſtrato ſacerdotio, certè tantum eſſe inter illa duo diſcrimen comperiet, quantum eſt priuatum inter & regem interuallum. Nam illic quicquam magnopere laborandum, tamen labor concertatióque huiuſmodi, corporis atque animi communis eſt, ſeu, vt verius dicam, labor huiuſmodi maiori quidem ex parte corporis cõſtitutione abſoluitur. Quod quidem niſi valens fuerit, animi promptitudo in ſeipſa vertitur, ac veluti ſoliuaga & ieiuna manet, non habens quemadmodum in opus exeat. Quippe contento ſtudio ieiunare, humi decubare, aduigilare, illoto eſſe corpore, multum ſudare, & cætera id genus, quæ monachi ad durandum affligendúmque corpus ſibi exercenda proponunt, ſtatim omnia depereunt, niſi corpus quod caſtigandum eſt, ſufferendis afflictionibus illis par fuerit. Hic verò nuda ſimplicis animi arte opus eſt, ac certè tali quæ corporis habitudine nihil indigeat, vt ſuam ipſius virtutem prodat. Quid enim nobis

CAP. V. Sacerdotẽ cum omnia paratũ eſſe debere.

præſidij corporis robur ad id cõferre poſſit, vt neque præfracti, neque iracundi, neque procaces ſimus, ſed ſobrij potius, caſti, honeſti, aliiſque animi virtutibus inſtructi, per quas beatus Paulus optimi ſacerdotis imaginem numeris ſuis omnibus abſolutam eſſe voluit? quod ipſum itidem dicere non poſſis de ea virtute, quam monachus præſtare debet. Ac quemadmodum his qui arte mechanica quædam ſtupenda faciunt, neceſſaria quidem eſt inſtrumentorum, rotarum, funium, gladiorum copia, varietáſque: contrà philoſophus vniuerſam artem in animo reconditam habet, externarum rerum nihil indigẽs: ſic & hic monachus eo amplius bona indiget corporis habitudine, & conueniẽtia item rerum locorúmque ad vitam illam commodorum, vt ij loci neque ita multum ab hominum conſpectu remoti, ſolitudinis tamen ocium quietémque habeant: neque iidem optima anni atque aëris tẽperie careant. Nihil enim eſſe poſſit intolerabilius ei, qui abſtinentiis ieiuniiſque corpus ſuum macerat, quàm cœli atque aëris intemperies, vt ſileam hic quàm multa monachis negocia neceſſariò exhibeant, tum veſtium cõfectio, tum vitæ cura: quippe cum certatim etiam cõtendant omnia per ſe opera peragere. Sacerdoti antem quod ad ipſius vſum pertinet, nihil his opus fuerit, vtpote qui ſeſe cum minime curioſum, tum promiſcuum omnibus his in rebus quæ damnum non afferant, pręſtare: tum verò ſcientiam omnem in animi ſui theſauro reconditam habere debeat. Quòd ſi quis exiſtet qui admiretur, laudétque ſacerdotem eum qui ſibi ipſe viuens domi ſe contineat, ac multorum conſuetudinem vſúmque auerſetur: equidem hoc patientiæ ſpecimen aliquod eſſe dixerim: non tamen idoneum id argumentum virtutis omnis eius quæ illius animo ineſſe debet, affirmauerim. Nam qui intra portum ad gubernaculi regimen aſſidet, is non continuo ſufficiens artis periculũ præbet. At verò qui medio in mari cum eſſet, nauem ſęuiente tempeſtate eripere potuit: hunc certè nemo eſt qui optimum gubernatorem eſſe neget. Proinde ne monachum quidem magnopere ac ſupra modum admirabimur, quòd is apud ſe viuens, neque commoueatur, neque in multa ac magna peccata prolabatur. Neq. enim ei res illæ adſunt, quib. ipſe animo irritetur exiſtimuletúrque.

1. Tim. 3.

CAP. VI. *Non ita, monachum agere, vt multitudinis curam habere, probitatis ſignum eſſe.*

CAP. VII. *Non eadem ratione ſolitarium, qua publicus Eccleſiæ miniſter, vitam inſtituere.*

A ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς συμβάλλεται πρὸς τὸ μήτε αὐθάδεις εἶναι, μήτε ὀργίλους, μήτε προπετεῖς· ἀλλὰ νηφαλίους, σώφρονας, καὶ κοσμίους, καὶ τἄλλα πάντα, δι' ὧν ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος, τὴν τοῦ ἀρίστου ἱερέως ἀνεπλήρωσεν εἰκόνα; ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῆς τοῦ μονάζοντος ἀρετῆς ἔχοι τις ἂν τοῦτο εἰπεῖν. Ἀλλὰ καθάπερ τοῖς μὲν θαυματοποιοῖς, ὀργάνων δεῖ πολλῶν, καὶ τροχῶν καὶ σχοινίων καὶ μαχαιρῶν· ὁ δὲ φιλόσοφος ἅπασαν ἐν τῇ ψυχῇ κειμένην ἔχει B τὴν τέχνην, τῶν ἔξωθεν οὐ δεόμενος· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· ὁ μὲν γὰρ μοναχὸς καὶ τῆς σωματικῆς εὐπαθείας προσδεῖται, καὶ τόπων πρὸς τὴν διαγωγὴν ἐπιτηδείων· ἵνα μήτε ἄγαν ἀπῳκισμένοι τῆς τῶν ἀνθρώπων ὦσιν ὁμιλίας, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐρημίας ἔχωσιν ἡσυχίαν, ἔτι δὲ καὶ τῆς ἀρίστης μὴ ἀμοιρῶσι κράσεως τῶν ὡρῶν. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀφόρητον τῷ κατατρυχομένῳ νηστείαις, ὡς ἡ τῶν ἀέρων ἀνωμαλία. τῆς δὲ τῶν ἱματίων κατασκευῆς καὶ διαίτης ἕνεκεν, ὅσα πράγματα ἔχειν ἀναγκάζονται, C πάντα αὐτουργεῖν αὐτοὶ φιλονεικοῦντες· οὐδὲν δέομαι λέγειν νῦν. ὁ δὲ ἱερεὺς οὐδενὸς τούτων εἰς τὴν ἑαυτοῦ δεήσεται χρείαν· ἀλλ' ἀπερίεργος καὶ κοινὸς ἐν ἅπασιν ἔσται τοῖς οὐκ ἔχουσι βλάβην, τὴν ἐπιστήμην ἅπασαν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς θησαυροῖς κειμένην ἔχων. Εἰ δέ τις τὸ μένειν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ τὸ τῶν πολλῶν ὁμιλίας ἐκτρέπεσθαι, θαυμάζοι· τῆς καρτερίας μὲν τοῦτο δεῖγμα καὶ αὐτὸς εἶναι φαίην ἄν· οὐ μὴν ἁπάσης τῆς ἀνδρείας τῆς ἐν τῇ ψυ- D χῇ τεκμήριον ἱκανόν. ὁ μὲν γὰρ εἴσω λιμένων ἐπὶ τῶν οἰάκων καθήμενος, οὔπω τῆς τέχνης ἀκριβῆ δίδωσι βάσανον· τὸν δὲ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει καὶ τῷ χειμῶνι δυνηθέντα διασῶσαι τὸ σκάφος, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν εἶναι φαίη κυβερνήτην ἄριστον.

ΟΥ τοίνυν ἡμῖν οὐδὲ τὸν μοναχὸν θαυμαστὸν ἂν εἴη λίαν καὶ μεθ' ὑπερβολῆς, ὅτι μένων ἐφ' ἑαυτοῦ οὐ ταράττεται, οὐδὲ διαμαρτάνει πολλὰ καὶ μεγάλα ἁμαρτήματα· οὐδὲ γὰρ ἔχει τὰ παροξύνοντα καὶ διεγείροντα τὴν ψυχήν. ἀλλ'

εἴ τις

εἴ τις πλήθεσιν ὅλοις ἑαυτὸν ἐκδεδωκὼς, καὶ τὰς τῶν πολλῶν φέρειν ἁμαρτίας ἀναγκασθεὶς, ἔμεινεν ἀκλινὴς καὶ στερρὸς, ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ χειμῶνι τὴν ψυχὴν διακυβερνῶν· οὗτος κροτεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι παρὰ πάντων ἂν εἴη δίκαιος, ἱκανὴν γὰρ τῆς οἰκείας ἀνδρείας τὴν δοκιμασίαν ἐπεδείξατο. μὴ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς θαυμάσῃς, εἰ τὴν ἀγορὰν φεύγοντες ἡμεῖς, καὶ τὰς τῶν πολλῶν συνουσίας, οὐκ ἔχομεν τοὺς κατηγόρους πολλούς. οὐδὲ γὰρ εἰ καθεύδων οὐχ ἡμάρτανον, οὐδ' εἰ μὴ παλαίων οὐκ ἔπιπτον, οὐδ' εἰ μὴ μαχόμενος οὐκ ἐβαλλόμην, θαυμάζειν ἐχρῆν. τίς γὰρ, εἰπὲ, τίς δυνήσεται κατειπεῖν καὶ ἀποκαλύψαι τὴν μοχθηρίαν τὴν ἐμὴν, ὁ ὄροφος οὗτος καὶ ὁ οἰκίσκος; ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιτο ῥῆξαι φωνήν. ἀλλ' ἡ μήτηρ ἡ μάλιστα πάντων εἰδυῖα τὰ ἐμά; μάλιστα μὲν οὐδὲ πρὸς αὐτὴν ἐστί μοί τι κοινὸν, οὐδὲ εἰς φιλονεικίαν ἤλθομέν πώποτε. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἦν συμβὰν, οὐδεμία οὕτως ἐστὶ μήτηρ ἄστοργος καὶ μισότεκνος, ὡς τοῦτον, ὃν ὤδινε καὶ ἔτεκε καὶ ἔθρεψε, μηδεμιᾶς ἀναγκαζούσης προφάσεως, μηδὲ βιαζομένου τινὸς, κακίζειν καὶ διαβάλλειν παρὰ πᾶσι. ἐπεὶ ὅτι γε, εἴ τις τὴν ἡμετέραν πρὸς ἀκρίβειαν ἐθέλοι βασανίζειν ψυχὴν, πολλὰ αὐτῆς εὑρήσει τὰ σαθρὰ, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, ὁ μάλιστα πάντων ἡμᾶς τοῖς ἐγκωμίοις ἐπαίρειν παρὰ πᾶσιν εἰωθώς. καὶ ὅτι γε οὐ μετριάζων ταῦτα λέγω νῦν, ἀνάμνησον σαυτὸν, ὁσάκις εἶπον πρὸς σὲ, λόγου τοιούτου γινομένου πολλάκις ἡμῖν· ὅτι, εἴ τις αἵρεσίν μοι προὐτίθει, ποῦ μᾶλλον βουλοίμην εὐδοκιμεῖν, ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας προστασίᾳ, ἢ κατὰ τὸν τῶν μοναχῶν βίον; μυρίαις ἂν ψήφοις τὸ πρότερον ἐδεξάμην ἔγωγε. οὐ γὰρ διέλιπόν ποτε μακαρίζων πρὸς σὲ τοὺς ἐκείνης τῆς διακονίας προστῆναι δυνηθέντας καλῶς. ὅτι δὲ ὅπερ ἐμακάριζον, οὐκ ἂν ἔφυγον, ἱκανῶς ἔχων μετελθεῖν· οὐδεὶς ἀντερεῖ. ἀλλὰ τί πάθω; οὐδὲν γὰρ οὕτως ἄχρηστον εἰς ἐκκλησίας προστασίαν, ὡς αὕτη ἡ ἀργία καὶ ἡ ἀμελετησία, ἣν ἕτεροι μὲν ἄσκησίν τινα θαυμαστὴν εἶναι νομίζουσιν·

A Sin verò quis ſe ipſe turbis vniuerſis tradiderit ac multorum delicta hominum ferre coactus cum eſſet, inconcuſſus immotúſque perſtiterit, animum ipſum vel tempeſtate actum tanquam in malacia ac tranquillitate gubernans: hic vero dignus eſt, quem omnes plauſu atque admiratione proſequantur: abunde enim ſuæ ille virtutis periculum fecerit. Ne te igitur admiratio ſubeat, ſi qui à foro atque à populari conſuetudine abhorremus, accuſatores multos nequaquam habeamus. Neque enim ſi quum obdormirem, non deliqui: neque ſi quum non colluctarer, (1. Tim. 3.)
B non cecidi: neque ſi quum non depugnarem, non percuſſus ſum, mirari oportuit. quis enim obſecro, quis, inquam, deferre poterit ac detegere flagitium meum? tectúmne cubiculúmque hoc? at in vocem erumpere non poſſit. an mater potius, cui vni in primis res omnes meæ notæ ſunt? At ne cum illa quidem mihi quicquam commune eſt, neque ipſi inter nos in rixam contentionémque vllam venimus. Id quod vt etiam acciderit, equidem nullam eſſe matrem exiſtimo ſic à pietate charitatéque alienam, ſic à liberorum amore abhorrentem, vt quem parturierit,
C pepererit, educauerit, nulla cauſa impellente, ac nemine cogente, eum palam vituperare ac criminari ſuſtineat. Nam ſi quis aliòqui hunc animum exquiſitè excutere velit, certè permulta in eo deſiderabit. Id quod ne tibi quidem incognitum eſt, qui me tamen apud omnes laudibus in cœlum efferre conſueuiſti. Ac ſanè quòd non extenuandi mei nomine hoc pronunciem, recordare, ſi placet, quoties tibi dixerim, (cum huiuſmodi ſermo identidem inter nos incidiſſet) ſi quis optionem mihi proponeret, vtrum ego inſtitutum ſequi, inq. eo clareſcere mal-
D lem, in eccleſiæ alicuius præfectura, an in monachali ſolitudine, me prius illud vitæ genus mille calculis antepoſiturum. Neque enim ceſſaui vnquam illos apud te ſuſpicere, qui munere illo iuſte defungi poſſent: me verò id munus non detrectaturum fuiſſe, quod tantopere magnifacerem, ſi modo illi prope pertractando par fuiſſem, nemo planè contradicturus eſt. Verùm quid facerem? Equidem nihil minus vtile, minúſq. aptũ eſſe púto ad eccleſiæ præfecturã adminiſtrandã, quã animi mei pigritiã hanc atq. ſocordiam, quã tamen alij exercitationem eſſe exiſtimãt.

At ego illam quaſi meæ imbecillitati velamen prætendo. Qua quidem ex iis quæ in me deſiderantur, plura obtego, neq. ſeſe prodere patior. Quiſquis enim tãti ocij fructũ capere, multáque in quiete vitam tranſigere aſſueuerit, vt magno etiam ingenio præditus ſit: is ſanè ſi quid agẽdum eſt, in quo tyrocinium nõ poſuerit, animo ſtatim turbatur, ac percellitur, obtundũtúrq. magna quidem ex parte facultates viréſq. illius omnes, niſi eas prius ad id ipſum quod facturus eſt, probè exercuerit. Qui ſi fortè ſimul & tardo ingenio natus, & certaminum huiuſmodi expers fuerit: ſuſcepta iſta ſacerdotij adminiſtrãdi prouincia, nihil prorſus (quod noſtrate verbo dicitur) à ſtatuis diſtabit. Quamobrẽ pauci admodum exiſtunt, qui in palæſtra illa in hæc certamina deſcendant: quotquot autẽ deſcẽdũt, ex iis plures ſeſe quales ſint produnt, tum verò animis concidunt, denique inſuaues atque acerbas ſeſe res deuorare intelligunt. Nec abs re quidem illud. Quum enim non eadem ſunt, neque iiſdem de rebus propoſita certamina exercitationéſque, tum fit vt qui decertat, ab eo qui prorſus inexercitatus eſt, nihil diſcrepet. Gloriam in primis contemnere eum oportet, qui in ſtadiũ iſtud decertaturus deſcendit, iram ſuperare, ac multa prouidentia abũdare. Huic autem qui ſolitariam vitam ampectitur, nullus prorſus exercitationis campus propoſitus eſt. Nam neque irritantes habet multos, vt hac ratione meditetur, ac ſeſe exerceat in coërcenda animi excandeſcentia: neq. rurſus palpatores, applauſoréſque, vt hac item ratione popularẽ aurã reſpuere diſcat. Propterea hoc hominum genus non admodum laborant, eam ſibi parare animi prudẽtiam, quam eccleſiæ adminiſtratio requirit: quo fit, vt quũ in ea certamina deſcenderint, quorum nullum antea periculum fecerint, hæreant ipſi, hallucinentur, ineundi conſilij inopia laborent, atque adeò præterquam quòd ad virtutem progreſſionem nullam faciunt, eas etiam dotes quas ſecum attulerant, plerique plerumque deperdant. Tum Baſilius: Quid igitur? eos qui in media hominum turba verſantur, qui vitæ huius cultum, negocia, curas ſequuntur, qui ad rixas, ad pugnas, ad maledicentias occalluere, ſexcentis ingenij facultatibus artibúſque inſtructi; deliciiſque affluentes, eccleſiæ regimini præficiemus? Bona verba, inquam. Huiuſmodi enim hominum in mentem quidem tibi venire debet,

Gloria cõtemptus neceſſarius.

BASIL. CAP. IIX. Facilius monachũ virtutẽ exercere poſſe quam qui multitam curam gerat.

CHRYS.

A ἐγὼ δὲ αὐτὴν ὥσπερεὶ παραπέτασμα τῆς οἰκείας ἔχω φαυλότητος, τὰ πλείονα τῶν ἐλαττωμάτων τῶν ἐμαυτοῦ ταύτῃ συγκαλύπτων, καὶ οὐκ ἐῶν φανεροῦσθαι. ὁ γὰρ ἐνεθισθεὶς τοσαύτης ἀπολαύειν ἀπραγμοσύνης, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν πολλῇ· κἂν μεγάλης ᾖ φύσεως, ὑπὸ τῆς ἀγυμνασίας θορυβεῖται καὶ ταράττεται, καὶ τῆς οἰκείας δυνάμεως περικόπτει μέρος οὐ μικρὸν, τὸ ἀγύμναστον. ὅταν δὲ ὁμοῦ καὶ βραδείας ᾖ διανοίας, καὶ τῶν τοιούτων λόγων καὶ ἀγώνων B ἄπειρος· τοῦτο δὴ τὸ ἡμέτερον, τῶν λιθίνων οὐδὲν διοίσει, ταύτην δεξάμενος τὴν οἰκονομίαν. διὰ τοῦτο τῶν ἐξ ἐκείνης ἐρχομένων τῆς παλαίστρας εἰς τοὺς ἀγῶνας τούτους, ὀλίγοι διαφαίνονται· οἱ δὲ πλείους ἐλέγχονται, καὶ καταπίπτουσι, καὶ πράγματα ὑπομένουσιν ἀηδῆ καὶ χαλεπά. καὶ οὐδὲν ἀπεικός. ὅταν γὰρ μὴ περὶ τῶν αὐτῶν οἵ τε ἀγῶνες ὦσι καὶ τὰ γυμνάσια, τῶν ἀγυμνάστων ὁ ἀγωνιζόμενος οὐδὲν διενήνοχε. δόξης μάλιστα δεῖ καταφρονεῖν τὸν εἰς τοῦτο ἐρχόμενον τὸ στάδιον· ὀργῆς ἀνώτε- C ρον εἶναι, συνέσεως ἔμπλεων πολλῆς. τούτῳ δὲ τῷ τὸν μονήρη στέργοντι βίον οὐδεμία γυμνασίας ὑπόθεσις πρόκειται. οὔτε γὰρ τοὺς παροξύνοντας ἔχει πολλοὺς, ἵνα μελετήσῃ κολάζειν τοῦ θυμοῦ τὴν δύναμιν· οὔτε τοὺς μακαρίζοντας καὶ κροτοῦντας, ἵνα παιδευθῇ τοὺς παρὰ τῶν πολλῶν διαπτύειν ὧδε ἐπαίνους. τῆς τε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπαιτουμένης συνέσεως, οὐ πολὺς αὐτοῖς ὁ λόγος. ὅταν οὖν ἔλθωσιν εἰς τοὺς ἀγῶνας, ὧν μὴ μεμελετήκασι D τὴν πεῖραν· ἀποροῦνται, ἰλιγγιῶσιν, εἰς ἀμηχανίαν ἐκπίπτουσι· καὶ πρὸς τῷ μηδὲν ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετὴν, καὶ ἅπερ ἔχοντες ἦλθον πολλοὶ πολλάκις ἀπώλεσαν. Καὶ ὁ Βασίλειος. Τί οὖν τοὺς ἐν τῷ μέσῳ στρεφομένους, καὶ πραγμάτων φροντίζοντας βιωτικῶν, καὶ τετριμμένους πρὸς μάχας καὶ λοιδορίας, καὶ μυρίας δεινότητος γέμοντας, καὶ τρυφᾶν εἰδότας, ἐπιστήσομεν τῇ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομίᾳ; Εὐφήμει, ἔφην, ὦ μακάριε σύ· τούτους γὰρ οὐδ' εἰς νοῦν βάλλεσθαι δεῖ,

ὅτ' ἂν ἱερέων ἐξέτασις ᾖ. ἀλλ' εἴ τις μετὰ τοῦ πᾶσιν ὁμιλεῖν καὶ συναναστρέφεσθαι δύναιτο τὴν καθαρότητα, καὶ τὴν ἀταραξίαν, τήν τε ἁγιωσύνην καὶ τὴν καρτερίαν καὶ νῆψιν, καὶ τὰ ἄλλα, τὰ τοῖς μοναχοῖς προσόντα ἀγαθά, φυλάττειν ἀκέραια καὶ ἀπερισάλευτα, μᾶλλον τῶν μεμονωμένων ἐκείνων. ὡς ὅ γε πολλὰ μὲν ἔχων ἐλαττώματα, δυνάμενος δὲ αὐτὰ τῇ μονώσει καλύπτειν, καὶ ποιεῖν ἄπρακτα, τῷ μηδενὶ καταμιγνύναι ἑαυτόν· οὐδὲν εἰς μέσον ἐλθών, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ καταγέλαστος γενέσθαι κερδανεῖ, καὶ κινδυνεύσει μείζονας. ὃ μικροῦ δεῖν ἐπάθομεν ἂν ἡμεῖς, εἰ μὴ ἡ τοῦ θεοῦ κηδεμονία τὸ πῦρ ταχέως ἀπῆγε τῆς ἡμετέρας κεφαλῆς. οὐ γάρ ἐστι λαθεῖν τὸν οὕτω διακείμενον, ὅτ' ἂν ἐν τῷ φανερῷ καταστῇ, ἀλλὰ πάντοτε ἐλέγχεται· καὶ καθάπερ τὰς μεταλλικὰς ὕλας δοκιμάζει τὸ πῦρ· οὕτω καὶ ἡ τοῦ κλήρου βάσανος τὰς τῶν ἀνθρώπων διακρίνει ψυχάς, κἂν ὀργίλος τις ᾖ, κἂν μικρόψυχος, κἂν φιλόδοξος, κἂν ἀλαζών, κἂν ὅ, τι δήποτε ἕτερον· ἅπαντα ἐκκαλύπτει, καὶ γυμνοῖ ταχέως τὰ ἐλαττώματα· οὐ γυμνοῖ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερα καὶ ἰσχυρότερα αὐτὰ καθίστησι. καὶ γὰρ τὰ τοῦ σώματος τραύματα, περιξυόμενα δυσίατα γίνεται· καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη κνιζόμενα καὶ παροξυνόμενα, μᾶλλον ἀγριαίνεσθαι πέφυκε, καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὰ πλείονα ἁμαρτάνειν βιάζεται. καὶ γὰρ εἰς ἔρωτα δόξης ἐπαίρει τὸν μὴ προσέχοντα, καὶ εἰς ἀλαζονείαν, καὶ εἰς χρημάτων ἐπιθυμίαν. ὑποσύρει δὲ καὶ εἰς τρυφὴν καὶ εἰς ἄνεσιν καὶ ῥαθυμίαν, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὰ χαλεπώτερα τούτων, καὶ ἐκ τούτων τικτόμενα, κακά. πολλὰ γάρ ἐστιν ἐν τῷ μέσῳ τὰ δυνάμενα ψυχῆς ἀκρίβειαν ἐκλῦσαι, καὶ τὸν ἐπὶ θεὸν διακόψαι δρόμον. καὶ πρῶτον ἁπάντων, αἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ὁμιλίαι. οὐδὲ γὰρ ἔστι τὸν προεστῶτα, καὶ παντὸς τοῦ ποιμνίου κηδόμενον, τοῦ μὲν τῶν ἀνδρῶν ἐπιμελεῖσθαι μέρους, τὸ δὲ τῶν γυναικῶν παρορᾶν· ὃ μάλιστα δεῖται προνοίας πλείονος, διὰ τὸ πρὸς τὰς ἁμαρτίας εὐόλισθον· ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς τούτων ὑγιείας,

A quum de ſacerdotum delectu agetur. At verò ſi quis exiſtet, qui vel multorum hominum vſum conuictúmque ferens, poſſit item animi puritatem, conſtantiam, ſanctimoniam, tolerantiam, ſobrietatem, cæteráſque virtutes quæ monachis inſunt, magis etiam inconcuſſas ſeruare, quàm ipſi etiam monachi ſeruent: ne hic tibi deligendus erit: quandoquidem quiſquis vitiis multis quum laborat, eadem illa poteſt ſolitudine diſſimulare, atque obtegere, ſicque intra ſe continere ne in opus erumpant, propterea quòd nullorum cõuictu hominum vtatur: hic certè ſi in me- B dium acceſſerit, nihil inde lucri aſſequetur, niſi quòd tum ridiculus futurus eſt, tum etiam maius periculum ſubiturus. Id quod nobis propemodum accidiſſet, niſi Dei optimi prouidentia ignem hunc à capite ſtatim meo defendiſſet. Neque enim diſſimulare ſe ipſe poteſt, qui moribus iis fuerit, cum in luce hominúmque cœtu verſatur. Verùm quoquò ſe ille vertat, ſtatim proditur: ac quemadmodum fit vt metallicas materias ignis probet, ita & cleri exacta probatio mortalium animos ſecernit: atque internoſcit: ac ſi quis eſt vel iracundus, vel puſillanimis, vel glo- C riæ appetens, vel arrogans, vel alio quouis animi morbo obſeſſus, id omne detegit, ac latentes ſtatim morbos denudat: nec denudat ſolum, ſed etiam tum aſperiores, tum impotentiores reddit. Nam vt corporis vulnera ſi atteris, curatu difficiliora reddis: ſic natura comparatum videmus, vt animi morbi, ſi irrites exaſperéſque, magis ac magis rebellent, atque incrudeſcant, dominorúmque ſuorum peccata augeant. Etenim ad ambitionem ſtatim attollunt impellúntque eum qui ſibi cauere atque imperare neſciat: itémque ad arrogantiam auaritiámque: clàm au- D tem ad delicias pertrahunt, ad animi demiſſionem, ad ignauiam: ac pedetentim ad alia deinceps indidem enaſcentia. Multa enim alia ſunt vitia iis quæ connumeraui interiecta, quæ animi vim eneruare, ipſúmque ad Deum curſum interrumpere poſſunt. Atque in primis mulierum vſus conſuetudóque. Neque enim poteſt antiſtes, qui gregis vniuerſi curam ſuſcepit, viris tantum curandis operam dare, mulierum autem curã negligere, qua in parte magna profectò opus eſt prouidentia, quòd facilè ad peccandum quiſq. procliuis ſit, ſed illũ oportet cui adminiſtrãdus epiſcopatus ſorte obuenerit,

Mulierum conſuetudo & cura quantam enim.

pro illarum ſalute ſi non maiorem, at parem certè curam ſtudiúmque impendere. Nam & eas inuiſere ægrotantes, & ſolari lugentes, & increpare languentes, & adiuuare afflictas oportet, quæ omnia dum fiunt, plures irrumpendi aditus dæmon inuenire poteſt, niſi exactiſſima quis ac munitiſſima cuſtodia ſeſe vallauerit, quippe animum ipſum ferit ac commouet non impudicæ tantum, ſed etiam pudicæ mulieris oculus: præterea & palpationes emolliunt, & honores mancipant. Et ſimul charitas feruens, eadem bonorum omnium author, iis qui ea rectè vti neſciunt, malorum omnium author fit. Aliquoties autem & ſolicitudines aſſiduæ mentis acumen hebetant, eúmque qui animo volucri ac pernici ſit, plumbo grauiorem reddunt: denique & ira quæ in animum fortè inuaſerit, fumi inſtar interiora omnia à ſe occupata inuoluit. Quis tandem reliqua enumeret incommoda, contumelias, violentias, incuſationes, non ſolum quas viri prudentes, ſed etiam quas tum tenuiores, tum imprudentes intendunt, quæ hominum pars quum rectò animi ſenſu ac iudicio careant, conqueri atque expoſtulare nunquam ceſſant, excuſationes, quibus te defendas, haud facile admittentes. Porrò & antiſtitem qui bonus ſit, oportet ne iſtos quidem contemptui habere, ſed multa cum humanitate, facilitate, comitate omnium criminationes diluere, iniuſtas potius accuſationes condonantem, quam ob eas ægrè ferentem ac ſuccenſentem. Si enim beatus ille Paulus veritus eſt ne furti apud diſcipulos ſuſpectus eſſet, quo nomine & alios in pecuniarum adminiſtrationem ſecum aſſumpſit, vt ne quis, inquit, nos carpat in hac exuberantia quæ à nobis adminiſtratur: quomodo non omnia à nobis agenda ſunt, vt malas à nobis ſuſpiciones amoueamus, quantumuis licet falſas, iniquas, & à noſtra exiſtimatione alienas? A nullo enim peccato tantum abſumus, quantum à furto aberat Paulus. Attamen tantum ille cum abeſſet à prauo huiuſmodi facinore, ne ſic quidem negligendam ſibi putauit communem multorum ſuſpicioné, etiamſi admodum iniquā atq. inſaná. Inſania enim mera tale quid ſuſpicari de beata illa atq. admirabili Pauli anima.

CAP. IX. *Non eſſe contemnendas vulgi ſuſpiciones quauis manifeſtè falſas.*

2. Cor. 8. 20.

A εἰ δὲ μὴ ἐκ πλείονος, ἀλλ' οὖν ἐξ ἴσης φροντίζειν τῆς μοίρας, τὸν λαχόντα τὴν ἐπισκοπὴν δεῖ. καὶ γὰρ ἐπισκέπτεσθαι αὐτὰς, ἡνίκα ἂν κάμνωσι, καὶ παρακαλεῖν, ἡνίκα ἂν πενθῶσι, καὶ ἐπιπλήττειν ῥαθυμούσαις, καὶ βοηθεῖν καταπονουμέναις, ἀνάγκη. τούτων δὲ γινομένων, πολλὰς ἂν εὕροι τὰς παρεισδύσεις ὁ πονηρὸς, εἰ μὴ ἠκριβωμένῃ τις ἑαυτὸν τειχίσειε φυλακῇ. καὶ γὰρ ὀφθαλμὸς βάλλει, καὶ θορυβεῖ ψυχὴν, οὐχ ὁ τῆς ἀκολάστου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς σώφρονος· καὶ κολακεῖαι μαλάττουσι, καὶ τιμαὶ καταδουλοῦνται· καὶ ἀγάπη ζέουσα (τοῦτο δὴ τὸ πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν) μυρίων γέγονεν αἴτιον κακῶν, τοῖς οὐκ ὀρθῶς χρησαμένοις αὐτῇ. ἤδη δὲ καὶ φροντίδες συνεχεῖς ἠμβλυνώθη τὸ τῆς διανοίας ὀξὺ, καὶ μολίβδου βαρύτερον τὸ πτηνὸν ἀπειργάσαντο· καὶ θυμὸς δὲ παρεισελθὼν, καπνοῦ δίκην τὰ ἔνδον κατέσχεν ἅπαντα. τί ἄν τις λέγοι τὰς λοιπὰς βλάβας, τὰς ὕβρεις, τὰς ἐπηρείας, τὰς μέμψεις, τὰς παρὰ τῶν μειζόνων, τὰς παρὰ τῶν ἐλαττόνων, τὰς παρὰ τῶν συνετῶν, τὰς παρὰ τῶν ἀσυνέτων. τοῦτο γὰρ δὴ μάλιστα τὸ γένος τῆς ὀρθῆς ἀπεστερημένον κρίσεως, μεμψίμοιρόν τέ ἐστι, καὶ οὐκ ἂν εὐκόλως ἀπολογίας ἀνάσχοιτό ποτε. τὸν δὲ προεστῶτα καλῶς, οὐδὲ τούτων δεῖ καταφρονεῖν· ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας περὶ ὧν ἂν ἐγκαλῶσι, διαλύεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας καὶ πρᾳότητος, συγγινώσκοντα μᾶλλον αὐτοῖς τῆς ἀλόγου μέμψεως, ἢ ἀγανακτοῦντα καὶ ὀργιζόμενον. εἰ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος, μὴ κλοπῆς ὑπόνοιαν λάβῃ παρὰ τοῖς μαθηταῖς, ἔδεισε· καὶ διὰ τοῦτο προσέλαβε καὶ ἑτέρους εἰς τὴν τῶν χρημάτων διακονίαν· ἵνα μή τις ἡμᾶς μωμήσηται (φησὶν) ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν· πῶς ἡμᾶς οὐ πάντα δεῖ ποιεῖν, ὥστε τὰς πονηρὰς ἀναιρεῖν ὑπονοίας, κἂν ψευδεῖς, κἂν ἀλόγιστοι τυγχάνωσιν οὖσαι, κἂν σφόδρα τῆς ἡμετέρας ἀπέχωσι δόξης. οὐδενὸς γὰρ ἁμαρτήματος τοσοῦτον ἡμεῖς ἀφεστήκαμεν, ὅσον κλοπῆς ὁ Παῦλος. ἀλλ' ὅμως καὶ τοσοῦτον ἀφεστηκὼς τῆς πονηρᾶς ταύτης πράξεως, οὐδὲ οὕτως ἠμέλησε τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας, καίτοι λίαν οὔσης ἀλόγου καὶ μανιώδους· μανία γὰρ ἦν, τοιοῦτόν τι ὑποπτεῦσαι περὶ τῆς μακαρίας καὶ θαυμαστῆς ἐκείνης ψυχῆς.

Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἧττον καὶ ταύτης τῆς ὑποψίας, τῆς οὕτως ἀλόγου, καὶ ἣν οὐδεὶς ἂν μὴ παραπαίων ὑποπτεύσειε, πόῤῥωθεν ἀναιρεῖ τὰς αἰτίας· καὶ οὐ διέπτυσε τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν, οὐδὲ εἶπε· τίνι γὰρ ἂν ἐπῆλθέ ποτε, τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ὑποπτεῦσαι; καὶ ἀπὸ τῶν σημείων, καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τῆς ἐν τῷ βίῳ, πάντων ἡμᾶς καὶ τιμώντων καὶ θαυμαζόντων. ἀλλ' ἅπαν τοὐναντίον καὶ ὑπείδετο, καὶ προσεδόκησε ταύτην τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν· καὶ πρόῤῥιζον αὐτὴν ἀνέσπασε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ φῦναι τὴν ἀρχὴν ἀφῆκε. διὰ τί; προνοούμενοι γάρ φησι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. τοσαύτην δεῖ, μᾶλλον δὲ καὶ πλείονα κεχρῆσθαι σπουδήν· ὥστε μὴ μόνον αἰρομένας κατασπᾶν καὶ κωλύειν τὰς φήμας τὰς οὐκ ἀγαθάς· ἀλλὰ καὶ πόῤῥωθεν, ὅθεν ἂν γένοιντο, προορᾶν· καὶ τὰς προφάσεις ἐξ ὧν τίκτονται προαναιρεῖν, καὶ μὴ περιμένειν αὐτὰς συστῆναι, καὶ ἐν τοῖς τῶν πολλῶν διαθρυλληθῆναι στόμασι. τηνικαῦτα γὰρ οὔτε εὔπορον αὐτὰς ἀφανίσαι λοιπὸν, ἀλλὰ καὶ λίαν δυσχερὲς, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον· οὔτε ἀζήμιον, ὡς μετὰ τὴν τῶν πολλῶν βλάβην τοῦτο γενέσθαι. ἀλλὰ γὰρ μέχρι τίνος οὐ στήσομαι διώκων ἀνέφικτα; τὸ γὰρ ἁπάσας τὰς ἐκεῖ δυσχερείας καταλέγειν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ πέλαγος ἀναμετρεῖν. καὶ γὰρ ὅταν τις αὐτὸς παντὸς καθαρεύσῃ πάθους, ὃ τῶν ἀδυνάτων ἐστὶν, ἵνα τὰ τῶν ἄλλων ἐπανορθώσῃ πταίσματα, μυρία ὑπομένειν ἀναγκάζεται δεινά. προστεθέντων δὲ καὶ τῶν οἰκείων νοσημάτων· ἴδε τὴν ἄβυσσον τῶν πόνων καὶ τῶν φροντίδων, καὶ ὅσα παθεῖν ἀνάγκη τὸν τῶν τε οἰκείων καὶ τῶν ἀλλοτρίων βουλόμενον περιγενέσθαι κακῶν.

ΒΑΣ. Καὶ ὁ Βασίλειος. Νῦν δὲ (φησὶν) οὐδείς σοι τῶν πόνων τούτων ἀγών· οὐδὲ

ΧΡΥΣ. φροντίδας ἔχεις, κατὰ σαυτὸν ὤν. Ἔχω μὲν ἔφην καὶ νῦν. πῶς γάρ ἐστιν, ἄνθρωπον ὄντα καὶ τὸν πολύμοχθον τοῦτον βιοῦντα βίον, φροντίδων ἀπηλλάχθαι καὶ ἀγωνίας. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἴσον, εἰς πέλαγος ἄπειρον ἐμπεσεῖν, καὶ ποταμὸν διαπλεῖν·

A Nihilo tamen minus, quum huiuſmodi ſuſpicio ſic iniqua atque abſurda foret, vt in nullius animum, niſi eius qui mente alienata eſſet, influere poſſet, cauſas ille à ſe omnes procul amolitur. Neque verò vulgi cõtempſit inſaniam, neque dixit: Quis tãdem veſtrum hoc ipſum de nobis ſuſpicari ſuſtineat, quum nemo veſtrum ſit qui nos tum ex ſignis miraculiſque, tum ex vitæ honeſtate atque integritate non reuereatur atque admiretur? imò contrà & ſuſpicatus ille eſt, & expectauit prauam hãc de ſe ſuſpicionem, atque idcirco radicitus eam auellit, ſeu, vt verius dicam, prorſus B ne exoriri quidem eam permiſit. quam ob rem? Procuramus enim, inquit, quę honeſta ſunt, non modo coram domino, ſed etiam coram hominibus. *Rom. 12. 17.* Tantum certè oportet, imò verò longè maius ſtudium adhibere, vt malas opiniones nõ ſolum dum erumpunt, diuellamus arceamúſque, ſed & procul vnde erũpere poſſint, proſpiciamus, atque adeò cauſas ipſas è quib. enaſcantur, longo antè tempore interimamus, non etiam dum coaleſcant, & in vulgi ore verſentur, ac diuulgentur, expectemus. Tum enim haud procliue fuerit illas delere, ſed admodum difficile: fortaſſe etiam C nulla eas arte tum extinguere valeas, neq. vero tum res noxa careat, propterea quòd hoc ipſum fiat, quo tẽpore multorũ conſciẽtiam iam læſeris. Sed enim quouſq. tãdem immorabor in perſequendis iis, quæ oratione quidẽ aſſequi minime ipſe poſſim? quippe difficultates eas omnes recenſere velle, quas epiſcopũ tolerare oportet, prorſus nihil aliud fuerit, quàm maris altitudinẽ emetiri. Nam vt etiã ille ab omni animi perturbatione vacet (id quod aſſequi certè nemo poteſt) tamen emendãdis corrigendiſq. aliorũ delictis, labores ærũnáſque infinitas ferre neceſſariò cogitur. D Quibus quidẽ ſi domeſticos peculiaréſq. morbos addideris, hic tu contẽplare laborũ pelagus, curarúmq. abyſſum, & quæ epiſcopo toleranda erunt, volenti & domeſtica & aliena mala edomare. Atque hic Baſilius. Nunc verò, inquit, nullúſne tibi labor huiuſmodi ſubeundus? nullæne animũ tuũ curæ in ſolitudine iſta excruciãt? Excruciãt quidem, inquã, vel hodie. Qui enim poteſt is qui homo quidem ipſe ſit, ac vitam hanc ærumnoſam viuat, à curis, à laboribus, anguſtiis ſeſe expedire? Verum haudquaquam certè paria inter ſe ſunt, immenſum pelagus emetiri, & fluuium aliquem nauigio tranſmittere:

BASIL. CAP. X. Nõ magni eſſe negotij ſeipſũ ſeruare.

CHRYS.

tam ingens enim has inter & illas curas intercedit, interuallum. Equidem ſi hodie poſſim vſui aliis eſſe, id vtique deſideriis votiſque omnibus concupiſcam: ſin id præſtare non poſſim, at mihi certe factum ſatis putabo, ſi me ſeruare atque à

BASIL. tempeſtate eximere dabitur. Tu verò, inquit Baſilius, hoc ipſum magnum eſſe cenſes? Prorſus autem & te ſeruatum iri

CHRYS. putas, qui alios nulla re iuueris? Benè ac rectè, inquam, elocutus es: neque enim id mihi perſuaſi, ſaluum fieri quemquam poſſe, qui pro proximi ſui ſalute nihil laboris impenderit, quum neque miſerum illum quicquam iuuerit, talentum

Matt. 25. 24. ſibi traditum non imminuiſſe: immo hoc ille nomine periit, quòd illud non auxiſſet duplicaſſetque. Veruntamen leuius mihi ſupplicium adfore puto, accuſato cur & alios ipſe non ſeruauerim, quàm ſi & me item vnà cum illis perdiderim, tanta iſta ſacerdotij dignitate ſuſcepta, longe ipſe deterior ſceleratiorq. effectus. Equidem nunc mihi perſuadeo fore, vt tantum mihi ſupplicium irrogetur, quantum peccatorum à me perpetratorum magnitudo poſtulat: qui ſi principatum hunc ſuſcepero, tum me ſanè pœnam pendere oportebit, non duplam, triplámve, ſed longe item grauiorem: hoc ipſo quòd ſimul plures læſerim, ſimul poſt maiorem honorem à me acceptum, Deum optimum qui me honore illo dignatus fuerit, offenderim.

CAP. XI. *Grauiorem pœnã manere peccata ſacerdotum.* Propterea enim Deus Iſraëlitas accuſans, ob hãc cauſam acrius oſtendit maiori illos pœna dignos, quòd peccauerint poſt honores ab ipſo acceptos, aliquoties in hæc verba eos compellans:

Amos 3. 2. & 2.11. Atqui vos cognoui ex omnibus terræ tribubus, propterea vindicabo in vos impietates veſtras. Aliàs autem: Aſſumpſi ex filiis veſtris qui eſſent prophetæ, itémque ex adoleſcentibus veſtris qui mihi ſancti eſſent. Atque adeò ante prophetarum tempora, oſtendere volens Deus hominum peccata longe maiori ſupplicio expiari dum à ſacerdotibus,

Levit. 4. 3. & 14. quàm dum à priuatis fiunt, mandat vt tantundem pro ſacerdotibus, quantum pro vniuerſo populo ſacrificium offeratur. Quod quidem quid aliud ſignat, quàm ſacerdotis vulnera maiori medicamento atque auxilio indigere, atque adeò tanto, quanto coniuncta ſimul vniuerſi populi vulnera indigent? Porrò maiori nequaquam indigerent, niſi ea

A τοσοῦτο γὰρ τούτων κἀκείνων τῶν φροντίδων τὸ μέσον. νῦν μὲν γὰρ εἰ μὲν δυνηθείην καὶ ἑτέροις γενέσθαι χρήσιμος, βουλοίμην ἂν τὲ αὐτὸς, καὶ πολλῆς μοι τοῦτο ἔργον εὐχῆς· εἰ δ᾽ οὐκ ἔστιν ἕτερον ὀνῆσαι· ἐμαυτὸν γοῦν ἐὰν ἐξισχύσαιμι διασῶσαι, καὶ τοῦ κλύδωνος ἐξελθεῖν, ἀρκεσθήσομαι τούτῳ. εἶτα, τοῦτο οὖν μέγα φησὶν εἶναι ὁ Βασίλειος· ὅλως δὲ καὶ σωθήσεσθαι νομίζεις, ἑτέρων μηδενὶ γενόμενος χρήσιμος; Εὖ καὶ καλῶς, ἔφην, εἴρηκας· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς τοῦτο πιστεύειν ἔχω, ὅτι σώζεσθαι ἔνεστι τὸν

BAΣ.

XPYΣ.

B οὐδὲν εἰς τὴν τοῦ πλησίον κάμνοντα σωτηρίαν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνον τὸν δείλαιον ὤνησέ τι, τὸ μὴ μειῶσαι τὸ τάλαντον· ἀλλ᾽ ἀπώλεσε τὸ μὴ πλεονάσαι, καὶ διπλοῦν προσενεγκεῖν. πλὴν ἀλλ᾽ ἐπιεικεστέραν μοι τὴν τιμωρίαν οἶμαι ἔσεσθαι ἐγκαλουμένῳ, διὰ τί μὴ καὶ ἑτέρους ἔσωσα· ἢ εἰ καὶ ἑτέρους καὶ ἐμαυτὸν προσαπώλεσα, πολὺ χείρων γενόμενος μετὰ τὴν τοσαύτην τιμήν. νῦν μὲν γὰρ τοσαύτην ἔσεσθαί μοι πιστεύω τὴν κόλασιν, ὅσην ἀπαιτεῖ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ μέγεθος. μετὰ δὲ τὸ δέξασθαι τὴν ἀρχὴν, οὐ

C διπλῆν μόνον ἢ τριπλῆν, ἀλλὰ καὶ πολλαπλασίονα· τῷ τε πλείονας σκανδαλίσαι, καὶ τῷ μετὰ μείζονα τιμὴν προσκροῦσαι τῷ τετιμηκότι θεῷ. Διά τοι τοῦτο καὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν σφοδρότερον κατηγορῶν, τούτῳ δείκνυσιν αὐτοὺς μείζονος ὄντας κολάσεως ἀξίους, τῷ μετὰ τὰς παρ᾽ αὐτοῦ γενομένας εἰς αὐτοὺς τιμὰς ἁμαρτεῖν· ποτὲ μὲν λέγων· πλὴν ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ἐκδικήσω ἐφ᾽ ὑμᾶς τὰς ἀσεβείας ὑμῶν. ποτὲ δέ· ἔλαβον ἐκ τῶν

D υἱῶν ὑμῶν εἰς προφήτας, καὶ ἐκ τῶν νεανίσκων ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν. καὶ πρὸ τῶν προφητῶν ἐπὶ τῶν θυσιῶν δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι τὰ ἁμαρτήματα μείζονα ἐκδέχεται πολλῷ τὴν τιμωρίαν, ὅτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἱερέων γένηται, ἢ ὅτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν· προστάττει τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ ἱερέως προσάγεσθαι τὴν θυσίαν, ὅσην ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντός ἐστιν, ἢ ὅτι μείζονος βοηθείας δεῖται τὰ τοῦ ἱερέως τραύματα· καὶ τοσαύτης, ὅσης ὁμοῦ τὰ παντὸς τοῦ λαοῦ. μείζονος δὲ οὐκ ἂν ἐδεῖτο, εἰ μὴ χα-

λεπτότερα ἦν. χαλεπώτερα δὲ γίνεται, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ τοῦ τολμῶντος αὐτὰ ἱερέως βαρυνόμενα. καὶ τί λέγω τοὺς ἄνδρας τοὺς τὴν λειτουργίαν μετιόντας; αἱ γὰρ θυγατέρες τῶν ἱερέων, αἷς οὐδεὶς πρὸς τὴν ἱερωσύνην λόγος, ὅμως διὰ τὸ πατρικὸν ἀξίωμα, τῶν αὐτῶν ἁμαρτημάτων πολὺ πικροτέραν ὑπέχουσι τὴν τιμωρίαν. καὶ τὸ μὲν πλημμέλημα ἴσον αὐταῖς καὶ τῶν ἰδιωτῶν θυγατράσι, πορνεία γὰρ ἀμφότερα· τὸ δὲ ἐπιτίμιον πολλῷ τούτων χαλεπώτερον. ὁρᾷς μεθ' ὅσης σοι δείκνυσι περιουσίας ὁ θεὸς, ὅτι πολλῷ πλείονα τῶν ἀρχομένων ἀπαιτεῖ τὸν ἄρχοντα τιμωρίαν; οὐ γὰρ δή που ὁ τὴν ἐκείνου θυγατέρα δι' ἐκεῖνον μειζόνως τῶν ἄλλων κολάζων, τὸν καὶ ἐκείνῃ τῆς προσθήκης τῶν βασάνων αἴτιον, ἴσην τοῖς πολλοῖς εἰσπράξεται δίκην, ἀλλὰ πολλῷ μείζονα. καὶ μάλα γε εἰκότως. οὐ γὰρ εἰς αὐτὸν περιίσταται μόνον ἡ ζημία· ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ εἰς αὐτὸν βλεπόντων, καταβάλλει ψυχάς. τοῦτο καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ διδάξαι βουλόμενος, διίστησιν ἀπ' ἀλλήλων τὴν τῶν κριῶν καὶ τὴν τῶν προβάτων κρίσιν. ἆρά σοι δοκοῦμεν λόγον ἔχοντα πεφοβῆσθαι φόβον; πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις νῦν μέλει καὶ πολλοῦ μοι δεῖ πόνου, πρὸς τὸ μὴ δὴ καταγωνισθῆναι τέλειον ὑπὸ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν· ἀλλ' ὅμως ἀνέχομαι τὸν πόνον, καὶ οὐ φεύγω τὸν ἀγῶνα. καὶ γὰρ ὑπὸ κενοδοξίας ἁλίσκομαι μὲν καὶ νῦν· ἀναφέρω δὲ πολλάκις. καὶ ὅτι ἑάλων, συνορῶ· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐπιτιμῶ τῇ δουλωθείσῃ ψυχῇ. ἐπιθυμίαι μοι προσπίπτουσι μὲν ἄτοποι καὶ νῦν· ἀλλ' ἀργότεραι ἀνάπτουσι τὴν φλόγα, τῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἔξωθεν οὐκ ἐχόντων ἐπιλαβέσθαι τῆς τοῦ πυρὸς ὕλης. τοῦ δὲ κακῶς τὸν δεῖνα λέγειν, καὶ λεγομένων ἀκούειν, ἀπήλλαγμαι παντελῶς· τῶν διαλεγομένων οὐ παρόντων. οὐ γὰρ δὴ οὗτοι οἱ τοῖχοι δύναιντ' ἂν ἀφεῖναι φωνήν. ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ὀργὴν ὁμοίως δυνατὸν διαφυγεῖν, καί τοι γε τῶν παροξυνόντων οὐκ ὄντων. μνήμη γὰρ πολλάκις ἀνδρῶν ἀτόπων προσπεσοῦσα, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν γινομένων,

A grauiora forent. Atqui grauiora certè fiunt, non natura ipſa, ſed ſacerdotis qui ea commiſerit, conditione ac dignitate. Cæterum quid hic nos de viris verba facimus, qui miniſterium pertractantes ſacris operarentur, quum & ſacerdotum filiæ, quibus ipſis nihil cum ſacerdotio commune eſt, propter dignitatem paternam eorũdem peccatorum pœnam multo acerbiorem ſuſtineant? Ac peccatum quidem par æqualéque, tum quod illæ, tum quod priuatorum hominum filiæ commiſerint: mœchatio enim vtrunque, at mulcta illis irrogata multo ſeuerior. B Cernis quàm abunde Deus declaret longe maius ſeſe ſuppliciũ à principe quàm à ſubditis exigere? Neque enim qui in filiam propter eius patrem grauius quàm in alias quaſuis animaduertit, à patre certè, qui ipſe auctarij pœnæ in filiam irrogandæ author ſit, parem eandémque cum vulgo pœnam exiget, ſed multo ſanè grauiorem. Id quod vel maximè conſentaneum eſt. Non enim damnum inde exoriens, in illum tantum recidit, verum & infirmorum, & eorum item omnium, quorum oculi in illum conuerſi ſunt, animos tentat. Hoc ipſum & Ezechiel do- C cere volens, ſeparat ſecernitque arietes ab ouibus. Ecquid tibi nunc videmur iuſto terrore percuſſi fuiſſe? Nam præter illa quæ à me dicta ſunt, quamquam magnopere mihi adlaborandum eſt, vt ne penitus ab animi huius morbis opprimar, tamen laborem ipſum ſuſtineo, nec certamen quidem ſubterfugio. Etenim animus quidem meus ab inani gloria vel hodie capitur: ſed tamen exerto capite ſæpenumero reſipiſco, ac me captum eſſe intelligo, atque adeò aliquoties captum ſeruilémque animum increpo. Obrepunt mihi vel hodie abſurdæ quædam D appetentiæ, ſed quæ remiſſiorem incendant flammam, propterea quòd oculis extrinſecus materia nulla ſuppeditet, qua ignis conceptus foueatur. Vaco autem prorſus ab oblocutionibus maledicentiiſque, quas vel in alios contorqueam, vel ab aliis in me contortas audiam, cum nullos habeam quibuſcum ſermones ipſe meos conferre poſſim. Neque enim priuati hi parietes vocem edere valeant. Sed nec iræ quidem moderari perinde poſſum: etiam ſi nullus adſit à quo irriter. Sæpè enim quum mihi in mentem venit ineptorum quorundam hominum, facinorúmque ab illis perpetratorum,

Leuit. 21. 9.
Deut. 22.
1 Reg. 4.
Ezech. 34. 17.

CAP. XII.

Exemplis probatio & doloris qui oritur propter ſacerdotij expectationem.

tum certè fit vt animo intumeſcam, commoueârque: qui tamen animi motus non ad finem vſque decurrit. Statim enim excandeſcentem illum compeſcimus, perſuadentes vt conquieſcat, præſertim vbi illum docuerimus, inſulſiſſimum eſſe, extremæque demum infelicitatis, domeſticis malis commodiſque prætermiſſis, in alienis curioſos eſſe. Qui ſi in multitudinis conſortium me conferam, perturbationúmque illarum infinitate occuper: iam non liceat admonitione huiuſmodi perfrui, neque rationes eas comminiſci, quibus animus mihi meus ſic inſtruatur, atque erudiatur. Sed quemadmodum fieri videmus, vt qui fluctu rapiente, aut alia vi in caput præcipites feruntur, poſſint quidem interitus ſui finem proſpicere, at ſalutis rationem inire non item: ſic & ipſe ſi ingentem illum morborum tumultum irruero, potero quidem ſupplicium meum contueri in dies magis ingraueſcens: mihi autem conſtare, quemadmodum & mihi nunc conſto, ac morbos huiuſmodi vndique rapientes increpare, non perinde facile atque antea. Mihi enim animus imbecillis, exiguus, & captu admodum facilis, non ab his tantum morbis, ſed & ab inuidentia, morbo omnium longè moleſtiſſimo, qui animus neque contumelias neque honores moderate ferre poteſt, quin potius ſupra modum vt his attollitur, ita illis deprimitur. Ergo quemadmodum ferarum immanium eſt, vt dum læto ſaginatóque corpore geſtientes luxuriant, facilè eos vincant qui ſecum depugnent, præſertim ſi aduerſarij imbecilli ac pugnandi minimè periti fuerint: ſin verò eas quis fame macerarit, ſtrigoſáſque effecerit, tum fiet vt illarum furorem ſopiat, ac virium bonam partem ſic contundat, vt qui non admodum generoſus fortiſque ſit, poſſit cum illis facilè decertare ac depugnare: ſic & animi morbos quiſquis infirmos reddiderit, eos certè ſub rationis gyrum facilè reducit. Rurſus quiſquis exquiſitè educauerit, moleſtiorem ſibi aduerſus illos pugnam conſtituit: atque hac demum ratione ſic aduerſum ſe terribiles efferáſque reddit, vt cogatur in perpetua tum ſeruitute, tum in formidine vitam tranſigere.

Quænam ſint paſſionum fomenta. Quænam igitur belluarum iſtarum alimenta? inanis quidem gloriæ alimenta ſunt laudes, atque honores: Contumaciæ, potentiæ, atq. adeò licentiæ magnitudo: Inuidentiæ, alienæ famæ celebritas: Auaritiæ, largientium liberalitas: Intempera-

A ἐξοιδεῖν μοι τὴν καρδίαν ποιεῖ, πλὴν ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος· ταχέως γὰρ αὐτὴν φλεγμαίνουσαν καταστέλλομεν, καὶ πείθομεν ἡσυχάζειν, εἰπόντες· ὅτι λίαν ἀσύμφωνον, καὶ τῆς ἐσχάτης ἀθλιότητος, τὰ οἰκεῖα ἀφέντας κακὰ, τὰ τῶν πλησίον περιεργάζεσθαι. ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ πλῆθος ἐλθὼν, καὶ ταῖς μυρίαις ἀποληφθεὶς ταραχαῖς, δυνήσομαι ταύτης ἀπολαύειν τῆς νουθεσίας, οὐδὲ τοὺς ταῦτα παιδαγωγοῦντας λογισμοὺς εὑρεῖν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ κατὰ κρημνῶν ὑπό τινος ῥεύματος B ἢ καὶ ἑτέρως ὠθούμενοι, τὴν μὲν ἀπώλειαν, εἰς ἣν τελευτῶσι, προορᾶν δύνανται· βοήθειαν δέ τινα ἐπινοεῖν οὐκ ἔχουσιν· οὕτω καὶ αὐτὸς εἰς τὸν πολὺν τῶν παθῶν θόρυβον ἐμπεσὼν, τὴν μὲν κόλασιν καθ' ἑκάστην αὐξομένην μοι τὴν ἡμέραν, δυνήσομαι συνορᾶν· ἐν ἐμαυτῷ δὲ γενέσθαι καθάπερ καὶ νῦν, καὶ ἐπιτιμῆσαι πάντοθεν τοῖς νοσήμασι λυττῶσι τούτοις, οὐκ ἔτι ὁμοίως εὔπορον ἐμοὶ καθάπερ καὶ πρότερον. ἐμοὶ γὰρ ψυχή τίς ἐστιν ἀσθενὴς, καὶ μικρὰ, καὶ εὐχείρωτος οὐ τούτοις μόνον τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ C τῷ πάντων πικροτέρῳ φθόνῳ· καὶ οὔτε ὕβρεις οὔτε τιμὰς μετρίως ἐπίσταται φέρειν· ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἐκεῖναί τε ἐπαίρουσιν αὐτὴν, καὶ ταπεινοῦσιν αὗται. ὥσπερ οὖν θηρία χαλεπὰ, ὅτ' ἂν μὲν εὐσωματῇ καὶ σφριγᾷ, τῶν πρὸς αὐτὰ μαχομένων κρατεῖ· καὶ μάλιστα, ὅτ' ἂν ἀσθενεῖς ὦσι καὶ ἄπειροι· εἰ δέ τις αὐτὰ λιμῷ κατατήξειε, τόν τε θυμὸν αὐτοῖς ἐκοίμισε, καὶ τῆς δυνάμεως τὸ πλέον ἔσβεσεν, ὡς καὶ τὸν μὴ λίαν γενναῖον ἀναδέξασθαι τὸν πρὸς ταῦ- D τα ἀγῶνα καὶ πόλεμον· οὕτω καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ὁ μὲν ἀσθενῆ ποιῶν, ὑπὸ τοῖς ὀρθοῖς αὐτὰ τίθησι λογισμοῖς· ὁ δὲ τρέφων ἐπιμελῶς, χαλεπωτέραν αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὰ καθίστησι μάχην, καὶ οὕτως αὐτῷ φοβερὰ ἀπεργάζεται, ὡς ἐν δουλείᾳ καὶ δειλίᾳ τὸν πάντα χρόνον βιοῦν. τίς οὖν τῶν θηρίων τούτων ἡ τροφή; κενοδοξίας μὲν, τιμαὶ καὶ ἔπαινοι· ἀπονοίας δὲ, ἐξουσίας καὶ δυναστείας μέγεθος· βασκανίας δὲ, αἱ τῶν πλησίον εὐδοκιμήσεις· φιλαργυρίας, αἱ τῶν παρεχόντων φιλοτιμίαι· ἀκολασίας, τρυφὴ,

καὶ αἱ συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις· καὶ ἕτερα ἕτερον. πάντα δὲ ταῦτα εἰς μὲν τὸ μέσον ἐλθόντι σφοδρῶς ἐπιθήσεται, καὶ ἀπεράξει μοι τὴν ψυχήν, καὶ φοβερὰ ἔσται, καὶ χαλεπώτερόν μοι τὸν πρὸς ταῦτα ποιήσει πόλεμον· ἐνταῦθα δὲ καθημένῳ, μετὰ πολλῆς μὲν καὶ οὕτως ὑποταγήσεται βίας· ὑποταγήσεται δ' οὖν ὅμως τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, καὶ τῆς ὑλακῆς αὐτοῖς οὐδὲν ἔσται πλέον. διὰ ταῦτα τὸν οἰκίσκον φυλάττω τοῦτον, καὶ ἀπρόϊτος, καὶ ἀκοινώνητός εἰμι καὶ ἀσυνουσίαστος, καὶ μυρίας ἑτέρας τοιαύτας μέμψεις ἀκούειν ἀνέχομαι· ἡδέως μὲν ἂν αὐτὰς ἀποτριψάμενος, τῷ δὲ μὴ δύνασθαι δακνόμενος καὶ ἀλγῶν. οὐδὲ γὰρ εὔπορόν μοι, ὁμιλητικόν τε ὁμοῦ γενέσθαι, καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ἀσφαλείας μένειν. δι' ὃ καὶ αὐτόν σε παρακαλῶ, τὸν ὑπὸ τοσαύτης δυσχερείας ἀπειλημμένον ἐλεεῖν μᾶλλον, ἢ διαβάλλειν· ἀλλ' οὐδέπω σε πείθομεν. οὐκοῦν ὥρα μοι λοιπόν, ὃ μόνον εἶχον ἀπόρρητον, πρός σε καὶ τοῦτο ἐκβαλεῖν. καὶ ἴσως μὲν ἄπιστον εἶναι δόξει πολλοῖς· ἐγὼ δὲ αὐτὸ οὐδὲ οὕτως εἰς μέσον ἐνεγκεῖν αἰσχυνθήσομαι. εἰ γὰρ καὶ πονηρᾶς συνειδήσεως, καὶ μυρίων ἁμαρτημάτων ἔλεγχος τὸ λεγόμενον ᾖ· τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς κρίνειν θεοῦ πάντα εἰδότος ἀκριβῶς, τί πλέον ἡμῖν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγνοίας ἐγγενέσθαι δυνήσεται; τί οὖν ἐστι τὸ ἀπόρρητον; ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἐν ᾗ ταύτην ἐνέθηκάς μοι τὴν ὑποψίαν, πολλάκις ἐκινδύνευσέ μοι παραλυθῆναι τὸ σῶμα τέλεον, τοσοῦτος μὲν φόβος, τοσαύτη δὲ ἀθυμία κατέσχε μου τὴν ψυχήν. τῆς γὰρ Χριστοῦ νύμφης τὴν δόξαν ἐννοῶν, τὴν ἁγιωσύνην, τὸ κάλλος τὸ πνευματικόν, τὴν σύνεσιν, τὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ λογιζόμενος κακά, οὐ διέλιμπανον, ἐκείνην τε πενθῶν, καὶ ἐμαυτὸν ταλανίζων, καὶ στένων συνεχῶς, καὶ διαπορῶν, πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον ταῦτα· τίς ἄρα ταῦτα συνεβούλευσε; τί τοσοῦτον ἥμαρτεν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία; τί τηλικοῦτο παρώξυνε τὸν αὐτῆς δεσπότην, ὡς τῷ πάντων ἀτιμοτάτῳ παραδοθῆναι ἐμοί, καὶ τοσαύ-

tiæ, deliciæ atq. aſſidui mulierum cõgreſſus: In ſumma, ne hic de ſingulis agam, alimẽtum aliud, aliud peccatũ alit. Proinde belluæ hæ omnes me, ſi in mediũ hominũ cœtum acceſſero, magno impetu adoriẽtur, animúmq. hunc cõturbabunt: tũ verò & terrorẽ afferentes, moleſtiorẽ mihi contra ſe pugnam efficient. Cæterum tãtiſper dũ ſolitudinem hanc colo, quãquam multo cum labore ſubiiciẽtur, tamẽ Dei optimi gratia, ſic ſubiicientur, vt præter latratum nihil habeãt. His de cauſis in hac me ipſe cellula contineo: his de cauſis alios quærentes, nemini ad me aditum patere, cõtuberniúmq. ac conuictũ meũ cum nemine cõmunem eſſe, infinitáſq. in me id genus criminationes cõgerentes, facile fero: quas equidẽ lubẽs abſtergerẽ, ſed quũ id nõ liceat, quod proximũ quidem eſt, animũ hunc dolore cõpungo, ac mœſtitia excrucio. Neque enim procliue mihi eſt vno eodémq. tẽpore tum hominũ cõſuetudine vti, tum hac in animi ſecuritate ac prę̨ſẽtia perſiſtere: quo fit vt te ego exhorter eũ potius miſerari, quàm calũniari vt velis, qui tãta difficultate interceptus eſt. At verò ipſe tibi, quod video, nondũ oratione mea perſuaſi. Itaque appetere iã tẽpus reor, vt quod vnũ ſupereſt mihi arcanũ, id in ſinũ tandẽ tuum effundam, etiãſi multis id fortaſſe tale futurum ſit, vt credi minime debeat: me verò quicquid id eſt, ne hac quidem ratione euulgare pudebit. Nam vt illud à me euulgatũ, futurũ ſit tũ malæ huius cõſcientiæ, tũ infinitorũ peccatorum argumentũ: tamẽ quũ non alius quàm Deus ipſe (cui vni nihil certè occultũ eſt) de nobis iudicium facturus ſit: quid nobis tandẽ lucri, quid emolumẽti ex hominũ ignoratione hac in parte accedere poterit? Quodnã igitur arcanum hoc eſt? Ab eo ipſo die quo tute mihi epiſcopatus ſuſpicionẽ hanc inieciſti, factum eſt idẽtidẽ, vt corpus hoc ab anima propemodum diſſolueretur: tã ingẽs pauor, tã ingẽs mœſtitia animũ meũ occupauit. Nã cũ apud me cõſiderarẽ Chriſti ſpõſæ gloriã, ſanctimoniã, venuſtatem ſpiritualẽ, prudentiã, ornatũ, tũ verò animi mei vitia expẽderẽ, fiebat vt aſſiduis tum illã, tum etiã me gemitib. luctibúſq. proſequerer. quo in animi angore doloréq. dũ verſarer, hiſce memet verbis cõueniebam: Quiſnam cõſilij huius author fuit? quid tandẽ tãtum peccauit Dei eccleſia? quænã tanta res ipſius eccleſiæ dominũ excitauit, induxitq. vt illã tãto cũ eius dedecore mihi mortalium

Arcanum detegit Baſilio.

omnium ignominioſiſſimo regendam traderet? Hæc ipſa mecum identidem reputans, dum abſurditatis indignitatiſq. huius ne cogitationem quidem animo ſuſtinere valerem, fiebat vt eorum exẽplo qui attoniti ſunt, ſtupens, neque cernere, neq. audire quicquam poſſem. Ab hæſitantia autem ac conſternatione huiuſmodi quũ animus tandem meus dimiſſus eſſet, (faceſſebat enim intermittebátque illa nonnunquã) ſuccedebant lachrymæ ac mœſtitia: tum verò poſt lachrymarum ſatietatem rurſus inſinuabat ſeſe timor animum hunc cõmouens, conturbans, concutiens. In tanto ego æſtu antea vixi, cum id tute ignorares, méque in tranquillitate victitare exiſtimares. Ego verò nunc tibi animi mei æſtum detegere tentabo: hinc enim fortaſſe veniam mihi dabis, méq. tandem inſimulare deſines. Quî igitur illum detegam? Nam ſi eum aperte oculis iſtis cernere velis, id nimirum haud aliter liceat, quàm corde hoc tibi per me prius detecto, nudatóque. Quod quia fieri non poteſt, tibi hic ergo per obſcuram quandam imaginem, vtcunq. potero, experiar mœſtitiæ meæ fumũ repræſentare: tu verò ex ipſa imagine mœſtitiam tãtum noſtrã colligito.

Comparatione rem illuſtrat.

Fingamus puellã aliquã regis filiã, & eius quidẽ cui terra ea vniuerſa quę ſub ſole poſita eſt, pareat, à proco quopiã expeti: tum verò demus nouã quãdam in ea ineſſe formæ venuſtatẽ, quæ ſic humanã naturã tranſcendat, vt per eam puella muliebre genus vniuerſum magno admodũ diſcrimine ſuperet: præterea tãtã illi ineſſe animi virtutem, vt virorum genus eorum, inquã, qui vel antea fuere, vel futuri olim ſunt, longo poſt ſe interuallo relinquat: tũ autẽ & morum honeſtate tanta eandẽ excellere, vt vel omnes philoſophiæ terminos excedat: deniq. talem eſſe, vt proprij aſpectus gratia, oculorúmq. venuſtas vniuerſam illam corporis totius elegantiam obſcuret. Addamus item, ſi placet, ipſius procum, non ex iis tantum quæ diximus, virginis amore ardere, ſed furore itẽ neſcio quo erga illam affici: quo quidem inſaniſſimos quoſque qui antea vnquam extiterint, amatores ſuperet: poſtea procum hũc dum hoc philtro ac furore deflagrat, alicunde accepiſſe, futurum vt puellam illam quam miro amore deperéat, homuncio neſcio quis humilis, abiectus, obſcuro atque ignobili genere natus, quiq. idem corpore ſit mutilo, denique mortalium omnium nequiſſimus, in vxorem ducat.

A τὴν ὑπομεῖναι ἡγεμονίαν; Ταῦτα πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν λογιζόμενος, καὶ τοῦ λίαν ἀτόπου μηδὲ τὴν ἐνθύμησιν δυνάμενος ἐνεγκεῖν· ὥσπερ οἱ παραπλῆγες ἔκειμην ἀχανής, οὔτε ὁρᾶν οὔτε ἀκούειν τι δυνάμενος. τῆς δὲ ἀμηχανίας με τῆς τοσαύτης ἀφείσης (καὶ γάρ ἐστιν, ὅτε καὶ ὑπεξίστατο) διεδέχετο δάκρυα, καὶ ἀθυμία. καὶ μετὰ τὸν τῶν δακρύων κόρον, ἀντεισῄει πάλιν ὁ φόβος, ταράττων, καὶ θορυβῶν, καὶ διασείων μοι τὴν διάνοιαν· τοσαύτῃ ζάλῃ τὸν παρελθόντα συνέζων χρόνον.

B σὺ δὲ ἠγνόεις, καὶ ἐν γαλήνῃ με διάγειν ἐνόμιζες. ἀλλὰ νῦν σοι ἀποκαλύψαι πειράσομαι τὸν χειμῶνα τῆς ἐμῆς ψυχῆς· τάχα γάρ μοι καὶ ἀπὸ τούτου συγγνώσῃ, τὰ ἐγκλήματα ἀφείς. πῶς οὖν σοι, πῶς αὐτὸν ἐκκαλύψωμεν; εἰ μὲν σαφῶς ἐθέλοις ἰδεῖν, ἑτέρως οὐκ ἐνῆν, ἀλλ' ἢ τὴν καρδίαν γυμνώσαντά σοι τὴν ἐμήν. ἐπεὶ δὴ δὲ τοῦτο ἀδύνατον· δι' ἀμυδρᾶς τινὸς εἰκόνος, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι τὸν τῆς ἀθυμίας τέως ὑποδεῖξαι καπνόν· σὺ δὲ ἐκ τῆς εἰκόνος τὴν ἀθυμίαν σύλλεγε μόνην.

C ὑποθώμεθα εἶναί τινι μνηστὴν, τοῦ πάσης τῆς ὑφ' ἥλιον κειμένης γῆς βασιλεύοντος θυγατέρα· ταύτην τε τὴν κόρην κάλλος τι ἔχειν ἀμήχανον, οἷον καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνειν φύσιν, καὶ τούτῳ τὸ τῶν γυναικῶν ἅπασαν φῦλον ἐκ πολλοῦ τοῦ διαστήματος νικᾶν· καὶ ψυχῆς ἀρετὴν τοσαύτην, ὡς καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος, τῶν τε γενομένων, τῶν τε ἐσομένων ποτὲ, πολλῷ τῷ μέτρῳ κατόπιν ἀφεῖναι· καὶ πάντας μὲν ὑπερβῆναι φιλοσοφίας ὅρους τῇ τῶν τρόπων εὐκοσμίᾳ, πᾶσαν

D δὲ κρύψαι σώματος ὥραν τῷ τῆς οἰκείας ὄψεως κάλλει. τὸν δὲ ταύτης μνηστῆρα, μὴ διὰ ταῦτα μόνον περικαίεσθαι τῆς παρθένου, ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτων πάσχειν τι πρὸς αὐτήν, καὶ τῷ πάθει τούτῳ τοὺς μανικωτάτους τῶν πώποτε γενομένων ἀποκρύψαι ἐραστῶν. εἶτα μεταξὺ τῷ φίλτρῳ καιόμενον καὶ ἀκοῦσαί ποθεν, ὅτι τὴν θαυμαστὴν ἐρωμένην ἐκείνην τῶν εὐτελῶν τις καὶ ἀπερριμμένων ἀνθρώπων, καὶ δυσγενής, καὶ τὸ σῶμα ἀνάπηρος, καὶ πάντων τῶν ὄντων μοχθηρότατος μέλλοι πρὸς γάμον ἄγεσθαι.

Digitized by Google

ἆρ᾽ ἄξιά σοι μικρόν τι μέρος τῆς ἡμετέρας ὀδύνης παρεστήσαμεν, καὶ ἀρκεῖ μέχρι τούτου στῆσαι τὴν εἰκόνα; τὸ μὲν ἀθυμίας ἕνεκεν ἀρκεῖν οἶμαι· καὶ γὰρ διὰ τοῦτο μόνον αὐτὴν παρειλήφαμεν. ἵνα δέ σοι καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐκπλήξεως ἀποδείξω τὸ μέγεθος, ἐφ᾽ ἑτέραν πάλιν ἴωμεν ὑπογραφήν. καὶ ἔστω στρατόπεδον ἐκ πεζῶν καὶ ἱππέων, καὶ ναυμάχων συνειλεγμένον ἀνδρῶν· καὶ καλυπτέτω μὲν τὴν θάλατταν ὁ τῶν τριήρων ἀριθμός, καλυπτέτωσαν δὲ τὰ τῶν πεδίων πλήθη, καὶ τὰς τῶν ὀρῶν κορυφάς, αἱ τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων φάλαγγες· καὶ ἀντιλαμπέτω μὲν ἡλίῳ τῶν ὅπλων ὁ χαλκός, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν πεμπομέναις ἀκτῖσιν ἡ τῶν περικεφαλαιῶν καὶ τῶν ἀσπίδων ἀντιφεγγέσθω μαρμαρυγή· ὁ δὲ τῶν δοράτων κτύπος, καὶ ὁ τῶν ἵππων χρεμετισμὸς πρὸς αὐτὸν φερέσθω τὸν οὐρανόν· καὶ μήτε θάλαττα φαινέσθω, μήτε γῆ, ἀλλὰ χαλκὸς καὶ σίδηρος πανταχοῦ· ἀντιπαρατεταχθέσθωσαν δὲ αὐτοῖς καὶ πολέμιοι, ἄγριοί τινες ἄνδρες καὶ ἀνήμεροι. ἐνεστηκέτω δὲ ἤδη καὶ ὁ τῆς συμβολῆς καιρός. εἶτα, ἁρπάσας τις ἐξαίφνης μειράκιον τῶν ἐν ἀγρῷ τραφέντων, καὶ τῆς πηκτίδος καὶ τῆς καλαύροπος πλέον εἰδότων οὐδέν· καθοπλιζέτω μὲν αὐτὸ ὅπλοις χαλκοῖς, περιαγέτω δὲ τὸ στρατόπεδον ἅπαν, καὶ δεικνύτω λόχους, καὶ λοχαγούς, τοξότας, σφενδονήτας, ταξιάρχους, στρατηγούς, ὁπλίτας, ἱππέας, ἀκοντιστάς, τριήρεις, τριηράρχους, τοὺς ἐκεῖ πεφραγμένους στρατιώτας, τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἀποκειμένων μηχανημάτων τὸ πλῆθος· δεικνύτω δὲ καὶ τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν ἅπασαν, καὶ ὄψεις ἀποτροπαίους τινάς, καὶ σκευὴν ὅπλων ἐξηλλαγμένην, καὶ πλῆθος ἄπειρον, καὶ φάραγγας, καὶ κρημνοὺς βαθεῖς, καὶ δυσχωρίας ὀρῶν· δεικνύτω δὲ ἔτι παρὰ τοῖς ἐναντίοις καὶ πετομένους ἵππους διά τινος μαγγανείας, καὶ ὁπλίτας δι᾽ ἀέρος φερομένους, καὶ πάσης γοητείας δύναμίν τε καὶ ἰδέαν· καταλεγέτω δὲ καὶ τὰς τοῦ πολέμου συμφοράς, τῶν ἀκοντίων τὸ νέφος, τῶν βελῶν τὰς νιφάδας, τὴν πολλὴν ἀχλὺν ἐκείνην, καὶ τὴν ἀωρασίαν· τὴν ζοφωδεστάτην νύκτα, ἣν τὸ τῶν τοξευμάτων συνίστησι πλῆθος, ἀποστρέφον τῇ πυκνότητι τὰς ἀκτῖνας· τὴν κόνιν οὐχ ἧττον τοῦ σκότους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀμαυροῦσαν, τοὺς τῶν αἱμάτων χειμάρρους, τῶν πιπτόντων τὰς οἰμωγάς, τῶν

A Tibine hic exiguam doloris noſtri partem repræſentauimus? ſatin' tibi à me factum putas, vel finita hic à nobis imagine? Equidem ſatis me feciſſe puto, quod ad animi mei mœſtitiam repræſentandam ſpectat, cuius vnius rei gratia imaginem ipſam adhibuimus. Atqui vt tibi item hic metus ſtuporiſque noſtri modum oculis ſubiiciam, ad aliam rurſus hypotheſim deſcriptionémque me confero. Ponito ante oculos exercitum ex militibus, tum peditibus, tum equitibus, tum nauticis viris conſtantem, ac mare quidem obtegat triremium numerus.
B Rurſum ipſas camporum planities, ipſos montium vertices hinc peditum, hinc equitum phalanges contegant: æs item armorum oppoſitum ſoli ſplendorem reddat, atque à ſolaribus radiis & galearum & clypeorum coruſcatio vibretur: haſtarum fragor, equorúmque hinnitus in cœlum feratur, neque mare, neque terra appareat, vbique æs, vbique ferrum. Tum ſint contra hos inſtructi armatique efferi quidam ac truces viri. Inſtet iam & conflictus tempus: poſtea rapiat quis derepente adoleſcentem aliquem in agro educatum, ac qui nullius prorſus artis alte-
C rius gnarus ſit quàm lyræ paſtoritiæ ac pedi, eundémque armatura ærea quum induerit, per totum illum exercitum circumiens deducat, oſtendátque manipulos, manipulorum ductores, ſagittarios, funditores, centuriones, duces, cataphractos equites, iaculatores, triremes, triremium ductores, milites inibi confertos, naualium machinarum copiam: oſtendat hoſtium procinctam aciem vniuerſam, & auerſandos formidoloſóſque quoſdam in illis aſpectus, & armorum apparatum ab aliorum apparatu diuerſum, & immenſam multitudinem, & conualles, & alta
D præcipitia & montium iniquitates: oſtendat & aduerſarios in equis volantibus incantatione quadam inſidere, & cataphractos per aërem ferri, explicata etiam ei incantationis illius vi ac forma: Recenſeat porrò & belli calamitates, miſſilium nubem, iaculorum niuis inſtar ingruentium impetum, multam illam caliginem & tenebras, obſcuriſſimam noctem, quam ſagittarum multitudo efficiat, ſolis radios denſitate ſua auertens, puluerem tenebris non minorem omnium oculos obcæcantem, ſanguinis torrentes, cadentium gemitus, ſtantium clamores, iacentium aceruos, rotas ſan-

clamores, iacentium aceruos, rotas ſanguine tinctas, equos præ cadauerum multitudine vnà cum ſuis ſeſſoribus in caput præcipites, terram vniuerſam mixtim hæc omnia continentem, ſanguinem, arcus, ſagittas, equorum vngulas, hominum capita ſimul iacentia, & brachia, & collum, & tibiam, & pectus transfixum, cerebella enſibus traiecta, iaculi cuſpidem effractam, cui hominis oculus tanquam infibulatus hæreat. Recenſeat item & claſſis mala atque incommoda: triremes alias in mediis aquis conflagrantes, alias cum cataphractis ipſis peſſum euntes, fluctuum fragorem, nautarum tumultuationem, militum clamorem, ſpumam tum vndarum tum ſanguinis mixtam, eandemque in naues ſimul omnes irrumpentem, cadauera alia ſuper ipſa nauium tranſtra iacere, alia ſubmergi, alia adnatare, alia ad littora æſtuantis maris impetu eiici, alia intra ipſos fluctus ſic obrui, vt nauibus iter veluti obſepiant. Poſtremo cum exacte belli tragœdias omnes edocuerit: addat item & captiuitatis calamitates, & ſeruitutem nulla non morte duriorem. At ſecundum hæc omnia iubeat illum continuo in equum aſcendere, vniuerſique illius exercitus ducem agere. Hic tu adoleſcentulum illum cenſes vel nudæ harum rerum narrationi ſuſtinendæ parem eſſe poſſe? ac non potius vel à primo ſtatim aſpectu animo defecturum? Proin-

C XIII. *Omnis pugna vehementiorem ipso diaboli in nos aſſultum.*

de ne me ipſe hic putes rem oratione attollere, neque hoc ipſo quòd corpore ſic vt carcere aliquo incluſi, nihil prorſus rerum inuiſibilium cernere poſſimus, magna ea eſſe ducas, quæ à me dicta ſunt. Videas enim eo prælio longè tum maius, tum horribilius, ſi tibi fortè caliginoſiſſimam illam diaboli aciem, conflictúmque inſanum oculis iſtis cernere liceat. Non enim illic aut æs, aut ferrum, non equi, non currus, non rotæ, non ignis, non iacula iſta, quæ cernimus, verum alia quædam machinamenta iis, quæ dixi longe terribiliora: certè aduerſariis iſtis nequaquam opus eſt thorace, non ſcuto, neque enſibus, neque haſtis: ſed vel nudus execrandæ illius militiæ aſpectus talis eſt, vt humanam animam à corpore ipſo diſſoluere poſſit, niſi ea admodum generoſa fuerit, atque adeò antequam à viribus

A ἑστώτων τοὺς ἐναγωνισμοὺς, τῶν κειμένων τοὺς σωρούς· τροχοὺς αἵματι βαπτιζομένους· ἵππους αὐτοῖς ἀναβάταις πρηνεῖς φερομένους ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν κειμένων νεκρῶν· τὴν γῆν φύρδην ἅπαντα ἔχουσαν, αἷμα καὶ τόξα καὶ βέλη· ἵππων ὁπλὰς καὶ ἀνθρώπων κεφαλὰς ὁμοῦ κειμένας· καὶ βραχίονας καὶ τράχηλον, καὶ κνημῖδα, καὶ στῆθος διακοπὲν, ἐγκεφάλους ξίφεσι προσπεπλασμένους· ἀκίδα βέλους ἐκκεκλασμένην, καὶ ὀφθαλμὸν ἔχουσαν ἐμπεπερονημένον. Καταλεγέτω καὶ τὰ τῆς ναυμαχίας πάθη, τριήρεις, τὰς

B μὲν ἐν μέσοις ἀναπτομένας τοῖς ὕδασι, τὰς δὲ αὐτοῖς ὁπλίταις καταδυομένας· τὸν τῶν ὑδάτων ἦχον, τὸν τῶν ναυτῶν θόρυβον, τὴν τῶν στρατιωτῶν βοὴν, τὸν τῶν κυμάτων καὶ τὸν αἱμάτων μιγνύμενον ἀφρὸν, καὶ ὁμοῦ τοῖς πλοίοις ἐπεισιόντα πᾶσι· τοὺς ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων νεκροὺς, τοὺς καταποντιζομένους, τοὺς ἐπιπλέοντας, τοὺς εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκβρασσομένους, τοὺς ἔνδον τοῖς κύμασι περικλυζομένους, καὶ τὴν ναυσὶν ἀποφράττοντας τὴν ὁδόν. καὶ πάσας ἀκριβῶς διδάξας τὰς τοῦ πολέμου τραγῳδίας, προσθέτω καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας δεινὰ, καὶ τὴν παντὸς θανάτου

C χαλεπωτέραν δουλείαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, κελευέτω τὸν ἵππον ἀναβαίνειν εὐθέως, καὶ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου στρατηγεῖν. ἆρα οὐκ πρὸς τὴν διήγησιν μόνην ἀρκέσει τὸ μειρακίσκιον ἐκεῖνο, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ πρώτης ὄψεως εὐθέως ἀφήσει τὴν ψυχήν; Καὶ μή με νομίσῃς ἐπαίρειν τὸ πρᾶγμα τῷ λόγῳ· μηδ' ὅτι ἐν σώματι τούτῳ καθάπερ τινὶ δεσμωτηρίῳ κατακλεισθέντες, τῶν ἀοράτων οὐδὲν δυνάμεθα ἰδεῖν, μεγάλα τὰ εἰρημένα εἶναι νομίσῃς. πολὺ γὰρ ταύτης τῆς μάχης μείζονα καὶ

D φρικωδεστέραν εἶδες ἄν, εἰ τοῦ διαβόλου τὴν ζοφωδεστάτην παράταξιν, καὶ τὴν μανιώδη συμβολὴν, τούτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἠδυνήθης ποτέ. οὐ γὰρ χαλκὸς ἐκεῖ καὶ σίδηρος, οὐδὲ ἵπποι καὶ ἅρματα καὶ τροχοὶ, οὐδὲ πῦρ καὶ βέλη, οὐδὲ ταῦτα τὰ ὁρατά· ἀλλ' ἕτερα πολὺ τούτων φοβερώτερα μηχανήματα. οὐ δεῖ τούτοις τοῖς πολεμίοις θώρακος, οὐδὲ ἀσπίδος, οὐδὲ ξιφῶν καὶ δοράτων· ἀλλ' ἀρκεῖ μόνη ἡ ὄψις τῆς ἐπαράτου στρατιᾶς ἐκείνης παραλῦσαι τὴν ψυχὴν, ἂν μὴ λίαν οὖσα γενναία τύχῃ, καὶ πρὸ τῆς οἰκείας ἀνδρείας,

A quia volens diſcipulos ſuos Chriſtus præſtantiores eſſe cæteris hominibus, idcirco hęc eos facere docuit. Sed ſi nos in his nec publicanis nec Gentilibus efficimur meliores, nónne lugēdi & plangendi ſumus? Quinimò tantum nobis deeſt, & intātum longe ſumus à diligendis inimicis, vt nec amicis quidem amoris vicem charitatiſq. reddamus: ſed è cōtrario odio habeamus etiam diligentes. Cùm enim æmulamur, & inuidemus bonis, & omnimode vel in dictis, vel in factis exiſtimationem eorum laudémque obrui volumus & obſcurari: quid aliud eſt, niſi ſummi odij, & extremę
B inuidiæ indicium? In quo vtique non ſolum à Gentilibus & publicanis nequaquā differimus, ſed etiam multo inferiores exiſtimus. Chriſtus enim nos orare pro calūniatoribus iubet: nos inſidias & dolos etiā amicis concinnamus. Chriſtus maledicētibus benedici iubet: nos è contrario, aut priores maledicimus, aut maledictis alterius multiplicata maledicta reſtituimus. Nônne tibi videntur, vt dixi, omnib. modis contraria eſſe præceptis Chriſti, quæ gerimus: & magis pugnam eſſe nobis contra eum, quàm obediētiam? Nā vanæ glorię iactantiam, & ſuperbiæ tyrannidē, quā
C ille quidē verbis ſuis deſtruit, nos autē geſtis noſtris & operib. ædificamus, quomodo exponam? cuius à nobis vexilla & in orationibus, & in ieiuniis atque eleemoſynis præferuntur, & cæteris omnibus rebus geſtiſque noſtris aptantur, cuique velut empta mancipia ſubiacemus, & ceruices noſtras omnibus eius ludibriis ſubiugamus. Tantus enim hominibus diuinorum præceptorum contemptus ineſt, vt etiam ſi quid facere videantur ex mandatis, ne hoc ipſum quidem Deo, qui mandauit, impendant, ſed deceptioni, vanę iactantiæ, & inani gloriæ, quæ geſſerint, cō-
D ſecrent: ita vt in vtroque modo pari damno feriantur, & cum facere videntur quæ mandata ſunt, & cum omnino non faciunt: ſic ex omni parte hominum genus intra ſuos laqueos malignus innexuit. Quod ſi quis potuerit ab iſtis ſe nexibus exuere, cautiúſque & attentius quæ mandata ſunt adimplere: malum ingens ſuperbia continuo obrepit, in qua eſt grauior lapſus. Hæc enim etiam angelum deiecit, quanto magis hominem? quam qui incurrerit, non ſolum ea quę operatus eſt, ſed & ſemetipſum pariter perdet. Ego autem noui plurimos eorum præcipuè,

qui videntur diſtribuere indigentibus pecunias ſuas, non ſolum ſuperbiæ vel iactãtiæ incurriſſe laqueos, ſed & vitiorũ aliorum multos. Nõnulli enim ob hoc largiũtur vt amentur, aut his certè quos amant, aut quorum perſonas erubeſcunt. Sed & alias his ſimiles occaſiones incurrunt, per quas non iã mandato Dei opus quod factum eſt aſſignatur, ſed humanæ volũtati. Cùm ergo tot & talia ſint quæ corrumpãt actus hominum, etiam bonos: quis facile ſaluari poteſt, qui in hæc mala inciderit?

CAP. V. *Matth. 6. 12.* Iam verò id quod ſcriptum eſt: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris: quiſnam eſt ex omnibus nobis, qui cum fiducia hæc audeat dicere Deo? Quia etſi nihil mali faciamus inimicis & debitoribus noſtris, habemus tamen intra nos inſanabile vulnus offenſæ. Chriſtus verò non ita vult nos ignoſcere delinquentibus, ſed vt etiam amemus eos, & oremus pro ipſis. Nam ſi tantũmodo nõ lædas eum qui te læſit, auertas te tamen ab eo, nec libẽter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondũ vtique quod Chriſtus mandáuit, impletur. Nunquid tu ita vis tibi propitiũ fieri Deũ, vt non quidem te lædat, auertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cum delictorum veniã poſcis: talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientium quidã *Eccl. 28. 4.* ſcribit, dicens: Homo homini reſeruat irã, & à Domino quærit ſanitatem? Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat Deum, cum ipſe caro ſit, & teneat iracundiam? quis propitiabitur peccatis eius? Vellem ſilere iam, & huſcuſque progreſſus finem imponere ſermonibus meis: erubeſco enim & confundor vltra procedere. Bellum namque hoc quo impugnamus mandata Chriſti, & inimicitias quas aduerſus eum gerimus, magis ac magis prodit ſermo procedens. Sed quid iterum proderit tacere, cum rebus ipſis arguamur etiam tacentes? Quomodo autem latebimus eum, qui nouit corda noſtra, *Matth. 6. 20.* & iudicaturus eſt ea? Quid ergo dicam de mandato illo, quo iubemur non theſaurizare ſuper terram? quod fortè quidem faciunt pauci, cæteri vero quaſi è contrario audierint præceptum, & quaſi dictum ſit ad eos: theſaurizate vobis omni modo ſuper terram:

Aliud mãdatum, Ne theſaurizemus.

A ἐν ταύταις μόνον ἁλισκομένους ταῖς αἰτίαις, ἀλλὰ, καὶ διὰ τὸ φιλεῖν, καὶ διὰ τὸ δυσωπεῖσθαι, καὶ δι᾽ ἑτέρας πολλὰς τοιαύτας ἐπηρεαζούσας προφάσεις τοῖς δεομένοις, οὐ διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ τὴν ἐντολήν. τοσούτων οὖν ὄντων τῶν λυμαινομένων ταῖς πράξεσι ταῖς ἀγαθαῖς· τίς ταχέως σωθῆναι δυνήσεται τῶν τούτοις περιπεπτωκότων τοῖς κακοῖς; Τὸ δὲ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· τίς ἄρα ὁ μετὰ παρ-
B ρησίας ἐρεῖν; κἂν γὰρ μηδὲν ἀδικήσωμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ᾽ ὅμως τὴν πληγὴν ἀνίατον ἔχομεν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως ἀφιέναι βούλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς προτέρους τῶν φίλων αὐτοὺς ἀριθμεῖν. διὰ τοῦτο γοῦν καὶ θερμῶς ἔφθην εἰπὼν, καὶ ὑπερεύχεσθαι τούτων προσέταξεν· ἐὰν δὲ ἀδικῇς μὲν μηδὲν, ἀποστρέφῃ δὲ, καὶ οὐχ ἡδέως ὁρᾷς, καὶ τὸ τραῦμα ἔχεις ἐνακμάζον σου τῇ ψυχῇ, οὔπω τὴν ἐντολὴν ἐποίησας, ἣν προσέταξέ σοι ὁ Χριστός. πῶς οὖν αὐτὸς ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν παρακαλεῖς; τοῖς δὲ εἰς σὲ
C πεπλημμεληκόσιν, οὔπω γεγονὼς ἵλεως αὐτοῖς. ὃ τοίνυν καί τις σοφὸς διαπορῶν φησίν· ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργὴν, καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ ἴασιν; ἐπ᾽ ἄνθρωπον ὁμότιμον αὐτοῦ οὐκ ἔχει ἔλεος, καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεῖται; αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν, καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; ἐβουλόμην σιγῆσαι λοιπὸν, καὶ μέχρι τῶν εἰρημένων στῆσαι τὸν λόγον· οὕτως αἰσχύνομαι, καὶ ἐρυθριῶ περαιτέρω προελθεῖν. τὸν γὰρ
D πόλεμον τοῦτον, ὃν ἠράμεθα πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἔχθραν τὴν ἀκήρυκτον, προϊὼν ὁ λόγος τρανότερον δείκνυσιν. ἀλλὰ τί τὸ κέρδος ἀπὸ τῆς ἡμετέρας σιγῆς τῶν πραγμάτων οὕτω βοώντων τὴν μάχην, καὶ περὶ τῶν πραγμάτων δὲ αὐτῶν τοῦ μέλλοντος κρίνειν ἡμᾶς πάντα εἰδότος σαφῶς; τὸ μὲν οὖν μὴ θησαυρίζειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ, εἰ καὶ ὀλίγους, ὅμως εὕροι τις ἂν κατορθωκότας καλῶς. οἱ γὰρ λοιποὶ πάντες, ὥσπερ τοὐναντίον ἀκούσαντες, καὶ παραγγελθέντες ἐπὶ τῆς γῆς θησαυρίζειν,

A οὕτως ἀφιέντες τὸν οὐρανὸν, προσεστήκασιν ἅπασι τοῖς ἐν τῇ γῇ, καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων μαίνονται συλλογήν· καὶ τὸν θεὸν μισήσαντες, ἀγαπῶσι τὸν μαμωνᾶν. Ὃ δὲ, μὴ μεριμνήσητε περὶ τὴν αὔριον, οὐδένα οὔτε ἀκούσαντα, οὔτε πεισθέντα οἶδα ἐγὼ διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν· διὰ τοῦτο, ταύτην ἐγκαλυψάμενος παρελεύσομαι τὴν ἐντολήν. ἔδει μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς ἀποφαινόμενον πιστεύειν τὸν Χριστόν. νῦν δὲ καὶ λογισμοὺς ἀναντιῤῥήτους εἰπὼν, καὶ ὑποδείγματα παραγα- B γὼν, τότε τῶν ὀρνίθων, καὶ τοῦ χόρτου πιστεύεται παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ὁμοίως τοῖς ἔθνεσι, τάχα δὲ καὶ μικροψυχότεροι ὑπὲρ τῆς τούτων φροντίδος δακνόμεθα· καὶ μηδὲ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν κελευσθέντες, ἅπασαν περὶ ταῦτα τὴν σπουδὴν ἀναλίσκομεν. ταύτην οὖν, ὥσπερ ἔφην, ἐρυθριάσας παρελεύσομαι τὴν ἐντολήν· ἐπὶ δὲ τὰς μετὰ ταῦτα ἥξω, εἴπως ἐνταῦθα τῆς αἰσχύνης ταύτης εὕρω παραμυθίαν μικράν. τί τοίνυν μετὰ ταῦτα λέγει; μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. ἐγὼ μὲν οὖν παραμυθίαν ᾤμην εὑρήσειν τῆς C ἡμετέρας αἰσχύνης· ὁρῶ δὲ προσθήκην οὐκ ἐλάττονα τῶν προτέρων. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμῖν πεπλημμέλητο, τοῦτο γοῦν ἱκανὸν εἰς ἐσχάτην γέενναν ἀπαγαγεῖν· οὕτω τῶν μὲν ἑτέροις ἁμαρτανομένων πικροὶ καθήμεθα δικασταί· τὰς δὲ ἑαυτῶν δοκοὺς παρορῶμεν. καὶ εἰς ὃ τὰ τῶν ἄλλων πολυπραγμονεῖν, καὶ καταδικάζειν δαπανᾶται ἡμῖν ἅπας ὁ βίος. καὶ οὐδένα ἂν εὕροις ταχέως οὐ βιωτικὸν ἄνδρα, οὐ μοναχὸν, οὐ τοῦ κλήρου, ταύτης ἐλεύθερον τῆς ἁμαρτίας. καίτοι D γε τοσαύτης ἀπειλῆς κειμένης αὐτῇ. ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε φησί· καὶ, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. ἀλλ' ὅμως κόλασιν μὲν τοσαύτην, ἡδονὴν δὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδεμίαν ταύτης ἐχούσης, ἅπαντες ἐπιτρέχομεν τῷ κακῷ, καθάπερ σπουδάζοντες, καὶ φιλονεικοῦντες, μὴ μόνον διὰ μιᾶς, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλῶν ὁδῶν εἰς τὴν τῆς γεέννης κάμινον εἰσελθεῖν· καὶ οὐ πρὸς τὰ δοκοῦντα, ἐπίπονα εἶναι μόνον,

A ita relinquentes cœlum, adhæſerunt terræ; & inſaniunt erga pecunias congregandas, totóque affectu Deum quidem oderunt, diligunt autem mammonam. Quod autem dictum eſt: Nolite cogitare de craſtino, nec audire ſcio ego aliquē, nec omnino ſeruare: & propterea de hoc mandato dicere aliquid erubeſco: ſed cum confuſione prætereo. Etenim oportebat nos quocunq. pacto loquente Chriſto & pronunciante non dubitare, ſed credere. Nūc verò etiam cum & cauſas & rationes adhibeat mandatorum ſuorum, atq. exemplis ea validiſſimis muniat, ne ſic quidem eru- B beſcimus. Propter hoc enim & auiū quæ non arant, neque ſeminant, & liliorū quæ non nent, ſimilitudines poſuit, vt nemo dubitaret: & tamen nos ſicut Gentes, aut fortè etiam aliquid diſpicabilius Gentibus, de his ſingulis cogitando conſumimur: & cum neq. pro his orare iubeamur, nos omne ſtudium erga hæc impēdimus. Sed de hoc, vt dixi, mandato erubeſcens, plura dicere prætereo: ad ſequentia venio, ſi fortè alicubi ſolatium qualecunque mei pudoris inueniam. Quid ergo ſequitur poſt hæc? Nolite iudicare, inquit, vt non iudicemini. Ego ſolatium confu- C ſionis meæ inuenire credebam, ſed augmenta nunc reperi. Si enim etiam nullum peccatum à nobis aliud fuiſſet admiſſum, pro hoc ſolo gehennæ nos tradi, ſatis abundéque ſufficeret. Quippe qui in aliorum delictis ſeueri & amariſſimi iudices reſidemus, noſtras autem trabes oculis infixas propriis non videmus: qui aliena etiam minima tam ſolicite perſcrutamur, & ad condèmnandum cæteros omne vitæ noſtræ tēpus abſumimus: à quo vitio neque ſeculi hominem, neque monachorum, neq. clericorum vllum facile inuenias liberum. Et quidem cum tā- D ta ſit in hoc poſita comminatio, diuina enim ſententia dicit: In quo iudicio iudicaueritis, etiā ipſi iudicabimini: & in qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur & vobis. Cùm ergo mali huius pœna quidem tanta ſit poſita, libido verò aut voluptas, vt in cæteris ſolet peccatis, ex hoc nulla ſumatur: omnes tamē feſtini ac præcipites huic ſe vitio ſubiugarunt, tanquam ſi ſtudium nobis & certamen eſſet propoſitum, quis ad hoc malum prior omnium perueniret. Sic ergo non per vnam, ſed per omnes, vt ita dicam, vias, & per omnes aditus currimus & feſtinamus occupare gehennæ ignes: & non ſolum pro his quæ laboris aliquid & continentiæ videntur exigere, proni in ea ruimus,

Matth. 6. 34.

Matth. 7. 1.

Aliud mandatum, et non iudicemus.

ſed etiam pro iis quæ leuia ſunt, & neque neceſſitatis aliquid, neque illecebræ quicquam continent aut voluptatis, pari linea vtrobique præuaricationis damnamur. Arguimur enim ex his facilibus & leuibus, quòd etiam in illis quæ videntur laborioſa eſſe, propria ignauia deſidiáque delinquimus. Nam, dic mihi, quid laboris habet vt non iudices alium, neque peccata aliena diſcutias, neque condemnes proximum tuum? imò verò magis in diſcutiendo & perquirendo aliena commiſſa labor eſt, & iudicare de alterius mente ſumma difficultas. Quis verò hoc audiens credere aliquando poſſit, quòd cum poſſimus ſine labore ſeruare mandatum, laboramus & nitimur vt præuaricemur? Si per ocium & negligentiam peccaremus, eſſet fortaſſe aliquid veniæ his, qui laborare nequiſſent. Vbi verò laboratur vt peccetur, ſtudiúmque adhibetur & contentio quatenus prætereatur mandatum: quis eſt qui pro hoc malo veniam ſperet? Hoc enim eſt contendere aduerſus eum qui præcepta dedit, & bellum legibus eius inferre: quia & reuera ipſe pronunciauit de præceptis ſuis, quòd nihil in eis laborioſum ſit, & nihil oneroſum,

Matth. 11. dicens: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et nos è contra grauia efficimus, quæ ille leuia conſtituit: & quæ ille ſuauia poſuit, nos facimus amara peccando. Quòd ſi laborioſum aliquid eſſet in præceptis, decenter & merito virtutem labor comitaretur: præmia enim propoſita ſunt poſt laborem. Nunc vero infelix anima ne hanc quidem reuerentiam diuinis legibus dabit, vt ſileat & quieſcat, ne ad præuaricationem laborando perueniat, quamuis ſint aliqua in quibus paululum laboris eſt adhibendum, in his duntaxat, in quibus Paulus

2. Cor. 4. dicit: Nam quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum immenſum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Vides ergo etiam quicquid in præſenti eſt, leue eſſe, etiam ſi tribulatio ſit. Quomodo leue? Quia immenſum pondus futuræ gloriæ, leuem facit præſentis temporis tribulationem, etiam ſi ſenſibus noſtris grauius videatur. Denique & ipſe cauſas in conſequentibus exponit, vt omne id duci leue debeat, quicquid paſſio præſentis temporis intulerit. Ait enim: Non reſpiciẽtib. nobis quæ videntur, ſed quæ non videtur.

A ἀλλὰ περὶ τὰ κουφότερα τούτων ὁμοίως ἡμαρτήκαμεν, ἐπίσης καὶ ταῦτα κἀκεῖνα παραβαίνοντες, καὶ δικαιοῦντες διὰ τὴν ῥᾳστώνην, ὅτι καὶ τὰ ἐπιπονώτερα διὰ τὴν οἰκείαν καταφρονοῦσι, οὐ διὰ τὸ βαρὺ τῶν προσταγμάτων, οὐκ ἐξαιρούμεθα. ποῖον γὰρ εἰπέ μοι πόνον ἔχει, τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, μηδὲ καταδικάζειν τὰ τῶν πλησίον πλημμελήματα; τοὐναντίον μὲν οὖν πόνου δεῖται, τὸ περιεργάζεσθαι, καὶ κρίνειν ἑτέρους. τίς οὖν ταῦτα ἀκούσας πι-

B στεύσει ποτὲ ἡμῖν, ὅτι οὐκ ῥᾳθυμίας, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, εἰ τοῦ μὴ βούλεσθαι, περὶ τὸ παραβαίνειν ἤλθομεν; ὅταν γὰρ ἃ μὲν ἐπιτάττει ποιεῖν, εὔκολα, καὶ ῥᾷστα τοῖς βουλομένοις, ἃ δὲ ἀπαγορεύει χαλεπώτερα, καὶ ἐπίπονα, ἡμεῖς δὲ τὰ προστεταγμένα ἀφέντες, τὰ κεκωλυμένα πράττομεν· ἆρα οὐ προσφιλονεικοῦντας αὐτῷ ταῦτα ἁμαρτάνειν φήσουσιν ἡμᾶς οἱ ἐχθροί; καὶ γὰρ, ὅτι πόνον οὐδένα ἔχει τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ἀπεφήνατο λέγων· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς· ὁ γὰρ ζυγός μου χρη-

C στὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. ἀλλ' ἡμεῖς ὑπὸ τῆς ἀφάτου ῥᾳθυμίας, φορτικὰ τὰ κοῦφα ποιοῦμεν φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς· ὥσπερ οὖν ἀργεῖν, εἰ καθεύδειν βουλομένῳ διαπαντὸς, καὶ τὸ σιτίων μεταλαβεῖν, καὶ ποτοῦ, πάντως ἐπίπονον εἶναι δοκεῖ. οἱ δὲ ἐγρηγορότες, καὶ νήφοντες, οὐδὲ πρὸς τὰ πάνυ θαυμαστὰ, εἰ δυσκατόρθωτα ἀναδύονται. ἀλλὰ, μετὰ πλείονος οὗτοι θάρσους κατατολμῶσιν αὐτῶν ἢ τῶν σφόδρα εὐκόλων οἱ παρειμένοι, καὶ ὕπτιοι. οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ

D ῥᾴδιον, ὃ μὴ σφόδρα βαρὺ, καὶ ἐπαχθὲς ὁ πολὺς δείκνυσιν ὄκνος ἡμῖν. ὥσπερ ἐπίπονον, καὶ δυσχερὲς, ὃ μὴ λίαν εὔκολον ἡ σπουδὴ, καὶ ἡ προθυμία ποιεῖ. τί γὰρ εἰπέ μοι τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδυνεύειν, κινδύνους θανάτου ἀπειλοῦντας χαλεπώτερον ἦν; ἀλλ' ὅμως ἐλαφρὸν τοῦτο ὁ μακάριος ἐκάλεσε Παῦλος, οὑτωσὶ λέγων· τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν. εἰ γὰρ καὶ τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα βαρὺ, ἀλλὰ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι γίνεται κοῦφον.

ὧν δὴ καὶ αὐτὸς αἰτίαν τέθεικεν εἰπών· μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· μὴ δῶτε φησί, τὰ ἅγια τοῖς κυσί· μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. ὁ μὲν οὖν Χριστὸς καὶ ἐν προστάγματος τάξει, ταύτην ἐντολὴν δέδωκεν· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ κενοδοξίας, καὶ φιλοτιμίας ἀλόγου, καὶ τοῦτο τὸ πρόσταγμα ἀνετρέψαμεν. ἀνθρώποις φθόροις, καὶ ἀπίστοις, καὶ μυρίων γέμουσι κακῶν ἁπλῶς, καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν τῶν μυστηρίων παραδεχόμενοι κοινωνίαν· καὶ πρὶν ἢ τῆς οἰκείας γνώμης δοῦναι βάσανον ἀκριβῆ, πάντα τὸν περὶ τῶν δογμάτων αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες λόγον, καὶ τὰ προπύλαια οὔπω διαβάντας ἰδεῖν, ἀθρόως εἰς τὰ ἄδυτα ἄγοντες. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὔπω τελεσθέντων τινὲς ταχέως ἀποπηδήσαντες, μυρία εἰργάσαντο δεινά, καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν φρικωδεστάτην ταύτην παραβλέπομεν ἐντολήν, ἡνίκα ἂν τῶν ἀθανάτων μυστηρίων δέοι μεταδοῦναι, διὰ τῆς ἐγκειμένης ἡμῖν ἀκαθαρσίας τε, καὶ ἀναισχυντίας τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις· οὐ ταύτας δὲ μόνον τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑξῆς ὑπὸ πάντων ὀλιγωρίας ἀνατετραμμένας ἴδοι τις ἄν. εἰπόντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐὰν θέλητε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι· οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. ἡμεῖς πάντα ποιοῦμεν, ἃ παθεῖν μὴ θέλομεν· καὶ κελευσθέντες διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν, τὴν εὐρύχωρον ἐπιζητοῦμεν πανταχοῦ. καὶ τὸ μὲν τῶν βιωτικῶν τινὰς ταύτην ἀσπάζεσθαι, καὶ φιλεῖν οὐ σφόδρα ἐστὶ θαυμαστόν· τὸ δὲ ἄνδρας ἐσταυρῶσθαι δοκοῦντας, πλέον ἐκείνων ἀνιχνεύειν αὐτήν, τοῦτό ἐστι τὸ πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον· μᾶλλον δὲ καὶ αἰνίγματι ἔοικε τὸ πρᾶγμα; τῶν γὰρ μοναχῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πάντων, ταῦτα εὐθέως πρῶτον ἀκούσῃ τὰ ῥήματα· εἴ ποτε αὐτοῖς εἰς οἰκοδο-

A Quę enim videntur, temporalia ſunt: quę autem non videntur, æterna ſunt.

Sed videamus quid & alia domini mandata contineant. Nolite, inquit, dare ſanctum canibus, neq. proiiciatis margaritas veſtras ante porcos. Et Chriſtus quidem hoc tanquam præceptum nobis tradidit: at nos laudis amore, & iactantiæ vitio corrupti, etiam huic præcepto contraria gerimus, atque hominibus neque intellectũ purum, neque ſanam finem gerentibus, inſuper etiam peccatorum maculis innexis, ſine vlla diſcretione myſteriorum ſecreta nudamus, & priuſquam mentis propoſitum à nobis, vel ſenſus capacitas exploreta ſit, diuinorum dogmatum veneranda eis arcana committimus: & quibus prima rudiměta vix dum tradi oporteret, interna eis adyta diuinæ ſcientiæ diuinæque ſapientiæ patefacimus. Propterea deniq. nonnulli vbi immundis, vt ita dicam, pedibus ſancta noſtra calcarunt, & pleno ſordib. pectore hauſerunt purum diuinæ ſcientiæ poculum: non ſolum euomuerũt quod hauſerant, ſed & contradixerunt, & tranſuerſi ſunt, & inſurgẽtes in eos iniuriis & maledictis, atque accuſationib. eos opprobriiſque ruperunt: Et ita ne nobis quidem ipſis, & vitæ atque exiſtimationi noſtræ parcimus, dummodo præuaricemur diuina præcepta: & non ſolum in hoc, ſed interdum & in eo præuaricamur præcepti huius vim, cum eos quos nouimus immũdæ vitæ homines, violentos, rapaces, impuros, & per omnia porcis & canib. ſimiles, diuini eos ſacramenti participes effici patimur. Multum eſt, ſi velimus ſingula quæq. mandata diſcutere, quæ omnibus modis in contemptu habentur ab hominibus, vt illud quòd in ſequentibus dicit: Quodcunque volueritis vt faciant vobis homines, ita etiã vos illis facite. Nos è cõtrario omnia facimus hominibus, quæ ipſi nolumus perpeti: & rurſum, qui ſumus iuſſi per anguſtam viam incedere, per latam ſemper incedimus. Et quidem quòd homines ſeculi viam ſpacioſam gradiantur, non valde mirum eſt: eos autem qui videntur crucem ſuam ſuſtuliſſe, & ſequi Chriſtum, per hanc ſpacioſam velle incedere, non tibi prodigioſum videtur? Deniq. monachi cum de monaſteriis, & locis habitationum percontantur, ante omnia requirunt, ſi requies ſit in loco, ſi abundent omnia, ſi aquarum copiæ fluant. Sed etſi de eremo requirant, etiam ibi ante omnia de requie tractant, & de opportunitate miniſterij corporalis. Iam verò ſi ad aliquam diſpenſatione vocaueris, aut aliquid miniſterij diuini iniungere volueris, prima

Cap. VI. Matth. 7. 6.

Matth. 7. 12.

ſtatim ſolicitudo eſt eius, & prima iſta verba ſunt: Si eſt ibi requies quo eundum eſt, ſi inueniantur quæ neceſſaria ſunt abundanter, ſi nihil deſit eorum quæ lata ac ſpecioſa via depoſcit. Quid ais ô homo, quid loqueris: arctam viam & anguſtam iuſſus es ambulare: vt quid de requie, vt quid de abundantia percontaris? Per anguſtam ianuam tranſire iuſſus es, vt quid amplos requiris ingreſſus? Eſt aliquid iſta permutatione nequius? Eſt aliquid iſta peruerſitate deterius? Verùm ne exiſtimes me hæc dicentem alios incuſare, iam nũc tibi de me, de meipſo inquã narrabo. Etenim cum ſediſſet in animo quondam relicta vrbe tranſire ad habitacula monachorum, ego ſcio quàm ſolicite perſcrutabar, vnde nobis in illis locis quæ neceſſaria ſunt corpori præberentur: & ſi poſſibile eſſet, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiam. Sed & illud non ſegniter requirebam, ne forte eodem oleo olla & lucerna eſſet aptanda, ſi non leguminis grauis & ſolitarius cibus ſumi iuberetur. Sed & ne operis aliquis grauis eſſet exactor, ne forte fodere terram cogerer, aut ligna deferre, aut aquam humeris portare vel cætera huiuſmodi exhibere miniſteria: ita omni ſolicitudine pro requie corporis percontabar. Et quidem qui principibus ſeculi miniſtrant, ac reipublicæ negociis inſeruiunt, horum nihil requirunt, ſed tantum num aliquid lucri temporalis habeat eius militiæ locus. Quòd ſi hoc ſolum eſſe cognouerint, iam nullus refugitur labor, nullum periculum vitatur, nulla indignitas recuſatur. Seruilia etiamſi ab ingenuo depoſcantur officia, non negantur, peregrinationes longiſſimas, periculoſiſſimáſque non reſpuent, contumelias, cruciatus, permutationéſque temporum ferent: omnem ſuſtinent laborem ſpe lucri, nec timent ne forte ab ipſa miſerabili ſpe decipiantur ac decidant, nec immaturam peregrinis in locis mortem & ſubitam pertimeſcunt: ſeparationem quoque ſuorum, & coniugum etiam ac liberorum abſentiam tolerabiliter patiuntur. Non denique patriæ, non charorum molliuntur affectu, ſed deſiderio & cupiditate pecuniæ velut amentes aguntur, & amore eius incenſi, nihil laboris ſentiunt, nihil doloris percipiunt. Nos è contra, qui non pecuniam quærimus, ſed ſapientiam: nec terram, ſed cœlum petimus, & ad cœli diuitias feſtina-

1.Cor.2. mus, quas neque oculus vidit, neque auris audiuit, nec in cor hominis aſcende-

A μίαν ἵνα παρακαλέσῃς ἐλθεῖν· ἐρωτώντων εἴγε ἀνάπαυσίς ἐστιν ἐκεῖ, καὶ εἴγε δύναται ἀναπαύσασθαι ὁ καλῶν. καὶ ἄνω, καὶ κάτω πολὺ τὸ τῆς ἀναπαύσεως ὄνομα. τί λέγεις ἄνθρωπε; τὴν τεθλιμμένην κελευσθεὶς βαδίζειν ὁδὸν, περὶ ἀναπαύσεως ἐρωτᾷς, καὶ διὰ τῆς ἐστενοχωρημένης προσταχθεὶς πύλης εἰσελθεῖν, εὐρυχωρίαν ἐπιζητεῖς; καὶ τί ταύτης τῆς διαστροφῆς χεῖρον γένοιτ' ἄν; ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ἑτέρους με καταδικάζοντα, ταῦτα λέγειν νῦν, τὸ ἐμαυτοῦ σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ B πρώην ἐγὼ ἐγνώκειν τὴν πόλιν ἀφεὶς, ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν μοναχῶν ἥκειν, πολὺς ἤμην τοῦτο ἐρευνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν, πόθεν ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔσται χορηγία; καὶ, εἰ δυνατὸν ἄρτον ἐσθίειν, ἐφήμερόν τε, καὶ νεαρόν; καὶ εἰ μή τις ὁ καταναγκάζων, ἐλαίῳ μὴ χρῆσθαι, τῷ αὐτῷ πρὸς λύχνον τε, καὶ ἑψεῖν; εἰ μή τις ὁ πρὸς τὴν τῶν ὀσπρίων ταλαιπωρίαν ὠθῶν, καὶ εἰς ἔργον ἐμβάλλων χαλεπὸν, οἷον, σκάπτειν, ἢ ξυλοφορεῖν κελεύων, ἢ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν; καὶ ὅλως, ὁ περὶ τῆς ἀναπαύσεως C λόγος ἦν πολὺς ἡμῖν. καὶ οἱ μὲν τὰς τῶν ἀρχόντων ὑπηρεσίας, καὶ τὰς τῶν δημοσίων διοικήσεις ἀναδεχόμενοι, τούτων πολυπραγμονοῦσιν οὐδέν. ἀλλ' εἰ μόνον κέρδος ἔχοι τὸ πρᾶγμα, κέρδος ἐπίκαιρον κἂν ὑπέρ του θαρρῆσαι δυνηθῶσί ποτε, οὐ πόνοις, οὐ κινδύνοις, οὐκ ἀτιμίας, οὐ διακονίας δουλοπρεπεῖς, οὐκ ἀποδημίας μακρὰς, οὐ τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διαγωγὴν, οὐχ ὕβρεις, οὐ βασάνους, οὐ καιρῶν μεταβολὴν, οὐ τὸ πρὸ τοῦ τέλους σφαλῆναι τῆς ἐλπίδος πολλάκις, D οὐ θανάτους ἀώρους, οὐ τὸν τῶν οἰκείων χωρισμὸν, οὐ γυναικὸς ἐρημίαν, καὶ παίδων, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δυσχερῶν ἐννοοῦσι λοιπόν. ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ἐκβακχευθέντες, πάντα ὑπομένουσι, δι' ὧν ταύτης ἐπιτεύξασθαι προσδοκῶσιν. ἡμεῖς δὲ, οὐ χρημάτων, οὐδὲ γῆς προκειμένης ἡμῖν, ἀλλ' οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὑπὲρ ἀναπαύσεως

πυνθανόμεθα· τοσοῦτον ἐσμὲν ἐκείνων ἐλεεινότεροι, καὶ μαλακώτεροι. τί φὴς ἄνθρωπε; πρὸς τὸν οὐρανὸν στέλλεσθαι μέλλων, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἐκεῖ λαμβάνειν, ἐρωτᾷς, εἴ τι δυσχερὲς κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν ἀποδημίαν ἐστὶ, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, καὶ ἐρυθριᾷς; οὐδὲ ἀπελθὼν κατορύττεις σεαυτόν; κἂν γὰρ ἅπαντα ᾖ τὰ ἐν ἀνθρώποις δεινὰ, κἂν λοιδορίαι, κἂν ὕβρεις, κἂν ἀτιμίαι, κἂν συκοφαντίαι, κἂν ξίφος, κἂν πῦρ, κἂν σίδηρος, καὶ θηρία, καὶ κατακρημνισμοὶ, κἂν λιμὸς, καὶ νόσος, καὶ ὅσα ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ παρὸν ὁ βίος ἤνεγκε χαλεπὰ, οὐ καταγελάσεις πάντων εἰπέ μοι, καὶ καταφρονήσεις; ἐννοήσεις δὲ ὅλως ταῦτα; καὶ τί ταύτης γραωδέστερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; τί δὲ ταπεινότερόν τε, καὶ ἀθλιώτερον; τὸν γὰρ τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίᾳ ληφθέντα, οὐ λέγω μόνον, ὅτι ἀνάπαυσιν οὐ χρὴ ζητεῖν, ἀλλ' οὐδὲ παρούσης αἰσθάνεσθαι. ἢ πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἀτόπως ἐρῶντας, οὕτως εἶναι τῶν ἐρωμένων ὅλους, ὡς πλὴν ἐκείνων, καὶ τῆς ἐκείνων συνουσίας, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἕτερον ἡδὺ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καί τοί γε ὄντων πολλῶν· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀτόπῳ ὄντι, ἀλλὰ τῷ πάντων ἀνωτέρῳ ληφθέντας ἔρωτι, μὴ μόνον παρούσης ἀναπαύσεως μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀποῦσαν ἐκζητεῖν;

Οὔπω οὐδένα, ἀγαπητὲ, τῶν οὐρανίων ἔλαβεν ἐπιθυμία καλῶν, καθὼς λαβεῖν χρή. ἦ γὰρ ἂν πάντα τὰ δοκοῦντα εἶναι χαλεπὰ, σκιὰν ἐνόμισε, καὶ γέλωτα πολύν. ὁ μὲν οὖν τὰ παρόντα θαυμάζων, οὐκ ἂν ἀξιωθείη τῆς τῶν μελλόντων θεωρίας ποτέ· ὁ δὲ τούτων ὑπερορῶν, καὶ οὐδὲν ἄμεινον σκιᾶς, καὶ ὀνείρατος διακεῖσθαι πάντα νομίζων, ταχέως ἐπιτεύξεται τῶν μεγάλων ἐκείνων, καὶ πνευματικῶν. καὶ γὰρ οἷς ἂν γνησίως τοῦτο παραγένηται τὸ καλὸν, τοσαύτην ἐπιδείκνυται τὴν ἰσχὺν, ὅσην ἐν ταῖς ἀκάνθαις τὸ πῦρ, κἂν ὑπὸ μυρίων ἀγχόμενον εὕρῃ κακῶν, κἂν πολλὰ τὰ σχοινία τῶν ἁμαρτημάτων περικείμενα, κἂν σφόδρα τῶν ἐπιθυμιῶν τὴν φλόγα καίουσαν, καὶ πολὺν τῶν βιωτικῶν

A runt: hæc, inquam, quærentes, & pro his cœlo ipſi vim parantes inferre, de requie corporis percontamur? Vide quanto miſeriores illis ſumus & molliores. Quid dicis ô homo, quid agis? Cœlum paras aſcendere, & regnum cœli inuadere: & interrogas ne qua tibi difficultas occurrat in itinere, ne quid aſperum tibi in via accidat aut laborioſum: & non erubeſcis, non pudore oppreſſus ſub terra temetipſum defodis? Si enim omnia mala tibi occurrerent, ſi conuicia, ſi iniuriæ, ſi ignominiæ, ſi calumniæ, ſi gladius, ſi ignis, ſi ferrum, ſi beſtiæ, ſi præcipitia, ſi fames, ſi æ-
B gritudo, & cuncta quæ vel dici vel excogitari poſſunt mala, ſuper te irruerent, dignum aliquid erat? Non tibi hæc omnia pro tantis ac talibus cauſis ridenda prorſus & ſpernenda penitus viderentur? Anilis animæ eſt metus hic & effœminatæ. Erit ergo ita abiectus aliquis & infelix, erit ita degeneris animi, vt cœlum cupiens aſcendere, de terrena requie cogitet: quàm non ſolum requirere, ſed etiam paratam recipere indecorum eſt? Aut non tibi videtur abſurdum, vt hi quidem qui humano amore flagrant, totam mentem ſuam, totámque cogitationem in illis habeant
C quos amant: & ſi abſentes corpore ſint, cogitatione tamen cum illis ſunt: nec aliud aliquid ſibi dulce eſſe in præſenti vita deputant, niſi aut ipſos videre ſi liceat: aut ſi id non poteſt, de ipſis abſentib. cogitare: nos autem qui amore ſancto incorruptóque flagramus, omiſſa cura & ſolicitudine eius quem amamus, requirimus ea quæ amorem noſtrum non ſolum nil iuuare, ſed & impedire plurimum poſſunt?

Non video chariſſime, quòd aliquis noſtrum vera & perfecta cupidine cœleſtiũ teneatur, alioquin omnia quæ videntur eſſe grauia, vmbras putaret & riſum. Nam — CAP. VII.
D is quidem qui præſentia ſuſpicit, nunquam futurorum contemplatione donabitur: qui verò iſta contemnit, neque firmiori cenſet in ſtatu illa eſſe, quàm vmbram vel ſomnium, facile magna illa & ſpiritualia conſequetur. Quibus enim ſyncerè bonum iſtud obtigerit, tantam vim exhibet, quantam ignis in ſpinis: tametſi malis hominem repererit obſeſſum innumeris: tametſi funibus peccatorum circundatum: tametſi flamma cupiditatum illum incenderit, & multi ſecularium negotiorũ tumultus circunſteterint,

efficit tamen, vt illa omnia derepente acri quodam penitus abacta flagello ab anima longè arceat. Et quemadmodum aduerſus vehementis impetum venti nequit tenuis puluis ſubſiſtere, ſic nec abſurdarum agmen cupiditatum vim compunctionis ingruentem poterit ſuſtinere, ſed è medio tollitur, ac citius quam puluis vllus diſpergitur. Si enim corporum amor animam vſque adeo captiuam reddit, vt ab omnibus eam auellat, & ſoli amicæ imperio addicat: quid non perficere poterit amor Chriſti ac metus amittendæ illius æternæ fœlicitatis obiectus? Nam quemadmodum difficile eſt, vel potius omnino fieri nequit, vt ignis cum aqua miſceatur: ita nec, opinor, vnquam fiet, vt in vnum deliciæ confluant, & compunctio: ſunt enim hæc inter ſe contraria, ſeque inuicem è medio tollunt. nam hæc quidem lacrymarum & ſanæ mentis mater eſt, illa vero riſus & inſaniæ: atq. hæc quidem animam leuem reddit & expeditam: illa vero plumbo quouis grauiorem ipſam efficit. Et hoc nō ego ex verbis meis, ſed illius qui huiuſmodi præclara correptus eſt cupiditate docere tentabo: illum dico Chriſti amatorem, qui tanto igne amoris eius exarſit, vt moras vitæ hujus, & dilationem profectionis ſuæ, qua redire morabatur ad Chriſtum, ingemiſceret & doleret, & querelas ſuas
2. Cor. 5. per hęc verba ſignaret: Poſiti, inquit, in tabernaculo iſto ingemiſcimus. Et iterum: Deſiderium habens diſſolui, & cum Chriſto eſſe, multo enim melius eſt. Sed quoniã, inquit, hoc placet illi quem amo, permanere in carne neceſſarium propter vos. Vt enim fides Chriſti prædicetur, & vt ipſe ab omnibus ametur, propterea & famē, & ſitim, & nuditatem, & vincula mortéſque ſuſtineo, & tranſmarinas peregrinationes, & naufragia, cunctáque omnino quæ inferuntur in me, libens perfero, & non ſolum nihil mihi horum graue eſt, ſed
Rom. 8.37. & pro his omnibus glorior. Cauſa autem mihi gloriandi pro his charitas Chriſti eſt. In his enim, inquit, omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Quòd ſi amor hominum frequenter etiam mortem ſubire perſuaſit, quomodo non amor Chriſti, non ſolum laboris patientiam, ſed & mortis tolerantiam perſuadebit? ſicut & huic amatori eius quem ſupra oſtendimus, omnia pro nihilo ducenti, dum nimis amori eius inhæreret.

A πραγμάτων περιεστῶτα τὸν θόρυβον, πάντα εὐθέως ἐκεῖνα σφοδρᾷ τινὶ μάστιγι κατάκρας ἐλαυνόμενα πόρρω καθίστησι τῆς ψυχῆς. καὶ καθάπερ πρὸς ἀνέμου βίαν ῥαγδαίαν, οὐκ ἄν ποτε σταίη κόνις λεπτή, οὕτως οὐδὲ ἀτόπων ἐπιθυμιῶν πλῆθος κατανύξεως ῥύμην ἐμπεσούσης, δυνήσεται ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἀφανίζεται, καὶ διαχεῖται τῆς κόνεως, καὶ καπνοῦ φαυλότερον πάντως. Εἰ δὲ ὁ τῶν σωμάτων ἔρως οὕτω δουλοῦται ψυχήν, ὡς πάντων αὐτὴν ἀπαγαγεῖν, καὶ τῇ τῆς ἐρωμένης παραδοῦναι
B τυραννίδι μόνῃ· τί οὐκ ἂν ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος ἐργάσαιτο, καὶ τὸ δέος τῆς ἐκεῖθεν ἀποτεύξεως; ὥσπερ γὰρ χαλεπόν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατον ἀναμίξαι ὕδατι πῦρ, οὕτως οἶμαι τρυφήν, καὶ κατάνυξιν εἰς ταυτὸ συναγαγεῖν. ἐναντία γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλήλων εἰσὶν ἀναιρετικά. ἡ μὲν γὰρ δακρύων ἐστὶ μήτηρ, καὶ νήψεως. ἡ δὲ, γέλωτος, καὶ παραφορᾶς. καὶ ἡ μὲν κούφην, καὶ ὑπόπτερον ἐργάζεται τὴν ψυχήν· ἡ δὲ αὐτὴν μολίβδου πάντως βαρυτέραν καθίστησι. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἐμαυτοῦ λόγων, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ καταληφθέντος τῇ ἐπιθυμίᾳ ταύ-
C τῃ τῇ καλῇ παραστῆσαι πειράσομαι. τίς οὖν οὗτός ἐστιν; ὁ διάπυρος ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ Παῦλος· ὃς οὕτως ἐτρώθη τοῦτον τὸν πόθον, ὥστε στένειν μὲν ἐπὶ τῇ μονῇ, καὶ διατριβῇ τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας. καὶ γὰρ οἱ ὄντες φησὶν ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐβούλετο ἔτι μένειν ἐνταῦθα διὰ τὸν Χριστόν. τὸ γὰρ ἐπιμένειν με φησὶ τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. τουτέστιν, ἵνα ἐπιδοθῇ ἡ πίστις ἡ εἰς τὸν Χριστόν. διὰ τοῦτο καὶ λιμόν, καὶ δίψαν, καὶ γυμνότητα, καὶ δεσμὰ καὶ θανάτους, καὶ δια-
D ποντίους ἀποδημίας, καὶ ναυάγια, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ κατέλεξεν, ἔφερε, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐβαρύνετο τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρε. τὸ δὲ αἴτιον ἦν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. διὸ καὶ ἔλεγεν· ἐν τούτοις γάρ φησι πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. καὶ μὴ θαυμάσῃς· εἰ γὰρ ἀνθρώπων φιλία θανάτου πολλάκις καταφρονῆσαι ἐποίησε, τί οὐκ ἂν ἐργάσαιτο ἡ τοῦ Χριστοῦ; ποίας δυσχερείας οὐκ ἂν ἐξεμαρείσξεν, οὕτως ἐκείνῳ πάντα φορητὰ ἦν πρὸς τὸν ποθούμενον ὁρῶντι μόνον, καὶ τὸ δι' ἐκεῖνον ἅπαντα παθεῖν, πάσης ἡδονῆς, καὶ ἀπολαύσεως ἡγου-

μεῖζον, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν. οὐδὲ γὰρ ἐνόμιζεν εἶναι ἐν τῇ γῇ, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, οὐδὲ μετ' ἀνθρώπων στρέφεσθαι· ἀλλ' ὡς ἤδη τὴν οὐρανίαν λῆξιν ἔχων, καὶ μετ' ἀγγέλων πολιτευόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολαβὼν, καὶ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαύων. οὕτω κατεφρόνει τῶν ἐν τῷ παρόντι ἡδέων τε, καὶ λυπηρῶν, καὶ ἀναπαύσεως αὐτῷ λόγος οὐδεὶς ἦν ὃ συνεχῶς ἐπιζητεῖται παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐβόα λέγων· μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας, καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνιτεύομεν, καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. καὶ πάλιν, ὡσπερεὶ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν· πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. καθάπαξ γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς στρέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐκεῖ κάλλος καταπλαγεὶς οὐκ ἠνείχετο πρὸς τὴν γῆν ὑποστρέψαι πάλιν· ἀλλ' ὥσπερ τις πτωχὸς, καὶ πένης, ἐν οἰκίσκῳ ζοφώδει, καὶ ταπεινῷ, τὸν ἅπαντα χρόνον κατακλεισθεὶς, ἐπειδὰν ἴδῃ βασιλέα χρυσῷ τε πολλῷ, καὶ λίθων ἀστραπαῖς ἀποστίλβοντα, οὐκ ἂν ἕλοιτο λοιπὸν οὐδὲ εἰς νοῦν τὴν τῆς οἰκείας πτωχείας οἰκίαν λαβεῖν· ἀλλ' ἅπαντα πραγματεύσεται ὑπὲρ τοῦ μεταστῆναι πρὸς ἐκείνην τὴν οἴκησιν ἂν ἐξῇ· οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος κατοπτεύσας τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατεφρόνει τῆς ἐνταῦθα πενίας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην συναναστρεφόμενος, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα ἐπεστρέφετο, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν πρὸς τὴν πόλιν ἐκείνην μετέθηκε. καὶ τί λέγω τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπηρά; τοσοῦτον ἐπήνθησεν εἰς αὐτὸν ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος, ὡς εἴγε προσέκειτο, καὶ τὰς ἀθανάτους κολάσεις ἐκείνας ὑπενεγκεῖν ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ. μηδ' ἂν τοῦτο παραιτήσασθαι ποτέ. οὐ γὰρ ὥσπερ ἡμεῖς οἱ μισθωτοὶ γέενναν δεδοικότες, καὶ τῆς βασιλείας ἐφιέμενοι, οὕτω κἀκεῖνος ἐδούλευσε τῷ Χριστῷ· ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ πολλῷ τούτου βελτίονι, καὶ μακαριωτέρῳ πόθῳ ληφθεὶς, ἔπασχέ τε, καὶ ἔπραττεν ἅπαντα, δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ παραμυθήσηται τὸν ἔρωτα μόνον, ὃν εἶχεν εἰς τὸν Χριστόν,

A Neque enim videbatur ſibi eſſe in terris, neque præſentem hanc vitam cum hominibus ducere, ſed tanquam ſi iam eſſet in cœlis, & cum angelis haberet conuerſationem ſuam, & quaſi facie ad faciem conſpiceret bona futura: ita ſpernebat cuncta quæ in præſenti vita vel delectabilia vel triſtia videbantur. Nulla ei cogita[...], nullus ſermo de requie erat, quod nos & frequentius & ſolicitius quærimus, ſed clamabat dicens: Vſque ad hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus *1. Cor. 4.* B operantes manibus noſtris. Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemati deprecamur: tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc. Per ſingula enim oculos mentis ſuæ conuertens ad cælum, & decore cœleſtium tractus reuerti rurſus ad terrena recuſabat: ſed ſicut is qui in paupertate poſitus intra vile & humile tugurium vixit, ſi fortè regem videat auro multo & margaritis ac purpura refulgentem, vltra iam non vult tugurij pauperis recordari, nec penuriæ ſuæ ad ani- C mum reuocare memoriam, ſed agit omnia quatenus poſſit à ſplendore & gloria regis, quem contuens admiratus eſt & dilexit, inſeparabilis effici: ita & Paulus vbi perſpexit illa quæ in cœlis ſunt, contempſit iſta quæ egeſtatis & ſqualoris in terra plena ſunt: & cum hominibus quidem pro neceſſitate terreni corporis conuerſabatur, mente verò & ſolicitudine totum ſe illuc transferebat, quò eum amoris ſui ducebat intentio: etiam ſi triſte hic aliquid perferebat, animo ibi occupato non ſentiebat: & ſi delectabile & ſuaue aliquid videbatur, D illa delectatio & illa ſuauitas, quam per ſpiritum contuebatur, delectationes huius ſuauitatis obſcurabat. Intantum enim ſuccenſus erat igne Chriſti, vt ei etiam ſi flammas immortales adhibeas, neſciat, non ſentiat, non vratur. Multò namque vehementior eſt ignis Chriſti quo vritur per amorem. Non enim Paulus erat ſicut nos mercenarij, qui timore gehennæ regnum Chriſti requirimus, ſed ille alio quodam pacto multo præſtantiore, & beatiore deſiderio conſtrictus, ita fert omnia, vt ex his quas patitur pœnis, ſolatia magis amoris ſui capiat, quàm dolorem corporis ſentiat. Ita enim

totam eius mentem deuinxit amor Chriſti, vt etiam hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat, eſſe cum Chriſto: rurſum idipſum, quia ita placeret & Chriſto, contemneret: ſed & cœlorum regno quod videbatur laborum eſſe remuneratio, pro Chriſto nihilominus carere pateretur, ab ipſo etiam Chriſto anathema effici pro Chriſto optabile habet. Sed

Cap. IIX. fortaſſe minus planum videtur eſſe quod dico: quod tamen ſi explanare voluero, tunc iam non obſcurum, ſed incredibile fiet, his duntaxat ipſis quibus prius videbatur obſcurum. Quod tamen etiam beatus ipſe quia incredibile futurum eſſe proſpexit, cum quadam id proteſtatione

Rom. 9. 1. ſignauit, dicens: Veritatem in Chriſto dico, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniã triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipſe anathema fieri à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ. Et tamẽ cum proteſtatus ſit, & conſcientiam ſuam ad teſtimonium inuocauerit, adhuc minus credibile videtur apud homines, quòd ab ipſo velit anathema fieri, pro quo vult etiam anathema fieri. Quid verò illud, quòd cum diſputaſſet de his quæ in hoc ſeculo agerentur malis, addit & dicit: Quis nos ſepa-

Rom. 8. 35. rabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Et enumerans omnia quæ in terris ſunt, aſcẽdit etiam in cœlum: oſtendere volens quia nihil magnum eſt, ſi contemnat terrena ſupplicia propter Chriſtum, adiecit etiã hoc: Quia neq. angeli, neq. principatus, neq. poteſtates, neq. virtutes, neque præſentia, neq. futura, neque altitudo, neq. profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Quod autem dicit, tale eſt. Non ſolum homines abſtrahere me non poſſunt ab amore Chriſti, ſed ne angeli quidem, neq. omnes ſimul cœlorum virtutes, ſi conueniant in vnum, ab eius charitate ſeparare me poſſunt: nec ſi à regno decidere me neceſſe ſit, aut etiã in gehennam trudi pro Chriſto, ne hoc quidẽ mihi metuendum eſt. Quod enim ait, Altitudo & profundum, vita & mors: nõ aliud mihi indicare videtur, quàm regnum cœlorum & gehennã. Hæc autem dicebat, nõ quòd angeli affectare poſſent eum aliquando à Chriſto ſeparare, ſed etiã ea quæ impoſſi-

A ὃς οὕτως αὐτοῦ κατὰ κράτος εἷλε τὸν λογισμὸν, ὡς καὶ ὃ πάντων αὐτῷ τιμιώτερον ἦν, τὸ συνεῖναι τῷ Χριστῷ λέγω, ὑπὲρ οὗ καὶ γεέννης καταφρονῆσαι, καὶ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τούτου πάλιν ἀλλοτριωθῆναι ἑκὼν ἑλόμενος διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἄφατον ἔκπληξιν ὡς ἕν τι τῶν εὐκαταφρονήτων ἀσπάζεσθαι καὶ μετὰ πολλῆς ἐλέσθαι τῆς προθυμίας· καὶ τάχα νῦν μὲν ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ πολλοῖς τὸ λεχθέν· ὅταν δὲ αὐτὸ σαφέστερον εἴπω, τότε πάλιν ἄπιστον εἶναι δόξει τούτοις, οἷς

B πρότερον ἦν ἀσαφές. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος προσδοκήσας ἀπιστηθήσεσθαι περὶ τούτων, διὰ τοῦτο προλαβὼν ἔλεγεν· ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι· συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν πνεύματι ἁγίῳ. καὶ ὅμως τοσαῦτα τῷ λόγῳ προσθεὶς, καὶ μάρτυρας αὐτοῦ τῆς συνειδήσεως καλέσας τοιούτους, ἀπιστεῖται καὶ νῦν. ὅτι τοίνυν τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν, ἄκουε· διαλεχθεὶς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ δεινῶν, καὶ εἰπὼν ὅτι τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖ-

C ψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ πάντα διελθὼν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνεισιν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐδὲν μέγα τῶν ἐνταῦθα κολαστηρίων καταφρονεῖν διὰ τὸν Χριστὸν, ἐπήγαγεν· ὅτι οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ὃ δὲ λέγει,

D τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ μόνον ἄνθρωποι οὐ δυνήσονται ταύτης ἀποσπάσαι με τῆς φιλίας, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι· οὐδ' ἂν εἰ πᾶσαι τῶν οὐρανίων συνέλθοιεν εἰς ταυτὸ δυνάμεις τοῦτο ἰσχύσουσι. τί λέγω; οὐδ' ἂν βασιλείας ἐκπεσεῖν δέῃ, οὐδ' ἂν εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν διὰ τὸν Χριστὸν, οὐδὲ τοῦτό μοι φοβερόν. τὸ γὰρ ὕψωμα, καὶ βάθος, καὶ ζωὴ, καὶ θάνατος. οὐδὲν ἕτερον, ἢ τοῦτο ἐμφαίνει. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀγγέλων ἐπιχειρησόντων αὐτὸν διαστῆσαι τοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ τὰ μηδέποτε ἐκβησόμενα ποτὲ ὑποτίθεται ὑπὸ

λόγῳ· ἵνα δυνηθῇ τὸν πολὺν πόθον, ὃν εἶχε, A παραστῆσαι, καὶ ποιῆσαι κατάδηλον ἅπασι. τοιοῦτον γὰρ τὸ τῶν φιλούντων ἔθος ἐστίν· οὐ στέργουσι σιγῇ κατέχειν τὸν ἔρωτα, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς ἐπιτηδείους ἀπομάξας τὴν φλόγα ἐκφέρουσι, τῷ συνεχῶς διηγεῖσθαι τοῦ πόθου τὴν ὑπερβολήν, διαναπαύοντες αὐτῶν τὴν ψυχήν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐποίησε. καὶ πάντα τῷ λόγῳ περιλαβών, τὰ ὄντα τὰ ἐσόμενα, τὰ συμβάντα, τὰ μηδέ ποτε συμβησόμενα, τὰ ὁρατά, καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ πᾶσαν κόλασιν, καὶ πᾶσαν ἀ- B νάπαυσιν, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντων τούτων αὐτῷ, πρὸς τὴν τοῦ πάθους παράστασιν, ἕτερα τοσαῦτα πάλιν οὐχ ὑφεστῶτα ὑποστησάμενος τῷ λόγῳ καὶ θείς. ὁ γὰρ κτίσις ἑτέρα τῶν οὐχ ὑφεστώτων ἐστίν· οὕτως ἐπήγαγε· δηλαδή, ὅτι πάντων τῶν εἰρημένων, οὐδὲν ἡμᾶς χωρίσαι δυνήσεται τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· καὶ ἐκεῖνος μὲν πρὸς τοσοῦτον ὕψος, τὸν ἑαυτοῦ πόθον ἀνῆξεν· ἡμεῖς δὲ οἱ κελευσθέντες, εἶναι αὐτοῦ μιμηταί, οὐδὲ τὰς ἐνταῦθα θλίψεις φέρομεν εὐχερῶς. ἀλλὰ ὀλιγοῦμεν καὶ δυσα- C νασχετοῦμεν τῶν πυρεττόντων οὐκ ἔλαττον. ἡ γὰρ μακρὰ αὕτη νόσος, ἡ καταλαβοῦσα τὰς ἡμετέρας ψυχάς, αἰτία τοῦ χρόνου γέγονεν, ὡς εἰπεῖν, καὶ τῆς εἰλικρινοῦς ὑγιείας, οὐδὲ ἔννοιαν δυνάμεθα λαβεῖν. ἀλλὰ καὶ ἀδύνατος εἶναι δοκεῖ ἡμῖν λοιπόν, ἡ ταύτης ἀνάκτησις. κἂν ἀγάγωμέν τινος τοὺς ἀποστόλους εἰς μέσον ἄγοντες, καὶ τὰ ἐκείνων κατορθώματα λέγοντος, δέον εὐθέως καὶ πενθῆσαι ἑαυτούς· ὅτι τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστήκοτες, οὐδὲ ἁμάρτημα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζομεν· ἀλλ᾽ ὡς οὐδὲ D δυνατὸν πρὸς ἐκεῖνο φθάσαι τὸ ὕψος, οὕτω διακείμεθα. κἂν ἔρηταί τις τὴν αἰτίαν, εὐθέως τὴν ἄλογον ταύτην ἀπολογίαν προβαλλόμεθα λέγοντες· ἐκεῖνος Παῦλος ἦν· κἀκεῖνος Πέτρος ἦν, κἀκεῖνος Ἰωάννης. τί ἐστιν ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, ἐκεῖνος Πέτρος ἦν; οὐ τῆς αὐτῆς φύσεως εἰπέ μοι, καὶ οὗτοι μετεῖχον; οὐ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρήχθησαν εἰς τὸν βίον ἡμῖν; οὐ ταῖς αὐταῖς ἐτράφησαν τροφαῖς; οὐ τὸν αὐτὸν ἀνέπνευσαν ἀέρα; οὐ πράγμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς; οὐχ οἱ μὲν αὐτῶν καὶ γυναῖκας εἶχον, καὶ παῖδας· οἱ δὲ καὶ τέχνας βιωτικάς, ἕτεροι δέ, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ κα-

bilia ſunt verbi gratia fieri poſſe dixit, magis quam ſe à Chriſti amore ſeiungi, vt per hæc, quanta in eo vis eſſet charitatis, oſtẽderet, atque omnib. ante oculos poneret. Hic enim amantium mos eſt, vt amorem ſuum ſilentio tegere nequeant, ſed neceſſariis ſuis & charis efferunt, & produnt, & flammas ſuas intra pectus cohibere non poſſunt. Enarrant frequentius, vt ipſa aſſiduitate narrandi amoris ſui, ſolatium capiant, & refrigeria immenſi ardoris aſſumant. Sic ergo facit beatus hic & eximius amator Chriſti. Omnia quæ ſunt, & quæ erunt, quæque accidere poſſunt, & quæ omnino non poſſunt, ſimul ſermone vno complectitur, viſibilia & inuiſibilia, omnẽ requiem, cunctaque ſupplicia, & quaſi nõ ſufficientib. bonis ſolis ad amoris ſui vim & magnitudinem complectendam, aſſumit & triſtia. Sed & ea quę non ſunt, commemorat, vt oſtendat quia etiam ſi eſſent ea quæ non ſunt, ſe tamen mouere à propoſito aut mutare non poſſent. Nam creatura alia vtique de his dicit quæ non ſunt. Quòd ſi illi nõ ſufficiunt omnia quę ſunt, vt moueatur à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ſed & ea quæ non ſunt, prouocat quodammodo ad certamen, & ad tam excelſa conſcendit: nos qui iubemur eius eſſe imitatores, ne iſtas quidẽ ferimus tribulationes, quę cõmunes nobis habentur cũ ceteris: ſed diſſoluimur & relaxamur, & quaſi febrib. defatigati deficimus, tanquã longa & diutina ægritudine conſumpti, & deiicimur omni ſanitatis ſpe penitus. Sed & ſi aliquis nobis exempla apoſtolorum adducat in medium, & dicat, ſequi nos debere & imitari vitæ eorum propoſitum, geſtorũmq. regulas cuſtodire: reſpondebimus ſtatim: quia nobis impoſſibile ſit illos imitari, & virtutis eorum tenere menſuras. Quòd ſi etiam cauſam percontetur quis, nos continuò ſtultam illam reſponſionem abſurdámque proferimus. Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille Ioannes erat. Quid eſt, ille Paulus erat, dic mihi: quid eſt ille Petrus erat? Nõne eiuſdem naturæ erant, cuius & nos? Nõne eadem via ingreſſi ſunt hunc mundum qua & nos? Nõne eiſdem cibis vtebantur, atque eundem reſpirabant aërem? Nõnne eiſdem vitæ vſibus agebantur? Nõnne aliqui ipſorum etiam coniugia experti ſunt, & liberos procrearunt? Quidam verò ipſorum etiam opifices communium artium erant. Alij verò & lapſus perpeſſi ſunt peccatorum, atque in vltimũ

Digitized by Google

malorum barathrum deciderunt. Sed multum, inquis, gratiæ illi acceperunt à Domino. Si quidem mortuos ſuſcitare iuberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leproſos, aut claudos erigere, aut dæmones effugare, aliáſque his ſimiles ſanare ægritudines: ſi operationum virtus quæreretur, locum haberet iſta reſponſio: ſi verò vitæ à nobis obſeruantia conuerſationiſque requiritur & obedientiæ ratio, quid facit ad hæc iſta narratio? Et tu enim accepiſti gratiam Dei per baptiſmum, & participium ſpiritus ſancti conſecutus es, etiamſi non ad hoc vt ſigna faceres, ſed quantum ſufficeret ad hoc, vt rectæ vitæ obſeruantiam cuſtodires. Et ideo perditionis noſtræ cauſa nulla alia eſt quàm negligentia noſtra atque deſidia. Sed & Chriſtus in illa die remuneraturum ſe promittit, non eos qui ſigna & prodigia, ſed eos qui ſua præcepta fecerint,

Matth. 25. dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi. Non dixit, quia mirabilia feciſtis: ſed quia eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere: peregrinus fui, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me. Sed & beatos non dicit eos qui ſigna & mirabilia fecerint: ſed humiles ſpiritu, manſuetos, lugentes, eſurientes & ſitientes iuſtitiam, pacificos & mundos corde, atque eos qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Cap IX. Nuſquam itaque in ſignorum opere & mirabilium beatitudo ponitur: ſed in expletione mandatorum, & perfectione virtutum. Nam & illi ipſi beati qui hæc fecerunt, non ideo nobis in admiratione ſunt, quia ſigna oſtenderunt & prodigia, hoc enim totum gratiæ Dei fuit: ſed pro animi virtutibus magni habentur & clari. Quod vtique nutu quidem diuino, & gratia cœleſti, proprio tamen ſtudio ac labore operati ſunt. Non ego ſum qui hæc dico, ſed ille ipſe imitator Chriſti. Cùm enim aduerſum pſeudapoſtolos ſcriberet, atque indicia probæ doctrinæ, minúſque probæ, diſcipulos edoceret: non dixit ex mirabilibus & ſignis intelligi debere miniſtros Chriſti,

1. Cor. 11. ſed ait: Miniſtri Chriſti ſunt, & ego; tanquam minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carcere abun-

A κίας τὸ βάραθρον κατηνέχθησαν; ἀλλὰ πολλῆς ἀπήλαυσαν φησὶ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος. ἀλλ' εἰ μὲν νεκροὺς ἀναστῆσαι ἐκελευόμεθα, ἢ ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι τυφλῶν, ἢ καθαρεῖσαι λεπροὺς, ἢ χωλοὺς ἀνορθῶσαι, ἢ δαίμονας ἐκβαλεῖν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἰᾶσθαι νόσους, χώραν ἂν εἶχε τὰ τῆς ἀπολογίας ταύτης ἡμῖν· εἰ δὲ πολιτείας ἐξέτασις πρόκειται, καὶ ὑπακοῆς ἐπίδειξις, ποῖον ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον ἂν ἔχοι λόγον; καὶ γὰρ καὶ σὺ θείας ἀπήλαυσας χάριτος βαπτιζόμενος· καὶ πνεύματος μετέσχες, εἰ καὶ

B μὴ πρὸς τὸ τὰ σημεῖα ποιεῖν· ἀλλ' ὅσον ἀρκεῖ πρὸς τὸ πολιτείαν ὀρθὴν, καὶ ἠκριβωμένην λαβεῖν· ὥστε ῥαθυμίας μόνον τῆς ἡμετέρας ἐστὶν ἡ διαφθορά. καὶ ὁ Χριστὸς δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην οὐ τοῖς τὰ σημεῖα ἐργασαμένοις ἁπλῶς τὰ ἔπαθλα δίδωσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰ προστάγματα πεποιηκόσι τὰ αὐτοῦ. δεῦτε γάρ φησιν οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· οὐχ ὅτι ἐθαυματουργήσατε· ἀλλ', ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με.

C ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με. Καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς δὲ, οὐδαμοῦ τοὺς τὰ θαύματα ποιοῦντας τίθησιν, ἀλλὰ τοὺς βίον ἔχοντας ὀρθόν· ὥστε εἰ καὶ ἐκείνη συνέσταλται νῦν ἡ χάρις, οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάψαι τοῦτο δυνήσεται· ἀλλ' οὐδὲ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἡμῶν. ὅταν τὰς εὐθύνας ὑπέχωμεν τῶν πεπραγμένων. καὶ γὰρ τοὺς μακαρίους ἐκείνους, οὐ διὰ τὰ σημεῖα θαυμάζομεν· τοῦτο γὰρ ὅλον

D τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ἦν· ἀλλ' ὅτι πολιτείαν ἐπεδείξαντο ἀγγελικήν· τοῦτο δὲ μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, καὶ τῆς αὐτῶν σπουδῆς ἔργον ἐστί. καὶ οὐκ ἐγὼ τοῦτο λέγω νῦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Χριστοῦ μιμητής. ὅτε γὰρ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους διετείνετο γράφων τοῖς μαθηταῖς, καὶ τὸ μέσον τῆς δοκίμου τε, καὶ κιβδήλου διακονίας παραστῆσαι ἐβούλετο, οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ τοῦτο ἐποίησεν· οὑτωσὶ λέγων· διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν φυλακαῖς

καῖς περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις· ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς ἐρραβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· τρὶς ἐναυάγησα· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα· ὁδοιπορίαις πολλάκις· κινδύνοις ποταμῶν· κινδύνοις λῃστῶν· κινδύνοις ἐκ γένους· κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν· κινδύνοις ἐν πόλει· κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ· κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ· κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις· ἐν κόπῳ, ἐν μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ, καὶ δίψῃ, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει, καὶ γυμνότητι. τί χωρὶς τῶν παρεκτός; ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν; ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; διὰ ταῦτα θαυμάζω τοὺς ἀποστόλους ἐγώ. ὡς εἴγε τούτων χωρὶς ἐπιδείξασθαι σημεῖα διά τινας οἰκονομίας συγχωρηθέντες, οὐ μόνον οὐκ ἐγένοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ καὶ ἀδόκιμοι, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς δείκνυσι λέγων· πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, κύριε, κύριε. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν καὶ τῷ σῷ ὀνόματι πολλὰς δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. διὰ τοῦτο, καὶ τοῖς μαθηταῖς παρῄνει λέγων· μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται· ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. πολιτεία μὲν γὰρ ὀρθὴ, καὶ τούτων χωρὶς, ἀπολήψεται τοὺς στεφάνους· καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἕξει παρὰ τοῦτό ποτε· βίος δὲ παράνομος, οὐδὲ μετὰ σημείων δυνήσεται τὴν κόλασιν ἐκφυγεῖν· ὥστε περιττὸς ἡμῖν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν· οὐ περιττὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνος, καὶ πολλοῖς τῶν αἱρετικῶν παρέχων λαβάς. εἰ γὰρ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν ἐκεῖνοι προαίρεσιν οὕτως ἐγένοντο θαυμαστοὶ, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν μόνον, τί τὸ κωλύον, ἅπαντας τοιούτους γενέσθαι; ἡ γὰρ χάρις εἰ μὴ τὰ παρ' ἡμῶν πρότερον ἐζήτει, ἀθρόως ἂν εἰς τὰς ἁπάντων ἐξεχύθη ψυχάς. οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ θεός. ἐπειδὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῶν ζητεῖ, διὰ τοῦτο, τοῖς μὲν ἐπι[illegible], καὶ παραμένει·

C nia ceſſauerint, & curſus hic temporum fuerit reſolutus: tunc iam ſeptimana depulſa, ogdoas, id eſt octaui numeri curſus, producetur in medium, qui non iam rerum cauſas reuoluat ad initia, ſed omnia conſequentibus tradat, & perurgeat in futurum. Propheta ergo hæc intuens, & ex his omnibus corde compunctus, ac iudicij futuri intra ſe memoriam retexens, diem quoque illum ſemper in oculis habens, nunquam à tribulatione animi & compunctione cordis vacabat: quoniam quæ nos vix aliquando, & ſatis rarò ad memoriam reuocamus, illius
D mens & cogitatio habebat ſemper intra ſe, & Dei iudicia totis ſenſibus tremebat. Ob hoc ergo ſic dicit in Pſalmo: Do- *Pſal. 6. & 37.*
mine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: iram dicens, & furorem pœnæ continuationem: ſcit enim diuinam naturam carere omni paſſibilitatis affectu: & quidem cùm in multis conſcius ſit ſibi, ex quibus non pœnam & ſupplicium, ſed honorem ſperare debeat & coronam. Nam & fides, per

quam alienigenarum turrim deſtruxit, & vniuerſam Iudæorum gentem de mortis ipſius ianuis reuocauit, & beneficium quo inimicum affecit & ſemel, & iterum & multoties, à quo fuerat tot diuexatus iniurijs, ac præ ex his omnibus diuina de ipſo ſententia prolata ſufficit ad omnem viri demonſtrandam virtutem multo clarius quam ipſa eius recte facta. Licet enim magna ſint & admiratione digna eius facinora: poſſunt tamen in ſuſpicionem improbitatis venire: tametſi nullo modo ſuſpecta ſunt iuſti recte facta: cum vero Deus eſt, qui teſtimonio ſuo fauet, extra omnem ſuſpicionis aleam eſt ſententia. Niſi enim perfectiſſima tutis ſpecimen exhibuiſſet, numquam eſſet illud cœleſte præconium conſequutus. Quid igitur Deus de ipſo dicit? *Act.13.22. 1.Reg.13.14.* Inueni Dauid Ieſſe, virum ſecundum cor meum: & tamen poſt illud de eo Dei iudicium, poſt tot animi operúmque virtutes non ceſſat tanquam reus & pœnæ obnoxius loqui, & quaſi nihil habeat fiduciæ apud Deum, vt illud euan*Luc.17.* gelicum compleat, quod ait: Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: quia ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Quid tale locutus eſt vel publicanus ille, qui verè mille malis repletus, & neque reſpicere ad cælum poterat, neque orationis ſuæ prolixum continuare ſermonem, ſed ne *Luc.18.10.* adſtare quidem prope Phariſæum audebat? Exprobrabat enim eum Phariſæus, dicens: Quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, iniuſti, adulteri, ſicut etiam publicanus hic. Ille verò quaſi nihil horum audiens, in nullo indignatur, ſed & amplectitur opprobria: & non ſolùm non indignatur, ſed & illum in ſe contumelias iactantem, illum glorioſum tanto afficit honore, vt ne cum terra quidem comparare ſe audeat, quam ille pedibus terit: at neque verbum ille profert aliud, niſi quod confitetur peccata ſua, pectúſque ſuum velut peccatorum ſuorum conſcium tundens dicit: Deus propitius eſto mihi peccatori. Hæc ergo peccatorem facere non eſt magnum, quia pondus peccati, etſi velit, etſi nolit, peccatorem humiliat & incuruat: iuſtum verò hæc facere qui ſibi conſcius eſt bonorum multorum, & ita de ſe pronunciare, vt pronunciabat ille, qui verè multorum reus erat malorum,

A κατενήνεγκε τὸν τῶν ἀλλοφύλων πύργον, καὶ τὸ πᾶν τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, ἐξ αὐτῶν ἥρπασε τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν· ἥ τε εἰς τὸν ἠδικηκότα εὐεργεσία γενομένη καὶ ἅπαξ, καὶ δίς, καὶ πολλάκις; καὶ παρὰ τούτων ἡ τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοῦ ψῆφος ἐξενεχθεῖσα, πᾶσαν ἱκανὴ δεῖξαι τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀρετήν, καὶ τῶν κατορθωμάτων μᾶλλον αὐτοῦ. τὰ μὲν γὰρ ἔργα κἂν ᾖ μεγάλα, καὶ θαυμαστά, ὅμως ποτὲ παρὰ ὑποπτευθῆναι δύναιτ' ἄν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα πάσης ὑποψίας ἀπήλλακται τοῦ δικαίου τὰ κατορθώματα· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ὁ B μαρτυρῶν ᾖ, πάσης ἐκτὸς ὑποψίας ἡ ψῆφός ἐστιν. οὐ γὰρ εἰ μὴ τὴν ἀκριβεστάτην βάσανον τῆς ἀρετῆς ἐπεδείξατο, τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀνακηρύξεως ἔτυχεν ἄν. τί οὖν ὁ Θεὸς φησὶ περὶ αὐτοῦ; εὗρον Δαυὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου· ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοιαύτην κρίσιν, καὶ τὰς τοσαύτας ἀνδραγαθίας, τὰ τῶν κατεγνωσμένων ἐφθέγγετο ῥήματα, καὶ οὐδεμίαν ἐχόντων παρρησίαν πρὸς τὸν Θεόν, πληρῶν ἐκεῖνο τὸ εὐαγγελικόν· τὸ ὅταν πάντα ποιήσητε, λέγετε, C ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν. τί τούτων πλέον ἐφθέγξατο ὁ ὄντως μυρίων γέμων κακῶν τελώνης ἐκεῖνος, ὁ μηδὲ ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπομένων, μηδὲ μακρὸν κατατεῖναι λόγον, μηδὲ πλησίον στῆναι τοῦ Φαρισαίου τολμῶν; ὁ μὲν γὰρ ὠνείδιζεν αὐτὸν λέγων· ὅτι οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοί, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. ὁ δὲ ὡς μηδὲν ἀκούσας δυσχερές, καὶ κατεδέξατο τὸ λεχθέν, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑβρι- D στὴν ἐκεῖνον, καὶ ἀλαζόνα τοσαύτῃ τετίμηκε τιμῇ, ὡς μηδὲ τῆς πατουμένης ὑπ' ἐκείνου γῆς ἄξιον εἶναι νομίζειν ἑαυτόν· καὶ ῥῆμα μὲν εἰπεῖν οὐδέν, πλὴν ὅσον τὰς ἁμαρτίας ὁμολογῆσαι τὰς ἑαυτοῦ. τὰ δὲ στέρνα τύπτων σφοδρῶς, οὕτω παρεκάλει, ἵλεων γενέσθαι τὸν Θεόν. ἀλλά, τὸ μὲν ἐκεῖνον ταῦτα ποιεῖν οὐδὲν θαυμαστόν· τὸ γὰρ ἁμαρτημάτων πλῆθος, καὶ ἑκόντα αὐτόν, καὶ ἄκοντα κάτω κύπτειν ἠνάγκαζε· τὸ δὲ, τὸν δίκαιον, καὶ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα τοιοῦτον, μετὰ τῆς αὐτῆς τῷ τελώνῃ προσιέναι καταγνώσεως,

τοῦτό ἐστι τὸ παράδοξον, καὶ ψυχῆς ὄντως συντετριμμένης σημεῖον. τοῦ γὰρ ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ τί διενήνοχε τὸ, κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με; μᾶλλον δὲ τοῦτο ἐκείνου, ὃ πολλῷ πλέον ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ τελώνης οὐδὲ ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν ἐτόλμησεν· ὁ δὲ δίκαιος τούτου μεῖζον ἐποίησεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔλεγεν ἱλάσθητί μοι· οὗτος δὲ, οὐδὲ τοῦτο ἐθάρρησεν εἰπεῖν. οὐ γὰρ εἶπε μὴ ἐλέγξῃς με, ἀλλά, μὴ τῇ ὀργῇ σου. οὐ τὸ, μὴ κολασθῆναι, ἀλλὰ τὸ, μὴ σφόδρα τοῦτο παθεῖν αἰτεῖ· ὥστε πανταχόθεν αὐτοῦ τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς ἄξιον ἰδεῖν, ἀπό τε τοῦ τοσαύτης ἑαυτὸν κολάσεως ἄξιον εἶναι νομίζειν· ἀπό τε τοῦ μὴ τολμᾶν ὑπὲρ παντελοῦς συγχωρήσεως ἀξιοῦν τὸν θεόν· ὃ τοῦ σφόδρα κατεγνωσμένου ἐστί, καὶ πεπεικότων ἑαυτοὺς ὅτι πάντων εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτωλότεροι. καὶ τὸ δὴ τούτου μεῖζον, ὅτι καὶ αὐτὸ, τὸ μὴ σφόδρα κολασθῆναι, ἀπὸ τοῦ ἐλέους, καὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ λαβεῖν, ὡς ἐξησθενηκὼς ἀξιοῖ· ἐλέησον γάρ με φησιν, ὅτι ἀσθενής εἰμι. τί οὖν; ὁ τοιαύτης μαρτυρίας ἀπολαύσας· καὶ τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ μὴ ἐπιλανθανόμενος· τὰ κρίματά σου γάρ φησιν οὐκ ἐπελαθόμην· ὁ τοῦ ἡλίου φαιδρότερον λάμπων, οὗτος τοιαῦτα φθέγγεται ῥήματα; ναί· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστόν· ὅτι, οὕτω μεγάλα κατορθῶν, οὐδὲν οὐδέποτε μέγα οὔτε εἶπέ τι, οὔτε ἐνόμισε περὶ ἑαυτοῦ· ἀλλὰ πάντων ἔσχατον ἑαυτὸν εἶναι ἐδόκει· καὶ ἀπὸ μόνης ἠξίου τῆς τοῦ θεοῦ σώζεσθαι φιλανθρωπίας, ὡσπερεὶ ἔλεγεν· ἄξιος μὲν εἰμὶ τιμωρίας ἀπαραιτήτου, καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀθάνατα· διὰ δὲ τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν, ἀξιῶ μοι λύσιν γενέσθαι τῶν παρόντων κακῶν. καθάπερ τῶν οἰκετῶν οἱ μυρία ἐργασάμενοι δεινὰ, ὅτι μὲν οὐχ ἥμαρτον, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν. διὰ δὲ τὸ τῆς ὀδύνης ἀφόρητον εἶναι τῆς ἀπὸ τῶν μαστίγων, ἀξιοῦσιν ἀνεθῆναι λοιπὸν τῶν πληγῶν· ἐγὼ δὲ αὐτὸν καὶ ἑτέραν ἀσθένειαν οἶμαι αἰνίττεσθαι νῦν. τίνα δὴ ταύτην; τὴν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας, καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἐγγινομένην αὐτῷ. εἴωθε γὰρ ἡ τῆς λύπης ὑπερβολὴ, ὅταν ἡμῖν ἐπισκήψῃ σφοδρότερον, ἅπασαν περιτρώγειν τῆς ψυχῆς τὴν ἰσχύν. ὅπερ οἶμαι καὶ τὸν δίκαιον πεπονθέναι ἐκ τοῦ σφόδρα καταγινώσκειν ἑαυτοῦ, καὶ μηδέ ποτε χρηστὰς ἑαυτῷ ὑποτείνειν ἐλπίδας, ἀλλὰ τὰς ἐναντίας ἀεί.

A hoc eſt mirabile, & hoc eſt verè contriti & humiliati cordis indicium. Imò verò & amplius adhuc in humilitate iuſti, quàm profeſſione publicani peccatoris intueor. Ille enim quod ait: Propitius eſto Domine mihi peccatori, ſermo ipſe videtur eſſe quaſi pœnam volentis effugere. Quod autem dicit iuſtus, Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: non eſt nolentis argui, neque corripi recuſantis, ſed orantis, ne in ira, id eſt, vehementer arguatur, neque in furore, quod eſt abſque venia, corripiatur. Ex omni ergo parte animi eius humilitas in-
B tuēda eſt, & ex eo quòd ſemetipſum cum ſit iuſtus. pœna iudicat dignum, & ex eo quod nō audet hoc petere à Deo, vt ex integro ſibi venia concedatur: quod vtique eorum eſt, qui ſe ingentibus quidem ſupplicijs dignos iudicant, aliquid tamen in ipſis ſupplicijs optant adipiſci, quod paululum ſubleuet ac temperet pœnas. Sed maiorem adhuc mentis ſuæ humilitatem docet, quòd & hanc ipſam miſericordiā, id eſt, vt paulò leuius crucietur, ita petit à Deo, non quaſi qui releuari mereatur, ſed quaſi qui deficiat in tormentis, & ferre plura non poſſit. Ait enim: Miſerere mei
C Domine, quoniā infirmus ſum. Quid eſt Pſal. 6.
hoc? Iſte qui tale teſtimonium meruit à Deo, & qui iudicia eius nō eſt oblitus, ſic enim dicit: Iudicia tua non ſum oblitus. Pſal. 118. 30.
Iſte inquā, qui ſolis ipſius ſplendore lucidior eſt, huiuſmodi verba proloquitur? Ita eſt. Hoc enim verè magnum & mirabile eſt, quia is qui verè magnus eſt, nihil de ſe magni ſentit, aut loquitur, ſed omnium ſe vltimum iudicat, & ſalutem de ſola Dei miſericordia ſperat: veluti ſi diceret, Dignus quidem ſum pœna, dignus æternis ſupplicijs: ſed quia iam ferre tormenta non poſſum, rogo mihi veniam dari: vt
D ſæpe famuli in multis cōprehenſi delictis, dicere quidem quòd non peccauerint, non audent, ſed pro nimietate verberum, aliquātulum ſibi remitti flagella rogant. Ego tamen puto de alia eum infirmitate nunc dicere, illa ſcilicet quæ ex triſtitia & mœrore venit. Solet enim mœroris nimietas, ſi pertinaciùs incubuerit, conſumere vires animæ: quòd puto accidiſſe iuſto huic, dum nimis incuſat ſemetipſum, & nihil ſibi promittit lætum,

A & hoc arbitror indicari ex his quæ ſequũ-
Pſal. 142. tur. Ait enim: Miſerere mei Domine,
quoniam infirmus ſum: ſana me Domine,
quoniam conturbata ſunt oſſa mea: &
anima mea turbata eſt valde. Quod ſi is
qui tantorum ſibi bonorum cõſcius erat,
deprecatur Dominum, ne intret ſecum
in iudicium, néve diſcutiãtur opera eius:
quid faciemus nos, qui tot malis inuoluti
ſumus, & bonorum nobis operum nulla
fiducia eſt, quibúſque cùm abundent de-
licta, nulla ſatisfactio eſt, nulla ſimilis iſti
confeſſio? Ob hoc igitur beatus hic tali
vtitur cõfeſſione. Sciebat enim, & didice-
B rat, quia nemo iuſtificabitur in conſpectu
Dei: ſciebat quia iuſtus vix ſaluus fit,
propterea dicebat: Miſerere me Domi-
Cap. V. ne, quoniã infirmus ſum. Sed & in omni-
bus intuere, quomodo nuſquam bono-
rum ſuorum meminit, ſed ſemper ad mi-
ſericordiam Dei confugit, & in ipſa ſola
collocat ſalutem ſuam. Hæc eſt enim hu-
miliati cordis vera compunctio, magna
agere, & humilia loqui: iuſta operari, &
pluſquam peccatores timere ac tremere.
Et vis ſcire, quantus in eo ſit tremor diui-
ni iudicij? audi quid dicit: Iniquitates ſi
Pſal. 129. obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſti-
C nebit? Nouerat enim, & valde nouerat,
quia in multis criminibus obnoxij ſumus
Deo, & quia etiam parua peccata, & ea
etiam de quibus nec ſuſpicamur, dedu-
centur ad iudicium & graui ſupplicio
damnabuntur. Denique & ea quæ ſalua-
tor poſtmodum ſtatuit, ille iam in ſpiritu
præueniens impleuit, & non ſolum legis
mandata, ſed de iniurijs conuiciiſque, &
cogitationibus malis obſeruãtiam tenuit.
Riſum etiam importunum, aut ſcurrili-
tatem in iudicio Dei cogitabat eſſe ple-
ctendam. Propter hoc & Paulus dicebat:
Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc
D iuſtificatus ſum. Cur autem hoc? Quia
etiam ſi nil mali operis egit, ſicut certè
nec egit: ſed honoris quantum deferri
Deo debuit, ſcit à ſe nondum eſſe dela-
tum: quia & ſi milies moriamur, & ſi
omnes virtutes animi expleamus, nihil
dignum gerimus ad ea quæ ipſi percepi-
mus à Deo. Vide enim quomodo cum in
nullo ipſe noſtri indigeat, in omnibus
enim ſufficit ſibi: tamen cum non eſſe-
mus, eſſe nos fecit, animámque inſpi-
rauit talem, qualem nulli ex omnibus
animantibus, quæ ſunt ſuper terram.

A καὶ τοῦτο γινώσκω καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον ποιεῖ. ἐλέησον γάρ με, ἐπήγαγεν, ὅτι ἀσθενής εἰμι· ἴασαί με κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου· καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. εἰ δὲ ὁ συνειδὸς ἔχων οὕτω καθαρὸν ἀξιοῖ, μὴ γενέσθαι τῶν πεπραγμένων ἐξέτασιν ἀκριβῆ, τί ποιήσομεν ἡμεῖς οἱ τοσούτοις ἐπαπειλημμένοι κακοῖς, καὶ τοσοῦτον ἀπέχοντες τῆς παρρησίας ἐκείνου, καὶ μηδὲ τὸ πολλοστὸν τῆς ἐξομολογήσεως ἐκείνης ἐπιδειξάμενοι μέρος; πόθεν οὖν ὁ μακάριος οὐκ ἐξομολογεῖτο; πε-
B παίδευτο, ὅτι οὐδεὶς δικαιωθήσεται ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ ὅτι, καὶ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται· διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν παρακαλεῖ λέγων· μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν μετὰ τοῦ δούλου σου· ποτὲ δὲ, ἐλέησόν με κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι. τοῦτο γὰρ ἄξιον πανταχοῦ σκοπεῖν, πῶς οὐδαμοῦ μέμνηται τῶν οἰκείων κατορθωμάτων· ἀλλ' ἐπὶ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ ῥίπτει τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτοῦ. τοῦτο γὰρ συντετριμμένης ψυχῆς· τοῦτο τεταπεινωμένου πνεύματος. τοῦτο ποιεῖ μεγάλα κατορθοῦντα τῶν ἁμαρτωλῶν μᾶλλον δεδοικέναι, καὶ τρέμειν. ὅτι γὰρ
C ἔτρεμε μὲν οὕτω καὶ ἐδεδοίκει, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι πολλῶν ἐσμὲν ὀφλημάτων ὑπεύθυνοι τῷ θεῷ· καὶ ὅτι τὰ μικρότατα τῶν ἁμαρτημάτων, μεγάλης ἀξιοῦται τιμωρίας. ἔγνω προορῶν ἄνωθεν ἅπερ ἔμελλε νομοθετεῖν ὁ Χριστὸς ἐλθών. οὐ φόνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕβρεων, καὶ λοιδοριῶν, καὶ ἐννοιῶν πονηρῶν, καὶ γέλωτος, καὶ ἀχρείου λόγου, καὶ εὐτραπελίας καὶ ἐπὶ μικροτέρων χαλεπὴν κεῖσθαι τὴν δίκην ἐπίστευε.
D διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος, καίτοι μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς, ἔλεγεν· οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. τί δή ποτε; ὅτι καὶ εἰ μηδὲν κακὸν αὐτὸς εἴργαστο, ὥσπερ οὖν οὐδὲ εἴργαστο, τῆς γοῦν εἰς τὸν θεὸν ὀφειλομένης τιμῆς οὐχ ἡγεῖτο πεπληρωκέναι τὸ μέτρον. κἂν γὰρ μυριάκις ἀποθάνωμεν, κἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιδειξώμεθα, οὐδὲ τὴν ἀξίαν ἀποδεδώκαμεν τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπηργμένων παρὰ τοῦ θεοῦ τιμῶν. ὅρα γὰρ οὐδενὸς τῶν παρ' ἡμῶν δεόμενος, ἀλλ' αὐτὸς ἀρκῶν ἑαυτῷ οὐκ ὄντας ἡμᾶς εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, ψυχὴν ἐνέπνευσεν, οἵαν οὐδενὶ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς.

παράδεισον ἐφύτευσεν, οὐρανὸν ἔτεινε, γῆν ὑπεστόρησε, φωστῆρας ἀνῆψε λαμπρούς· καὶ τὴν μὲν γῆν λίμναις, καὶ πηγαῖς, καὶ ποταμοῖς καὶ ἄνθεσι κατεκόσμησε, καὶ φυτοῖς· τὸν δὲ οὐρανὸν τῷ ποικίλῳ τῶν ἄστρων καταστίξας χορῷ, τῆς ἡμέρας ἡμῖν οὐχ ἧττον τὴν νύκτα χρησιμωτέραν εἰργάσατο· διὰ τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου γινομένην ἀνάπαυσιν, καὶ ἰσχύν. τῶν γὰρ σιτίων οὐχ ἧττον ἡμῖν ἐστι τρέφει τὰ σώματα καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. λιμοῦ μὲν γὰρ πολλάκις ἴδοι τις ἂν πολλὰς καταλαμβάνειν τὰς ἡμέρας· ὕπνου δὲ οὐδὲ ὀλίγας δυνατόν· καὶ τὴν ἐν ἡμέρᾳ δὲ γινομένην φλόγα, τήν τε ἀπὸ τῆς ἀκτῖνος, τήν τε ἀπὸ τῶν μόχθων τῶν μεθημερινῶν καταψύχει, καὶ διαλύων, οὕτως ἀκμάζοντα πάλιν ἡμᾶς πρὸς τοὺς πόνους ἀνίστησι· χειμῶνος δὲ ὥρα τῷ μήκει τοῦ δρόμου καὶ ἐπιπλέον ἡμῖν παρέχει τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ τὸ θάλπος ὑπωροφίους εἶναι καταναγκάζων· καὶ τὸ σκότος δὲ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ τούτῳ συγκεκλήρωται τῷ καιρῷ, ἀλλ' ὑπὲρ ἀναπαύσεως πλείονος. ὥσπερ οὖν αἱ φιλόστοργοι τῶν μητέρων, ὅταν κατευνάσαι τὰ παιδία βούλωνται ἀλύοντα, ὑπὸ ταῖς ἀγκάλαις θεῖσαι τὰ ἑαυτῶν καὶ τῷ χιτωνίσκῳ ταῖς ὄψεσι περικαλύψασαι κατακοιμίζουσιν· οὕτω καὶ ὁ θεὸς, καθάπερ τι καταπέτασμα τὸ σκότος κατὰ τῆς οἰκουμένης ἁπλώσας, παύει τοὺς ἀνθρώπους τῶν πόνων. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, ἀπὸ τῆς φιλοπραγμοσύνης ἢ φιλαργυρίας τῆς ἄγαν, καὶ ὑπὸ τῶν πόνων ἀπολοῦντες ἂν διεσπάσθημεν. νυνὶ δὲ καὶ ἄκοντας ἡμᾶς τῶν ἱδρώτων ἀνίησιν· οὐ τὰ σώματα δὲ ἡμῖν ἀνίησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἐστὶν ὁ νόμος τῆς σιωπῆς οὐχ ἧττον. τί γὰρ ἄν τις λέγοι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ γαλήνην, τὴν ἡσυχίαν; καὶ πῶς ἅπαντα γέμει σιγῆς, καὶ θορύβων ἐστὶ καθαρὰ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀκοῦσαι κραυγῆς τινος καθάπερ ἐν ἡμέρᾳ, τῶν μὲν πενίαν ὀδυρομένων, τῶν δὲ ἐπήρειαν καταβοώντων, τῶν δὲ ἀῤῥωστίαν σώματος, καὶ πηρώσεις θρηνούντων, καὶ τῶν μὲν θάνατον τῶν οἰκείων, τῶν δὲ ζημίαν χρημάτων, τῶν δὲ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων. πολλὰ δὲ ταῦτά ἐστιν· ὧν πάντων ἁπάντων καθάπερ τρικυμιῶν ἐξαρπάσασα, πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναπαύει λιμένα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἡ νύξ· καὶ διὰ μὲν τῆς νυκτὸς, το-

A Paradiſum plantauit, cœlum extendit, terrámque ſubſtrauit, luminaria accendit in vniuerſo mundo ſplendentia, & terram quidem fontibus fluminibúſque & ſtagnis repleuit, campos vero virgultis & floribus adornauit, cœlum variis aſtrorum choris depinxit, vt nobis noctem die ipſo faceret gratiorem, ſimul & vt ſomnorum ſalubritas per quietem vires corporis repararet, quas labor diurnus abſumit. In tantum autem muneris huius neceſſaria humano generi dona collata ſunt, vt abſque cibo audeant nonnulli plures tranſigere dies, abſque ſom- B no verò nec paucos. Idcirco denique & hybernis frigoribus longiora ſpacia noctium poſuit, vt prolixior requies intra tecta hominibus fieret, & laboribus ſpacia breuiora remanerent. Propter quod & conuenienter tempora hæc, quæ ad requiem dedit, tenebris inuoluit. Sicut enim piæ quæque matres, aut nutrices cum fortè natos ſuos ad quietem prouocant, in gremiis poſitos complecti brachiis, & adſtringere, ac tunica operire faciem & oculos ſolent, vt obſcurior eis aër redditus, ſomnum per quietem facilius inuitet: ita & Deus tanquam ve- C lamen quoddam per vniuerſum mundum tenebras obducens, hominum genus ad ſilentium gratiſſimæ quietis inuitat. Quòd ſi non ita tempus iſtud muniſſet Deus, vt eſt genus hominum negociis & cupiditatibus atque omni auaritiæ ſemper intentum, non ſolùm ſubiectos ſibi læderent, ſed & ſemetipſos homines laboribus operibúſque conſumerent. Nunc verò etiam inuitos nos à nimiis laboribus retrahit, & non ſolum corporibus indulget, ſed & animos ipſa viciſſitudo reſuſcitat. Nam inde quid D dicam, quomodo noctis tempore cuncta tranquilla ſunt, & ſilent vniuerſa, quies vbique, & per totum orbem ducuntur longa ſilentia, nullus clamor, vt in temporibus diei, nullæ voces quibus alij ob penuriam lugent, alij ob corporis infirmitatem, alij ob pecuniarum iacturam, alij pro violentiis clamant, alij funeribus domeſticorum, vel aliis damnis afflicti. Hæc omnia quieſcere facit nox, & velut fluctibus quibuſdam atque vndis malorum ereptos homines, ad portum quietis adducit: & hæc quidem noctis munera: diei verò tanta

ſunt, vt dehis dicere nec temporis nec ſtyli huius ſit. Quid verò maris vſum, & nauigandi vtilitatem loquar? per quam omnem penè orbem, qui longis à ſemetipſo dirimitur ſpacijs, non ſolum ſibi inuicem notum, ſed ſocium quodammodo & communicabilem facit, vt vnuſquiſq; ſi quid apud ſe gignitur boni, hoc etiam ad proximos ſuos procul poſitos deferat: & cum vnuſquiſque paruum poſſideat terræ ceſpitem, per iſtud mercandi miniſterium, quaſi totius mundi dominus efficitur, & vniuerſæ terræ fructibus vtitur. Et quid plura dicam? Vniuerſus orbis efficitur tanquã menſa diues vna omnibus, nullo prohibente ſumere conuiuas ſingulos, quo minus cum ea quæ ſibi appoſita ſunt dederint, viciſſim quæ apud cæteros longe diſſitos reperiuntur, manus ſolum extendentes accipiant. Sed parua ſunt hæc in muneribus Dei. Quid deinde dicam, quòd notam fecit Deus ſapientiam ſuam hominibus, & capaces eos eſſe voluit huius tã ineffabilis muneris? Cogita enim tantiſper & conſidera plantarum varietates frugiferarum, infrugiferarum, quæ in deſertis naſcũtur, quæ in agris excultis, quæ in montibus, quæ in campis: vide quanta in ſeminibus ſit diuerſitas, quanta in herbis, in floribus, in animalibus, tum terreſtribus, tum ancipitibus quæ in vtraque ſede viuunt, tum aquatilibus: cogita quæcunque cernuntur omnia propter nos condita eſſe cœlum, terram, mare, quæque in illis degunt omnia. Nam quemadmodum quis vbi magnificam regiam ſibi exſtruxiſſet multo ſplendentem auro multo lapillorum fulgore coruſcantem, ita cum mundum fabricatus eſſet Deus hominem introduxit, qui rebus omnibus quæ in eo ſunt imperaturus eſſet: quodque longe mirabilius eſt in hac domo, non ex lapidibus tectum condidit, ſed ex alia pretioſiori materia compegit, neque vero aurei candelabri flammam accendit, ſed demiſſis ex alto lampadibus celeri motu decurrere domus iſtius tectum voluit, vt non tantum vtilitatem afferret, ſed & multam pareret voluptatem; terræ verò pauimentum inſtar opiparæ cuiuſdam menſæ conceſſit. Et hoc fecit cum ipſi nondum aliquid apud Deum meriti collegiſſent. Cúmque

A σαῦτα ἡμῖν τὰ ἀγαθά· διὰ δὲ τῆς ἡμέρας ταῦτα, ἅπερ ἅπαντες ἴσμεν. τί ἄν τις εἴποι τὴν περὶ τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γενομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῆς ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποστερητὴν γένοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους ἐπιτομωτέραν ἡμῖν ὁδὸν, τὴν θάλατταν ἀνῆκε πανταχοῦ τῆς γῆς ὁ θεός· ἵνα ὥσπερ οἶκον ἕνα τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες, οὕτω θαμινὰ παρ' ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδοὺς εὐκόλως, ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ' ἐκείνου, καὶ
B μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων, ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὢν τῶν πανταχοῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεστι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας ἑκάστῳ τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δοῦναι τῷ πόρρωθεν κατακειμένῳ, τὸ παρ' ἐκείνῳ κείμενον ἀντιλαβεῖν ἔξεστι τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα. εἰ δέ τις καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπελθεῖν ἐπιχειρήσειε τῷ λόγῳ, εἰς ἄφατον ἐκπεσεῖται μῆκος, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἐπελεύσεται μέρος. πῶς γὰρ ἄνθρωπος ὢν, καὶ τὴν ἄπειρον τοῦ θεοῦ σοφίαν ἀναμετρεῖν ἐπιχειρῶν; ἐννόησον γὰρ
C τέως τὰς τῶν φυτῶν διαφορὰς τῶν καρποφόρων, τῶν ἀκάρπων τῶν ἐν ἐρήμοις, τὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην· τῶν ἐν ὄρεσι· τῶν ἐν πεδίοις· ἴδε τὴν ἐν τοῖς σπέρμασι ποικιλίαν, τὴν ἐν ταῖς βοτάναις, τὴν ἐν τοῖς ἄνθεσι, τὴν ἐν τοῖς ζώοις τοῖς χερσαίοις, τοῖς ἀμφιβίοις, τοῖς νηκτοῖς, ἐννόησον ὅτι τὰ ὁρώμενα ἅπαντα δι' ἡμᾶς οὐρανὸς γῆ θάλασσα τὰ ἐν τούτοις ἅπαντα. καθάπερ γάρ τις βασίλεια ἑαυτῷ λαμπρὰ κατασκευάσας, πολλῷ μὲν ἀποστίλβοντα τῷ χρυσῷ, πολλῇ δὲ λάμπον-
D τα τῇ τῶν λίθων αἴγλῃ, οὕτω τὸν κόσμον τεκτηνάμενος ὁ θεὸς, ἤγαγε τὸν ἄνθρωπον βασιλεύσοντα πάντων τῶν ἐν αὐτῷ. καὶ τὸ πολλῷ θαυμασιώτερον τούτου τοῦ οἴκου οὐκ ἀπὸ λίθων κατασκευάσας τὸν ὄροφον, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας ὕλης τιμιωτέρας αὐτὸν συμπηξάμενος, οὐδὲ λυχνίας χρυσῆς φλόγα ἀνάψας, ἀλλ' ἄνωθεν τὰς λαμπάδας ἀφεὶς διατρέχειν τούτου τοῦ οἴκου τὴν στέγην ἐκέλευσεν· ὡς μὴ χρήσιμον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἡμῖν εἶναι τὴν ἡδονήν· τὸ δὲ ἔδαφος ἀντὶ τραπέζης ἀνῆκε πολυτελοῦς. καὶ ταῦτα πεποίηκε τῷ μηδὲν οὐδέπω ἐπιδειξαμένῳ καλόν· ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοσαύτην δυ-

ρεαὶ ἀγνώμονα περὶ τὸν εὐεργέτην γενόμενον· οὐδὲ οὕτως ἐστέρησε τῆς τιμῆς. ἀλλ' ἐκβαλὼν μόνον τοῦ παραδείσου, τούτῳ κολάζει, περαιτέρω προελθεῖν τὴν ἀγνωμοσύνην κωλύων· καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀναστέλλων ῥοπήν. ταῦτα δὴ πάντα ἀναλογιζόμενος ὁ ἀπόστολος καὶ τούτων πλείονα ἅτε πνεύματι θείῳ κινούμενος, τάτε ἐξ ἀρχῆς, τάτε καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τάτε εἰς ἕνα ἕκαστον, τάτε εἰς ἅπαντας κοινῇ γινόμενα, καὶ τὰ φανερὰ καὶ τὰ λάθρα πολλῷ πλείονα ὄντα τῶν φανερῶν. καὶ ἔτι τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ καὶ πάντα ἁπλῶς περισκοπῶν· καὶ πανταχόθεν συλλέγων τοῦ θεοῦ τὴν ἄφραστον ἀγάπην, καὶ ἐννοήσας, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἐμπεσὼν ἀχανές, οὕτως ἐμάνθανεν, ὅσων, καὶ ἡλίκων ὑπεύθυνος ἦν. οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἀποδεδώκει μέρος. διὸ δὴ ταῦτα ἐφθέγγετο, καὶ τὰ μὲν μικρὰ τῶν ἁμαρτημάτων μετὰ πολλῆς ἐξήταζε τῆς ἀκριβείας· τὰ δὲ κατορθώματα, λήθῃ παρέπεμπεν. ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς· οἳ τῶν μὲν πλημμελημάτων, καὶ πολλῶν ὄντων, καὶ μεγάλων, οὔτε λόγον, οὔτε μνήμην ποιούμεθα. ἂν δέ τι μικρὸν κατορθώσωμεν, τοῦτο ἄνω, καὶ κάτω στρέφομεν, καὶ οὐ πρότερον ἀφιστάμεθα γαυρούμενοι, καὶ φυσιούμενοι. ἕως ἂν καὶ αὐτὸ τὸ μικρὸν διὰ τῆς ἀλαζονείας κενώσωμεν. ταῦτα καὶ ὁ Δαυὶδ σκοπῶν ἔλεγε· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; οὐ μόνος δέ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀγνωμοσύνης αὐτοῦ κατηγορῶν, ἄνθρωπος φησὶν ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. τοῦτο οἰκέτου εὐγνώμονος, τὰς εἰς τὸ κοινὸν εὐεργεσίας ἰδιοποιεῖσθαι· καὶ ὡς τῶν πάντων ὀφειλέτην ὄντα, φροντίζειν, καὶ μεριμνᾷν, ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε· καλὸν γὰρ πάλιν αὐτοῦ μνημονεῦσαι· δι' αὐτὸν λέγων τεθνηκέναι τὸν κύριον. ὃ γὰρ νῦν ζῶ φησὶν, ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ, τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ ἀγαπήσαντός με, καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ συστεῖλαι βουλόμενος τοῦ Χριστοῦ τὴν δωρεάν· ἀλλὰ τοῦ πάντως ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστῆσαι ἁπάντων, καὶ ἕκαστον οὕτω διακεῖσθαι

A eis intellectum conceſſerit diuinorum, rerúmque æternarum eis præſtiterit habere notitiam: homo tamen erga tanti muneris autorem extitit ingratus, & ne ſic quidem eum reſpuit diuina clementia, ſed & hoc ipſum quod videtur pœna prevaricationis impoſita, cum è paradiſo tantum eiectus eſt, remedium fuit nolentis vltra procedere malum, ſed feruorem temeritatis atque audaciæ reprimentis. Hæc & horũ ſimilia ex diuinis beneficijs reminiſcens Apoſtolus, cum ea quæ iam ab initio, tum quæ quotidie tam in ſingulos, quam in omnes ſimul ſiue palam B ſiue clam multo plura contulit quam manifeſta, & multò magis ea, quæ ad diſpenſationem ſpectant vnigeniti filij Dei, quæque per eum futura promittuntur bona, per horas ſingulas & momenta conſiderans, & in corde ſuo diſcutiens, atque ad immenſum bonitatis & beneficiorum eius pelagus attendens, hæc dicebat. Et peccata quidẽ propria ſine intermiſſione dijudicat & retractat, iuſtitiæ verò ſuæ in nullo penitus meminit: non ſicut agimus nos, qui de peccatis quidem noſtris, quæ multa ſunt & grauia, ne mentionem quidem facimus, non dicam cogitamus aut C ingemiſcimus: ſicubi verò parum aliquid boni operis agere videmur, hoc ſine intermiſſione & dici volumus, & audiri, nec deſinimus prorſus tumidi incedentes & elati, donec & ipſum parũ ſi forte geſtum eſt boni operis, per iactantiam euacuetur & pereat. Hęc & horum ſimilia Dauid intuens, dicebat: Quid eſt homo quòd memor es eius? Et iterum humanæ vecordiæ ignauiam notans, aiebat: Homo cùm in Pſ.48.13. honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hic eſt affectus ſerui fidelis, vt beneficia domini ſui, quæ communiter data D ſunt omnibus, quaſi ſibi ſoli præſtita reputet, & quaſi ipſe ſit omnium debitor, & pro omnibus ipſe ſolus habeatur obnoxius. Hoc fecit & Paulus, qui mortem Cap. VI. Domini & Saluatoris noſtri, quæ pro vniuerſo expenſa eſt mundo, ſibi ſoli præſtitã dicit. quaſi enim de ſe ſolo loquens, ita ſcribit: Quod enim nunc viuo in carne, Gal.2.20. in fide viuo filij Dei, qui tradidit ſemetipſum pro me. Hæc autem dicebat non coanguſtare volens ampliſſima & per orbem terræ diffuſa Chriſti munera: ſed quaſi qui, vt diximus, pro omnibus ſe ſolum iudicaret obnoxium, & vnicuique perſuadere vellet, vt non aliter affectus

eſſet. Nam ſi vel vnius hominis cauſſa venilſet Chriſtus, non ſolum nihil hac ratione beneficium imminueretur, ſed etiam maius appareret. Quid ita? nempe quod tantum exhibuiſſe ſtudium videretur, quantum is, qui vnam ouam quæſiuit.
Pſal 34. Hæc ergo ſunt, pro quibus affligebatur Dauid & lugebat. Etenim qui pecuniam mutuam ſumunt, ſi non habeant vnde reſtituant, ſed multo fœnore opprimantur, neque cibum capere, neque quietem poſſunt, excruciati ſolicitudine, compunctique vigilijs. Quomodo ergo iuſtus non excrucietur cõſiderans non ſe in pecunia, ſed in morum actibus eſſe debitorem? Sed nos non ita, imò verò ſi viſi fuerimus vel parum aliquid ex multis debitis ſoluere, iam videmur nobis non tam ſoluiſſe debita, quam opes plurimas & largos in cœlis recondidiſſe theſauros: imò quod eſt infelicius, ne hoc quidem parum quod agere videmur, ita honeſtè & emendatè gerimus, vt decet liberos: ſed prius requirimus, ſi mercedem habeamus, an non: & ſi grandis ſit merces in eo quod facere videmur, & ſi reputetur nobis ad mercedem. Inuerecunda ſatis, & non tam libero digna vox quàm mercenario. Quid ais ô homo puſillanimis & infelix? Propoſitum tibi eſt vt aliquid agas, quod conditori tuo placeat, vt Domino tuo ſeruias: & tu de mercedibus cogitas? Si enim te agentem, quod tibi præceptum eſt, Dominus tuus in gehennam: conijci iuſſurus eſſet, detrectare oporteret, non ſumma cum animi alacritate res honeſtas aggredi. Tu præſtas aliquid quod Deo placeat, & aliam mercedem requiris? Verè ignoras quantum boni ſit placere Deo. ſi enim ſcires, nunquam aliud aliquid extrinſecus mercedis aut muneris expectares. Neſcis quia maior augetur tibi merces, quando non ſpe mercedis operaris, ſed ſtudio placendi? Aut non vides quomodo & apud homines illi maximè famuli diliguntur, qui non tam accipere aliud à dominis, quàm placere eis, & obedire geſtiunt? Et ſi homines ita erga ſibi ſimiles agunt: tu qui tanta à Deo beneficia conſecutus es, & alia nihilominus ſperas bona, ſi quid pro ſalute tua egeris, prius etiam penè quàm geras, de mercedibus percontaris? Propter hoc miſeri ſumus in omnibus & frigidi, nec in aliquod opus bonũ parati. Ob hoc neque compunctionem cordis

A πείθων. εἰ γὰρ καὶ δι' ἕνα παρεγένετο ἄνθρωπον ὁ Χριστὸς, οὐ μόνον οὐκ ἠλαττοῦτο τούτῳ ἡ δωρεὰ, ἀλλὰ καὶ μείζων δείκνυται. πῶς; ὅτι καὶ ὑπὲρ ἑνὸς τοσαύτην φαίνεται τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμενος, ὅσην ὁ τὸ ἓν πρόβατον ἐπιζητῶν. διὰ ταῦτα ἐταράττετο· διὰ ταῦτα ἐθρήνει. εἰ γὰρ οἱ χρήματα δανειζόμενοι, καὶ οὐκ ἔχοντες ἀποτίσαι, ἀλλὰ πολλοῖς κατὰ βαπτιζόμενοι τοῖς τῶν ὀφλημάτων βυθοῖς, οὔτε ἐσθίουσιν, οὔτε καθεύδουσιν ὑπὸ τῆς φροντίδος δακνόμενοι· ὁ δίκαιος ὁρῶν οὐκ ἐν χρήμασιν, ἀλλ' ἐν πράξεσιν
B οὖσαν τὴν ὀφειλὴν, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν; ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως, ἀλλὰ κἂν μικρὸν ἐκτίσωμεν, ὡς τὸ πᾶν ἐκτετικότες διακείμεθα· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερβαλλόμενοι, καὶ οὐδὲ τὸ μικρὸν τοῦτο μετὰ προθυμίας τῆς προσηκούσης ἐλευθέροις πράττομεν· ἀλλὰ, πρότερον ἐξετάζομεν εἰ μισθὸν ἔχει, καὶ εἰ πολὺν μισθὸν, καὶ εἰ ἡμῖν αὐτοῖς λογίζεται, ἀνελευθέρων τινῶν, καὶ μισθαρνῶν φθεγγόμενοι ῥήματα. τί λέγεις ἄνθρωπε μικρόψυχε, καὶ ταλαίπωρε; πρόκειταί τι πρᾶξαι τῶν ἀρε-
C σκόντων θεῷ, καὶ σὺ περὶ μισθοῦ φροντίζων ἕστηκας; εἰ γὰρ πράξαντά σε εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν προσέκειτο, ἀναδύεσθαι ἐχρῆν, ἀλλ' οὐχὶ μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἅπτεσθαι τῆς τῶν καλῶν ἐργασίας; πράττεις τι τῶν τοῦ θεοῦ φίλων, καὶ μισθὸν ἕτερον ἐπιζητεῖς; ὄντως ἀγνοεῖς, ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἀρέσαι θεῷ. εἰ γὰρ εἴδης, οὐδεμίαν ἂν ἑτέραν ἀνέμεινας εἶναι ἀμοιβήν· οὐκ οἶδας ὅτι σοι ὁ μισθὸς αὔξεται, ὅταν μὴ ἐπ' ἐλπίδι τῶν μισθῶν πράττῃς τὰ δέοντα;
D οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τούτους μάλιστα τιμῶσιν οἱ δεσπότες, οὓς ἂν ἴδωσι παρὰ τὸν μισθὸν τὸ εἰς ἐκείνους ἀρέσκειν ὁρῶντας, καὶ ὑπὲρ τούτου μᾶλλον σπουδάζοντας, ἢ τῆς παρ' αὐτῶν τιμῆς; εἶτα, ἄνθρωποι μὲν οὕτως εὐγνωμόνως πρὸς τοὺς ὁμοδούλους διάκεινται· σὺ δὲ ὁ τοσαῦτα εὐεργετηθεὶς παρὰ τοῦ δεσπότου, καὶ τοσαῦτα προσδοκῶν ἀγαθὰ, ἡνίκα ἄν τι δέῃ πρᾶξαι τῶν εἰς σωτηρίαν ἡκόντων τὴν σὴν, πρὸ τῆς πράξεως τὸν μισθὸν περιεργάζῃ. διὰ ταῦτα πανταχοῦ ψυχροὶ, καὶ ταλαίπωροι, καὶ πρὸς οὐδεμίαν τῶν γενναίων ἐσμὲν παρεσκευασμένοι πράξεων. διὰ τοῦτο οὔτε ἐν κατα-

τεύξεσθαι δεδυνήμεθά ποτε, οὔτε μικρόν τι συστεῖλαι τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν. οὔτε γὰρ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἡμῶν ἀναλογιζόμεθα μετὰ ἀκριβείας, οὔτε τὰς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας ἐξετάζομεν· οὔτε πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα κατωρθωκότας ὁρῶμεν· οὔτε διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπιλανθανόμεθα, ὅτι οὔτε μετρίως τὰς εὐεργεσίας φέρομεν, οὔτε ὃ συνεχῶς λέγομεν ἁμαρτωλοὺς ἑαυτοὺς καλοῦντες, μετὰ ἀληθείας φθεγγόμεθα· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. ὅταν γὰρ παρ' ἑτέρων ταῦτα ἀκούσωμεν, ἀγριαίνομεν, ἐκθηριούμεθα, ὕβριν τὸ πρᾶγμα εἶναι φαμέν. οὕτω πάντα ὑπόκρισις τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ οὐδὲ τὸν τελώνην μιμούμεθα, ὃς ἑτέρου τὸ τῶν ἁμαρτημάτων ὀνειδίζοντος αὐτῷ πλῆθος, καταδεξάμενος τὰ ὀνείδη διὰ τῶν ἔργων τὸ κέρδος ἐκαρπώσατο. κατῆλθε γὰρ δεδικαιωμένος μᾶλλον ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον. ἡμεῖς δὲ, οὐδὲ ὅ τί ποτέ ἐστιν ἐξομολόγησις, ἴσμεν, καὶ ταῦτα μυρίων γέμοντες κακῶν. ἔδει δὲ μὴ μόνον πεπεῖσθαι, ὅτι μυρία ἡμῖν πεπλημμέληται, ἀλλὰ καὶ πάντα ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, τά τε μικρὰ, τά τε μεγάλα, ὥσπερ ἐν βιβλίῳ τῇ καρδίᾳ γράφοντας ἔχειν καὶ ὡς νεωστὶ γεγενημένα, πενθεῖν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς κατεστείλαμεν συνεχῶς αὐτῇ τῶν οἰκείων ἀναμιμνήσκοντες κακῶν. τοσοῦτον ἐστὶν ἀγαθὸν μνημονεύειν ἁμαρτημάτων οἰκείων, ὡς καὶ τὰ ἀφανισθέντα ἐγκλήματα συνεχῶς φέρειν εἰς μέσον τὸν μακάριον Παῦλον. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πρότερα ἀπενίψατο πάντα διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ μετὰ ταῦτα ἐβίου καθαρῶς, οὕτως ὡς μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι, καὶ οὐκ εἶχεν, ὑπὲρ ὧν στενάξειεν ἁμαρτημάτων, τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐξηλειμμένων ἐμέμνητο λέγων· ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι· ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· καὶ πάλιν· πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν, τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστήν· καθ' ὑπερβολὴν γὰρ ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν· καὶ πάλιν οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι ἀπόστολος. Εἰ γὰρ καὶ εὐθύνοις ἡμᾶς ἀφίησιν

A vnquam meremur accipere, neque colligere intra noſmetipſos animæ noſtræ ſenſus, & humilitatem eius fragilitatémque perſpicere, neque peccata noſtra ante oculos habere, neque econtra diuina beneficia conſiderare. Hinc eſt quod neque ad illos qui præcipuam & diſtrictam vitam ducunt reſpicimus, neque ad ſtudium boni operis incitamur: ſed neque hoc quidem quod frequenter videmur noſmetipſos peccatores pronũciare, cum veritate & affectu animi loquimur. Denique ex eo arguimur, quia ſi hæc ab alio audiamus, quæ ipſi de nobis pronuncia-
B re videmur, ſtatim indignamur & iraſcimur, & iniuriam nobis factam conquerimur. Sic ficta in nobis & ſimulata ſunt omnia, vt ne illum quidem publicanum Luc. 18. b. poſſimus imitari: qui cum peccata ſua audiret ſibi ab alio exprobari, non ſolùm patienter tulit, ſed & addidit confeſſionem ſuam. Vnde diſceſſit ille iuſtificatus magis quàm Phariſæus qui exprobrauerat. Nos verò neque exomologeſis ipſa quid ſit nouimus, cùm mille malis repleti ſimus. Sed oportebat nos non ſolùm ſcire & confiteri, quia multa in nobis delicta ſunt, verum & vnumquodque pec-
C catum, & maius & minus, quaſi in libro, ita in corde noſtro habere deſcriptum: idque frequentius recenſere, atque ante oculos ponere, & tanquam hæc nuper admiſſa lugere. Ita enim & animæ arrogantiam frangeremus, frequentius eam de malis ſuis & vitijs commonentes, & cautela nobis, ne vltra in eadem delicta incideremus, acrior naſceretur. Tantum etenim boni confert meminiſſe frequentius hominẽ peccati ſui, vt etiam Paulum Apoſtolum videamus ea quæ abolita iam fuerant & deleta, adducere tamen in medium: & cùm culpam de præſentibus
D non haberet, tamen quoniam recordationes peccatorum & luctum gemitúmque ſciebat animæ prodeſſe, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam commiſſa, gratia baptiſmi, & confeſſio fidei aboleuerat. Sic denique dicit: Quia 1. Tim. 1. Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Et iterum: Et fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterium, qui priùs fui blaſphemus, & perſecutor, contumelioſus ſupra modum, perſequens Eccleſiam Dei, & expugnabam eam, & 1. Cor. 15. 9. rurſus non ſum dignus vocari Apoſtolus. Etenim licèt reatu abſoluamur, pro pec-

catis prioribus tamen ſi adducantur ante oculos, ſufficienter incutere poſſunt animæ verecundiam, & prouocare eam ad amorē eius qui tam multa & tam magna conceſſit. Nam & Simon cum interrogatus à Domino, quis ex illis duobus debitoribus quibus fœnerator relaxauerat debitum, plus eum diligeret, reſpondiſſet, quia ille cui plus dimiſit, audiuit à Domino: Rectè reſpondiſti. Oportet ergo recordari nos priora delicta, etiam ea pro quibus veniam conſecuti ſumus, vt intuentes quàm ingentem modum debiti remiſit nobis Deus, & amplius eum diligere poſſimus, & verecundiam pudoremque concipere, atque ex his corde compungi: conſiderantes, quòd niſi miſeratio ipſius ſubueniſſet, tantum illud peccatorum pondus ſine dubio in imis nos inferni pœnis ſuppliciiſq; preſſiſſet. Paulus ergo etiam illa meminerat, quæ peremerat indulgentia: nos verò nec iſta recordamur, quæ poſt baptiſmum commiſimus, in quibus vtique periculum nobis ſaluum eſt, & reos nos atq. in vinculis poſitos tenent. Quòd ſi aliquando ad recordationem venerimus, & viſi fuerimus paululum inde cogitare & eſſe ſoliciti, ſtatim effugit cogitatio, & tranſimus ad alia: & nec integra quidem hora patimur animam noſtram afflictione mæroris huius aſtringi. Hæc igitur cauſa eſt, quòd malis addim9 mala, dum priorum memoria non permanet, nec dolor aliquis inuritur pro conſcientia delicti. Hinc eſt vnde nec ad cōfeſſionem accedimus. Quomodo enim confitebimur, quorum ne memoriam quidem tenemus? Et ſic conſuetudine contemnendi, dum de præteritis dolor nullus eſt, faciliùs ſuperuenientibus malis locum damus. Quòd ſi omnis ex anima ſtimulus auferatur, & cuncta ei ſecuritatis fræna laxentur: quis eā poſt hæc tenebit, aut quis eam de præcipitijs reuocabit? Quid prohibet vbi nihil metuitur, vbi nihil verecundiæ, nihil pudoris admittitur, vt non in omnes perditionis foueas demergatur? Pro his ergo lugēt ſancti, & gemitus ſuos conferūt in conſpectu Dei. Sufficit enim ſanctis & magnis, ſicut & vos eſtis, ad compunctionem cordis recordari diuina beneficia, & operum veſtrorū gloriam non vobis ipſis aſſignare, ſed Deo. Sufficit ſi cubi vel parum aliquid vos latuit, quantò vos magni eſtis, tantò id velut à magnis viris commiſſum grauius iudicare. Sufficit conſiderare illorum vitas, qui ſummam iuſtitiæ & ſanctitatis regulam ſeruarunt, & per omnia placuerunt Deo: ſed &

Luc. 7.

CAP. VII.

A ἐκεῖνα τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅμως ἐστὶν ἱκανὰ ψυχὴν ἐντρέψαι, καὶ πεῖσαι σφοδρῶς ἀγαπᾶν τὸν θεόν. καὶ γὰρ ἐρωτηθεὶς ὁ Σίμων ὑπὸ τοῦ κυρίου· τίς τῶν δύο χρεωφειλετῶν τὸν δεδανεικότα ἀγαπήσει πλέον, καὶ εἰπών, ὅτι νομίζω, ᾧ τὸ πλέον ἐχαρίσατο, ἤκουσεν, ὀρθῶς ἔκρινας. ὅταν γὰρ ἐννοήσωμεν τὸ πλῆθος τῶν παρελθόντων ἁμαρτημάτων, τότε εἰσόμεθα τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὴν ὑπερβολήν. τότε κατανυσσόμεθα· τότε συσταλησόμεθα. ὅσῳ γὰρ μειζόνων ἐσμὲν ὑπεύθυνοι B πλημμελημάτων, τοσούτῳ μᾶλλον ἐντραπησόμεθα. Παῦλος μὲν οὖν κἀκείνων ἐμέμνητο· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀναμνησθῆναι βουλόμεθα, τὰ κίνδυνον ἔχοντα, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐξετάσεως ὑπευθύνους ἡμᾶς καθιστῶντα· ἀλλὰ κἂν εἰς ἔννοιαν τοιούτου τινός ποτε ἐμπέσωμεν, εὐθέως ἀποπηδήσαμεν· οὐδὲ τὸ παράπαν βραχὺ τῇ μνήμῃ λυπῆσαι βουλόμενοι τὴν ψυχήν. τοιγάρτοι μυρία ἀπὸ ταύτης τῆς ἀνωφελοῦς χάριτος ἡμῖν τίκτεται τὰ κακά. οὕτω γὰρ ἀνηλγήτως ἔχοντες, καὶ μαλακῶς, οὔτε ὑπὲρ C τῶν παρελθόντων ἐξομολογήσασθαι δυνάμεθα. πῶς γὰρ ἂν οὐδὲ τὴν μνήμην αἰσχύνεσθαι ἐθίζομεν ἑαυτούς, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα προχείρως καταφερόμεθα. ἀγαπητὸν γὰρ τῆς μνήμης ἐκείνης ἐνακμαζούσης ἡμῖν ἀεί, καὶ τοῦ φόβου καταστέλλοντος τὴν διάνοιαν, δυνηθῆναι τὸ ῥᾴδιον αὐτῆς, καὶ διακεχυμένον ἐξελεῖν. εἰ δὲ καὶ τοῦτον ἀφέλοι τὸν χαλινόν, τίς αὐτὴν καθέξει λοιπὸν ἀδεῶς κατὰ κρημνῶν φερομένην· καὶ εἰς τὰ τῆς ἀπωλείας ἐμπίπτουσαν βάραθρα; διὰ ταῦτα D ὁ δίκαιος ἐκεῖνος τὴν μέλλουσαν ὑπέγραφε κόλασιν· διὰ ταῦτα ἐθρήνει· διὰ ταῦτα ἔστενε. ταῦτα οὐκ ἐκ περιουσίας ποιῶν. τοῖς μὲν μεγάλοις ὑμῖν ἀρκεῖ πρὸς τὸ κατανυγῆναι, τὸ, τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμνησθῆναι τοῦ θεοῦ, τὸ, μὴ μεμνῆσθαι τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, τὸ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας ἐξετάζειν εἴ πού τι καὶ μικρὸν ὑμῖν τύχοι πλημμεληθέν, τὸ, πρὸς τοὺς μεγάλους ἄνδρας ὁρᾶν, καὶ σφόδρα εὐαρεστηκότας θεῷ.

A τὸ, μετὰ ταῦτα ἄπλωτα, ἐννοεῖν τὸ τῶν μελλόντων ἄδηλον· τὸ, πρὸς τὴν καταπλωσιν, καὶ τῆς ἁμαρτίας ὀξύρροπον, ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἐδεδοίκει, διὸ καὶ ἔλεγε· φοβοῦμαι μή πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· καὶ τὸ, ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· οὕτω καὶ ὁ Δαυὶδ ταῦτα πάντα ἔστρεφε παρ' αὐτῷ. τὰς μὲν γὰρ εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ λογιζόμενος, ἔλεγε· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ· ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. B τῶν δὲ κατορθωμάτων οὕτως ἐπιλέλησται τῶν αὐτοῦ, ὡς μετὰ τὴν μυρίαν φιλοσοφίαν ἐκείνην εἰπεῖν· τίς εἰμι ἐγὼ κύριέ μου, κύριε; καὶ τίς ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; ὅτι ἠγάπησάς με, ἕως τούτων· καὶ κατεσμικρύνθη ταῦτα ἐνώπιόν σου κύριέ μου. καὶ ἐλάλησας ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ δούλου σου εἰς μακράν. οὗτος δὲ ὁ νόμος τοῦ ἀνθρώπου κύριέ μου, κύριε πρὸς σε. καὶ τί προσθήσει Δαβὶδ ἔτι τοῦ λαλῆσαι πρός σε; καὶ τῶν προγόνων συνεχῶς τὴν ἀρετὴν ἐννοῶν, τὸ μηδὲν πρὸς ἐκείνους ἑαυτὸν C ἐξετάζων εἶναι ἐνόμιζε. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, περὶ αὐτοῦ λέγων, ἐπήγαγεν· ἐγὼ δὲ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. τὸ δὲ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον οὕτως εἶχε πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς λέγειν, φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. καὶ ἁμαρτημάτων δὲ οὕτω πολλῶν ὑπεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι ἐνόμιζεν, ὡς λέγειν. ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου· πολλὴ γάρ ἐστιν. ὑμῖν μὲν οὖν τοῖς μεγάλοις ἀρκεῖ καὶ ταῦτα· ἡμῖν δὲ καὶ μετὰ τούτων τῶν φαρμάκων, ἐστὶν ἀνάγκη ἰσχυρά, καὶ ἱκανὴ, καθε- D λεῖν τὸ φρόνημα, καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἀπώσασθαι. τί δὴ τοῦτό ἐστι; τὸ, τῶν ἁμαρτημάτων πλῆθος, τὸ συνειδὸς τὸ πονηρόν· ὅπερ ἐπειδὰν ἡμῶν ἐπιλάβηται, οὐδὲ ἑκόντας ἀφίησιν ἀρθῆναι πρὸς τὸ ὕψος. διὸ δὴ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ, πρὸς τῆς παρρησίας αὐτῆς, ἧς διὰ τῶν κατορθωμάτων ἐκτήσω πρὸς τὸν θεόν, χεῖρα ἡμῖν ὀρέξαι συνεχῶς δεομένοις, ὥστε δυνηθῆναι, καὶ πενθῆσαι τὸν φόρτον τῶν τοσούτων κακῶν κατ' ἀξίαν, καὶ πενθήσαντας ἐπιλαβέσθαι τινὸς ὁδοῦ φίλης, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν φε-

naturam peccati cogitare velocem, rapidam, ſubreptiuam, & ob hoc incerta eſſe quæ futura ſunt, & valde dubia, & tam periculoſa, vt ea etiam magnus ille metuat Paulus. Hoc enim indicat, cum dicit ſe timere ne forte cum alijs prædicarit, ipſe reprobus fiat. Et iterum cùm ait: Qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. 1. Cor. 9. Sic autem & beatus Dauid beneficiorum 1. Cor. 10. 12. Dei munerúmque eius memoriam recolens, compunctionem cordis quærebat, in quo dicit: Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quoniam Pſal. 8. viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Cùm vero operum meritorúmque ſuorum oſtendit confidentiam non habendam, dicit: Quis ego ſum Domine mi, & quæ eſt domus patris mei? 2. Reg. 7. 19. quoniam dilexiſti me vſque in his, & non ſunt pro nihilo habita hæc in conſpectu tuo Domine, & locutus es pro domo ſerui tui in longitudinem. Hæc autem lex hominis Domine mi, Domine ad te. Et quid adijciet Dauid Domine adhuc loqui ad te? Sed & maiorum mentionem facit, & ſemetipſum quaſi longè ab eorum virtute conſtituit. Cum enim dixiſſet: In te ſperauerunt patres noſtri, de ſemetipſo in poſterioribus ait, Ego autem ſum vermis, & non homo. De futuris autem quaſi trepidus & incertus hoc modò ſemetipſum ſuſcitat, & dicit: Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem. Incuſat autem ſemetipſum ſuper multitudine peccatorum, hoc modo, & propitiare peccato meo: multum eſt Pſal. 24. 11. enim. Vobis ergo maioribus iſta ſufficiút: nobis autem cum his adhibenda ſunt etiam alia medicamenta fortiora: & quæ poſſunt deſtruere quidem arrogantiam, inſerere verò dolorem cordis, & animi mœrorem. Recordandæ namque ſunt nobis multitudines peccatorum, recordanda conſcientia maculata, quæ vtique cum ſtimulare nos cœperit, nequaquam elationi aut arrogantiæ locum relinquet. Propter quod rogo & deprecor per illam ipſam, quam pro vitæ tuæ merito acquiſiſti fiduciam apud Deum, vt porrigas nobis manum, ſæpius interpellans pro nobis Dominum, vt poſſimus lugere noſmetipſos, & peccatorum noſtrorum pondus reſoluere multitudine lachrymarum: & ita poſt hæc (non enim ſemper flendum eſt, & nihil agendum) apprehendere ali-

quam vitam Deo placitam, & ad cœlum ducentem, ne fortè cum malis noſtris deſcendamus in infernum, vbi nemo eſt qui confiteatur ei, & ibi patiamur ea quæ patiuntur impij, cùm nullus fuerit iam qui exoret pro nobis. Dum enim ſumus in hac vita, & nos iuuari à vobis poſſumus, & vos poteſtis in nos conferre beneficia: cum autem abierimus illuc, ibi neque amicus, neque frater, neque pater idoneus erit ad liberandum eum, qui ſupplicijs deputetur æternis. Quomodo enim qui in luce eſt, accedat ad eum qui in tenebris graditur? vbi cùm nullum ſit nobis ex ſanctorum collatione refrigerium, æternas tamen expendimus pœnas, effecti cibus immortalis inextricabilibus flammis.

φερούσης ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἀπελθόντες εἰς τὸν ᾅδην, ἔνθα οὐδεὶς ἐξομολογεῖσθαι δύναται, τὰ τῶν ἠτιμωμένων πάθωμεν, οὐδενὸς ἡμᾶς ἐξαιρουμένου λοιπόν. ἕως μὲν γὰρ ἐνταῦθα ὦμεν, καὶ ἡμεῖς παρ' ὑμῶν μεγάλα καρπώσασθαι δυνησόμεθα, καὶ ὑμεῖς ἡμᾶς εὐεργετῆσαι τὰ μέγιστα· ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθωμεν ἐκεῖ, ἔνθα μήτε φίλος, μήτε ἀδελφός, μήτε πατὴρ ἐπαρκέσαι δυνήσεται, μήτε παρεστῆναι κολαζομένοις ἡμῖν, ἀνάγκη λοιπὸν ἐν ἀπωλείᾳ, καὶ σκότει βαθεῖ καὶ πολλῇ τῶν παραμυθησομένων ἐρημίᾳ, τὴν ἀθάνατον τίσειν δίκην, ἀναλώτῳ τροφῇ τῇ παμφάγῳ γενομένους φλογί.

TOY

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ Σταγείριον ἀσκητὴν δαιμονῶντα· λόγος α'.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς ὦ φίλτατε πάντων ἐμοὶ Σταγείριε, καὶ παρεῖναί σοι νῦν, καὶ συνδιαταλαιπωρεῖν, καὶ λόγῳ παρακαλοῦντα, καὶ ἔργῳ διακονούμενον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα συλλαμβάνοντα, μέρος τι τῆς ἀθυμίας ἐπικουφίζειν, ὅσον ἡμῖν δυνατὸν ἦν· ἐπειδὴ δὲ ἥ τε τοῦ σώματος ἀσθένεια, καὶ ὁ κατασκήψας τῇ κεφαλῇ κακὸν οἴκοι μένειν καταναγκάσας, διακονίας τοσοῦτον ἔχουσαν κέρδος ἡμᾶς ἀφείλετο, ὅπερ ἐστὶν ὑπόλοιπον καὶ πρὸς παραμυθίαν τὴν σὴν, καὶ πρὸς ὠφέλειαν τὴν ἡμετέραν, τοῦτο κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν οὐκ ὀκνήσομεν. ἴσως μὲν γὰρ ἔσται τι πλέον, πρὸς τὸ τὰ παρόντα σε φέρειν γενναίως· ἂν δ' ἄρα μηδὲν τι τοιοῦτον ἀνύσωμεν, τὸ γοῦν τῶν εἰς ἡμᾶς ἡκόντων ἐλλειφθῆναι μηδὲν, ῥᾷον ἡμᾶς διακείσεσθαι ποιήσει τοῦ λοιποῦ. ὁ γὰρ ἅπαντα ἀναπληρώσας, ὅσαπερ ἂν οἴηται πρὸς λύσιν φέρειν τῶν κατεχόντων ἀνιαρῶν, κἂν μηδὲν περάνῃ, τῆς γοῦν τῶν λογισμῶν αἰτίας ἀφεῖται, καὶ τὸ τῶν ἐγκλημάτων ἄχθος ἀποθέμενος, τὰ τῆς ἀθυμίας φέρειν ἀναγκάζεται μόνον. εἰ μὲν οὖν τῶν εὐδοκιμούντων παρὰ θεῷ, καὶ μεγάλα δυναμένων ἐτύγχανον ὢν, οὐκ ἂν διέλιπον δεόμενος καὶ ἱκετεύων, ὑπὲρ τῆς τιμίας ἐμοὶ κεφαλῆς· ἐπειδὴ δέ με τὴν παρρησίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἰσχὺν τὸ τῶν ἁμαρτημάτων, πλῆθος περιῄρηται, τὴν διὰ ῥημάτων παράκλησιν, πειράσομαί σοι προσαγαγεῖν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα καμνόντων, ἰατροὶ μὲν ἀφανίσαι τὰς ἀλγηδόνας, καὶ παῦσαι

B

C

D

EIVSDEM ORATIO ADHORTATORIA, SIVE de Prouidentia Dei ad Stagirium monachum arreptitium, Liber primus.

INCERTO INTERPRETE.

Cap. I.

Oportverat quidem ô amantiſſime omnium Stagiri, fueratque ſanè conuenientiſſimum, nos tibi nunc adeſſe, atque in ærumnarum tuarum conſortium tranſire, ac partim verbis exhortãdo, partim fouendo miniſterio, cunctáque reliqua inferendo obſequia iuxta modulum virium noſtrarum, partem aliquam leniremæroris: quoniam verò & corporis mala valetudo, & inuectus in caput noſtrum acerrimus dolor, domi nos manere compulerunt, nobíſque tanti lucri miniſterium abſtulerunt: iam quod reliquum eſt pro conſolatione tua, & pro vtilitate noſtra hoc inferre non negligemus. Profuerit enim id tibi fortaſſe magis ad præſentes aduerſos caſus fortiſſimè ferendos. Sin verò nihil tale perfecerimus, certè vel in nullo nos officium deſeruiſſe, nihilque omiſiſſe diligentiæ nos conſolabitur, melioríque animo eſſe in reliquum faciet. Is enim, qui cuncta impleuerit, quæque ad leuandos dolores maximè conferre arbitratus fuerit, etiamſi nihil aliud peragat, vel cogitationis ſaltem atque cõſciẽtiæ accuſatione liberatur, criminúmque onere depoſito, ſola mœſtitiæ pondera perferre cogitur. Si igitur ex illorum eſſem numero, qui deo familiarius coniuncti, plurimum apud illum poſſunt, nunquam profectò orare & obſecrare pro mihi coniunctiſſimo chariſſimóque capite deſiſterem: quoniam autem huiuſmodi vires atque confidentiam mihi ſcelerum meorum multitudo abſtulit, verborum conſolationem, ac fomenta tibi afferre conabor. Nam & in his qui corporea mala valetudine laborant, cùm medicorum ſit fugare dolores, infirmitatémque com-

peſcere: non tamen famulis qui ſunt in miniſterio, interdicitur verborum conſolatio: imò verò hi maximè ſunt, qui plurimis in conſolando vtuntur, atq. eo pluribus, quo in dominos ſuos maiore beneuolentia afficiuntur. Si quid itaque dictum fuerit a nobis, quod maximũ hunc atque immenſum dolorem tuum poſſit extinguere, factum erit, vt volumus, ac vehementer optamus: ſin verò huiuſmodi nihil inuenire aut loqui potuerimus, voluntatem tamen noſtrã, ac propoſitum ille approbabit, qui per beatũ Paulum flere cum flen-

Rom. 12. 15 tibus, humilibúſque conſentire iuſſit. Videtur itaq. vna eſſe cauſa mœroris tui, nequiſſimi ſcilicet huius dæmonis inſania: verum ab hac veluti radice plurima triſtia oriri, ſi quis rectè perſpexerit, animaduertet. Quod non ex meipſo modo colligo, ſed ex verbis illis tuis, quæ dum adeſſes coram, querimoniæ ac doloris plena familiarius expoſuiſti. Aiebas enim primò ea te conſideratione turbari, ac ferè in deſperationem præcipitari, quod cùm priore tempore laxius & negligentius viueres, nihil huiuſmodi perpeſſus ſis: poſtea verò quàm teipſum mundo crucifixiſti, tunc demum iſte morbus inuaſerit. Secundo, quod quàm plurimos noueris, dum delicatè viuerent, hac peſte correptos: eos tamẽ paruo pòſt tempore ita ea infirmitate liberatos, vt perfectæ integritati reſtituti & vxores ducerent, & plurimos procrearent liberos, omnibúſq. vitæ præſentis voluptatibus diu ac iucundè fruerentur, nihilq. poſtmodum tale paterêtur: contrà, tu cùm tantũ tempus in ieiunijs ac pernoctationibus, & reliqua propoſiti & vitæ auſteritate contriueris, nullã ærumnarum tuarũ liberationem, nullũ finem hactenus inueneris. Tertiò, quod cum ſanctus ille vir tantam in reliquis aduerſus dæmones potentiã oſtenderit, nihil eiuſmodi potuerit in tua dilectione perficere, neque ipſe neque hi qui cum illo erant, illo etiam in hoc genere potentiores, verũ omnes re infecta abs te cum rubore diſceſſerunt. Ad hæc alia ex parte nimiũ te angi dicebas, quod ita animũ tuũ incredibilis vis mœroris occupauerit, vt ſæpius ad laqueũ ferè, fluuiúmque & præcipitium proueharis. Quintò deinceps loco, quod æquales tuos & cõtubernales, qui tecũ ſacrã hanc, cœleſtémq. conuerſatione inierũt, tranquillè agentes aſpicis: te verò ſæuiſſimæ procellæ adhuc expoſitum, & quod omnium profectò miſerrimũ eſt, carceri addictum.

A τὴν νόσον. ὁ δὲ παρακαλεῖν οὐδὲ τῶν οἰκετῶν ὁ περὶ τὴν θεραπείαν ὄντας ἀφῄρηται· ἀλλ' οὗτοι μάλιστά εἰσιν οἱ τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ τούτων ἀναλίσκοντες λόγους, ὅταν εὖνοι τοῖς κεκτημένοις αὐτοὺς τύχωσιν ὄντες. εἰ μὲν γὰρ ἦν λεχθὲν παρ' ἡμῶν ὃ δυνάμενον σβέσαι τὴν ἄμετρον ταύτην ὀδύνην, ἅπερ εὐχόμεθα γέγονεν· εἰ δὲ μηδὲν εὕρωμεν φθέγξασθαι τοιοῦτο, τὴν γοῦν προθυμίαν ἡμῶν ἀποδέξεται πάντως ὁ κελεύσας διὰ τοῦ μακαρίου Παύλου κλαίειν μετὰ κλαιόντων καὶ συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς. δοκεῖ
B μὲν οὖν μία τις τῆς ἀθυμίας ὑπόθεσις εἶναι, τοῦ πονηροῦ τούτου δαίμονος ἡ μανία· πολλὰ δὲ ἂν εὕροι τις ἐφεξῆς τὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης ταύτης ἐκπεφυκότα λυπηρά. καὶ ταῦτα οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ λέγω νῦν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἀποδυρομένου σου πολλάκις ἤκουσα πρὸς ἡμᾶς, ἡνίκα σὺν ἡμῖν ἦσθα. καὶ πρῶτον μὲν ὅτι βιωτικώτερον ζῶντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον μηδὲν τοιοῦτο παθεῖν· ἀλλ' ἡνίκα ἐσταυρώσας τῷ κόσμῳ σεαυτόν, τηνικαῦτα αἴσθησιν τῆς νόσου λαβεῖν, ἱκανὴν θορυβῆσαι καὶ εἰς ἀμηχανίαν ἐμβαλεῖν· δεύτερον δὲ ὅτι πολλοὺς μὲν καὶ
prouidens ne quis vnquam ſuſpicaretur,
interrogationi iudicium ſuum præpoſuit,
dicens: Iuſtus es Domine, hoc eſt, ſcio
quidẽ à te omnia fieri iuſtè: modũ autem
ignoro, quo fiunt. Quid igitur amplius illi
didicerũt? Nempe de his nullũ reſpõſum
Pſal. 72. retulerunt, quod beatus Dauid indicat,
cum dicit: Et exiſtimabã vt cognoſcerem,
quia hoc labor eſt antè me: idcirco autem
reſponſa ſuper his non acceperunt, vt
poſterioribus ſeculis futuros homines do-
cerent etiã ipſi interrogatione abſtinere.

A πρὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ὁ μακάριος Παῦλος
ἀγανακτῶν ἔλεγε· μενοῦν γε ὦ ἄνθρωπε,
σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; μὴ ἐρεῖ
τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι τί με ἐποίησας
οὕτως; ἐγὼ μὲν τὸ τῶν παίδων ὑπόδειγμα, ἐ-
κεῖνος δὲ τούτου πολλῷ μεῖζον ἔθηκε τὸ τοῦ κε-
ραμέως καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ πλαττομένου πηλοῦ.
καθάπερ γὰρ ὁ πηλὸς, ὅπερ ἂν ἀγάγωσιν αἱ χεῖ-
ρες τοῦ διατυποῦντος αὐτὸν ἕπεται· οὕτω καὶ
τὸν ἄνθρωπον ὅπερ ἂν ὁ θεὸς κελεύῃ, τοῦτο
ἕπεσθαι· καὶ ἅπερ ἂν ἐπάγῃ, ταῦτα μετ' εὐ-
B χαριστίας δέχεσθαι χρὴ, οὐδὲν ἀντιλέγοντα,
οὐδὲ περιεργαζόμενον ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν. οὐδὲ
γὰρ ἡμῖν ταῦτα μόνοις ἐστὶν ἄπορα, ἀλλὰ καὶ
τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἀνδράσιν ἐκείνοις καὶ
θαυμαστοῖς. ὁ μὲν Ἰὼβ ἔλεγε· διὰ τί ἀσε-
βεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ πλούτῳ; καὶ τὰ ἑξῆς·
ὁ δὲ μακάριος Δαβίδ· παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη
τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀ-
νόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· ὅτι οὐκ
ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα
ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν· ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ
εἰσὶ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. καὶ
C μετὰ τοῦτον δὲ ὁ Ἱερεμίας ἔλεγε· δίκαιος εἶ κύ-
ριε, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. τί ὅτι
ὁδὸς ἀσεβῶν εὐθυνεῖται· ἠπόρουν μὲν οὖν καὶ οὗτοι καὶ
ἐζήτουν· ἀλλ' οὐκ ἐξίσης τοῖς ἀσεβέσιν, οὐδὲ
ἐγκαλοῦντες τῷ θεῷ· οὐδὲ καταγινώσκοντες
ἀδικίαν ἐκ τῶν γινομένων αὐτοῦ. ὁ μὲν γὰρ ἔλε-
γεν· ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ· τὰ κρίματά
σου ἄβυσσος πολλή. ὁ δὲ τοσαῦτα παθὼν φη-
σίν· οὐκ ἔδωκεν ἀφροσύνην τῷ θεῷ· καὶ με-
ταξὺ τοῦ βιβλίου ἔλεγε τὸ ἀκατάληπτον αὐ-
τοῦ τῆς σοφίας καὶ οἰκονομίας ἐξηγούμενος, ἐ-
D πειδὴ περὶ τῆς δημιουργίας διελέχθη· ἰδοὺ
ταῦτα μέρη ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἰκμάδα λό-
γου ἀκουσόμεθα ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ Ἱερεμίας αὐ-
τὸ τοῦτο προορώμενος, μή τις ὑποπτεύσῃ
ποτὲ, προέθηκε τῆς ἐρωτήσεως τὴν ἑαυτοῦ
κρίσιν εἰπών· δίκαιος εἶ κύριε· τουτέστιν οἶδα
μὲν ὅτι δικαίως ἅπαντα γίνεται παρὰ σοῦ·
τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐπίσταμαι καθ' ὃν γίνεται.
τί οὖν ἔμαθον τι πλέον ἐκεῖνοι; ἀλλ' οὐδὲ
ἀποκρίσεως μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἔτυχον·
ὃ καὶ δηλῶν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἔλεγε· καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι· τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναν-
τίον μου· οὐκ ἔτυχον δὲ ἀποκρίσεως, ἵνα τοὺς μετὰ ταῦτα παιδεύσωσι μηδὲ ἐρωτᾷν, καὶ ἐκεῖ-

νοι μὲν ἓν μόνον ἐζήτουν, διὰ τί οἱ ἀσεβεῖς ἐν εὐθηνίᾳ καὶ πλούτῳ, καὶ οὐδ' οὕτως ἔμαθον· οἱ δὲ νῦν πολλῷ πλείονα ἐκείνων πολυπραγμονοῦσι. ταῦτα γὰρ τὰ νῦν προβλήματα πολλῷ πλείονα ἐκείνων ἐστίν· ὁ μὲν οὖν σαφὴς λόγος τούτων ἐπιτετράφθω τῷ πάντα εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτῶν. εἰ δὲ χρὴ καὶ αὖθις ἐκ τῶν ἤδη γεγυμνασμένων γνωρίμων ἡμῖν ἐπινοῆσαι λύσιν καὶ παραμυθίαν τοῖς ζητουμένοις ἵνα, διὰ τοὺς σφόδρα ταῦτα περιεργαζομένους ἐκεῖνο φημί, ὅτι τὸ μὲν τοὺς δικαίους ἐν θλίψεσιν εἶναι, ἐν ἀνέσει δὲ τοὺς πονηρούς, οὐδὲ ζητήσεως ἄξιον λοιπόν, τῆς βασιλείας ἀποκαλυφθείσης, καὶ τῆς κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀντιδόσεως δειχθείσης ἡμῖν. τοῦ γὰρ κατ' ἀξίαν ἐκεῖ μέλλοντος ἕκαστον, τί χρὴ ταράττεσθαι τοῖς γενομένοις ἐνταῦθα καλοῖς ἢ κακοῖς; τοὺς μὲν γὰρ αὐτῷ προσέχοντας ὁ θεός, ἅτε γενναίους ἀθλητὰς τούτοις γυμνάζει τοῖς πόνοις· τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους καὶ βραδυτέρους καὶ μηδὲν τῶν βαρυτέρων δυναμένους ἐνεγκεῖν προτρέπει εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐνάγει προτροπήν. εἰ δὲ καὶ τοὐναντίον συμβαίνει πολλάκις, καὶ πολλοὶ μὲν τῶν δικαίων ἐν ἀνέσει διάγουσι καὶ τιμῇ, τῶν δὲ πονηρῶν ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς, πῶς μὲν ἡμῖν ἡ προτέρα ἀντίθεσις ἡ λέγουσα κακοῦσθαι μὲν τοὺς δικαίους, τοὺς δὲ ἀδίκους τρυφᾶν ἀναστρέπεται τῷ λόγῳ. εἰ δὲ καὶ ταύτην ἐπιλύσασθαι δεῖ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ ἑνὶ τρόπῳ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖν ὁ θεὸς εἴωθεν, ἀλλ' εὔπορος ὢν πολλὰς ἡμῖν τέμνει τὰς πρὸς σωτηρίαν ὁδούς. ἐπεὶ γὰρ πολλοὶ τῶν περὶ τῶν μελλόντων καὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀνέχονται δέξασθαι λόγον, διὰ τοῦτο ἐν βραχεῖ τῆς κρίσεως τὴν εἰκόνα ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅταν κολάζει μὲν τοὺς πονηρούς, εὐεργετεῖ δὲ τοὺς χρηστούς. τοῦτο γὰρ ὁλοσχερῶς μὲν ἐν τῇ κρίσει γίνεται, ἐκ μέρους δὲ καὶ ἐνταῦθα νῦν· ἵνα οἱ πρὸς τὸν μακρὸν ἐκεῖνον ἀπαπεπλωκότες χρόνον, τοῖς γοῦν ἐν τῷ παρόντι δρωμένοις ἐπιεικέστεροι γίνωνται· εἴ τε γὰρ μηδεὶς ὅλως ἐκολάζετο τῶν πονηρῶν, μήτε ἐτιμᾶτο τῶν χρηστῶν, πολλοὶ τῶν διαπιστούντων τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ τὴν μὲν ἀρετὴν ὡς αἰτίαν ἔφυγον,

A Atque priores illi quidem vnum tantum inquirebant, cur ſcilicet impij in copia rerum omnium & proſperitate viuerent, & ne ſic quidem didicerunt: at verò iſti longè plura, quàm illi temeraria curioſitate ſcrutantur. Ea enim quæ proponuntur, nunc multo grauiora & maiora ſunt. Itaque manifeſta horum ratio illi permittatur, qui nouit omnia, antequam fiant.

C. VIII.

Cur boni affligantur quærendum non eſt.

Si tamen pro captu noſtro his qui huiuſmodi curioſi ſunt, reſpondere neceſſarium ſit, rationémque aliquam afferre, illud primum dixerim, indignum eſſe quærere, cur boni in preſſuris, mali con- B trà in requie perſiſtant, cœleſti iam reuelato regno, futurique ſeculi præmio nobis oſtenſo. Nam cum in illa vita ſinguli digna ſuis meritis recipiant, quid iam eis rebus perturbamur, quæ hic bonis aut malis contingunt? Eos nempe qui ſibi intentius ac deuotius obtemperant, veluti fortiſſimos athletas huiuſmodi laboribus exercet: imbecilliores verò ac tardiores, & qui nihil durorum laborum perferre poſſunt, prius ad bona opera hortatur. Quòd ſi contrà nonnunquam euenit, plurimique iuſti hic in requie vitam cum honore agunt: mali ve- C rò in ignominia ſummiſque aduerſitatibus perdurant, interim quidem prior illa obiectio, quæ affligi bonos, malos verò iugiter eſſe in delicijs conquerebatur, hac ratione euerſa profligatur. Sin autem & huius rei cauſam inquirere velimus, id profectò dicimus, Deum noſtra omnia non vno modo ſolitum eſſe diſponere, ſed cum ſit miſericordiſſimus ac potentiſſimus, plures nobis ad ſalutem vias ſternere. Cùm itaque plures ſint, qui futuri ſeculi ac reſurrectionis rationem admittere pertinaciter renuant: veluti in breui tabula D hic iudicij futuri imaginem oſtendit, cùm punit malos, bonos remunerat. Quòd cum in iudicio illo ſupremo generaliter futurum ſit, etiam nunc ex parte aliqua ideo fit, vt qui longinquum illud iudicium fore deſperant, vel his quæ in hoc ſeculo contingunt admoniti, manſuetiores atque meliores fiant. Siue enim nullus hîc omnino puniretur malus, nullúſque honoraretur bonus: plurimi ex his quibus reſurrectionis ratio incredibilis videtur, virtutem veluti malorum cauſam aſpernarentur ac fugerent,

vitioſitatem verò veluti bonorum lætorúmque omnium occaſionem perſequerentur: ſiue rurſum hic ſinguli iuxta merita reciperent, ſuperfluam iam falſámque exiſtimaſſent iudicij rationem. Itaque ne huic non crederetur, ne ingens vulgariſque turba ex contemptu deterior fieret, nonnullos hic peccatores vlciſcitur, quoſdámque pro rectè factis in oculis omnium præmijs donat, vt ex eo quòd non in omnibus id facit, iudicij aſſerat fidem: ex eo verò quòd ante iudicium quoque malos aliquos ſupplicijs afficit, profundiſſimo quaſi ſomno ſepultos excitat. Nam & malorum quidam punitione, plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo autem quòd non omnibus pro merito hic retribuitur, cogitare compelluntur huiuſmodi præmia in aliud tempus eſſe reſeruata. Nunquam enim profectò cum iuſtus ſit Deus, tot ſperneret, ſiue malos impunitos ex vita migrare, ſiue bonos hîc innumeris incommodis & cruciatibus affici, ſi non vtriſque variã in futuro ſeculo mercedem pro meritis paraſſet. Quocirca non omnes vel ſupplicio vel honore afficit, ſed quoſdam, ſicut & in Perſarum rege, & in Ezechia contigit, quanquam fuerint plurimi & Aſſyriorum impietate, & Ezechiæ pietate ac virtute pares. Cur autem non in omnibus hoc agat Deus, cauſa iam ſuprema memorata eſt, quod ſcilicet nondum adſit iudicij tempus. Quòd autem iſta mea ratio non ſit, ſed eius qui nos tunc iudicaturus eſt, dominum ipſum audias. Nam cum profecti ad eũ quidam, mortem illorum qui ſub turre occubuerant, Pilatique veſaniam annunciaſſent, quam in his qui mortui fuerant oſtendit, ſacrificijs illorum ſanguinem miſcendo, cum ait, Putatis quod hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint, qui talia paſſi ſunt? Non, dico vobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo ſuper quos cecidit turris Siloë, & occidit illos, putatis quod ipſi præ omnibus qui habitant Hieruſalem, debitores fuerint? Non, dico vobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Hæc dilationis ratio, hæc cauſa eſt. Idcirco non omnes qui eiſdem ſupplicijs ſunt digni, vnà punire conſueuit, vt reliqui eorum caſibus admoniti, meliores fiant.

Cur non omnes hic Deus puniat.

Luc. 13.

A τὴν δὲ πονηρίαν ὡς ἀγαθῶν πρόξενον ἐδίωκον· εἴ τε πάλιν ἐνταῦθα τὸ κατ' ἀξίαν ἅπαντες ἀπελάμβανον, περιττὸν ἂν ἡγήσαντο εἶναι καὶ ψευδῆ τὸν τῆς κρίσεως λόγον. ἵν' οὖν μήτε οὗτος ἀπιστῆται, μήτε ὁ πολὺς καὶ χυδαῖος λαὸς φαυλότερος γίνηται καταφρονῶν, ἐπεξέρχεται καὶ ἐνταῦθα τῶν ἁμαρτανόντων πολλοὺς, καὶ ἀμείβεται τῶν κατορθούντων ἐνίους· ἀπὸ μὲν τοῦ μὴ εἰς πάντας τοῦτο ποιεῖν, τὸν τῆς κρίσεως πιστούμενος λόγον· τῷ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως κολάζειν τινὰς τοὺς πολὺν ὕπνον καθεύδοντας διεγείρων. B ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς πονηροὺς διωρθώσαντο πολλοὶ, τῷ φόβῳ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ πάντας ἐνταῦθα κατ' ἀξίαν ἀπολαβεῖν, ἀναγκάζονται λογίζεσθαι ὅτι εἰς ἑτέραν τινὰ τοῦτο ταμιεύεται καιρόν· οὐ γὰρ ἂν δή που δίκαιος ὢν ὁ θεὸς περιεῖδε τοσούτους, καὶ τῶν κακῶν ἀτιμωρήτους ἀπελθόντας, καὶ τῶν ἀγαθῶν μυρίοις κολασθέντας δεινοῖς, εἰ μὴ ἑτέραν τινὰ αἰῶνος ἑκατέροις παρεσκευάκει κατάστασιν. διὸ οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους κολάζει καὶ τιμᾷ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πέρσου, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου· καίτοι πολλοὶ καὶ C τῷ Ἀσσυρίῳ γεγόνασιν ἐξίσου ἀσεβεῖς, καὶ κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ἐνάρετοι. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων τοῦτο πεποίηκε· τὸ δὲ αἴτιον ὅπερ ἔφην ἐστὶ, τὸ μηδέπω παρεῖναι τῆς κρίσεως τὸν καιρόν. καὶ ὅτι οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, αὐτοῦ τοῦ κρίνειν ἡμᾶς τότε μέλλοντος ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ προσῆλθον αὐτῷ οἱ τὴν τελευτὴν τῶν ὑπὸ τοῦ πύργου καταχωσθέντων, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου μανίαν ἀπαγγέλλοντες, ἣν εἰς τοὺς τετελευτηκότας ἐπεδείξατο, ταῖς θυσίαις αὐτῶν ἀναμίξας τὸ αἷμα, τί φησι· δοκεῖτε ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι D ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν; οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε· ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε ὅτι αὐτοὶ ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ; οὐχὶ λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. αὕτη τῆς ἀναβολῆς ἡ αἰτία. διὰ τοῦτο τοὺς τῶν αὐτῶν ἀξίους, οὐχ ὁμοῦ πάντας κολάζειν εἴωθεν, ἵνα οἱ λοιποὶ βελτίους ταῖς ἐκείνων γένωνται συμφοραῖς.

καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν οὕτως ἐπιλελύσθω. σὺ δὲ ἴσως καὶ τὰ νῦν προλεχθέντα ζητεῖς, ἃ πολλῷ τούτων ἐστὶν ἀπορώτερα. πλὴν ἀλλὰ τούτων ἡμῖν κατὰ δύναμιν γενομένων φανερῶν καὶ τῆς ἐκείνων λύσεως εἶναί τινα προκαταβεβλῆσθαι δοκῶ τούτων ἀρχήν. τί οὖν ἐστιν ὅπερ ἀπορεῖς; ὅτι πολλοὶ μέχρι τελευτῆς ἐκ πρώτης ἡλικίας πολλαῖς προσπαλαίουσι συμφοραῖς. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴποιμι ἄν, καὶ περὶ τῶν προτέρων, ὅτι προηγουμένως μὲν διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοὺς κολάζεσθαι πονηρίαν· ἔπειτα δὲ ἵνα καὶ ἕτεροι κερδάνωσιν ἐκ τῶν τούτοις συμβαινόντων κακῶν. εἰ δὲ μὴ ἐπὶ πάντων οὕτω γίνεται, οὔπω τῆς κρίσεως ὁ καιρός. τί οὖν φησίν, ὅταν πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν διαγνωστικὴν τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων, ὡς μεγάλα ἠδικηκότες κολάζωνται; τούτου μὲν οὐ μία τίς ἐστιν αἰτία, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι. καὶ γὰρ παρὰ τὴν τῶν γεννησαμένων ἀκρασίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν θρεψάντων ῥᾳθυμίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν, καὶ παρὰ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα συμπτώματα τοῦτο γένοιτ' ἄν. προειδὼς δὲ τούτους πολλοὺς αὐτῶν οἶδεν ὁ θεὸς ἐσομένους πονηρούς· εἶτα ὥσπερ τισὶ πέδαις περικατεῖχε ταῖς τιμωρίαις ταύταις αὐτούς. ἢ οὐχ ὁρᾷς καὶ τῶν ἐπαιτῶν πολλούς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει μυρία ἐργαζομένους δεινά, οὐ διὰ τὴν θλίψιν οὐδὲ διὰ τὸν λιμόν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν μόνον; ἐγὼ γὰρ ἤκουσά τινων λεγόντων ποτέ, ὅτι γυναῖκα ἐλευθέραν καὶ κοσμίαν ἀπολαβόντες ἐπ' ἐρημίας ἐνύβρισαν. καί τοι ποίας τοῦτο ἀνάγκης; ποίας θλίψεως ἔργον; τί δὲ οὐκ ἂν ἔπραξαν οὗτοι δεινόν, εἰ μὴ τοσούτῳ κατείχοντο δεσμῷ; τῶν δὲ τὸ δεσμωτήριον οἰκούντων τὴν μανίαν, καὶ τὴν λύτταν, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως; καὶ οἱ δαιμονῶντες δὲ οὐκ ἐλάττονα τούτων ἐργάζονται· οὐ λέγω ταῦτα, ἅπερ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ δαίμονος πράττουσι κατοχῆς, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα τῆς βακχείας παυσαμένης ἐκείνης. καὶ γὰρ ἀδηφαγοῦσι, καὶ κλέπτουσι, καὶ μεθύουσι, καὶ πολλῷ τούτων αἰσχρότερα πράττουσι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν κακούργων, τοὺς μὲν πολλοὺς ἀφίησιν ἐπὶ πολὺ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν ὁ κριτής, ὡς καὶ ἐκεῖ καταλῦσαι τὸν βίον πολλάκις· ὅταν δέ τινας τῶν πολλῶν

A Atque iſta quidem interim expediſſe ſufficiat. Sedenim tu fortaſſis ea etiam quæ paulò antè propoſuimus, multo etiam perplexiora, vt ſimiliter enodemus, inquiris. Sed cum priora pro viribus patefecerimus, ad illa etiam ſoluenda, fundamenta quædam iacta fuiſſe arbitramur. Quid ergo illud eſt, in quo hæres & fluctuas? Quòd plurimi ex primordijs ætatis ad finem vſque varijs calamitatibus affecti. *Cur multi tota vita affliguntur.* Ego & de his & de prioribus dixerim, præcipuè quidem illos ob propria vitia puniri, deinceps verò vt alij quoque illorum exemplo emendentur. Quòd ſi non B in omnibus id fit, nihil eſt quod mireris: nondum enim iudicij tempus aduenit. Quid ergo de illis dices, inquit, qui antequam per ætatem bona vel mala diſcernere poſſint, quaſi maxima peccauerint, ſupplicijs ſubdūtur? Huius quidē rei non vna eſt cauſa, ſed plurimæ ac variæ. Nam & ex parentum intemperantia & ſcelere, & ex nutriciorum negligentia, & ex intemperie atque inæqualitate aëris, & ex alijs plurimis huiuſmodi caſibus id contingere poteſt. Propterea cum plurimos illorū futuros nequam præſciuerit Deus, omnes veluti compedibus quibuſdam C huiuſmodi ſupplicio coërcet. An non vides & mendicorum plurimos inter preſſuras ipſas & anguſtias innumera perpetrantes ſcelera, quorum tamen omnium cauſa non afflictio paupertatis eſt, ſed ſola nequitia? Audiui ego quoſdam aliquando, cum dicerent huiuſmodi homines mulierem, quandam honeſtam & forma liberali in ſolitudine nactos, ei violenter ac petulanter illuſiſſe. Atqui cuius hoc neceſſitatis, cuius afflictionis opus fuit? Quæ iſti ſcelera non admiſiſſent, ſi non huiuſmodi quaſi nodis ac vinculis continerentur? Eorum verò D qui carceribus incluſi ſunt, quis facilè veſaniam & rabiem perferre poſſit? At hi qui à dæmone corripiuntur, nihilo minora his faciunt: non autem ea modò memoro quæ tunc agunt, cùm ab eiuſmodi peſte apprehenduntur, ſed poſteaquam illa vexatio ceſſauerit, admittuntur. Nam & edacitatem ſequuntur, & furantur, & inebriantur, & plurima huiuſmodi etiam flagitia turpiora admittunt. Denique ſicut malefactorum plurimos carcerem diutiſſimè incolere permittit iudex, adeo vt plerumque vitam illic finiant, & cum ex multis

aliquos puniri vult, vnum ex illis, aut etiam duos eminentiori loco ſtatuens, circunſtantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, neque ad terrorem cæterorum ſic malos omnes punire neceſſe habet, ita Deus quoque cùm nos emendare vult, non omnes vnà malos punire neceſſarium exiſtimat, ſed aliquos rapiens ex eis quos nunquam corrigendos nouit, potentiam atque iram oſtendit ſuam, plurima ex hoc vtilia moliens atque conficiens. Quippe & malos ad deſeranda, ſi velint, vitia hortatur, & bonos intentiores atque cautiores efficit, & longanimitatem oſtendit ſuam, reſurrectioniſque rationem, vt antè diximus, omnibus inſinuat. Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui primam ætatem omnem nutriti in calamitatibus, priuſquam bona vel mala per ætatem diſcernere poſſint, è vita migrant? Et quid mali, quæſo, iſti patiuntur, qui necdum quid patiantur, ſentiunt: neque dolere aut gaudere didicerunt? Ego vero non hoc ſolum pro huiuſmodi ſoluenda quæſtione dixerim, verum parentes ipſos etiam & fratres, & propinquos huiuſmodi liberorum cladibus emendatos noui. Id verò non minimi lucri eſt, ita quempiam affligi, vt ex his quæ neſciens patitur, alius maxima emolumenta conſequatur. Fieri autem poteſt, vt ſit alia cauſa & ratio ſecretior, quam

Cap. IX. ſolus nouit rerum opifex Deus. Vnum video reliquum eſſe explicandum, quam ſcilicet ob cauſam, hi qui rectè priuſquam tentaretur, incedebant, poſt tentationem

Cur poſt afflictionē quidam peccent. *Pſal.32.15.*

lapſi ſint. Quis, oro, planè nouit qui rectè incedant, niſi qui corda noſtra ſingulariter finxit, intelligitque omnia opera noſtra? Fit enim ſæpius, vt plurimi ex his qui boni eſſe videbantur, peiores omnibus ſint, atque id quidem & in hoc ſeculo manifeſtum eſt in nonnullis iam caſu aliquo ac neceſſitate ingruente. Cum verò is qui corda & renes probat, viuus & efficax,

Hebr.4. & acutior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ & corporis, artuum & medullarum, diſcretor cogitationum & intentionum iudicans ſederit: tunc verò non paucos ex pluribus, ſed omnes omnino qui ſunt eiuſmodi videbimus: neque tunc ouina pellis lupum, neque ſepulchri dealbatio internam inquinationē tegere atq. occultare

Hebr.4.13. poterit. Nulla enim creatura eſt inuiſibilis coram eo, qui tunc iudicaturus eſt: ſed

A μωρητῆσαι βούληται, ἕνα που καὶ δεύτερον ἐξ ἐκείνων λαβὼν, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας τοῦ βήματος, περιεστώτων ἁπάντων οὕτως αὐτὸν κελεύει ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι, καὶ οὐ πάντων αὐτῷ πρὸς τὸν τῶν λοιπῶν φόβον χρεία τῶν πονηρῶν· οὕτω καὶ τῷ θεῷ οὐ πάντων τῶν μοχθηρῶν, ὅταν ἡμᾶς σωφρονίσαι βούληται δεῖ· ἀλλ' ἐνίους ἐξ αὐτῶν ἀπολαβὼν· οὓς οἶδεν ἀδιορθώτως ἔχοντας· ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀργήν· πολλὰ ἐκ τούτου κατορθῶν. πρός τε γὰρ πονηροὺς οὕτως ἐπὶ τὴν μεταβολὴν τῆς πονηρίας εἰ βού-

B λοιντο παρακαλεῖ, τούς τε ἀγαθοὺς προσεκτικωτέρους ἐργάζεται, τήν τε μακροθυμίαν ἐπιδείκνυται τὴν αὐτοῦ, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, ἅπασι καθίστησι φανερόν. τί οὖν ταῦτα φησὶ πρὸς τοὺς ἐν συμφοραῖς ἅπασαν τὴν πρώτην τραφέντας ἡλικίαν, καὶ πρὶν εἰδέναι ἐπὶ τὸ διαγινώσκειν ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀποπνεύσαντας; καὶ τί πάσχουσιν οὗτοι δεινὸν εἰπέ μοι, οὔπω τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσιν ἔχοντες, οὐδὲ τὸ λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν μεμαθηκότες; ἐγὼ δὲ οὐ τούτῳ μόνον τὸν λόγον ἐπιλύομαι οὕτως, ἀλλ' ὅτι καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὶ, καὶ συγγενεῖς ἐκ τῶν τοιού-

C των ἐσωφρονίσθησαν συμφορῶν, τοῦτο δὲ κέρδος οὐ μικρὸν, ἐξ ὧν ἕτερος ἠδίκηται οὐδὲν ὠφελῆσθαι τὰ μέγιστα ἕτερον. εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν τινὰ ἄρρητον εἶναι, μόνῳ τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς φανεράν. εἷς ἔτι λείπεται λόγος, τί δή ποτε οἱ τὰ ὀρθὰ βαδίζοντες πρὸ τῶν πειρασμῶν, μετὰ τοὺς πειρασμοὺς κατέπεσον. τίς οὖν ὁ καλῶς τοὺς τὰ ὀρθὰ βαδίζοντας ἐπιστάμενος, πλὴν τοῦ πλάσαντος καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιέντος εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν; πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν δοκούντων εἶναι χρηστῶν πάντων

D εἰσὶ πονηρότεροι. καὶ τοῦτο ἀπεδείχθη μὲν ἤδη καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἐπ' ἐνίων, περιστάσεως τινὸς γενομένης καὶ ἀνάγκης. ὅταν δὲ ὁ δοκιμάζων τὰς καρδίας καὶ τοὺς νεφροὺς· ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, ὁ διικνούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας καθέζηται δικάζων ἡμῖν, τότε δὴ τότε οὐκ ὀλίγους τινὰς ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ πάντας ἐκκαλυπτομένους ὀψόμεθα τοὺς τοιούτους· καὶ οὔτε δορὰ προβάτου τὸν λύκον δύναται ἄν, οὔτε κονίασις τάφου τὸν ἔνδον ἀποκρύψαι μολυσμόν. οὐκ ἔστι γὰρ κτίσις ἀφανὴς, ἐνώπιον τοῦ τότε

κρίνοντος, ἀλλὰ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν Κορινθίοις ἐλέγχων· ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. ἵνα δὲ καὶ τοὺς ὑποκριτὰς ἀφέντες ἐπὶ τοὺς ὄντως βιοῦντας ὀρθῶς ἔλθωμεν τῷ λόγῳ· πόθεν δῆλον εἰ τὰ μὲν ἄλλα αὐτοῖς κατόρθωται, τὸ δὲ κεφάλαιον ἠμέληται τῶν ἀγαθῶν ἡ ταπεινοφροσύνη; καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀφῆκεν ὁ θεός· ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει κατώρθουν ἐκεῖνα, ἀλλὰ τῇ B χάριτι τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ λέγοι τις βέλτιον εἶναι κατορθοῦντας ἐπαίρεσθαι ἢ ταπεινωθῆναι πεσόντας, πολὺ καὶ τῆς ἀλαζονείας ἀγνοεῖ τὴν ζημίαν, καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ κέρδος. εὖ γὰρ ἴσθι σαφῶς, ὅτι ἄνθρωπος μετὰ ἀπονοίας κατορθῶν εἴγε ὅλως τοῦτο ἐστὶ κατορθοῦν, ταχέως ἐμπεσεῖται εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν. καὶ ὁ μὲν ὀλισθῆσαι συγχωρηθεὶς, καὶ μετριάζειν μαθὼν ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ ἀναστήσεται, καὶ ἀνακτήσεται ἑαυτὸν θᾶττον, εἴγε βούλοιτο· ὁ δὲ δοκῶν μὲν εὖ πράττειν μετὰ ἀλαζονείας, μηδὲν δὲ πάσχων δεινὸν, οὔτε αἴσθησιν τῆς οἰκείας λήψεται C παρανομίας ποτέ· ἀλλὰ καὶ αὐξήσει τὸ δεινὸν, καὶ λήσεται κενὸς ἐντεῦθεν ἀπελθών· καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς ἀνῆλθε μὲν δοκῶν τοῖς ἀγαθοῖς ἅπασι πλουτεῖν· κατῆλθε δὲ μαθὼν, ὅτι καὶ τοῦ τελώνου πενέστερος ἦν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος πολλὴν ἔχον ἰσχὺν πρὸς τὸ κενῶσαι τὰ μετὰ πολλῶν ἱδρώτων καὶ πόνων συναχθέντα καλὰ, ὁ τῆς κενοδοξίας ἄνεμος. καθάπερ γὰρ ἄνεμος ἀληθῶς εἰσελθὼν ἐκφυσᾷ ἅπαντας τοὺς τῆς ἀρετῆς θησαυρούς. ἰδοὺ οὖν καὶ δευτέρα πρόφασις ἡμῖν ἀνεφάνη τοῦ τὰ ὀρθὰ βαδι- D ζόντων ὡς ἔφης. πολλοὶ γὰρ παρ' ἡμῖν δοκοῦντες ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ὑπομεμενηκέναι πόνους, καὶ ὑπομένοντες δὲ ἐπειδὴ πρὸς τὴν παρὰ ἀνθρώπων ὁρῶντες τιμὴν, καὶ οὐ πρὸς τὸν θεὸν ἅπαντα ἔπραττον, ἀφέθησαν πειρασμῷ περιπεσεῖν· ἵνα τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἀποστερηθέντες δόξης δι' ἣν ἅπαντα ἐζημιώθησαν, καὶ μαθόντες τὴν φύσιν αὐτῆς, ὡς οὐδὲν ἄμεινον ἄνθους χόρτου διάκειται, τῷ θεῷ μόνῳ προσέχωσι τὸ λοιπὸν, καὶ δι' αὐτὸν ἅπαντα πράττωσι· καὶ ἕτεροι δὲ πρὸς τούτοις εἰσὶ λόγοι τούτων πλείους, ἡμῖν μὲν ἀφανεῖς ὡς ἔφην, γνώριμοι δὲ τῷ πα-

A nuda & aperta ſunt omnia oculis eius, quod Apoſtolus indicat cum Corinthijs ſcribit: Itaque nolite ante tempus quicquam iudicare, quouſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. *1. Cor. 4.* Vt autem ſimulatoribus omiſſis, ad eos tandem qui rectè reuera incedunt veniamus: vnde nobis conſtat quod etiamſi bona reliqua virtutéſque ſubierint, ſummum tamen omnium virtutum culmen humilitatem non neglexerint? Idcirco autem dimiſit illos Deus, vt diſcant illa ſe, non propria virtute, ſed Dei gratia B præſtitiſſe. Quòd ſi dicat quis meliùs fuiſſe illos cũ rectè agerent extolli, quàm poſt lapſum humiliari: is mihi maximè videtur iactantiæ detrimenta atque humilitatis lucra ignorare. Noſti enim planè hominem arroganter bona operantem (ſi tamen bona facere arrogans poſſit) quamprimum in ſummam perniciem lapſurum. Is verò qui labi permiſſus fuerit, atque ex ruina humiliari didicerit, reſurget, ac ſi quidẽ voluerit, lapſus ſui damna citò reparabit. Porrò is qui cum iactantia rectè putatur operari, nihil patiens aduerſi, ne ſenſum quidem vllum propriæ C iniquitatis recipiet aliquando, ſed augebit ſcelera: atque dum neſciet, hinc vacuus proficiſcetur: ſicuti Phariſæus ille *Luc. 18.* qui aſcendit in templum, putans ſe bonis omnibus eſſe locupletem, deſcendit verò publicano pauperiorem meritis ſe eſſe percipiens. Eſt & alia ſpecies peſtis, quæ plurimum roboris habet ad haurienda ac penitus euacuanda bona noſtra, quæ multo ſudore colligimus, ventus ſcilicet inanis gloriæ. Nam reuera venti inſtar ingreſſa theſauros omnes virtutis exſufflat. En & ſecunda nobis occaſio prolapſionis apparuit, rectè, vt tu dicebas, gra- D dientium. Plurimi enim ex his qui apud nos ingentes videntur virtutis cauſa toleraſſe labores, ac reuera tolerant, cum omnia ad honorem hominum non pro Dei gloria facerent, permiſſi ſunt in tentationem labi, vt multitudinis opinione & gloria nudati, per quam detrimenta omnia perpeſſi ſunt, eiúſque gloriæ naturam in nullo flore fœni eſſe meliorem addiſcentes, iam Deo ſoli vacent, atque ipſius cauſa gerant omnia. Sunt præterea & aliæ cauſæ atque rationes, & quidem longè his plures, cæterum, vt dixi, nobis

obſcuræ & incognitæ, ſed omnium opifici Deo benè notæ. Non igitur in his quæ contingunt indignemur, non ea grauiter feramus, ſed in omnibus gratias agamus: hoc enim gratorum fideliúmque ſeruorum eſt. At verò tu dum admiraris, cur non antea potius cum delicatè viueres, excelſáque illa ſeculi gloria ac pompa ſtipatus incederes: ſed nunc potiſſimum, quando abieciſti illa omnia, ac teipſum totum Deo deuouiſti, peſſimus te ille dæmon inuaſit: idem prorſus facis ac ſi admireris, cur ſpectatoribus nullus moleſtus eſſet, ſed qui in pugilum numero adſcriptus exercitatúſq. in certamen deſcendiſſet, hunc ſolum ex omnibus colluctator & compar expeteret, percutiens caput, faciémque concidens. Non hoc ergo aut miraculo aut mœrore dignum eſt, ſi nos ille tantus aduerſarius pungit, premit, inſtat, angit, vrget: quippe iſta eſt pugnantium lex. Verum ſi ille deijciat atque proſternat, ac prẹmia laborum tollat: hoc graue & intolerabile putandum eſt. Quamdiu verò ille non præualet, non ſolùm nobis nihil nocuit, ſed profuit plurimum, conflictu illo ſuo ſumma nobis ornamenta conquirens. Namque & in caſtris ille præſtare cæteris putatur, qui plura vulnera aduerſa fronte ſuſcepta præ ſe ferre poteſt, ac ſingularia certamina aduerſus quoſlibet hoſtium fortiſſimos ſuſcipere. Eos itidem athletas maximè miramur, qui inexpugnabilibus (ſic enim appellant contẽtioſiores quoſque aduerſarios & compares) ſummis viribus congrediuntur. Sed & venatori illi maximè applauditur, qui ferociſſimas belluas ſuſtinens ſuperat. Impudens eſt atq. imperterritus hic dæmon: at ego propterea te mirari ac ſtupere non deſino, quod huiuſmodi aduerſarium nactus tam violẽtum, lapſus non es, neque in deditionem venire toleraſti: ſed rectus ac rigidus perſtitiſti, nulla ex parte illius improbitati cedens, aut loco motus.

Cap. X. Porrò quòd non aſſentandi ſtudio nunc iſta loquar, ſed ex animo: atq. vt oſtendã quo pacto maxima ex huiuſmodi afflictione ceperis emolumenta, patere, quẹſo, nos fiducia tantiſper in loquendo vti: neque enim aliter huius rei documenta afferre poſſemus. Noſti ſanè ac memoria tenes priorem tuã conuerſationem, eam ſcilicet qua antè huiuſcemodi tibi immiſſam tentationem degebas. Hanc itaque velim diligenter examines, ac præſenti, qua nunc viuis, com-

A πεποιηκότι αὐτοὺς θεῷ. μὴ τοίνυν ἀγανακτῶμεν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν· τοῦτο γὰρ οἰκετῶν εὐγνωμόνων ἐστί. σὺ δὲ θαυμάζων, ὅτι μὴ πρότερον ἡνίκα ἐτρύφας, καὶ τὴν κοσμικὴν περιέκεισο φαντασίαν· ἀλλὰ νῦν ὅτε πάντα ἐκεῖνα ἔῤῥιψας, καὶ σεαυτὸν ὅλον ἀνέθηκας τῷ θεῷ, τότε ἐπεπήδησέ σοι ὁ μιαρὸς, παραπλήσιον ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ ἐθαύμαζες, τί δή ποτε τοῖς μὲν θεαταῖς οὐδεὶς ἐνοχλεῖ· τῷ δὲ ἀπογραψαμένῳ πρὸς τὸ πυκτεύειν καὶ γυμνασθέντι καὶ εἰς τὸν
B ἀγῶνα καθέντι· τούτῳ μόνον πάντων ἔπεισιν ὁ ἀνταγωνιστὴς, πατάσσων τὴν κεφαλὴν, καὶ κόπτων τὸ πρόσωπον. οὐ δὴ τοῦτό ἐστι θαυμαστὸν οὐδὲ ἀθυμίας ἄξιον, εἰ πυκτεύει ἡμῖν ἐκεῖνος ἐπικείμενος, θλίβει καὶ ἀγχει καὶ βαρύνει· οὗτος γὰρ τῶν πυκτευόντων ὁ νόμος. ἀλλ' εἰ περιτρέπει, καὶ καταβάλλει, καὶ τὸ βραβεῖον ἀφαιρεῖται, τοῦτό ἐστι δεινόν· ἕως δ' ἂν τοῦτο μὴ δύνηται, οὐ μόνον οὐδὲν ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὤνησε τῇ σφοδρᾷ συμπλοκῇ σεμνοτέρους ἡμᾶς ποιήσας. καὶ γὰρ ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πάντων ἀμείνων, ὁ πλείο-
C να τραύματα ἐπιδεῖξαι ἔχων, καὶ τὰ μονομάχια πρὸς τοὺς δυνατωτέρους τῶν πολεμίων ἀναδεξάμενος, καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς τοῖς ἀκαθαιρέτοις συμπλεκομένους· οὕτω γὰρ τοὺς φιλονεικοτέρους καλοῦσι τῶν ἀνταγωνιστῶν· θαυμάζομεν. καὶ κυνηγέτης οὗτος μάλιστα ἐστὶν ὁ κροτούμενος, ὁ τὰ δυσάλωτα τῶν θηρίων καταδεχόμενος. ἀναιδής ἐστι καὶ ἀκατάπληκτος οὗτος ὁ δαίμων· διὰ τοῦτό σε ἐκπληττόμενος καὶ θαυμάζων οὐ παύομαι, ὅτι πρὸς τοιοῦτον κληρωθεὶς ἀνταγωνιστὴν, οὐ κα-
D τέπεσες· οὐδὲ ἐξέδωκας σεαυτὸν, ἀλλ' ἔμεινας ἀκλινὴς, μηδαμόθεν περιτρεπόμενος.

Καὶ ὅτι σε οὐ κολακεύων ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλὰ ἀληθῶς τὰ μέγιστα ἀπὸ τῆς θλίψεως ταύτης ἐκαρπώσω ἀνάσχου μετὰ παῤῥησίας λεγόντων ἡμῶν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην τοῦτο παραγαγεῖν τὴν ἀπόδειξιν. οἶσθα που καὶ μέμνησαι τὴν προτέραν σου διαγωγὴν, τὴν πρὸ τούτου λέγω τοῦ πειρασμοῦ, ἐκείνην ἐξέτασον ἐκείνην καλῶς, ἀντίθες τῇ παρούσῃ τῇ μετὰ τὸν πειρασμόν· καὶ τότε ὄψει τὸ κέρδος ὅσον ἀπὸ ταύτης γέ-

λύσεις τῆς συμπλοκῆς. νῦν μὲν γὰρ καὶ ἐν νηστείαις καὶ παννυχίσι, καὶ τῇ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν σπουδῇ, καὶ τῇ περὶ τὰς εὐχὰς καρτερίᾳ, πολλὴ γέγονεν ἡ ἐπίτασις. καὶ τὸ ἀδιάχυτον δὲ καὶ ταπεινὸν μεθ' ὑπερβολῆς σοι κατώρθωται· πρότερον δέ σοι βιβλίων λόγος ἦν οὐδείς, πᾶσα δὲ ἡ φροντὶς καὶ πόνος, εἰς τὴν ἐπιμέλειαν ἀνηλίσκετο τῶν ἐν τῷ παραδείσῳ φυτῶν· πολλῶν δέ σε καὶ εἰς ἀπόνοιαν σκωπτόντων ἤκουον τότε· καὶ ταύτην τὴν τοῦ γένους αἰτιωμένων λαμπρότητα, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν, καὶ τὸ ἐν πλούτῳ τεθράφθαι πολλῷ· τὴν δὲ ἐν ταῖς παννυχίσι ῥαθυμίαν, καὶ αὐτὸς οἶδας σαφῶς. πολλάκις γὰρ ἡμῶν μετὰ τὴν βαθεῖαν ἑσπέραν ἀνισταμένων εὐθέως αὐτὸς ἔμελλες ὕπνῳ κατεχόμενος βαθεῖ, καὶ πρὸς τοὺς διεγείροντας ἐδυσχέραινες· ἀλλὰ νῦν πάντα λέλυται ἐκεῖνα, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβέβληται· ἐξ οὗ τὴν μάχην καὶ τὸν πόλεμον ἀνεδέξω τοῦτον. εἰ δὲ ἔροιό με τί δή ποτέ σοι τρυφῶντι καὶ πρὸς τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένῳ οὐ συνεχώρησεν ἐπιστῆναι τὸν δαίμονα τοῦτον ὁ θεός, ἐκεῖνο ἂν ἀποκριναίμην ἐγὼ ὅτι καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας ἦν. ᾔδει γὰρ ὅτι σε τότε εὐκαταγώνιστον εὑρὼν ταχέως ἀπολεῖ. διὰ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως ἐπὶ τὸν τῶν μοναχῶν ἐλθόντα βίον πρὸς τὴν πάλην ταύτην ἐκάλεσεν· ἀλλ' ἀφῆκεν ἐγγυμνασθῆναι καὶ χρόνον ἀναμεῖναι μακρόν, εἶθ' ὅτε καρτερικώτατος γέγονας, τηνικαῦτα πρὸς τὸ ἐπίπονον τοῦτο στάδιον εἵλκυσεν. ἐπεὶ οὖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ στρεφομένων μεμνῆσαι, καὶ τὸν οἰκέτην ἄγεις εἰς μέσον τὸν σόν· ἐκείνους γάρ σε οἶμαι αἰνίττεσθαι, ὅταν λέγῃς, ὅτι πολλοὶ τῶν βιωτικῶν ἀνδρῶν ταύτῃ περιπεσόντες τῇ νόσῳ ταχείας καὶ τελείας ἔτυχον ἀπαλλαγῆς. ἀλλ' ὁ οἰκέτης ὦ φίλτατε ὁ σὸς καὶ ὅσοι τῶν αὐτῶν ἔτυχον ἐκείνῳ οὐκ ἐπὶ ταῖς αὐταῖς αἰτίαις περιεπλάκησαν, οἷσπερ καὶ σὺ νῦν. ἐκείνοις μὲν γὰρ καὶ τοῖς τοιούτοις ὑπὲρ τοῦ φοβῆσαι μόνον καὶ τῷ φόβῳ ποιῆσαι βελτίους, τοῦτο ἐπαφῆκε τὸ θηρίον ὁ θεός. σοὶ δὲ ὥστε ἀγωνίσασθαι γενναίως, καὶ νικῆσαι λαμπρῶς, καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναδήσασθαι στέφανον. νίκη δέ ἐστιν, οὐχ ὅταν τις τοῦ θεάτρου ἔτι συνεστῶτος παλαίοντα αὐτὸν ἐκλύσας, ἀπαγάγῃ τὸν ἀνταγωνιστήν· ἀλλ' ὅταν ἀφῇ συμπλακῆναι

A ponas: aſpicies profectò quantum lucri ex iſto conflictu conſecutus ſis. Nunc enim ieiunijs, vigilijs, lectioni, orationibúſque perpetuis intentiſſimè incumbis, grauitatémque & humilitatem excellenter conſecutus es. Antea nulla tibi laborum ratio, nulla cura erat, ſed ſtudium omne & laborem hortuli curæ pomariq; arboribus deuoueras. Audiui ego tunc plurimos, qui te obiurgantes, arrogantem ac ſuperbum dicerent, atque in hac parte nobilitatem generis, patriſque claritudinem, & quod in opibus plurimis nimia parentum indulgentia fuiſſes educatus,

B cauſarentur. Vigiliarum verò quàm tunc negligens fueris, ipſe meliùs noſti. Sæpè enim alijs profunda nocte ſtatim exurgentibus, ipſe graui ſomno merſus dormiebas, & cùm te alij ad collectas excitarent, indignabaris, ac moleſtiſſimè ferebas: at nunc ex quo bellũ hoc & pugnam ſubiuiſti, illa omnia ſoluta ſunt, atque in melius mutata. Quòd ſi quæras ex me, quamobrem cùm in delicijs ageres, ac mundi rebus omnino intentus eſſes, non tunc tibi dæmonem iſtum inſtar fræni immiſerit Deus? illud ego reſpondebo, hoc quoq; ſingulari illius actum eſſe pro-

C uidentia. Sciebat enim tunc te imbecillum ſuperandum facilè, ac maturè periturum. Atque ideo ne tunc quidẽ ſtatim ad hanc luctam vocauit, cùm ad monachorum vitam acceſſiſſes, ſed exerceri prius te permiſit, ac prolixo temporis ſpacio durare: iam vero poſteaquam robuſtiſſimus factus es, tunc ad laborioſum hoc ſtudium pertraxit. Adhuc igitur eorum qui ſunt in ſeculo, mentionem facis, famulúmque tuum in medium adducis. Illum enim te ſignificare voluiſſe reor, cũ diceres plurimos ſeculares viros, cùm in hunc morbum incidiſſent, celeriter at-

D que integerrimè fuiſſe liberatos. Verum enimvero famulus tuus, ô amantiſſime, & quicumque huiuſmodi cura cum illo potiti ſunt, non eadem ex cauſa cum huiuſmodi peſte congredi permiſſi ſunt, qua tu modò. Illi enim ac cæteris ſimilibus ſolo terrendi eos cauſa, vt ex huiuſmodi timore meliores fierent, hanc belluam immiſit Deus. Tibi verò non ea quæ cæteris cauſa eſt, ſed vt pugnares fortiter ac ſtrenuè, dummodò vinceres, coronamq; patientiæ referres. Porrò victoria tunc eſt, non cùm quis adhuc theatro conſtante luctãdo ſeipſum aduerſario ſubducit: ſed cum ſe præſentem iugiter exhibet, con-

gredique atque luctatorem ſuum ſuſcipere paratum, ac demum cogitationes omnes nequam, quas ille per mœrorem ſuggerit, à ſe omnino excutit. Quòd verò res ita ſe habeat, ſic collige. Conſtat profectò omnibus, quantumlibet tu te per humilitatem deijcias, à ſerui tui vita tuam longiſſimè differre, ac eſſe meliorem: Deo itaque maior tui quam illius cura ſit neceſſe eſt. Hoc autē dato, id quoque ſimiliter conſtabit, non eſſe odij permiſſionem illam. Si enim eſſet odij, nunquam profectò quem magis diligeret, illi addixiſſet: cum eum qui longè fuerat deterior, tam citò illi eripuiſſet. Neque enim ex hoc ſolum id aſſeuerauerim, ſed ex quibus à Deo te deſertum putas, ex eis maximè illi curam tui ſummam eſſe conabor oſtendere. Nam ſi non ſtudioſiſſimè cuncta hactenus egiſſes, quæ ad hanc liberationem pertinerent: ſi non peregrinationes longinquas, ac laboris plenas, vt ſanctis illis viris, atque ad eiuſmodi ſoluendos nodos potentiſſimis congredereris, aſſumpſiſſes, meritò fortaſſe quidam dubitaſſent, cùm non ſatis aperta videretur eſſe cauſa, cur tantum temporis affligi te Dominus permitteret: poſtea verò quam martyrum loca frequens adiſti, vbi plurimi ex his quoque, qui concitati rabie homines comedunt, ſæpe ſanati ſunt: plurimúmque temporis apud viros illos mirabiles ac ſtrenuiſſimos, quique nunquam non potiri orationum ſuarum fructu ante conſueuerant, huius rei gratia feciſti: nihilque omnino omiſiſti, quod ad hanc liberationem conferre poſſe vlla ratione videretur, reuerſúſque es ferens tecum inimicum, apertum ac certiſſimum diuinæ circa te prouidentiæ documentum, & eis quoque qui valdè inſipientes ſunt & hebetes, conſpicuum retuliſti. Nunquam enim profectò tantam impediuiſſet Deus gratiam, nunquam tot incaſſum labores effundi, nunquam ſeruos ſuos ita mœrore ſuffundi paſſus eſſet, niſi id & tuæ probationi & vtilitati vehementer expedire cognouiſſet. Itaque quòd tu diuinæ derelictionis ſignum putas, id in primis ſummi in te affectus & amoris certum eſt argumentum.

A διαγωνιστός, εἶτα παλαίων καὶ διὰ τῆς ἀθυμίας εἰς μυρίας ἐνθυμήσεις ἀτόπους ἄγων ἰσχύσῃ μηδέν. καὶ ὅτι οὕτω ταῦτ' ἔχει, ἐντεῦθεν συλλογιζόμενος καλῶς. παντί που δῆλον ὅτι κἂν αὐτὸς μετριάζειν ἐθέλῃς, ὅσον τῆς τοῦ οἰκέτου ζωῆς βελτίων ἡ σὴ διακώχει· ἀκόλουθον καὶ λόγου σε τῷ θεῷ πλείονος καὶ φροντίδος, ἢ ἐκεῖνον. τούτου δὲ ὄντος δήλου κἀκεῖνο ὁμοίως ἔσται φανερόν· ὅτι εἰ μίσους αὕτη συγχώρησις ἦν, οὐκ ἂν εἰς ὃν μᾶλλον ἠγάπα, ταύτην ἐξέτεινε, τὸν ἥττονα πολὺ
B ὄντα τούτου ταχέως τοῦ δαίμονος ἐξαρπάσας· καὶ οὐκ ἀπὸ τούτου μόνον τοῦτο ἰσχυρισαίμην ἂν ἔγωγε, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν ὧν καταλελεῖφθαι δοκεῖς, ἐκ τούτων μάλιστα, ὅτι σφόδρα μέλει τῷ θεῷ τῶν σῶν ἀποδεῖξαι πειράσομαι. εἰ μὲν γὰρ μὴ πολλὴν ἐποιήσω σπουδὴν, μηδὲ ἀποδημίας ἐστείλω μακρὰς, ὥστε συγγενέσθαι ἀνδράσιν ἁγίοις καὶ ἱκανοῖς τὰ τοιαῦτα λύειν δεσμὰ, ἴσως ἄν τις ἠπόρησε τῶν πολλῶν οὐ σφόδρα τῆς αἰτίας οὔσης ἐναργοῦς, δι' ἣν τοσοῦτον εἴασε χρόνον· ἐπεὶ δὲ καὶ τόπους μαρτύρων κατέλαβες, ἔνθα πολλοὶ
C καὶ τῶν ἀνθρώπους ἐσθιόντων ἰάθησαν, καὶ τοῖς θαυμαστοῖς καὶ γενναίοις ἐκείνοις καὶ μηδέποτε ἠμαρτηκόσι πολὺν παρὰ τούτου συνῴκησας χρόνον, καὶ οὐδὲν ὅλως παραλιπὼν τῶν φερόντων εἰς τὴν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν, ἐπανῆλθες πάλιν τὸν πολέμιον ἔχων μετὰ σαυτοῦ, φανερὰν καὶ ἐναργῆ καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις, τῆς περὶ σὲ θεοῦ προνοίας ἐκόμισας τὴν ἀπόδειξιν· οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαύτην χάριν ἐνεπόδισεν, οὐδ' ἂν τοὺς αὐτοῦ δούλους αἰσχυνθῆναι ἠνέσχετο, εἰ μὴ
D σφόδρα πρὸς τὴν εὐδοκίμησιν καὶ τὴν ὠφέλειαν μᾶλλον ἑώρα τὴν σήν. ὥσθ' ὅπερ δοκεῖ σημεῖον εἶναι τῆς ἐγκαταλείψεως τοῦ θεοῦ, τοῦτο τῆς πολλῆς αὐτοῦ περὶ σὲ φιλοστοργίας καὶ σπουδῆς σημεῖον ἐστί.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΑΓΕΙΡΙΟΝ, ΚΑΙ ΟΤΙ ἡ ἀθυμία χαλεπωτέρα καὶ δαίμονος λόγος β΄.

ΤΑΥΤΑ μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας εἰρήσθω, καὶ
B
ὅτι οὐκ ἀποστρεφόμενος οὐδὲ μισῶν, δηλαδὴ καὶ λίαν ἀγαπῶν, τοῦτον γυμνάζει τὸν τρόπον. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἑτέρως σφόδρα ἔφης ἀλγεῖν, ὡς καὶ πολλάκις σε ἀναπείθειν τὸν δαίμονα εἰς πέλαγος· ἢ κατὰ κρημνῶν ἀφανίσαι σεαυτόν· ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ τρόπῳ τὴν παροῦσαν καταλῦσαι ζωήν· καὶ ὑπὲρ τούτων μικρὰ διαλεχθῆναι βούλομαι τῶν λογισμῶν. οὐ γὰρ ἐκείνου μόνον ἐστὶν αὕτη ἡ συμβου-
C
λὴ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθυμίας τῆς σῆς καὶ ταύτης μᾶλλον ἢ ἐκείνου, τάχα δὲ καὶ μόνης ταύτης· καὶ δῆλον ἐξ ὧν πολλοὶ καὶ τῶν μὴ δαιμονώντων ἀπὸ τοῦ λυπεῖσθαι μόνον τοιαῦτα βουλεύονται. ταύτην οὖν ἔκβαλε καὶ ἀπέλασον τῆς ψυχῆς καὶ οὐδεμίαν ἕξει λοιπὸν ἐκεῖνος ἰσχὺν οὐ μόνον πρὸς τὸ πείθειν τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τὸ παραινεῖν τὴν ἀρχήν. νῦν γὰρ καθάπερ οἱ τοιχωρύχοι καταλαμβανούσης νυκτὸς, τὸ φῶς ἀποσβέσαντες, καὶ ὑφελέσθαι τὰ ὄντα, καὶ τοὺς τούτων κυρίους μετὰ πολλῆς ἀποσφάξαι τῆς εὐκολίας δύναιντ' ἄν, οὕτω καὶ
D
οὗτος ἀντὶ νυκτὸς καὶ σκότους τὴν ἀθυμίαν κατασκεδάσας πάντας ὑφελέσθαι πειρᾶται τοὺς πρὸς ἀσφάλειαν λογισμοὺς, ἵνα ἐρήμην καὶ ἀβοήθητον λαβὼν τὴν ψυχὴν μυρίαις κατατρώσῃ πληγαῖς. ὅταν δέ τις τῇ πρὸς τὸν θεὸν ἐλπίδι τοῦτο διασκεδάσας τὸ σκότος, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης καταφυγὼν σπεύσῃ τὰς ἀκτῖνας ἐκείνας εἰς τὴν ἑαυτοῦ καταθέσθαι ψυχὴν, ἀπὸ τῶν οἰκείων λογισμῶν, ἐπὶ τὸν λῃστὴν μεταθήσει τὸν θόρυβον. καὶ γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα κακουργοῦντες, ὅταν αὐτοὺς ἐλέγξῃ

EIVSDEM AD STAGIRIVM, ET QVOD TRISTITIA dæmone ipſo ſit grauior, Liber ſecundus.

ET iſta quidem pro Dei prouidentia, vtque ille non auerſans & execrans, ſed & nimium indulgens ac diligens hoc te exercet modo, dixiſſe ſufficiat. CAP. I.
Quoniam verò alia etiam ex parte vehemẽter te angi queſtus es, vt ſæpenumero dęmon vel pelago, vel præcipitio, vel alio quouis informis leti genere vitá tibi extorquere ferè perſuadeat: age de huiuſmodi quoque cogitationibus, paucis diſſeramus. Neque enim ſolius dæmonis eſt illud conſilium, ſed etiam mœroris: imò verò
C
plus mœroris quàm dæmonis, fortaſſe verò mœroris ſolius. Quod ex eo profectò conſtat, quòd plurimi etiam ab huiuſmodi inſectatione liberi, dolore ſolo ac mœrore agitati mortem ſibi vltro conſciuerunt. Hunc igitur ex animo tuo fuga ac penitus elimina, videbis nullam vim reſtare dæmoni, non ſolum ad perſuadendum iſta, verùm ne ad ſuggerendum quidem. Nam quemadmodum hi qui parietes ſuffodiunt, noctis tempore, extincto lumine, & furari opes, & earum dominos cum omni facultate iugulare poſſunt: ita & hic per cæcæ noctis horro-
D
rem ac tenebras mœrorem effundens, cogitationes omnes, quæ ad munimen noſtrum eſſe poſſunt, ſubducere prius ac furari nititur, vt deſertam & ſine adiutorio animam inuadens, plagis eam innumeris confodiat. At verò cùm quis ſumma & intentiſſima in Deum ſpe aſſurgens has tenebras diſiecerit, atque ad Solem iuſtitiæ confugiens, clariſſimum illius iubar totis animæ finibus haurire & recondere ſtuduerit, protinus cogitationum ſuarum tumultum in latronem illum impurum transfundet. Nam & qui furta noctu aucupantur: cum quis illos deprehenderit,

A ac lumen oſtenderit, tremunt, fluctuant atque perturbantur. Et quomodo, inquies, poſſit quis hoc dolore liberari, niſi prius eripiatur à dæmone agitatore, eiuſque doloris incentore? Non dæmon eſt qui mœrorem mouet, ſed mœror potius vires dæmoni adminiſtrat, cogitationéſq. malas ſuſcitat. Atteſtatur huic rationi noſtræ beatiſſimus Paulus, qui cùm de 2.Cor.2.7. lapſo in ſceleris ruinam Corinthijs ſcriberet, non dæmonem aliquem metuere, ſed mœroris magnitudinem timere deprehenditur. Ne fortè, inquiens, abundantiori triſtitia abſorbeatur qui talis eſt. B Cæterum vt concedamus dæmonẽ acriùs inſtare, pulſo ex animo mœrore: quid iam erit ex hoc incommodi, vel detrimenti? Quid hic per ſe ſolus aut paruum aut magnum poſſit contra nos? At verò mœror abſente dæmone multa per ſe horrenda efficit, plurimóſque eorum qui ſibi nexuerunt laqueos, conſciuerūt gladios, vel fluuij ſe vndis, vel flammis donauerunt, vel alio quouis genere perdidere ſeipſos ſola doloris ac mœroris vi ad ita occumbēdum impulſos reperiemus. Quòd ſi inter eos quiſpiam fortaſſis fuerit arreptus à dæmone, huius quoque perditio non dæmoni, ſed mœroris tyrannidi ac C violentiæ meritò imputanda erit. Et quomodo, inquies, poſſum non mœrore affici? Si à multitudinis opinione, quam habeas de huiuſmodi re, longiſſimè recedens ſola ſuperna ſentias. Nunc enim idcirco ea res grauis atque horrenda tibi videtur, quia vulgares turbæ ita exiſtimant. Atqui ſi omiſſa inani fallacique exiſtimatione ipſam rem diligentiùs conſiderare volueris, inuenies nullam ineſſe ei mœſtitiæ occaſionem: quod iam ſæpe ſuperius oſtendimus. An verò æqualium tuorum, & in religione ſociorum gratia D afficeris? Reor enim te intuentem illorum lætitiam ac fiduciam cum fratribus confundi, atque ex triſtitia concidere. Atqui ego id veraciter dixerim, ſiquidem his in ſumma continentia & ſobrietate, atque in reliqua vitæ philoſophia degentibus, ipſe in ludis & in aleis, & comeſſationibus tempus omne conſumeres, rationabilis profectò eſſet hic mœror tuus: ſin autem eandem incedis viam, eius cauſa quid angeris? quid anxius tabeſcis? Equidem ſi mihi ad aliquem ex his ſermo eſſet, qui facilè extolluntur laudibus, ea quæ modò dicere intendo, profectò ta-

A τις, καὶ δείξῃ τὸ φῶς, τρέμουσιν, ἰλιγγιῶσι, ταράττονται. καὶ πῶς ἄν τις, φησὶ, ταύτης ἀπαλλαγείη τῆς ὀδύνης, μὴ πρότερον τοῦ κινοῦντος αὐτὴν δαίμονος ἀπαλλαγείς; οὐχ ὁ δαίμων ἐστὶν ὁ τὴν ἀθυμίαν κινῶν, ἀλλ' ἐκείνη ἡ ποιοῦσα τὸν δαίμονα ἰσχυρὸν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποβάλλουσα τοὺς πονηρούς. καὶ μαρτυρήσειεν ἂν ἡμῖν ἐνταῦθα ὁ μακάριος Παῦλος· οὐ γὰρ δαίμονα τινὰ, ἀλλὰ τὴν ταύτης ἀμετρίαν δεδοικὼς ἐπέστελλε Κορινθίοις φείσασθαι λοιπὸν τοῦ πεπλημμεληκότος ἐφ' οἷς B ἐξήμαρτε. μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ, φησὶν, ὁ τοιοῦτος. εἰ δὲ βούλει τῷ λόγῳ τέως ὑποθώμεθα, τὸν μὲν δαίμονα ἐπικεῖσθαι, τὴν δὲ ἀθυμίαν ἐξηλάσθαι τῆς σῆς ψυχῆς· τίς ἔσται βλάβη λοιπόν; τί καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον δύναιτ' ἂν ἀδικῆσαι ἡμᾶς; ἐκείνη δὲ καὶ τούτου μὴ παρόντος πολλὰ ἂν ἐργάσαιτο δεινά· καὶ τοὺς πλείονας τῶν βρόχους ἀψαμένων, ἢ ξίφει διαφθαρέντων ἢ ποταμοῖς ἀποπνιγέντων, ἢ καὶ ἑτέρως πως ἀπολεσάντων ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀθυμίας ἐπὶ τοὺς βιαίους τούτους θανάτους ὠθηθέντας εὑρήσομεν. εἰ δέ τι- C νες καὶ τῶν δαιμονώντων εἶεν ἐν τούτοις, καὶ τούτων τὴν ἀπώλειαν οὐ τῷ δαίμονι λογιστέον, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀθυμίας τυραννίδι καὶ βίᾳ. καὶ πῶς ἔνεστι φησὶ μὴ ἀθυμεῖν; ἂν τὴν τῶν πολλῶν περὶ τοῦ πράγματος δόξης ἀποστὰς τὰ ἄνω φρονῇς. νῦν μὲν γὰρ ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς τὸ πρᾶγμα δεινὸν εἶναι δοκεῖ, καὶ σοὶ δοκεῖ. εἰ δὲ θελήσαις αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῆς ματαίας καὶ πεπλανημένης προλήψεως ἀπαλλαγεὶς, μετὰ ἀκριβείας κατιδεῖν, εὑρήσεις οὐδεμίαν ἔχον ἀθυμίας ἀφορμὴν, ὡς καὶ ἤδη πολλάκις ἡμῖν ἀποδέ- D δεικται· τῶν δὲ ὁμηλίκων ἕνεκεν. καὶ γὰρ τὴν ἐκείνων εὐφροσύνην, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς παῤῥησίαν ὁρῶντά σε ἡγοῦμαι συγχεῖσθαι καὶ καταπίπτειν, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι εἰ μὲν τούτων ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ κοσμιότητι, καὶ τῇ λοιπῇ τοῦ βίου φιλοσοφίᾳ διαγόντων· αὐτὸς ἐν χαμαιτυπείοις, καὶ κύβοις, καὶ κώμοις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀνήλισκες, λόγον ἂν εἶχεν ἡ τῆς ἀθυμίας πρόφασις· εἰ δὲ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἔτι βαδίζεις ὁδὸν, τί ποτε ἐστὶ σοι τὸ λυποῦν; ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν πρὸς ἕτερόν μοι τινὰ τῶν εὐκόλως ἐπαιρομένων ὁ λόγος ἦν, καὶ ἀπεσιώπησα

σιώπησα ταῦτα, ἃ μέλλω πρὸς σὲ νῦν ἐρεῖν. ἐπεὶ δὲ σφόδρα θαῤῥῶ, ὅτι κἂν μυρία σε τις ἐπαινῇ, καὶ θαυμάζῃ τοῦ μετριάζειν οὐκ ἀποστήσῃ ποτὲ, ἀλλὰ μένεις καὶ οὕτως ἐν τοῖς ἐσχάτοις πάντων σαυτὸν, οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀπόνως ἐρῶ. τοσαύτην γὰρ ἀκούω τὴν ἐπίδοσιν τῆς εὐλαβείας γεγενῆσθαι τῆς σῆς, ὡς μηκέτι σοι πρὸς ἐκεῖνα τὰ μειράκια, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μεγάλους καὶ θαυμαστοὺς ἄνδρας εἶναι τὴν ἅμιλλαν. οὐδὲν γὰρ ἐκείνων σε ἀποδεῖν λέγουσιν, οὐ κατὰ τὸν τῆς νηστείας λόγον· πῶς γὰρ ὕδατι, καὶ ἄρτῳ μόνον καὶ ταῦτα ἡμέραν παρ' ἡμέραν τρεφόμενον, οὐ κατὰ τὸν τῶν παννυχίδων καιρὸν, ἀλλ' ὁμοίως αὐτοῖς ἐφεξῆς πολλὰς νύκτας ἀΰπνους παρέλκειν· τῇ δὲ μεθ' ἡμέραν διαγωγῇ, πολλοὺς αὐτῶν ἤδη καὶ ἀποκρύψαι φασί. καὶ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἐρχομένων ἀκούω διηγουμένων, ὅτι σοι πᾶς ὁ καιρὸς εἰς εὐχὰς καὶ δάκρυα ἀναλίσκεται. καὶ καθάπερ οἱ σιγὴν ἀσκοῦντες, ἢ καὶ μόνους ἐν οἰκίσκῳ κατακλείσαντες ἑαυτοὺς, πρὸς οὐδένα οὐδὲν φθέγγονται· οὕτω καὶ σὲ λέγουσιν ἐν πλήθει τοσούτῳ στρεφόμενον διατελεῖν. τὸν δὲ τῆς καρδίας σου συντριμμὸν, καὶ τὸν αὐχμὸν, καὶ τὴν ἀλγηδόνα, καὶ περιφρίκασι διηγούμενοι, καὶ πολλοὺς ἐνταῦθα τὰ σὰ κατένυξαν ἀπαγγέλλοντες. οὐκ ἀντιβλέπει φησὶν οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ἐκεῖ, οὐδ' ἀνίησι τῶν συνεχῶν πόνων ἑαυτόν· πολλάκις ἐδείσαμεν, μὴ πηρώσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς ὀδυρμοῖς, μὴ πλήξῃ τὰς μήνιγγας τῇ σφοδρότητι τῆς ἀγρυπνίας, καὶ τῇ ἀπαύστῳ καὶ διηνεκεῖ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν σπουδῇ. ταῦτα οὖν σε λυπεῖ καὶ θορυβεῖ, ὅτι τοσοῦτον παρήλασας τοὺς ὁμήλικας, ὅτι καὶ σφοδρὸν καὶ ἀναίσχυντον ἔχων τὸν ἀνταγωνιστὴν πολλῷ τῷ μέτρῳ τοὺς μετὰ σοῦ τρέχοντας ὑπερηκόντισας. ἆρ' οὐκ εἰκότως ἔλεγον, ὅτι ἡ ἀθυμία αὕτη προλήψεως μόνον ἐστὶν, ἐρευνωμένη δὲ καὶ εὐθυμίας ἡμῖν ὑποθέσεις παρέχει πολλάς; τί γὰρ ὄφελος εἰπέ μοι τοῦ μὴ δαιμονᾶν, ὅταν ὁ βίος ἠμελημένος ᾖ; ποῖον δὲ βλάβος, ὅταν τὰ τῆς πολιτείας ἠκριβωμένα τύχῃ καὶ συγκεκροτημένα καλῶς; ἀλλ' ἴσως αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷς, ὅταν σε καταβάλῃ παρόντων τινῶν; ἀλλὰ τοῦτό σοι πάλιν ἀπὸ τῆς ὑπολήψεως συμβαίνει τῆς αὐτῆς, ὅτι τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ, λογισμῷ δὲ οὐδέ ποτε τὸ πρᾶγμα ἐπιτρέψας· τὸ γὰρ καταπίπτειν οὐ τοῦτό ἐστιν ὃ σὺ πάσχειν φῂς,

A cuiſſem. Quoniam verò ea mihi de te ſpes & confidétia eſt, quod quantumlibet quis te laudet atque admiretur, nūquam humanitatem deſeres, ac ex eis laudibus potius humiliaberis, atque inter extremos teipſum ſtatues: cuncta, nihil metuēs aut diſſimulans loquar. Tanta enim didici tibi acceſſiſſe religionis incrementa, támque ſingulares profectus, vt non iam cum adoleſcentulis illis, ſed cum magnis admirandiſque viris virtute contendas. In nullo te illis inferiorem aiunt, non ratione ieiunij: quo enim pacto, cum panem & aquam tantum in cibum ſumas, idque B alternis diebus? non vigiliarum prolixitate, cùm vt ipſi plures vnā noctes inſomnes orans tranſigas? non diurno inſtituto, quo te quoque plurimos illorum tranſcendere fama eſt. Audio admirans, vt tibi omne tempus in lachrymis perpetuiſque orationibus conſumitur: ſic enim referūt qui à te ad nos proficiſcuntur. Et quemadmodum hi, qui ſilentio ſe deuouerunt, ſeque ipſos tugurio breui incluſerunt, nihil loquuntur: ita & te aiunt in tanta conuerſantem multitudine perſiſtere. Porro contritionem cordis tui, ſqualorem ac dolorem, & hi qui enar- C rant, exhorreſcunt, plurimóſque hic, dum tua narrarent inſtituta, compunxerunt. Nullum vnquam ingredientium, aiunt, reſpicit, nihil ex conſuetis laboribus relaxat. Sæpius veriti ſumus ne oculos perpetuis lachrymis excæcaret, ne tempora vigiliarum nimietate, irremiſſóque & iugi lectionis ſtudio fatigaret, neque id ipſi perſuadere potuimus. Hoc ergo te Cap. II. mœrore conficit atque perturbat, quod æquales tuos tanta excellentia ſuperas, quod acerrimum & infeſtiſſimum nactus aduerſarium, tanto ſpatio tecum pariter currentes exceſſiſti. Ergóne non merito D dicebam mœrorem hunc præſumptæ ſolum eſſe opinionis, quæſitum verò & perſpicuum ſummas nobis lætitiæ ac tranquillitatis occaſiones pręberc? Quæ enim vtilitas, quæſo te, à dæmone non corripi, ſi omnis conuerſatio & diligenter exacta, & rite concluſa fuerit? At fortaſſe confunderis ac erubeſcis, cùm te ſub oculis quorundam deijcit: ſed hoc tibi ex eadem occaſione contingit, quod multitudinis opinione negotium hoc, non ratione metiris. Namque cadere non id tantum eſt, quod tu te pati dicis,

ὡς ἔχει φύσεως μὴ μεμαθηκότες ὁρᾷν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπαίνων ἄξια ψέγοντες, τὰ δὲ ἐπονείδιστα εἰς τὴν τῶν ἐπαινουμένων τάξιν μεταθέντες. πολλὰ καὶ οἱ τὴν φρενῖτιν νοσοῦντες λέγουσι τοὺς παρόντας κακά, ἀλλ' οἱ ἀκούοντες οὐχ ἡγοῦνται ὑβρίζεσθαι. μὴ τοίνυν μηδὲ σὺ τῶν ἐξεστηκότων ἐκείνων ἀκούσας αἰσχύνην καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα εἶναι νόμιζε· ἵνα μὴ τότε ἀληθῶς ἐπονείδιστον καταστήσῃς σαυτὸν παροξύνων τὸν θεόν. ὅταν μὲν γὰρ τὰ πρὸς παιδείαν καὶ ὠφέλειαν ἐπαγόμενα παρὰ τοῦ θεοῦ ταῦτα ὄνειδος εἶναι νομίσῃς, ὅρα ποῦ τελευτᾷ τὸ κακόν. εἰ γὰρ βούλει τοὺς ἀληθῶς αἰσχύνης καὶ ὀνείδους ἀξίους ἰδεῖν, ἐγώ σοι πειράσομαι ἐκ πολλῶν ὀλίγους ὑποδεῖξαι τῷ λόγῳ. θέασαι τοὺς περὶ τὰς δυσμορφίας ἐπτοημένους τῶν γυναικῶν, τοὺς περὶ χρήματα μαινομένους, τοὺς δυναστείας καὶ δόξης ἐρῶντας, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτων καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν αἱρουμένους, τοὺς ὑπὸ βασκανίας τηκομένους, τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ἠδικηκόσιν οὐδέν, τοὺς μελαγχολῶντας ἁπλῶς, τοὺς περὶ τὰ μάταια τοῦ βίου λυττῶντας ἀεί, ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τοιαῦτα μανίας ἔργα, καὶ κολάσεως ἄξια· ταῦτα ὀνείδους καὶ αἰσχύνης καὶ γέλωτος. εἰ δέ τις ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλούμενος φιλοσοφίαν καὶ ἐν τῷ βίῳ πολλὴν ἐπιδεικνύοιτο, οὐ μόνον οὐκ ὀνειδίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ θαυμάζεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι παρὰ πάντων ἂν εἴη δίκαιος. μετὰ τοσούτων δεσμῶν δρόμον οὕτως ἐπίπονον τρέχων, καὶ τὴν ἀνάντη καὶ τραχεῖαν τῆς ἀρετῆς ἀναβαίνων ὁδόν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς καὶ ἕτερόν με μικροῦ δεῖν παρελήλυθεν, ᾧ πλεονεκτεῖς τῶν ἀδελφῶν. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ῥᾳδίως εἴ τι καί σοι πεπλημμέληται, διὰ τῆς θλίψεως ταύτης καὶ ταῦτα ἀποδύσασθαι τὰ ἁμαρτήματα. καὶ τοῦτο γέγονε δῆλον ἡμῖν, ἐξ ὧν ἔφθην ἤδη διαλεχθεὶς, ὅτε περὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ παρὰ τοῖς Κορινθίοις πεπορνευκότος ἔλεγον· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δέδοικα φησί· καὶ γὰρ τὰ ἐμαυτοῦ πράως ἐνεγκεῖν δυνηθῶ, τὰς ἐκείνου συμφορὰς καὶ τὴν μανίαν πῶς οἴσομεν ῥᾳδίως, εἴ ποτε αἴσθοιτό τι τούτων; τέως μὲν οὐκ ᾔσθετο. πολλῆς δὲ μικροψυχίας ἐστὶν ὑπὲρ τῶν ὕστερόν ποτε συμβησομένων ὅλως τὴν ἀθυμίαν ἤδη καρποῦσθαι καὶ κόπτεσθαι.

ἐκεῖθεν, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον καταγαγεῖν. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ ὡς λύσιν εὑρήσων τοῦ κακοῦ, τοῦ λιμοῦ πάλιν χαλεπωτέρᾳ περιέπεσε συμφορᾷ, περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύειν ἀναγκαζόμενος· καὶ εἰς τοσοῦτον τότε κατέστη φόβον, ὥστε ὃ πᾶσίν ἐστι πάντων ἀφορητότερον, τοῦτο τὰς γυναῖκας ὑβρίζεσθαι τὰς αὐτῶν, τοῦτο ἑλέσθαι. εἰς τοσαύτην γὰρ τότε ἦλθεν ἀνάγκην, ὡς καὶ ὑπηρετήσασθαι τῇ ὑποκρίσει· οὗ τί γένοιτ᾽ ἂν ἐλεεινότερον; ὁποίαν γὰρ αὐτὸν νομίζεις ἔχειν ψυχὴν, ὅτε τῇ γυναικὶ τοιαῦτα συμβουλεύειν ἠναγκάζετο; γινώσκω ἐγὼ, ὅτι γυνὴ εὐπρόσωπος εἶ. ἔσται οὖν ὡς ἂν ἴδωσί σε οἱ Αἰγύπτιοι, ἐροῦσιν, ὅτι γυνὴ αὐτοῦ αὕτη· καὶ ἀποκτενοῦσί με, σὲ δὲ περιποιήσονται. εἰπὲ οὖν ὅτι ἀδελφὴ αὐτοῦ εἰμι· ὅπως ἂν εὖ μοι γένηται διὰ σὲ, καὶ ζήσεται ἡ ψυχή μου ἕνεκεν σοῦ. καὶ ταῦτα ἐφθέγξατο τὰ ῥήματα ὁ διὰ τὸν θεὸν καὶ πατρίδα καὶ οἰκίαν καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς, καὶ τἄλλα πάντα τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀφεὶς, ὁ τοιαύτην ταλαιπωρίαν καὶ τοσοῦτον χρόνον ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ χρόνῳ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ὑποστάς, καὶ ὅμως οὐδὲν τούτων εἶπεν, οἷον ὅτι εἰ καταλέλοιπέ με ὁ θεός· ἀπεστράφη καὶ τῆς οἰκείας προνοίας ἐξέβαλεν· ἀλλ᾽ ἔφερε γενναίως πάντα καὶ πιστῶς· καὶ ὃ ἐχρῆν μάλιστα πάντων ὑβριζομένης ὀργίζεσθαι τῆς γυναικὸς ὑπὸ τῆς πολλῆς βίας, ὅπως μή τι φανερὰ γένηται ἡ ὕβρις ἅπαντα ἔπραττε. τοῦτο δὲ ὅσην ἀθυμίαν ἔχει καὶ ὀδύνην, λόγῳ μὲν παραστῆσαι οὐ δυνατόν· ἴσασι δὲ ὅσοι γυναῖκας ἔχοντες, καὶ εἰς ζηλοτυπίας ὑποψίαν ἐνέπεσον. μαρτυρεῖ δὲ τῷ πάθει τούτῳ καὶ ὁ Σολομὼν οὕτως εἰπών· μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς, οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, οὐδὲ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν· οὐδὲ μὴ διαλυθῇ πολλῶν δώρων. καὶ πάλιν· κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη, σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος. εἰ δὲ ὁ ζηλοτυπῶν οὕτως ἐκκαίεται· ὁ τοσούτοις κρατούμενος κακοῖς, ὡς ἀναγκάζεσθαι καὶ κολακεύειν τὸν ὑβριστὴν, καὶ ὃν ἀμύνασθαι ἔδει, πάντα ποιεῖν ὅπως ῥᾳδίως ἀπολαύσηται τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ὁ μοιχὸς, τίνος οὐκ ἐλεεινότερος ἦν; λαβόντων δὲ καὶ τούτων πέρας τῶν κακῶν, ἕτερα πάλιν ἐπέκειτο δεινὰ, καὶ τὸν λιμὸν ἐκεῖνον διεδέχετο πόλεμος.

A coactus ſit atque in Ægyptum proficiſci. Quò cùm perueniſſet, veluti malorum finem inuenturus, alia illum rurſus fame triſtior atq. acerbior clades inuaſit, adeo vt periclitari de vita cogeretur: atque eò timoris deductus eſt, vt quod humana exiſtimatione grauiſſimum eſt omnium, vxorem ſcilicet alienæ libidini exponere, metu coactus eligeret. In tantam enim tunc neceſſitatem deuenit, vt etiam hypocriſi ſubmitteretur: quo quid dici miſerabilius poſſit? Quo enim animo illum fuiſſe exiſtimas, cùm vxori ita conſulere *Ibidem.* cogeretur, & diceret: Scio ego, quod
B mulier decora facie ſis. Erit ergo cùm te viderint Ægyptij, dicturi ſunt, quia vxor illius eſt, & interficient me, & reſeruabunt te. Dic ergo, quia ſoror illius ſum, vt bene mihi ſit propter te, viuátque anima mea ob gratiam tui. His verbis vſus eſt, qui propter Deum, & patriam & domum, & amicos, & cognatos, aliáque domeſtica omnia dimiſerat, qui huiuſmodi ærumnam, tantúmque laboris tam prolixo tempore in itinere perpeſſus fuerat: & tamen nihil huiuſmodi locutus eſt, puta; reliquit me Deus, & auerſatus eſt, ſuáque cura & prouidentia excluſit:
C ſed fortiſſimè ſolúm ac fideliſſimè omnia pertulit: & qui maximè omnium, vxore per ſummam vim contumelijs affecta, iraſci atque indignari debuerat, agebat omnia, ne contumelia tam grauis manifeſta fieret. Hoc verò cuiuſmodi mœroris ac doloris ſit, nego ego ſermone poſſe explicari. Norunt id omnes qui vxores duxerunt, atque in zelotypiæ vnquam ſu- *Prou. 6.34.* ſpicionem inciderunt. Sed & Salomon quænam ſit hæc paſſio teſtatur, dicens: Plenus enim zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij, neque vllo pretio inimicitias ſoluet, neque donis plurimis re- *Cantic. 8.*
D conciliabitur. Et rurſus: Fortis vt mors dilectio, durus vt infernus zelus. Quòd ſi zelotypus ita excandeſcit: is qui tantis preſſus incommodis, vt cogeretur eis quoque adulari, qui ſe contumelijs afficerent, & in quos vlciſci debuerat, cuncta facere, vt libidines explerent, ſuáq. vxore fruerentur, quo non dici poteſt miſerabilior? Interea cum iſta quoque triſtia finem accepiſſent, alia rurſus aduerſa gignebantur, famiq. illi bella ſucceſſere grauiſſima.

Omitto nunc rixas & iurgia paſtorum, A diſtributionem cum nepote ſubſtantiæ: quamuis iſta quoque, ſi cum cæteris examinentur, mœrorem non mediocrem facilè inferre poſſunt. Cum enim is qui ſeruatus ab eo fuerat, tantiſque per illum potitus commodis, quem ſibi cedere per omnia, paſtoréſque ſuos increpare decuerat: hic optione propoſita, fertiliorem ſibi regionem elegit, incultam illi ac deſertiorem relinquens: quis oro, facilè ferret, non dico detrimentum, ſed iniuriam, cùm videret ſe qui honoraſſet, parum gratè atque honorificè tractari? Id quidem omni detrimento grauius cenſetur: ſed B hæc tamē vniuerſa prætereo. De Patriarcha enim, non de quouis homine nobis ſermo eſt. Succeſſit illi fami Perſicum bellum, cogitúrque aduerſus hoſtes victoria elatos militem ducere is qui principio non affuerat belli, integris adhuc vtriſque partibus: ſed victoria iam potitis hoſtibus, cùm eos nemo ferre potuiſſet, ſed alij quidem paſſim interfecti eſſent, alij ſe latebris & fugæ dediſſent, & reliqui in ſeruitutem abducti fuiſſent. Sed tamen cum tantæ vndique difficultates premerent: num illi vt domi maneret, quietémve ageret, perſuaderi poterat? Minimè C vero, imò rei geſtæ nuncio percuſſus, profectus eſt, ipſe quoque eiuſdem calamitatis particeps futurus, ſéque ipſum haud dubiæ neci expoſiturus. Nam velle cum trecentis ſeruis ſuis, vel modicè pluribus, aduerſum hoſtē numeroſiſſimum, ac victoria ferocem dimicare: nihil aliud profectò erat, quam ſe & captiuitati, & ſupplicio, & morti acerbiſſimæ exponere. Profectus itaque eſt, vt ipſe quoque barbaricam immanitatem experiretur. Verùm Dei clementia ſeruatus, confuſis hoſtibus, prædæ ac nepotis compos cum remeaſſet, ſua rurſus incommoda D flere cogebatur, cum ob defectum liberorum nullum relinqueret hæreditatis ſucceſſorem. Noli enim exiſtimare cum eum audis conqueri, & ad Deum dicere? Quid mihi dabis? Ego autem ſine liberis pereo: hanc illi recentem fuiſſe ac nouam moleſtiam. Hæc enim cura & ſolicitudo cum ſponſa vnà in domum iuſti illius introierat, imò verò ante ipſum ingreſſum ſponſæ. Quippe omnes conſueuimus, cùm incipimus de vxore cogitare, iam tunc rei ipſius curis omnibus tentari, quarum omnium ſuprema eſt,

C. VIII. *De Perſico bello Abrahami.*

A τὴν γὰρ τῶν ποιμένων μάχην, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν διανομὴν, ἀφίημι νῦν· καίτοι γε ἐπ᾽ ἀκριβὲς ταῦτα ἐξεταζόμενα, ἱκανὰ πολλὴν ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν. ὅταν γὰρ ὁ διασωθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ τοσούτων γενόμενος κύριος ἀγαθῶν, καὶ ὃν ἐχρῆν ἐκστῆναι πάντων αὐτῷ, καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐπιτιμῆσαι τοῖς αὐτοῦ, καὶ τῆς προτεινομένης αἱρέσεως ἐπιτρέψαι τῆς εὐφορωτέρας τῆς χώρας, καὶ τὰ ἔρημα ἐκείνῳ καταλιμπάνῃ μέρη, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως; οὐ τὴν ζημίαν λέγω, ἀλλὰ τὸ τιμήσαντα ἀτιμασθῆναι καὶ τὸ ἔλαττον ἐνεγκεῖν, ὃ πάσης ζημίας χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ; ἀλλ᾽ ὅμως ἅπαντα ταῦτα παρίημι· περὶ γὰρ τοῦ πατριάρχου, οὐ περὶ τινος τῶν πολλῶν ὁ λόγος ἐστὶν ἡμῖν. διαδέχεται δὲ τὸν λιμὸν ἐκεῖνον ὁ πόλεμος τῶν Περσῶν, καὶ ἀναγκάζεται ἐπιστρατεύειν αὐτοῖς, οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀκεραίων ἑκατέρων ἔτι μενόντων τῶν μερῶν, ἀλλὰ συμπεσόντων ἁπάντων, καὶ τῆς νίκης παρὰ τοῖς πολεμίοις οὔσης, καὶ οὐδενὸς αὐτοὺς ἔτι ἐνεγκεῖν δυναμένου, τῶν μὲν ἀπολλυμένων καταπεσόντων, τῶν δὲ κρυπτομένων, τῶν δὲ δουλευόντων παρ᾽ αὐτοῖς· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων οἴκοι μένειν ἔπεισεν· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἀθυμίας τῶν γενομένων πληγεὶς ἀπῄει κοινωνήσων ἐκείνοις τῶν κακῶν, καὶ εἰς πρόδηλον ῥίψαι θάνατον ἑαυτόν. τὸ γὰρ μετὰ τριακοσίων οἰκετῶν καὶ μικρῷ πλειόνων πρὸς τοσαύτην παρατάττεσθαι στρατιὰν, οὐδὲν ἕτερον ἢ ταῦτα λογιζομένου ἦν, καὶ πρὸς αἰχμαλωσίαν, καὶ πρὸς τιμωρίαν, καὶ πρὸς μυρίους παρεσκευασμένου θανάτους· ἀπῆλθε μὲν οὖν ὡς καὶ αὐτὸς τῆς βαρβαρικῆς ἀπολαύσων ὠμότητος, τῇ δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ διασωθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν μετὰ τῆς λείας καὶ τοῦ D συγγενοῦς, ἠναγκάζετο πάλιν τὰ οἰκεῖα θρηνεῖν κακὰ, τὴν ἀπαιδίαν λέγω, καὶ τὸ μηδένα ἔχειν τοῦ κλήρου διάδοχον. μὴ γὰρ ἐπειδὴ τοῦτο ἤκουσας ἀποδυρομένου πρὸς τὸν θεὸν καὶ λέγοντος· τί μοι δώσεις; ἐγὼ δὲ ἀπόλλυμαι ἄτεκνος· διὰ τοῦτο καὶ πρόσφατον τὴν λύπην ταύτην εἶναι νόμιζε. ἡ γὰρ μέριμνα αὕτη καὶ ἡ φροντὶς μετὰ τῆς νύμφης εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ δικαίου· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς νύμφης αὐτῆς. ἔθος γὰρ ἡμῖν ἅπασιν, ὅταν μόνον ἀρξώμεθα βουλεύεσθαι, καὶ διαλέγεσθαι περὶ γάμου, πάσαις τῶν τοῦ πράγματος ὑποπίπτεσθαι φροντίσιν, ὧν ἁπασῶν τὸ κεφάλαιον, ἡ τῶν παίδων ἐστὶ,

καὶ ὁ φόβος ἐστὶν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὰς ἡμετέρας κατασείει ψυχάς. εἰ δὲ συμβαίη γενομένων τῶν γάμων πρῶτον ἔτος, ἢ δεύτερον, ἢ καὶ τρίτον παρελθεῖν, ἐπιτείνεται μὲν τὰ τῆς ἀθυμίας· τὰ δὲ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων ἀτονώτερα γίνεται. ἑτέρου δὲ προστεθέντος πλείονος χρόνου, παντελῶς λοιπὸν ἀφίσταται μὲν ἐκεῖναι, κρατεῖ δὲ τῆς ψυχῆς αὕτη πᾶσιν ἐπισκοτοῦσα τοῖς ἡδίστοις, καὶ μηδενὸς αἴσθησιν συγχωροῦσα λαβεῖν. ὥστε εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ συνεβεβήκει τῶν τοσούτων ἀναφανδὸν, ἀλλὰ πάντα κατὰ νοῦν ἐγεγόνει, ἱκανὴ μὲν ἡ τῆς ἀπαιδίας ἀθυμία πᾶσι παρακολουθοῦσα τοῖς γινομένοις συσκιάσαι πᾶσαν εὐθυμίαν καὶ καταβαλεῖν. ἡ γὰρ ἐπαγγελία τοῦ θεοῦ πρὸς ἔσχατον γῆρας, ὅτε τὰ τῆς φύσεως ἀπέγνωστο, τότε ἐγένετο, τὸν δὲ ἔμπροσθεν πάντα χρόνον τοσοῦτον ὄντα ἀλγῶν καὶ κοπτόμενος διετέλει, καὶ ὅσῳ τὸν πλοῦτον αὐξόμενον ἑώρα, τοσούτῳ μᾶλλον ἐπόνει, τοῦ διαδεξομένου τοῦτον οὐκ ὄντος. τί γὰρ οἴει παθεῖν αὐτὸν, ὅτε ἤκουσε, πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ κακώσουσι, καὶ ταπεινώσουσιν ἔτη τετρακόσια; ἡ δὲ γυνὴ νῦν μὲν κελεύουσα λαβεῖν τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην, νῦν δὲ ἐπειδὴ ἔλαβεν ἐγκαλοῦσα καὶ μεμφομένη, καὶ τὸν θεὸν καλοῦσα κατ' αὐτοῦ καὶ ἀναγκάζουσα τὴν τῆς εὐνῆς κεκοινωνηκυῖαν, καὶ παῖδα αὐτῷ μέλλουσαν τίκτειν λοιπὸν ἐκβαλεῖν, τίνα οὐκ ἂν εἰς ἀθυμίαν τὴν ἐσχάτην ἐνέβαλε; ταῦτα γὰρ εἰ καί τινι μικρὰ εἶναι δοκεῖ νῦν λογισάμενος, ὅτι ὁλόκληροι οἰκίαι τούτων ἕνεκεν ἀνετράπησαν, θαυμαζέτω τὸν δίκαιον. εἰ γὰρ καὶ γενναίως ἔφερε διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος ἦν, καὶ ὑπὸ πάντων τούτων ἐδάκνετο καὶ ὠδυνᾶτο. ἐπανέρχεται δὲ πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν ἡ θεράπαινα τοῦ δεσπότου, καὶ τίκτει τὸν νόθον αὐτῷ, καὶ γίνεται πατὴρ ὁ Ἀβραὰμ, μετὰ τὸν μακρὸν χρόνον ἐκεῖνον· καὶ εἶχε μὲν τινὰ τὸ πρᾶγμα ἡδονὴν, μείζονα δὲ τὴν ἀθυμίαν. ὁ γὰρ νόθος αὐτὸν ὑπεμίμνησκε τοῦ γνησίου, καὶ μείζονα τοῦ πράγματος τὴν ἐπιθυμίαν ἐνέβαλε. ὃ γὰρ οὐ κληρονομήσει σε οὗτος, ἀλλ' ὃς ἐξελεύσεται ἐκ σοῦ, περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ εἰρῆσθαι ἐνόμιζεν· οὐδὲν γὰρ οὐδέπω εἴρητο περὶ τῆς Σάῤῥας·

A gignendorum filiorum ſterilitas, metúſq. ille ex ea die noſtros animos excruciat. Quòd ſi contingat poſt matrimonium ſolenniter peractum, primum & ſecundum, ſiue tertium annũ ſine liberis trãſire: tunc iam augetur dolor, ac læta ſpes minuitur. Rurſus alio adiecto anno omnino ſpes nos illa deſerit, ſolúmque mœror animum occupat, per omnia vitæ iucunda ſimul obnubilans, nullum nobis voluptatis ſenſum permittit. Itaque etſi nihil contigiſſet aduerſi, cunctáque fœcundiſſimè & ad votum ſucceſſiſſent: iſta liberorum orbitas lætis illis rebus admota, cunctam illam B proſperitatem obnubere ac deijcere ſola potuiſſet. Nam promiſſio illa diuina ad extremam ſenectutem, quando maximè deſperabatur impleri poſſe, facta eſt: priori autem toto tempore à luctu & mœrore nunquam vacauerat: quantóque amplius augeri diuitias videbat, tanto lugebat vehementius, cum hæres illi non eſſet, qui his omnibus ſuccederet. Quid verò illum tunc paſſum putas, quando audiuit: Peregrinum erit ſemen tuum in *Gen. 15. 13.* terra non ſua, & in ſeruitutem eos redigent, & affligent, atque humiliabunt annis quadringentis? Vxor autem ancillam C ſuam nunc viri amplexibus iungens, nunc poſt eam coniunctionẽ criminibus illũ & querimonijs agitans, deúmq. aduerſus eũ inuocans: & quæ thori particeps fuerat, cum iam filium paritura eſſet, domo deturbari cogens, quem conſtantis licet animi, in mœrorem ac dolorem acerbiſſimum non præcipitaſſet? Iſta ſi cui fortaſſe leuia videntur, is cùm cogitauerit familias & domos integras harum rerum cauſa ſæpius euerſas, maximè iuſtũ iſtum admirabitur. Etſi enim timoris diuini cauſa fortiter ferebat omnia, homo tamẽ erat, & his rebus non poterat non angi D atque cruciari. Rurſus autem in domini domum ancilla regreditur, illíque filium parit, efficitúrque Abraham pater poſt illud adeo prolixum tempus: haberéque ea res nonnihil voluptatis videbatur, ſed ea ipſa voluptas maiore vi mœroris premebatur. Nothus enim ille filius legitimi eum admonebat, maiúſque illius deſiderium inijciebat. Quod enim illi dictum erat, Non erit ille hæres tuus, ſed qui egredietur ex te, de Iſmaële dictum fuiſſe arbitrabatur: nullum enim *Gen. 15. 4.* eatenus de Sarra reſponſum acceperat.

Sodomorũ clades occaſio mœroris.

Cum verò iam clariorem ac euidentiſſimam de Iſaac promiſſionem accepiſſet, tempúſque partus definitum eſſet, rurſus antequam eius ſpei voluptatem vllam ſentiret, Sodomorum clades ingentem illi mœroris nebulam offudit. Nam quod res ipſa iuſtum virum immodicè turbauerit, ex verbis illis ac prece quam pro eis fudit, omnibus profectò conſtat. Cùm verò lapſum cœlo imbrem illum igneum, atque omnino terribilem cerneret, cunctáque in puluerem & cinerem conuerſa, neque in ſeipſo iam erat. Nam ſi cum de longè domos aliquas conflagrare incendio videmus, deficimus, ſtuporéque & mœrore ac metu rigeſcimus: quid illum paſſum arbitramur, vrbes integras & regiones cum habitatoribus incendio non conſueto ſed nouo ac terribili ardere conſpicientem? An tibi non videntur iuſti huius clades æquoreos perpetuóſque fluctus imitari? Sicut enim in mari antequam fluctus alij quieuerint, alij rurſus montis inſtar intumeſcunt: ita & per totam viri vitam contigiſſe perſpicies. Nam cùm adhuc Sodomorum recens eſſet illa deſolatio, rex Gerarææ eadem quæ Pharao in Saram committere conatus eſt, rurſúſque mulier miſerandam ſimulationem confingere compellitur: atque in opus prorupiſſet ea contumelia, niſi prohibuiſſet Deus. Cum autem in partu illius & vxor ſimul & filius, ac tota familia lætaretur, ſolus ille in tanto omnium gaudio triſtis eſſe ac mœrere cogebatur, ancillam cum filio eijcere vi cœleſtis oraculi compulſus. Etſi enim nothus erat, atque ex ancilla natus Iſmaël, naturalis tamen vis amoris ex ea indignitate nihilo minor erat, neque imbecilliorem paternorum viſcerum dolorem fecerat ignobilitas matris. Iſtúdque ex ipſa hiſtoriæ ſerie poſſumus addiſcere. Ille enim fortis, ille ſeueriſſimus & qui vnigenitum proprijs manibus poſtea mactandum ſuſcepit, vxore ſibi hoc præcipiente ægrè ferebat: nunquámque illi ceſſiſſet, nunquam obtemperaſſet (etſi tunc maior acceſſiſſe videretur authoritas, iuſtáque ab eo poſtularet) niſi illum timor Dei vehementer impuliſſet. Itaque cum audis illum Deo iubente ancillam emiſiſſe cum filio, caue putes doloris ſenſu caruiſſe. Hoc enim erat impoſſibile, verum illius potius ſingularem admirare obedientiam, quod

A Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν καὶ σαφεστέραν ἔλαβεν ἐπαγγελίαν περὶ τοῦ Ἰσαάκ, καὶ χρόνος ὡρίζετο τοῦ τόκου, πρὶν ἢ πάλιν αὐτὸν ἡσθῆναι ταῖς ἐλπίσι ταύταις, τὰ τῶν Σοδομιτῶν πάθη, πολλὴν αὐτοῦ κατέχεεν ἀθυμίας ἀχλύν. ὅτι γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχε τὸ πρᾶγμα τὸν δίκαιον διετάραξεν, ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ καὶ τῆς ἱκετηρίας, ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἔθηκε πρὸς τὸν θεόν, πάντη που δῆλον ἐστί. ὅτε δὲ καὶ κατενεχθέντα τὸν φρικωδέστατον ἐκεῖνον εἶδεν ὑετόν, καὶ πάντα κόνιν καὶ τέφραν ἐξαίφνης γενόμενα, οὐδὲ B ἐν ἑαυτῷ λοιπὸν ἦν. εἰ γὰρ οἰκίας ὁρῶντες πόρρωθεν καιομένας ἐξιστάμεθα, καὶ καταπιπτόμεθα ὑπὸ τῆς ἀθυμίας καὶ τοῦ φόβου, τί οὐκ ἂν ἔπαθεν ἐκεῖνος πόλεις ὅλας καὶ χώρας μετὰ τῶν οἰκητόρων οὐκ ἐμπρησμῷ τῷ συνήθει, ἀλλὰ ξένῳ καὶ φοβερῷ καταχωννυμένας ὁρῶν; ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι τοῦ δικαίου τὰ πάθη τῶν ἐπαλλήλων ἐν τῇ θαλάσσῃ κυμάτων μιμεῖσθαι τὸ συνεχές; καθάπερ γὰρ ἐκεῖ, οὔπω τῶν προτέρων ἀφανισθέντων, κορυφοῦται τὰ δεύτερα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ δικαίου τούτου ζωῆς δι' ὅλου συνέβαινε. καὶ γὰρ ἔτι τῶν ἐν Σοδόμοις ἀκμαζόντων κα- C κῶν, ὁ τῶν Γεράρων βασιλεὺς τὰ αὐτὰ τῷ Φαραὼ τολμῆσαι κατὰ τῆς Σάρρας ἐπεχείρησε· καὶ πάλιν ἡ γυνὴ τὴν ἐλεεινὴν ὑπόκρισιν ὑποκρίνεσθαι ἠναγκάζετο· καὶ ἡ ὕβρις εἰς ἔργον ἐξῆλθεν ἄν, εἰ μὴ πάλιν ὁ θεὸς διεκώλυσεν. ὁμοῦ δὲ τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γυναικός, καὶ τῆς οἰκίας ἁπάσης, εὐφραινομένης ἐπὶ τῷ τοῦ παιδὸς τόκῳ, μόνος ὁ δίκαιος ἐν ἡδονῇ τοσαύτῃ λυπεῖσθαι ἠναγκάζετο καὶ ἀθυμεῖν, τὴν παλλακὴν μετὰ τοῦ παιδὸς ἐκβάλλειν ἀναγκαζόμενος. εἰ γὰρ καὶ νόθος ἦν ὁ Ἰσμαὴλ ἐκ παιδίσκης, ἀλλ' D ὅμως ἡ τῆς φύσεως τυραννίς, οὐδὲν ἀπὸ τῆς δυσαξίας ἥττων ἐγίνετο, οὐδὲ ἀσθενεστέραν ἐποίει τὴν τῶν πατρικῶν σπλάγχνων ἀνάγκην ἡ δυσγένεια τῆς μητρός· καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτῆς τῆς βίβλου ἐστὶ μαθεῖν. ὁ γὰρ στερρὸς καὶ ἀνδρεῖος ὁ τὸν μονογενῆ ταῖς οἰκείαις καταδεξάμενος σφάξαι χερσίν, οὐκ ἂν ἤλγει, ὅτε αὐτῷ ταῦτα ἐπέταττεν ἡ γυνή, καὶ οὐδ' ἂν εἶξεν, οὐδ' ἂν ἐπείσθη τῇ Σάρρᾳ, καίτοι πλείονα τότε παρρησίαν ἐχούσῃ, καὶ λεγούσῃ πρὸς αὐτόν, εἰ μὴ σφόδρα αὐτὸν ὁ τοῦ θεοῦ φόβος κατέκαμψεν. ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι τοῦ θεοῦ κελεύσαντος ἐξέπεμπε, μὴ τῆς ὀδύνης λελύσθαι νόμιζε· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον ἦν· ἀλλὰ τῆς σφο-

δρασ' ὑπ' ἀνάγκης ἦν θαύμαστον, ὅτι ὑπὸ τῆς συμπαθείας καμπτόμενος, οὐκ ἀντέλεγε τῷ θεῷ, ἀλλ' ἐξέπεμπε μὲν τὸ παιδίον μετὰ τῆς μητρὸς, οὐδὲ ὅποι πορεύσεται εἰδώς· ἐκαρτέρει δὲ καὶ ἣν εἶχεν ὀδυνώμενος· οὐδὲ γὰρ τῆς φύσεως κρείττων ἦν. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γνησίου παιδὸς ἔπαθε. μὴ γάρ τις λεγέτω, ὅτι οὐκ ἤλγει, οὐδὲ τὰ τῶν πατέρων ὑπέμεινε· μηδὲ πέρα τοῦ μέτρου δεῖξαι βουλόμενος φιλοσοφοῦντα, τὸ κεφάλαιον ἀποστερείτω τῶν ἐγκωμίων αὐτόν. εἰ γὰρ τοὺς ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἁλόντας, καὶ πολὺν χρόνον ταύτης ἀπολαύσαντας τῆς ζωῆς, καὶ ἀγνῶτας ὄντας, καὶ οὐδὲ ὀφθέντας ἡμῖν ποτὲ, τούτους ἐξαίφνης ὁρῶντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τῆς ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένους, συστελλόμεθα, καὶ ἀλγοῦμεν, πολλάκις δὲ καὶ δακρύομεν, ὁ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν γνήσιον, τὸν μονογενῆ, τὸν παρ' ἐλπίδα τεχθέντα, τὸν μετὰ χρόνον τοσοῦτον, τὸν πρὸς ἐσχάτῳ γήρᾳ· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα μείζονα αἴρει τὴν φλόγα· τοῦτον ἔτι νέον ὄντα ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ καταθῦσαι, καὶ κατακαῦσαι κελευόμενος, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔπαθε, καὶ τί τῶν ταῦτα λεγόντων καταγελαστότερον; εἰ γὰρ λίθος ἦν, εἰ γὰρ σίδηρος, εἰ γὰρ αὐτὸς ἀδάμας οὐκ ἂν ἐκάμφθη, καὶ κατεκλάσθη πρὸς τὴν ὥραν τοῦ παιδός; καὶ γὰρ ἦν αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν ῥημάτων, πρὸς τὴν εὐλάβειαν τῆς ψυχῆς. ἠρώτησε τὸν πατέρα λέγων· ἰδοὺ τὰ ξύλα καὶ τὸ πῦρ, ποῦ ἐστι τὸ πρόβατον, ἤκουσεν, ὅτι ὁ θεὸς ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν ὦ τέκνον, καὶ οὐδὲν περιειργάσατο πλέον· ἑώρα τὸν πατέρα δεσμεύοντα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀντέτεινεν· ἐπετέθη τοῖς ξύλοις, καὶ οὐκ ἀπεπήδησεν. εἶδε τὴν μάχαιραν κατ' αὐτοῦ φερομένην, καὶ οὐκ ἐταράχθη. τί ταύτης εὐλαβέστερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; ἔτι οὖν τολμήσει τις εἰπεῖν ὡς οὐδὲν ὑπὸ τούτων ἁπάντων ἔπαθεν ὁ Ἀβραάμ; εἰ γὰρ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καταθύειν ἔμελλεν· εἰ γὰρ θηρίον ἦν, ἆρα ἂν ἀναλγητὶ ταῦτα ἐποίησεν; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· μὴ τοσαύτην ὠμότητα καταγνῶμεν τοῦ δικαίου· καὶ γὰρ ἤλγει, καὶ διεκόπτετο. ὁ θεὸς, φησὶν, ὄψεται πρόβατον ἑαυτῷ εἰς ὁλοκάρπωσιν τέκνον· πόσης οἴει ταῦτα συμπαθείας εἶναι τὰ ῥήματα; ἀλλ' ὅμως κατεῖχε κάτω τὴν ὀδύνην καὶ ἐπίεζε, καὶ μετὰ τοιαύτης ἀπονίας τῆς προθυμίας ἔπραττε, μεθ' ὅσης οἱ μηδενὶ τούτων κατεχόμενοι τῶν κωλυμάτων. καταθύσας

A cùm etiam miſerationis affectu retraheretur, Deo tamen non contradixit, ſed emiſit cum filio matrem, quorſum profectura eſſet neſciens. Tolerabat autem atque ſuſtinebat mœrens: neque enim ille natura ſuperior euaſerat. Hoc autem & in legitimo paſſus eſt filio. nullus enim eum non doluiſſe dicat, neque paternis affectibus fuiſſe commotum, ne dum vltra modum illius oſtendere nititur philoſophiam, illum ſumma laudum omnium priuet. Nam ſi in flagitijs teterrimis quoſque deprehenſos, ac longiſſimo tempore vita potitos, ignotóſque, B & quos nunquam antea vidimus, cum repente conſpicimus ad mortem duci, miſericordia ac dolore conficimur, ſæpe autem etiam illachrymamur: is qui vnigenitum atque chariſſimum filium, qui præter ſpem, qui poſt tantum temporis, qui ad extremam ſenectutem natus erat, (hæc enim omnia excitant maiorem doloris flammam) hunc iam adultum ſuis manibus mactare & incendere iuſſus, nihil humanum paſſus exiſtimetur: quid iſta dicentibus ridiculoſius? Namque ſi lapis eſſet, ſi ferrum, ſi adamas denique, poſſetne non molliri, non flecti, non C frangi ad decorum amantiſſimi filij aſpectum? Erat enim ad ipſum ætatis florem iam ſapientia maturus, & animi religione perfectus. Interrogauit patrem, Ecce ligna & ignem: vbi eſt ouis? audiuit: Deus prouidebit ſibi ouem in holocauſtum fili mi: nihilque perquiſiuit amplius. Aſpiciebat patrem ſe ligantem, nec reluctabatur: impoſitus rogo non reſiliebat: videbat gladium contra ſe vibrari, neque omnino terrebatur. Quid hoc animo religioſius, quid deuotius dici aut excogitari poteſt? Audebitne ergo quiſquam adhuc dicere, nihil in huiuſ- D modi omnibus perpeſſum eſſe Abraham? Si enim inimicum, ſi hoſtem interfecturus eſſet, etiamſi bellua fuiſſet immanis, num iſta ſine dolore perpetraſſet? Non eſt ita, non eſt. Noli iuſtum virum ita crudeliter arguere, dolebat profectò atq. diſrumpebatur. Deus, inquit, prouidebit ſibi victimam in holocauſtum fili. Quanta miſeratione verba iſta plena fuiſſe arbitraris? Continebat ſe tamen, ac premebat acerrimi doloris vim: atque iſta omnia ea deuotione & alacritate patrabat, qua facerent, qui nullo iſtiuſmodi impedimento continerentur. Immolatum

Cap. IX.

De ſacrificio Iſaac.

Gen. 22. 7.

interea filium (quippe deuotione illum immolauerat) ſanum rurſus atque incolumem reſtituit matri: quem illa ſuſcipiens, antequam affatim dulci nato frueretur, exceſſit è vita: id iuſto illi maximo mœrori fuit. Etſi enim longo ſimul vixerant tempore, nihil tamen perſuadere poterat, vt eum caſum leuius ferret: imò verò hoc ipſum ampliore illum dolore conficiebat. Namque conſueuimus eos, qui plurimo nobiſcum tempore vixerunt, ſummáque virtutis ſuæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maximè omnium ac ſummo deſiderio requirere. Quódque iſta ſic ſe habeant, ipſe Patriarcha nobis indicat, qui fletu ac lamentatione ſolemni illi debitas perſoluit inferias. Quis iam reliquas curas proſequi poſſit, quas filij gratia ſuſcepit, vxorem illi ex remotioribus locis conſciſcendo, ac per omnia illius ornamentis & gloriæ proſpiciendo, quáſque pro illius fratribus neceſſariò ſubiuit, aliáque omnia: quæ qui ad amuſſim conſiderare velit atque diſcutere, longè laborioſiorem iuſti huius vitam, curiſque cumulatiorem perſpiciet, quàm eius, quem paulo ante indicauimus. Principalia namque tantum, ac magis neceſſaria ſcriptura reſtringens, reliqua nobis omnia examinanda reliquit, quæque diebus ſingulis veriſimile eſt in ea domo contingere, vbi ſeruorum eſt multitudo, vir, vxor ac filij, multarúmque rerum cura ac ſolicitudo. Ita ſanè, inquies, ſed illi ſolatium ferebat in ſingulis huiuſmodi aduerſis, quod propter Deum illa omnia patiebatur. Et te ipſum igitur illud non conſolabitur? Nullus enim profectò, niſi Deus tibi hanc inferri tentationem permiſit. Nam ſi nec porcos quidem inuadere nequiſſimi dæmones auſi fuerant, niſi priùs ille permitteret: multò minùs mortalibus cunctis rebus excellentiorem animam. Sicut igitur omnium fortis toleratio, atque in omnibus gratiarũ actio maxima cauſa præmiorum fuit: ita erit tibi, tu modò non grauiter atque indignanter feras, ſed in omnibus gratias agas clementiſſimo Deo. Nempe enim & beatus Iob ea quæ paſſus eſt, Deo permittente perpeſſus eſt: coronis tamen non ideo donatus eſt, quia paſſus fuit: verum quia contra aduerſa omnia fortis atque inuiolabilis perſtitit: admiramúrque illum omnes non quod priuatus omnibus fuerit, ſed quia inter hæc omnia non peccauerit, neq. in labijs ſuis.

Matth. 8. 31.

A τίνειν αὐτὸν, καὶ γὰρ κατέθυσε τῇ προθυμίᾳ, παραδίδωσιν ὑγιῆ καὶ σῶον τῇ μητρί· λαβοῦσα δὲ ἐκείνη πρὶν ἐμπλησθῆναι καλῶς τοῦ παιδὸς καταλύει τὸν βίον· κἀκεῖνο δὲ οὐ μικρῶς ἐλύπει τὸν Ἀβραάμ. εἰ γὰρ καὶ πολὺν αὐτῷ συνεγεγόνει χρόνον, οὐδὲν ἦν ἱκανὸν πεῖσαι ῥᾷον ἐνεγκεῖν τὴν συμφοράν. αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο πλείονα αὐτῷ παρεῖχε τὴν ἀθυμίαν· τοὺς γὰρ ἐπὶ πολὺ συνοικήσαντας, καὶ πολλὴν τὴν ἑαυτῶν καὶ φιλίας καὶ ἀρετῆς δεδωκότας πεῖραν ἡμῖν, μάλιστα πάντων ζητοῦ-

B μεν. καὶ ὅτι ταῦθ' οὕτως ἔχει, αὐτὸς ἐδήλωσεν ὁ πατριάρχης πενθήσας καὶ θρηνήσας αὐτήν· τί δ' ἄν τις λέγοι τὰς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς φροντίδας, τὰς ὑπὲρ τῆς τούτου γυναικὸς, τὰς ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τῶν τούτου, τὰ ἄλλα ἅπαντα, ἅπερ εἰ κατ' ἀκρίβειάν τις ἐξετάζειν ἐθέλοι πολὺ τοῦ νῦν διηγηθέντος ὀδυνηρότερον ὄψεται τὸν δικαίου τὸν βίον καὶ πλειόνων γέμοντα φροντίδων. τὰ γὰρ κεφαλαιωδέστερα μόνον εἰποῦσα ἡ γραφὴ, τὰ ἄλλα πάντα παρῆκεν ἐξετάζειν ἡμῖν, ὅσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν γίνεσθαι εἰκὸς ἐν οἰκίᾳ· ἔνθα οἰκετῶν πλῆθος, καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ,

C καὶ παιδία, καὶ πραγμάτων ἐπιμέλεια πολλαί. καί φησιν· ἀλλ' ἐκείνῳ μεγίστην καθ' ἕκαστον τούτων παραμυθίαν ἔφερε τῶν λυπηρῶν, τὸ διὰ τὸν θεὸν πάντα ὑπομένειν ἐκεῖνα. οὐκοῦν καὶ σὲ τοῦτο παραμυθήσεται νῦν· καὶ γὰρ σοὶ τὸν πειρασμὸν τοῦτον ὁ συγχωρήσας ἐπελθεῖν οὐδείς ἕτερός ἐστιν, ἀλλ' ἢ ὁ θεός. εἰ γὰρ χοίροις ἐπιπηδῆσαι οὐκ ἂν ἐτόλμησαν οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκεῖνοι μὴ ἐπιτρέψαντος αὐτοῦ τότε, πολλῷ μᾶλλον τῇ τιμίᾳ ψυχῇ. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος τὸ γενναίως ἅ-

D παντα φέρειν καὶ εὐχαρίστως πολὺν ἤνεγκε μισθὸν, οὕτως οἴσει καὶ σοί· μόνον ἂν μὴ δυσχεραίνῃς μηδὲ ἀγανακτῇς· ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων εὐχαριστῇς τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ· ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Ἰὼβ ἔπαθε μὲν ἅπερ ἔπαθε συγχωρήσαντος τοῦ θεοῦ, ἔφερε δὲ αὐτῷ τοὺς στεφάνους οὐ τὸ παθεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ γενναίως πρὸς ἅπαντα στῆναι τὰ δεινὰ, καὶ θαυμάζομεν αὐτὸν ἅπαντες· οὐκ ἐπειδὴ πάντων αὐτὸν ἀπεστέρησεν ὁ διάβολος, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν πᾶσι τούτοις οὐχ ἥμαρτεν, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. ἐπει-

δὴ δὲ ἐμνήσθην τοῦ Ἰὼβ, ἐβουλόμην μὲν καὶ τοὺς θρήνους αὐτοῦ τοὺς μακροὺς, καὶ τὴν παθῶν τὴν σφοδρότητα, ἐνθεῖναι τῷ λόγῳ· ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πολὺ ποιῆσαι τὸ μῆκος ἐπάνειμι πρὸς τὸν Ἰσαάκ. Σὺ δὲ εἰ βούλει μετὰ ἀκριβείας τὰ ἐκείνου μαθεῖν, τὸ βιβλίον αὐτοῦ μετὰ χεῖρας λαβὼν διάκυψον πρὸς τὴν ἄβυσσον τῆς συμφορᾶς, καὶ πολλὴν ἐν ἐκείνοις παραμυθίαν εὑρήσεις τῆς σῆς· εἰ γὰρ καὶ πολλῷ βελτίων ἡμῶν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρὸς πολλῷ μείζονα τὴν ἐνέργειαν παρετάξατο· καὶ γὰρ σφοδρότερον ἐπέθετο κατ' ἐκείνου ὁ πονηρὸς τότε. τὰ δὲ κατορθώματα οὐ τῷ μέτρῳ τῶν πειρασμῶν, ἀλλὰ τῇ τῶν παραταττομένων δυνάμει κρίνεται). ὥστε καὶ ἐλάττων ἐστὶν ὁ νῦν ἀγὼν, οὐδέν σε τοῦτο εἰς τοὺς στεφάνους παραβλάψαι δυνήσεται)· ὁ γὰρ τὰ δύο τάλαντα προσενεγκὼν, οὐκ ἔλαττον ἤνεγκε τοῦ τὰ πέντε ἐπιδείξαντος· διὰ τί; ὅτι εἰ καὶ ἡ πρόσοδος οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἡ προθυμία ἡ αὐτὴ, ὅθεν καὶ τῆς αὐτῆς ἑκάτερος ἔτυχε τιμῆς ἀκούσας· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. τί οὖν ὁ Ἰσαάκ; ἀποδημίαν μὲν οὐκ ἐστείλατο μακρὰν, καθάπερ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὴν οἰκείαν ἀφεῖναι ἠναγκάσθη γῆν, καθάπερ ἐκεῖνος· τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν κακῶν καὶ αὐτὸς ὑπέμεινε τῆς ἀπαιδίας τὸν φόβον· ὡς δὲ ἔλυσε τὸ δεινὸν εὐξάμενος, ἕτερος αὐτὸν διεδέξατο φόβος ἐκείνου μείζων. οὐδὲ γὰρ ἦν ἴσον ὑπὲρ ἀπαιδίας τρέμειν, καὶ ὑπὲρ τῆς ῥίζης αὐτῆς· οὕτω γὰρ αὕτη διεκόπτετο ταῖς ὠδῖσιν, ὡς πικροτέραν θανάτου παντὸς ὑπομένειν ζωήν· καὶ τοῦτο αὐτῆς ἄκουσον λεγούσης, εἰ οὕτω μοι μέλλει γενέσθαι, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; λιμοῦ δὲ πεῖραν ἔλαβε μὲν καὶ αὐτὸς· εἰ δὲ μὴ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὅπερ ὁ πατὴρ μικροῦ δεῖν ἔπαθεν ἐκεῖ, τοῦτο καὶ οὗτος ὑπέμεινε καὶ ἐκινδύνευσεν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ γυναικός. καὶ τὸν μὲν πατέρα μὲν ἐτίμων οἱ πρόσοικοι πάντες, τοῦτον δὲ ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἤλαυνον, καὶ τῶν οἰκείων αὐτὸν οὐκ ἠφίεσαν ἀπολαῦσαι πόνων· ἀλλ' ἐκεῖνον ἐν στενοχωρίᾳ καθιστῶντες πολλῇ, αὐτοὶ μετ' ἐξουσίας ἐν τοῖς μόχθοις ἐτρύφων τοῖς ἐκείνου. ὡς δέ ποτε καὶ τούτους ἑαυτῷ φίλους ἐκτήσατο, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοὺς παῖδας εἶδε γενομένους τοὺς αὐτοῦ, τότε δὴ τότε, ὅτε πολλὴν προσεδόκησε παραμυθίαν

A Quoniam verò de Iob mentionem fecimus, vellem quidem longa ipſius lamenta, paſſionúmque vehementiam perſequi: verùm ne in longiſſimum tendatur liber, ad Iſaac redeat oratio. Porrò ſi tu cupis illius omnia diligentius addiſcere, librum ipſum in manibus ſumens, aſpice in abyſſum altiſſimam calamitatum viri, plurimáque in conſolationem tuis caſibus inuenies. Quanto enim melior, quantóque præclarior meritis iuſtus ille eſt quam nos, tanto aduerſus eum numero & magnitudine maiori vi dimicauit, eóque vehementius contra illum

Cap. X.

Redit ad exemplum Iſaac.

B tunc nequiſſimus ille concitatus eſt. Cæterum rectè facta non tam tentationum numero & magnitudine, quam rerum virtute æſtimantur. Itaque etſi inferius ac minus iſtud certamen eſt, nihil id tuas coronas poterit minuere: nam & is qui duo talenta tulit, nihil minus retulit, quàm is qui obtulerat quinque. Cur id? Quia etſi non idem reditus, eadem tamen deuotio & alacritas fuit. Quocirca & eodem honore vterque potitus eſt, audiens: Intra in gaudium domini tui. Quid ergo Iſaac? peregrinationem quidem illam longiſſimam, ac difficillimam ſubire

Matth. 25.

C exemplo patris, terrámque ſuam derelinquere coactus non eſt: ſed planè ſupremum malorum omnium ipſe ſuſtinuit, metum ſcilicet, ne ſine liberis decederet. Poſtea verò quàm oratione ad Deum fuſa, eo metu liberatus eſt, alius continuo eum excepit timor longè illo grauior & maior. Neque enim par metus eſt coniugis pro ſterilitate, & pro radice ipſa trepidare. Sic enim partus doloribus diſrumpebatur, vt vita ipſa morte omni illi eſſet acerbior. Et hoc ipſam audias licet dicentem: Si mihi ita futurum erat, ad quid mihi viuere? Famis autem & iſte ex-

Gen. 25.

D perimentum cepit, etſi non vt pater in Ægyptum deſcedit: ſed quod ille verè in Ægypto pertulit, & iſte pati periclitabatur, vxorem ſcilicet amittere. Et patrem quidem venerabantur vicini ac finitimi omnes, hunc verò non ſecus atque inimicum & hoſtem exagitabant, neque proprijs illum laboribus perfrui ſinebant: verùm cùm illum anguſtijs vndique concluderent, licenter ipſi laboribus ipſius fruebantur. Tandem verò cùm ſibi illos amicos conquiſiuiſſet, filióſque adultos cerneret, tunc iam, tunc quando ſummam ſe conſolationem inuenturum ſperabat, optimóſq. ſenectutis ſuæ cuſtodes,

ac nutriores habiturum, in ſupremum corruit mœrorem Primùm enim maior natu filius vxorem ſibi alienigenam contra patris votum cepit, & eo ipſo quod pugnam & bellum in domum introduxiſſet, illum ſumma & incredibili vi doloris affecit. Innumeris enim iniurijs mulieres illæ ſoceros afficiebant: quæ omnia ſcriptura deuitans, vno verbo cuncta ſignauit, cum diceret: Cum Rebecca contendebant: reliquitque id dictum eis in- Gen.26.35 telligendum, qui domos habent, ac filios iam vxoratos. Illi enim maximè omnium nouerunt diligèter quantū mali ſit, quantúmq. detrimenti, ſi ſocrus oderint nurus: idque maximè tunc, cum ambæ eandē in habitent domum. Hoc autem iuge illis erat incommodum. Ad hæc illi grauior quoque moleſtia adiecta eſt, oculorum caligo ſcilicet, ac luminis priuatio: quæ cuiuſmodi ſit, illi ſoli ſciunt, qui patiuntur. Præterea ne illud leue incommodum exiſtimetur, quod dum benediceret filijs, contra quam volebat, matris aſtu & arte, minorem pro maiore benedixit. Qua in re ita indoluit, vt amarius quam is qui paſſus fuerat, clamaret, excuſarétque ignorantiam, quod non illum ſciens benedictione fraudaſſet, verum fratris arte circumuentus. Hæc autem omnia ſcenæ tragœdiam præcurrebant, fabulámque Oedipodis filios intelligit. Thebanorum adoleſcentium ſignabant. Nam & hic etiam ſenectutem, occæcationémq. patris maior natu contemnens, iuniorem fratrem deturbauit domo. Etſi enim non ille necauit, id matris impediuit ſapientia: & hic enim comminatus eſt cædem, patriſque mortem operieba- Gen.27. tur. Quòd cum mater cauta didiciſſet, patrique retuliſſet, illum protinus eius manibus eripuit, & eum quidem qui ſe venerabatur, quique ſibi ſumma beneuolentia ac pietate iungebatur, parentes fugæ committere coguntur: improbum autem, per cuius intemperantiam viuere illi niſi in amaritudine ſumma ac dolore non poterant (hoc enim ipſa Rebecca indicat) apud ſe iugiter tenebant. Igitur cum ille effugiſſet, qui ſemper in domo educatus (erat enim innocens habitans domi) atque vt plurimum cum matre domi manſerat, quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu Rebeccam iam affici neceſſe fuit, mœrore ſemper chariſſimi ac dulciſſimi filij, virúmque intuentem, & per ætatem, & per infirmitatem nihilo

A εὑρήσεις, καὶ γηροκόμους ἕξειν καλοὺς, εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐνέπεσον. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων ὁ πρεσβύτερος γυναῖκα λαβὼν, παρὰ τὸ τῷ πατρὶ δοκοῦν, τοῦτό γε σφόδρα αὐτὸν ἠνίασε, καὶ τὸ μάχην καὶ πόλεμον εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. μυρίοις γὰρ αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι περιέβαλλον αὐτοὺς κακοῖς, ἅπερ ἅπαντα εἰπεῖν παραιτουμένη ἡ γραφὴ δι' ἑνὸς ῥήματος τὸ πᾶν ᾐνίξατο εἰποῦσα· ὅτι ἤριζον τῇ Ῥεβέκκᾳ· καὶ τοῖς οἰκίας ἔχουσι καὶ παῖδας ἤδη γεγαμηκότας, καταλιμπάνω εἰδέναι τὸ λεχθέν. B ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα πάντων ἴσασιν ἀκριβῶς ὅσον ἐστὶ κακὸν ἐμφιλονείκως διακεῖσθαι τὴν τοῦ νυμφίου μητέρα καὶ τὴν νύμφην, καὶ μάλιστα ὅταν οἰκίαν οἰκῶσιν ἀμφότεραι μίαν. τοῦτο μὲν οὖν διηνεκὲς ἦν τὸ δεινόν· τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις συμβὰν, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν πήρωσις. ὅπερ ὅσον ἐστὶ κακὸν οἱ παθόντες ἴσασι μόνον· μετὰ δὲ τοῦτο, ἡ περὶ τὰς εὐλογίας ἀποτυχία τοῦ παιδὸς, ὑφ' ἧς οὕτως ἐπλήγη τὴν ψυχὴν, ὡς αὐτὸν πικρότερον ἀναβοῆσαι τοῦ τὴν ἀπάτην ὑπομείναντος, καὶ ἀπολογήσασθαι πρὸς αὐτόν. οὐ γὰρ ἑκὼν ἠδικηκέναι ἔλεγεν, ἀλλ' ἀ- C πατηθείς. τὰ δὲ ἐντεῦθεν τὴν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐδείκνυ τραγῳδίαν, καὶ τὸ δρᾶμα τῶν Θηβαίων ἀνετύπου μειρακίων. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῆς τοῦ πατρὸς ἡλικίας καὶ πηρώσεως καταφρονήσας, ὁ πρεσβύτερος ἐξέβαλε τῆς οἰκίας τὸν νεώτερον ἀδελφόν. εἰ δὲ μὴ ἀπέκτεινε καθάπερ ἐκεῖνος, ἡ τῆς μητρὸς σοφία τοῦτον διεκώλυσεν· ἠπείλησε μὲν γὰρ καὶ οὗτος τὸν φόνον, καὶ τὴν τελευτὴν ἀνέμενε τοῦ πατρός. μαθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ καὶ τῷ πατρὶ διαλεχθεῖσα ἐξήρπασεν αὐτὸν τῶν ἐκείνου χειρῶν, καὶ τὸν μὲν θεραπεύοντα αὐτοὺς D καὶ εὐνοϊκῶς διακείμενον φυγαδεύειν ἠναγκάζοντο· τὸν δὲ μοχθηρὸν καὶ ἄσωτον αὐτοῖς καθιστῶντα τὸν βίον· τοῦτο γὰρ αὐτὴ φησὶν ἡ Ῥεβέκκα· παρ' ἑαυτοῖς κατεῖχον διηνεκῶς. ἀποδράντος τοίνυν ἐκείνου τοῦ διαπαντὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας τραφέντος· ἦν γὰρ ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν· καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῆς μητρὸς οἰκουρήσαντος· πόσα μὴ ἦν εἰκὸς τὴν Ῥεβέκκαν ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν, μεμνημένην τοῦ παιδὸς διαπαντὸς, καὶ τὸν ἄνδρα ὁρῶσαν, οὐδὲν τῶν νεκρῶν ἄμεινον διακείμενον, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὴν

νόσον; πόσῳ δὲ τὸν γέροντα πένθει κατέχεσθαι μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τὰς τῆς γυναικὸς ἀναγκαζόμενον θρηνεῖν συμφοράς; ὅτε δὲ ἔμελλε τελευτᾶν ἐκείνη, τί ἄρα οὐκ εἶπε; τί δὲ οὐκ ἐφθέγξατο; ἃ καὶ λίθον τῆξαι ἱκανά, οὐχ ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεστῶτα καὶ δακρύοντα καὶ κα[illegible] ὀφθαλμούς, καὶ συλλαμβάνοντα στόμα, καὶ περιστέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιτηδευόμενον, ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ οὕτως αὐτῆς ἀποπνεούσης ὁρῶν, ὁποίαν ἐκέκτητο ψυχήν, καὶ τότε καὶ μετὰ τὴν ἐκείνης τελευτήν; τοιοῦτος ἡμῖν ὁ πολλοῖς εὐθυμότερος εἶναι δοκῶν ἀποπέφανται. τὸν δὲ τοῦ Ἰακὼβ βίον ἀρκεῖ μὲν χωρὶς ἐξετάσεως δεῖξαι αὐτὴ ἡ τοῦ Ἰακὼβ ἀπόφασις· τῷ γὰρ Φαραὼ ποτὲ διαλεγόμενος, ἔλεγε· μικραὶ καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου, καὶ οὐκ ἀφίκοντο εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου, τουτέστι καὶ βραχύτερον καὶ μοχθηρότερον ἐβίωσα βίον. χωρὶς δὲ τῆς ἀποφάσεως οὕτως εἰσὶ περιφανεῖς αἱ συμφοραὶ αὐτοῦ, ὡς μηδὲ τῶν πολλῶν τινας αὐτὰς ἀγνοεῖν. ὁ μὲν γὰρ πάππος ὁ τούτου, εἰ καὶ μακρὰν ἐστείλατο τὴν ἀποδημίαν, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ κελεύοντος, ὅπερ παραμυθίαν αὐτῷ τὴν μεγίστην ἔφερεν· οὗτος δὲ ἀδελφὸν φυγὼν ἐπιβουλεύοντα καὶ φονῶντα κατ' αὐτοῦ· κἀκεῖνος μὲν οὐδέποτε ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναγκαίων χορηγίας ὠδύρετο· οὗτος δὲ ἀγαπητὸν ἡγεῖτο καὶ εὐκτόν, τὸ ἱματίου καὶ ἄρτου εὐπορῆσαι μόνον. διασωθεὶς δὲ καὶ τῶν τῆς ὁδοιπορίας κακῶν ἀπαλλαγείς, καὶ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐλθὼν τοὺς αὐτοῦ ἠναγκάζετο δουλεύειν ἐν ἀφθονίᾳ τοσαύτῃ τραφείς· οἶσθα δὲ ὅτι πανταχοῦ μὲν ἡ δουλεία πικρόν, ὅταν δέ τις παρὰ τοῖς ὁμοτίμοις τὰ τῶν οἰκετῶν ὑπομένειν ἀναγκάζηται; καὶ ταῦτα μηδέποτε τοῦ πράγματος πεῖραν λαβών, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ τρυφῇ τὴν πρώτην ἅπασαν ἡλικίαν διαγαγών, ἀφόρητον γὰρ τὸ δεινόν· ἀλλ' ὅμως ἔφερε πάντα γενναίως, καὶ τὰς ἐν τῇ ποιμενικῇ αὐτοῦ ταλαιπωρίας ἀκούσεις διηγουμένου, καὶ λέγοντος· ἐγὼ ἀπετίννυον παρ' ἐμαυτοῦ κλέμματα ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός. ἐγινόμην συγκαιόμενος τῷ καύματι τῆς ἡμέρας καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. ταῦτά μοι εἴκοσι ἔτη. ταῦτα ἔπαθεν, ὁ

A meliore conditione, quam mortuum? Quibus item luctibus ſenem detentum putas dum communes & ſuas & vxoris clades flere cogeretur? Cùm verò illa moritura eſſet, quid nō dixit? quid non locuta eſt? Etiam lapides ipſius verba liquefacere potuiſſe puto, cum non videret prope adſtantem filium, atque illachrymantem oculóſque ſibi excæcantem, atque mœrore ſuffuſa ora contrahentem, aliáque omnia agentem, quæ parentibus morte ipſa videntur grauiora. At verò Iſaac, dum illam ita efflare animam cerneret: quo animo fuiſſe putandus eſt &

B tunc, & poſt ipſius mortem? Talis ille nobis fuiſſe oſtenſus eſt, quem multis fuiſſe feliciorem putabamus. Iam verò Iacob ipſius vita cuiuſmodi fuerit, abſque diſcuſſione aliqua ipſius verba indicant, qui cum Pharaonem alloqueretur, aiebat: Dies mei parui & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorum: hoc eſt, & breuiorem, & laborioſiorem vixi vitam. Verùm & abſque hac illius ſententia ita ſunt apertæ clades eius, vt pauci admodum ſint, qui illas neſciant. Auus nanque eius etſi longinquam peregrinationem emenſus eſt, iuſſu Dei hoc

Cap. XI.

Iacob quo pacto afflictus fuerit.

Gen. 47.

C fecit; quæ res maximo ipſi ſolatio fuit: hic autem fratrem fugiens inſidiantem, parricidiúmque meditantem, ſummos itineris labores paſſus eſt: atque ille quidem neceſſario victu, & quidem abundanti nunquam indiguit: huic verò voti res erat, indumento ac pane ſolo non indigere. Seruatus autem, atque itineris fatigationibus liber, cùm tandem ad affines ſuos perueniſſet, qui in tanta rerum copia nutritus fuerat, ſeruire cogebatur. Non ignoras autem, ſeruitutem cùm ſemper moleſta ſit, tum maximè videri moleſtiſſimam, cum quis propinquis ac

D paribus ſeruire cogitur: idque cùm eius rei nunquam periculum fecerit, ſed priorem omnem ætatem in delicijs egerit. Quod cùm intolerabile eſſe videretur, forti tamen & magno animo ferebat. Porrò quid ærumnarum in vita illa ſua paſtorali paſſus ſit, ipſum audias licet dicentem: Ego perſoluebam à meipſo furta diei, & furta noctis. Per diem vrebar æſtu, & nocte gelu, receſſitque ſomnus ab oculis meis: iſta mihi fuerunt annis viginti. Hæc ille paſſus eſt, qui vitam vixerat ſimplicem, qui ſemper fue-

Gen. 31.

rat domi. Póſtque tot labores, tot incommoda, poſt longum illud ſeruitutis tempus, fraudem illam amariſſiam pertulit, qua ſibi altera alterius loco tradita vxor eſt. Nam ſi non ſeruiſſet annis ſeptem, ſi non ea paſſus fuiſſet, quæ ſocero conqueſtus dixit: ſi non amauiſſet puellam, hoc ipſum tamen quod ſibi meliore ac formoſiore promiſſa, tradita ipſi pro illa deterior fuit: quantum putas mœroris, quid indignationis, quid doloris beato illi tunc præſtitit? Sanè ſi quis alius id paſſus eſſet, nunquam eam fraudem atque iniuriam tuliſſet: ſed omni prius affinium euerſa domo, tunc demum ſe ipſe cũ illis vnà interfeciſſet, aut alio quouis modo perdidiſſet: quoniam verò patientiſſimus, ac longanimis erat Iacob, nihil penitus huiuſmodi fecit, ſed ne initium quidem eiuſce cogitationi dedit: imò verò ſeptem annos alios iterum ſeruire iuſſus promptè obediuit, adeo mitis erat ac manſuetus. quòd ſi puellæ amor manſuetudini morum obſecundabat, rurſus mihi mœroris magnitudinem aſſeris. Conſidera enim, quæſo, quantum ille doloris paſſus ſit, cùm eius quam ita vehementer diligebat, fraudatus amplexibus, illiúſque connubia deſiderans, ſeptem rurſus annorum dilatione cruciatur, frigora & æſtus & vigilias, & detrimenta perpetua patiens. Ea tamen ipſa potitus tandem, viuénſque apud ſocerum vitam ærumnis & laboribus plenam: ſic quoque inuidiæ patuit, & ſecundam fraudem in mercedibus paſſus, vt ipſe quoque illum arguerit, dicens:

Gen.31.41 Decepiſti mercedem meam decem agnis. Vnà verò cum ſocero vxorum fratres, magis etiam aduerſus illum efferati excandeſcebant. Quod autem erat omnibus grauius, vxor illa tam dilecta, cuius gratia bis ſeptem annis ſeruire delegerat, præ moleſtia ſuffocabatur, cùm ſororem ſuam parientem cerneret: ſe verò omni pariendi ſpe deſtitutam, atque in tantam tunc amentiam ex animi mœrore deuenerat, vt criminibus & querelis agitaret virum, mortémque ſibimet conſciſcere minaretur, niſi pareret,

Gen.30.1. Da mihi, inquiens, liberos, alioqui moriar ego. Quomodo ille lætari poterat, cùm ea quam diligebat, ſic affecta eſſet, fratréſque illius ipſi inſidiarentur, omniáque molirentur, vt ille ad extremam deueniret

A τὸν ἄπλαστον βίον βεβιωκώς, ὁ οἰκίαν οἰκήσας διαπαντός, καὶ μετὰ τοὺς τοσούτους μόχθους, καὶ τὰς ζημίας, καὶ τὸν πολὺν χρόνον ἐκεῖνον τὴν πικρὰν ἀπάτην ὑπέμεινε τὴν ἐπὶ τῇ γυναικί. εἰ γὰρ μὴ δεδουλεύκει τὰ ἑπτὰ ἔτη, εἰ γὰρ μηδὲν ὧν ἀπωδύρετο πρὸς τὸν κηδεστὴν ἔπαθεν· εἰ γὰρ μὴ ἤρα τῆς παιδός, αὐτὸ μέντοι τὸ κατεπαγγελθεῖσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἀμείνω, δοθῆναι δὲ τὴν φαυλοτέραν ἀντ' ἐκείνης πόσην ἀθυμίαν, πόσον θόρυβον, πόσην ἐπήρειαν παρέσχε τῷ μακαρίῳ τότε ἐκείνῳ; ἄλλος μὲν οὖν εἴ τις ἦν, οὐκ ἂν B ῥᾳδίως τὴν ἐπήρειαν ἤνεγκεν, ἀλλὰ πᾶσαν τῶν κηδεστῶν ἀνέτρεψεν ἂν τὴν οἰκίαν συσφάξας ἑαυτὸν ἐκείνοις, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ συνδιαφθείρας τρόπῳ. ἐπειδὴ δὲ ἀνεξίκακος καὶ μακρόθυμος ἦν ὁ Ἰακώβ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐβουλεύσατο τὴν ἀρχήν. κελευσθεὶς δὲ ἕτερα ἑπτὰ ἔτη δουλεῦσαι πάλιν, ὑπήκουσεν ἑτοίμως· οὕτως ἦν πρᾶος καὶ ἐπιεικής· εἰ δὲ ὁ τῆς κόρης ἔρως συναντελαμβάνετο τῇ τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ, πάλιν μοι τῆς ἀθυμίας λέγεις τὴν ὑπερβολήν. ἐννόησον γὰρ ὅσην ὀδύνην ὑπέμεινεν, ὅτι τῆς οὕτως ἀγαπωμένης ἀπεστερεῖτο, καὶ C προσδοκῶν αὐτὴν ἔνδον ἔχειν, εἰς ἑπτὰ ἐτῶν πάλιν ἀναβολὴν ἐξεκρούετο, καὶ τοὺς κρυμοὺς καὶ τὰ θάλπη, καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς ζημίας τὰς συνεχεῖς· λαβὼν δὲ καὶ ταύτην ὕστερον καὶ ζῶν παρὰ τῷ κηδεστῇ βίον ταλαίπωρον, καὶ ἐπίμοχθον, ἐφθονεῖτο καὶ οὕτως καὶ δευτέραν ἀπάτην ὑπέμεινεν ἐπὶ τοῖς μισθοῖς, ὡς καὶ αὐτὸς αὐτὸν διήλεγξε λέγων· ὅτι παρελογίσω με δέκα ἀμνάσι. μετὰ δὲ τοῦ κηδεστοῦ καὶ οἱ τῆς γυναικὸς ἀδελφοὶ τοῦ κηδεστοῦ μᾶλλον ἐξεθηριώθησαν πρὸς αὐτόν. τὸ δὲ πάντων χαλεπώ- D τερον ἦν ἡ ἐρωμένη δι' ἣν ἔτη δὶς ἑπτὰ δουλεῦσαι εἵλετο, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἀπεπνίγετο, τὴν μὲν ἀδελφὴν τίκτουσαν ὁρῶσα, αὐτὴν δὲ οὐδὲ ἐλπίδα τοῦ πράγματος ἔχουσαν, καὶ εἰς τοσαύτην ἔκστασιν ὑπὸ ἀθυμίας ἐξηνέχθη τότε, ὡς ἐγκαλεῖν καὶ μέμφεσθαι τῷ ἀνδρὶ καὶ θάνατον ἀπειλεῖν καθ' ἑαυτῆς, εἰ μὴ τέκοι. δός γάρ μοι τέκνα φησίν. εἰ δὲ μή, τελευτήσω ἐγώ. πῶς τοίνυν εὐφρᾶναι αὐτὸν δυνατὸν ἦν, τῆς μὲν οὕτω ποθουμένης τοιαῦτα ὀδυρομένης, τῶν δὲ ταύτης ἀδελφῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ καὶ πάντα πραττόντων, ὅπως εἰς τὴν ἐσχάτην ἔλθῃ.

ἔλθῃ πενίαν; εἰ δὲ τὰ χωρὶς ἱδρώτων ἐπιδιδόμενα ταῖς γυναιξὶν, ὅταν ἀφαιρῆται, πολλὴν φέρει τὴν ἀθυμίαν, ὁ κινδυνεύων ὑπὲρ τῶν πόνοις κτηθέντων οἰκείοις, πῶς ἂν ῥᾳδίως τούτων ἤνεγκε τὴν ζημίαν; αἰσθόμενος τοίνυν ὅτι δι' ὑποψίας εἶχον αὐτὸν καὶ ὑπεβλέποντο, λαθὼν ἀνεχώρησεν ὡς φυγὰς, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; καὶ γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας καὶ ἐκ τῆς ἀλλοτρίας μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἀποδημήσας, εἰς τὰ αὐτὰ πάλιν ἐμπίπτειν βάραθρα ἠναγκάζετο. τὸν μὲν γὰρ ἀδελφὸν φυγὼν ἦλθε πρὸς τὸν κηδεστὴν, ὑπὸ δὲ τούτου πάλιν ἐλαυνόμενος εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐμπίπτειν ἐβιάζετο· καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ὑπέμενεν, ὃ περὶ τῆς ἡμέρας κυρίου φησὶν ὁ Ἀμώς· ὃν τρόπον ἐὰν τις ἐκφύγῃ ἀπὸ προσώπου λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπερείσῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. τί δεῖ λέγειν τὸν τρόμον ὃν ὑπέστη καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Λάβαν, τὰς θλίψεις, τὰς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν θρεμμάτων τοσούτων, καὶ παίδων ἀκολουθούντων αὐτῷ; ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀδελφικὴν ὄψιν ὁρᾶν ἔμελλεν, οὐ ταὐτὸ ἔπασχε τοῖς ὁρῶσι τὴν παρὰ τοῖς ποιηταῖς πλαττομένην ὑπ' ἐκείνων Γοργόνος κεφαλήν; οὐχ ὡς τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπιὼν, οὕτως ἅπαντα διετέλει; ἄκουσον τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, καὶ μάθε τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ φλόγα τῇ ψυχῇ· ἐξελοῦ με φησὶν ὁ θεὸς, ἐκ τῶν χειρῶν Ἠσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ αὐτὸν, μήποτε ἐλθὼν πατάξῃ με, καὶ μητέρα ἐπὶ τέκνοις. σὺ δέ μοι εἶπας, εὖ σε ποιήσω, πόσην οὐκ ἂν εὐφροσύνην ἐξέβαλεν οὗτος ὁ φόβος, εἰ καὶ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν εὐθυμίᾳ διατετελεκὼς ἦν; νυνὶ δὲ ἅπας ὁ βίος αὐτῷ καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τὰς εὐλογίας μέλλων λαμβάνειν, παραποτεθνήκει τῷ δέει, διὰ συμφορῶν ἐπλέκετο καὶ ἐπιβουλῶν. τοσοῦτον γὰρ αὐτὸν δέος τότε κατεῖχεν, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν συντυχίαν καίτοι γε χρηστῶς καὶ φιλαδέλφως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ ἀδελφοῦ θαρρῆσαι καὶ ἀποθέσθαι τὴν ἀγωνίαν. παρακαλοῦντος γοῦν ἐκείνου συναπελθεῖν, καθάπερ θηρίου τινὸς ἀπαλλάττεσθαι μέλλων οὕτως ἠξίου καὶ ἐσοφίζετο τὴν ἀναχώρησιν λέγων· ὁ κύριός μου γινώσκει ὅτι τὰ παιδία ἁπαλώτερα, καὶ τὰ πρόβατα καὶ αἱ βόες λοχεύονται ἐπ' ἐμέ· καὶ ἐὰν οὖν καταδιώξω αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, ἀποθανοῦνται πάντα τὰ κτήνη.

A inopiam? Nam ſi ea, quæ ſine ſudore dotis nomine traduntur vxoribus, cum quis tulerit, maximo mœrore afficimur: is qui periclitabatur ea quæ ſummis laboribus quæſierat amittere, quo animo ferre ea detrimenta poterat? Cùm igitur haud obſcurè ſuſpectus eſſet, eóſque ſe intuentes cerneret, clam fugam iniens diſceſſit. Quo quid dici miſerabilius poſſit? Nam & ex paterna domo & ex aliena, cum metu ac periculis migrans, in eadem prærupta rurſus cogebatur incidere. Quippe fratrem fugiens, ſe ad ſocerum contulerat, à quo iterum exagitatus, ad fratrem B redire cogebatur, propheticum illud paſſus, quod de die domini dicit Amos, Amos 5. 19 Velut ſi quis fugiat à facie leonis, & occurrat ei vrſus, ingreſſúſque in domum ſuam, & parieti manus applicans, mordeatur à colubro. Quis autem eum tremorem enarrare poſſit, quem perpeſſus eſt comprehenſus à Laban, itinerísque anguſtias, cum ſe tam numeroſum pecus filiíque ſui ſequerentur? Cæterum cùm fratris faciem eſſet inſpecturus, nónne idem paſſus eſt, quod apud poëtas, qui fictum caput Gorgonis vident? Nonne ita per omnia affectus erat, vt hi qui ad C mortem ducũtur? Audi ſanè illius verba, Gen. 32. 11. atque ex eis inſitam illius animo timoris flammam addiſce. Deus erue me, inquit, de manu Eſaü fratris mei, quia valdè eum timeo, ne fortè ſuperueniens interficiat me, ac matrem cum filijs. Tu autem mihi dixiſti, quòd bene mihi faceres. Quam non lætitiam hic metus excluſiſſet, etiam ſi priori omni tempore tranquilliſſimè vixiſſet? At nunc omnis illi vita, ex qua die benedictionem accepturus, metu penè fuerat mortuus, per calamitates varias inſidiáſque texebatur. Tantus denique tunc illum timor inuaſerat, vt poſt conD greſſum fratris, quantumlibet ille præter ſpem benignè & humaniter eo vſus eſſet, confidere ne ſic quidem poſſet, anxietatémque deponere. Denique cum obſecraret ille, vt ſecum ſe ire permitteret, non ſecus quam à fera aliqua liberari cupiens, vt recederet orabat, dicens: Noſti domine, quia infantes teneriores ſunt, ouéſque Gen. 33. 13. & boues mecum fœtæ, ſi ergo vrgeam eas diem vnum, morientur cuncti greges.

A Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum, & ego inualeſcam in via ſecundum tarditaté profectionis, quæ coram me, & iuxta pedes paruulorum meorum, donec veniam ad dominum meum in Seir, reſpiránſque ex illis periculis modicum, in alium longè maximum timorem incidit.

Dina filiæ raptus.

Cap. XII. Rapta quippe illius filia, primum quidem puellæ iniurias & contumeliam ægrè ferebat: ſed cùm id facinus leniſſet, quod eam regis filius ducturum ſe vxorem pollicerettur, eámque ſententiam laudaſſet Iacob, fœdera violauit Leui fratribus adiunctis, ciuéſque viritim ad vnum iugulantes, in id tremoris patrem induxerunt, B vt inde protinus migrarent, eò quòd omnes aduerſum ſe bellaturos timeret. Dixit enim (ait ſcriptura) Iacob ad Simeonem & Leui: Odioſum me feciſtis, vt iniquus ſim omnibus habitantibus terram Chananæiſque, & Pherezæis. Ego autem ſum minimus numero, congregatique contra me ſimul obiurgabunt me, delebórque ego, & domus mea. Quippe omnes illos vnà finitimi necaſſent, niſi illorum indignationem, Dei clementia continuiſſet, finémque cladibus impoſuiſſet. Factus eſt, inquit, timor Dei ſuper omnes per C circuitum ciuitates, neque perſecuti ſunt poſt filios Iſraël. Quid ergo cum hoc metu liberatus eſſet? Num tandem vel parùm reſpirauit? imò verò tunc ſupremus eum malorum omnium vertex inuaſit, mors ſcilicet amantiſſimæ coniugis & immatura ſimul & violenta. Peperit enim, inquit, Rachel, parturiénſque la-

Gen. 35. 18. borabat. Factum eſt autem cum parturiens periclitaretur, dixit illi obſtetrix: Confide, & hic enim tibi filius eſt. Et cùm efflaret animam (moriebatur enim) vocauit nomen eius, Filius doloris mei. D Cúmque luctus adhuc recens eſſet, adiecit mœrori Ruben, patris thorum contumelioſè impetens. Quod ille tam grauiter tulit, vt moriens quoque mala imprecaretur filio, tum ſcilicet, quando filijs parentes miſericordiùs affici conſueuerunt, idque cum ille primogenitus eſſet omnium, quod etiam affectus nomine non parùm valet. Sed tamen hæc omnia vis mœroris excluſit, vocánſque illum

Gen. 49. 3. dixit: Ruben primogenitus meus fortitudo mea, & initium filiorum meorum,

quàm diſſimulare illam hoc paſſam, & non vlciſci. Sed quouſque tandem & nos fœde agimus, illorum omnia enarrantes? Non vtique hoc propoſuimus: nam ſi omnia tractare velimus, multa & longa nobis oratione opus eſſet: imò ſi maxime prolixus eſſe vellem, non poſſent omnia dici: quādoquidem dum ex multis pauca colligimus, etiam ſic prolixi ſumus: ſed non ad hoc venimus, verum inuiti ad illorū memoriam rapti ſumus, vt cordati auditores parumper admonerentur: quod reliquum eſt operæprecium videtur, vt obſecrationem & precationem adhibeamus. Oro igitur & ſupplico, & ante genua veſtra me prouoluo, & omnibus preces affero, perſuademini, & ab hac emergamus ebrietate: ſimus noſtri ipſorum compotes, &

1. Cor. 7. agnoſcamus honorē, quem dedit nobis Deus. Et Paulum clamātem audiamus: Ne ſitis ſerui hominum: & deſinamus, vt ſeruiamus mulierib. ad communem omnium noſtrorum perniciem. Milites nos eſſe Chriſtus vult ſtrenuos & athletas. Non propter hoc nos armauit armis ſpiritualibus, vt puellarum triobolariū miniſteria ſuſcipiamus, vt circa lanas & ſtamina, & alia miniſteria verſemur, vt aſſideamus mulierculis nentibus & texentibus, vt totum diem conſumamus, verbiſq. & moribus muliebrib. animas imbuamus: ſed vt configamus inuiſibiles virtutes, quæ nobis aduerſantur: vt diabolum percutiamus, qui contra nos militat, vt abigamus feroces dæmonum phalanges, vt ſubuertamus eorum propugnacula, vt poteſtates & mundi dominos, rectores harum tenebrarum ligatos in ſeruitutem duca-

Ephes. 6. 14. mus, vt ſpiritualia malitiæ fugemus, vt ignem ſpiremus, vt ad quotidianas mortes parati ſimus. Propter hoc induit nos thorace iuſtitiæ, propter hoc cinxit nos zona veritatis, propter hoc impoſuit galeam ſalutis, propter hoc pedes noſtros calceauit præparatione euangelij pacis, & tradidit gladium ſpiritus, propter hoc ignem accendit noſtris animabus. Si igitur militem aliquem poſtquam induerit galeam, ocreas thoracem, poſtquam acceperit ſcutum, gladium, lanceam, tela, ſagittas,

A ἢ τοῦτο παθοῦσαν ἐκείνην περιιδεῖν. ἀλλὰ μέχρι τίνος καὶ ὑμεῖς ἀσχημονοῦμεν τὰ ἐκείνων διηγούμενοι πάντα; οὐ γὰρ δὴ τοῦτο προειλόμεθα, ἐπεὶ πολλῶν ἂν καὶ μακρῶν ἡμῖν ἐδέησε λόγων πάντα διεξιοῦσι, μᾶλλον δὲ πάντα μὲν οὐδὲ βουλομένοις δυνατὸν εἰπεῖν· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν συνθέντες, καὶ οὕτως ἱκανὸν ἦν ἐργάσασθαι τὸ μῆκος· ἀλλ᾽ οὐκ εἰς τοῦτο ἥκομεν, ἀλλὰ τούτων ἄκοντες ἐμνημονεύσαμεν, ὥστε μικρὸν ἐπιστῆσαι τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀκροωμένων· λοιπὸν δὲ παρα-

B καλεῖν χρὴ, καὶ ἱκετεύειν. δέομαι δὴ καὶ ἀντιβολῶ, καὶ τῶν γονάτων προσκυλινδοῦμαι τῶν ὑμετέρων, καὶ πᾶσαν ἱκετηρίαν τίθημι, πείσθητε, καὶ ἀνενέγκωμεν ἀπὸ ταύτης τῆς μέθης, καὶ ἑαυτῶν γενώμεθα, καὶ τὴν τιμὴν ἐπιγνῶμεν, ἣν δέδωκεν ὁ θεὸς ἡμῖν. καὶ τοῦ Παύλου βοῶντος ἀκούσωμεν· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων, καὶ παυσώμεθα γυναιξὶ δουλεύοντες, ἐπὶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν ὀλέθρῳ. στρατιώτας ἡμᾶς ὁ Χριστὸς εἶναι βούλεται γενναίους, καὶ ἀθλητάς· οὐ διὰ τοῦτο ἡμᾶς ὥπλισεν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῖς πνευματι-

C κοῖς, ἵνα κορασίων τριωβολιμαίων ἀναδεξώμεθα ὑπηρεσίαν, ἵνα περὶ ἔρια καὶ ἱστοὺς, καὶ τὰς τοιαύτας στρεφώμεθα διακονίας· ἵνα νηθούσαις, καὶ ὑφαινούσαις παρακαθώμεθα γυναιξίν· ἵνα διατελῶμεν πᾶσαν ἡμέραν, καὶ ἤθη καὶ ῥήματα γυναικεῖα εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐναποματτόμενοι ψυχήν· ἀλλ᾽ ἵνα βάλλωμεν τὰς ἀοράτους δυνάμεις, τὰς ἀντικειμένας ἡμῖν· ἵνα πλήττωμεν τὸν στρατηγοῦντα αὐταῖς διάβολον· ἵνα ἐλαύνωμεν τὰς ἀγρίας τῶν δαιμόνων φάλαγγας· ἵνα κατασκάπτωμεν τὰ ὀχυρώματα·

D ἵνα τὰς ἐξουσίας τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους δήσαντες αἰχμαλώτους ἀγάγωμεν· ἵνα τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας φυγαδεύσωμεν· ἵνα πῦρ πνέωμεν· ἵνα πρὸς καθημερινοὺς θανάτους ἕτοιμοι ὦμεν, καὶ παρεσκευασμένοι. διὰ τοῦτο ἐνέδυσεν ἡμᾶς τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης· διὰ τοῦτο ἔζωσε τῇ ζώνῃ τῆς ἀληθείας· διὰ τοῦτο περιέθηκε τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου· διὰ τοῦτο ὑπέδησε τοὺς πόδας ἡμῶν τῇ ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, καὶ τὴν μάχαιραν ἐνεχείρισε τοῦ πνεύματος· διὰ τοῦτο πῦρ ἀφῆκεν εἰς τὰς ἡμετέρας ψυχάς. εἴ τινα οὖν, εἰπέ μοι, τῶν στρατιωτῶν μετὰ τὸ περιθέσθαι τὸ κράνος, τὰς κνημῖδας, τὸν θώρακα, μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ ξίφος, τὸ δόρυ, τὴν ἀσπίδα, τὰ τόξα, τὰ βέλη,

τὴν φαρέτραν, τῆς σάλπιγγος λαμπρὸν ἠχούσης, καὶ πάντας ἔξω καλούσης, τῶν τε πολεμίων σφοδρῶς πνεόντων, καὶ τὴν πόλιν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι ἐσπουδασμένων· εἶδες οὐκ ἐπὶ τὴν παράταξιν ἔξω τρέχοντα, ἀλλ᾽ εἰς οἰκίαν εἰσιόντα, καὶ γυναικὶ παρακαθήμενον μετὰ τῶν ὅπλων ἐκείνων. ἆρ᾽ οὐκ ἂν εἵλου ἐξελὼν μέσον τὸ ξίφος διήλασας, μηδὲ λόγου μεταδούς; εἰ δὲ σὺ τοσαύτης ἂν ἐπλήσθης ὀργῆς, πῶς οἴει τὸν θεὸν ἐπὶ τοῖς πολὺ τούτων ἀτοπωτέροις διακεῖσθαι; τοσούτῳ γὰρ αἰσχρότερα ταῦτα ἐκείνων, καὶ ἀτοπώτερα, ὅσῳ καὶ ὁ πόλεμος χαλεπώτερος, καὶ οἱ πολέμιοι σφοδρότεροι, καὶ τὰ ἔπαθλα, περὶ ὧν ὁ πόλεμος, μείζω, καὶ πάντα, ἁπλῶς τοσοῦτον ἐξήλλακται, ὅσον ἀληθείας, καὶ σκιᾶς τὸ μέσον. μὴ δὴ καταμαλάττωμεν ἡμῶν τὴν ἰσχύν· μηδὲ ἐκκόπτωμεν τὰ νεῦρα ταῖς ὁμιλίαις ταύταις. καὶ γὰρ ἄφατος, καὶ πολλὴ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐντεῦθεν εἰσρεῖ κακία. τί γὰρ εἰ καὶ μὴ αἰσθανόμεθα τῇ φιλίᾳ μεθύοντες; τοῦτο γὰρ αὐτὸ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι οὐδὲ ἴσμεν, ὅπως ἐκνευριζόμεθα, καὶ κηροῦ πάντες γινόμεθα μαλακώτεροι. καθάπερ γάρ τις λέοντα γαῦρον, καὶ βλοσυρὸν λαβών, εἶτα ἀποκείρας μὲν τὴν χαίτην, ἀνελὼν δὲ τοὺς ὀδόντας, καὶ περιελὼν τοὺς ὄνυχας, αἰσχρὸν ποιεῖ, καὶ καταγέλαστον, καὶ παιδίοις εὐκαταγώνιστον, τὸν φοβερόν, καὶ ἀφόρητον, καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ βρυχήματος πάντα σείοντα· οὕτω δὴ καὶ αὗται, πάντας ὅσους ἂν λάβωσιν, εὐχειρώτους τῷ διαβόλῳ ποιοῦσι, μαλακωτέρους, θερμοτέρους, ἀναισχύντους, ἀνοήτους, ἀκροχόλους, θρασεῖς, ἀχρείους, ταπεινούς, ἀγεννεῖς, ἀπηνεῖς, δουλοπρεπεῖς, ἀνελευθέρους, ἰταμούς, φλυάρους, καὶ ἁπλῶς, πάντα τὰ γυναικεῖα ἤθη τὰ διεφθαρμένα φέρουσαι, εἰς τὰς τούτων ἐναπομάττονται ψυχάς. Καὶ γὰρ ἀμήχανον τὸν γυναιξὶ συνοικοῦντα μετὰ συμπαθείας τοσαύτης, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐνστρεφόμενον ὁμιλίαις, μὴ ἀγύρτην τινὰ εἶναι, καὶ ἀγοραῖον, καὶ συρφετώδη· κἂν γὰρ φθέγγηταί τι, πάντα ἀπὸ τῶν ἱστῶν, καὶ τῶν ἐρίων φθέγγεται, τῆς γλώττης αὐτοῦ τῇ ποιότητι τῶν γυναικείων ἀναχρωσθείσης ῥημάτων. κἂν ποιῇ τι μετὰ πολλῆς τοῦτο ἐργάζεται δουλοπρεπείας· πόῤῥω τῆς Χριστιανοῖς πρεπούσης ἐλευθερίας ἑαυτὸν ἀποικίσας, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν μεγάλων κατορθωμάτων γινόμενος χρήσιμος. καὶ γὰρ, εἰ πρὸς τὰ βιωτικὰ, καὶ πολιτικὰ πράγματα ἄχρηστος ὁ τοιοῦτος, πολλῷ μᾶλλον πρὸς

A pharetram, tuba iam clarum ſonante, & omnes euocante, hoſtibus magno impetu ſæuientibus, & ciuitatem à fundamentis euertere molientibus, videres non in agmen foras currere, ſed in domum ingredi, & mulieri aſſidere cum armis: an non, ſi modo liceret, gladio medium transfoderes, ne ſermone quidem eum dignatus? At ſi tu tanta ira impletus es, quomodo putas Deum in multo turpioribus erga nos affici? Tanto enim turpiora & abſurdiora ſunt hæc quàm illa, quanto & grauius bellum, & hoſtes truculentiores, & præmia pro B quibus bellatur, maiora, & in ſumma, omnia tantum tranſcendunt, quantum vmbram veritas. Itaque ne effœminemus robur noſtrum, ne ſuccidamus neruos noſtros iſtis cohabitationibus. Etenim multam & immenſam animabus noſtris inſtillant malitiam. Quid enim, etiam ſi non ſentiamus amore ebrij? Iſtuc enim ipſum omnium eſt longe grauiſſimum, quòd neſcimus quomodo eneruemur, ceráque omni molliores reddamur. Nam ſicut ſi quis leonem ſuperbum & toruè intuentem arripiat, & iubas abradat, dentes excutiat, vngues C amputet, turpémque faciat & ridiculum, & terribilem illum & intolerabilem, & rugitu ſolo omnia concutiētem, facile iam à puero ſuperabilem: Ita & hos omnes quos capiunt, ſuperatu faciles reddunt diabolo, molliores, concitatiores, impudentes, inconſiderantes, iracundos, audaces, importunos, humiles, abiectos, ſeruiles, illiberales, ſordidos, nugaces, & in ſumma, omnino corruptos mulierum mores in animam illorum immittunt & inferunt.

Etenim fieri non poteſt mulieri co- CAP. XI. habitantem cum tanta compaſſione, & D illarum conuerſationibus emollitū, non eſſe ſordidum quendam, & forenſem mendicum: & ſi quid loquitur, de ſtaminibus & lanis loquitur, lingua eius qualitate muliebrium verborum infecta: & ſi quid facit, hoc magna ſeruilitate operatur, & ſeipſum procul à Chriſtiana libertate ſeiungit, & ad nihil eximium, aut præclarum vtilis. Nam cum ad ſeculares & ciuiles res hominum inutilis ſit & nullius frugis, multo magis ad

magnitudinem rerum ſpiritualium, quę tanto generoſiores vires requirunt, vt ne attingi quidem poſſint, niſi ab his qui ad eas tranſituri angeli ex hominibus fiant: non ipſi autem ſolum tanto malo afficiuntur, ſed & illis morum peſſimorum authores fiunt. Nam quemadmodum illi qui iſtis impendio placere volunt, officij ſui rationem negligũt, ita ipſæ propter illos à via ſibi cõuenienti aberrant, malam & pernicioſam inuicem exhibentes retributionem. Etenim ſe ornant curioſius, delicatiorum veſtium & inceſſus multam curam habent, & quæ non licet tota die nugantur: quandoquidem vident multos his incõpoſitis moribus & verbis oblectari, omnia ſtudioſè ſectantur, per quę ipſos in ſeruitute cõtineant. Iã ſi voluerimus pauliſper reſipiſcere, & noſtri ipſorum eſſe, & illos lucrabimur, & noſipſos & alios omnes: & ſicut nunc perditionis multorum rei facti ſumus: ſic & à multorum ſalute mercedem accipiemus: & quibus nunc potimur turpiter, illis fruemur magno cum honore. Cur enim vis honorari à mulieribus, dic mihi? Maxime indignum hoc eſt viro ſpirituali, amare talem honorem. Veruntamen & ſic aderit, quãdo non quæremus ipſum. Solet enim homo deſpicere eos, qui ſe colunt, & in admiratione habere eos, qui non adulantur: cui rei muliebris natura magis obnoxia eſt. Nam ſi illis quis adulεtur, intolerabilis eſt: admirantur autem multo maxime eos, qui cedere neſciunt, nec ſuccumbunt intempeſtiuis ſuis concupiſcentijs: & huius vos mihi teſtes eritis. Nunc enim non ſolum externæ, ſed & ipſæ quoque vos irrident: etſi non manifeſte, certe tamen in conſcientia, gloriantúrque hac dura tyrannide, tunc autem omnino vos admirabuntur, & veſtram obſtupeſcẽt libertatem. Quod ſi noſtris ſermonibus non creditis, illas ipſas interrogate, vtros magis laudent & approbent, an eos qui ſeruiunt, an qui dominantur: ſubiectos, & qui omnia faciunt & patiuntur in ipſarum gratiam, vel qui nihil horum ferunt, & prauis earum parere mandatis erubeſcunt. Et ſi volent dicere verum, omnino illos reſpondebunt: imò neque reſponſo

A ὃ τὸ πνευματικὸν μέγεθος, ἃ τοσούτῳ δεῖ γενναιοτέρων ἀνδρῶν, ὡς μηδὲ ἄλλως αὐτῶν δύνασθαι τοὺς μέλλοντας αὐτὰ μετιέναι, εἰ μὴ ἄγγελοι γένωνται ἐξ ἀνθρώπων· οὐκ αὐτοὶ δὲ μόνοι κακίαν ὑποδέχονται τοσαύτην, ἀλλὰ καὶ ἐκείναις τῆς τῶν διεφθαρμένων αἴτιοι γίνονται. καθάπερ γὰρ οὗτοι σφόδρα αὐταῖς ἀρέσκειν βουλόμενοι τῆς ἁρμοττούσης πολιτείας ἐκβαίνουσιν, οὕτω καὶ αὗται τῆς προσηκούσης αὐταῖς ὁδοῦ δι' ἐκείνους ἐκπίπτουσι, τὴν πονηρὰν αὐτοῖς καὶ ὀλεθρίαν παρέχουσαι ταύτην ἀντίδοσιν. καὶ γὰρ καὶ καλλωπίζονται περιεργότερον, καὶ σχήματα καὶ βαδίσματα τεθρυμμένα B πολλὴν ποιοῦνται πρόνοιαν, καὶ τὰ μὴ προσήκοντα διὰ πάσης φλυαροῦσιν ἡμέρας· ἐπεὶ γὰρ ὁρῶσι τερπομένους τοῖς ἀκολάστοις τούτοις ἤθεσι καὶ ῥήμασι, πάντα ἐπιτηδεύουσι, δι' ὧν κατέχειν αὐτοὺς αἰχμαλώτους δυνήσονται. ἀλλ' ἂν θελήσωμεν μικρὸν ἀνενεγκόντες ἡμῶν αὐτῶν γενέσθαι, ἐκείνας τε κερδανοῦμεν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας· καὶ ὥσπερ νῦν τῆς τῶν πολλῶν ἀπωλείας καθέσταμεν ὑπεύθυνοι, οὕτω τότε τῆς πάντων σωτηρίας ἀποληψόμεθα τὸν μισθόν, καὶ ὧν ἀπολαύομεν νῦν αἰσχρῶς, τότε μετὰ C πολλῆς ἀπολαυσόμεθα τῆς τιμῆς. τί γὰρ, εἰπέ μοι, βούλει τιμᾶσθαι παρὰ γυναικῶν; μάλιστα μὲν ἀνάξιον τοῦτο ἀνδρὸς πνευματικοῦ, τὸ τιμῆς τοιαύτης ἐρᾷν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τότε παρέσται, ὅταν μὴ ζητῶμεν αὐτό· πέφυκε γὰρ ἄνθρωπος τῶν μὲν θεραπευόντων ὑπερορᾷν, τοὺς δὲ μὴ κολακεύοντας θαυμάζειν· ὃ δὲ πάθος τοῦτο πλέον ἡ γυναικεία φύσις ὑπομένειν εἴωθεν. ἀφόρητός τε γάρ ἐστι κολακευομένη, θαυμάζεται δὲ μάλιστα πάντων τοὺς οὐκ ἀνεχομένους εἴκειν, καὶ ὑποκύπτειν ταῖς ἀκαίροις αὐτῆς ἐπιθυμίαις· καὶ τοῦτο D ὑμεῖς μοι μαρτυρήσετε. νῦν μὲν γὰρ οὐχ οἱ ἔξωθεν μόνον ἀλλὰ καὶ αὐταὶ καταγελῶσιν ὑμῶν αἱ συνοικοῦσαι· εἰ καὶ μὴ φανερῶς, ἀλλ' ἐν συνειδότι, καὶ ἐγκαλλωπίζονται τῇ χαλεπῇ ταύτῃ τυραννίδι· τότε δὲ θαυμάσονται πάντας ὑμᾶς, καὶ ἐκπλαγήσονται τὴν ἐλευθερίαν ὑμῶν. εἰ δὲ ἀπιστεῖτε τοῖς ἡμετέροις λόγοις, αὐτὰς ἔρεσθε ἐκείνας, τίνας μᾶλλον ἐπαινοῦσι, καὶ ἀποδέχονται, τοὺς δουλεύοντας, ἢ τοὺς κρατοῦντας αὐτῶν· τοὺς ὑποκειμένους, καὶ πάντα ποιοῦντας, καὶ πάσχοντας διὰ τὴν εἰς ἐκείνας χάριν, ἢ τοὺς οὐδὲ τούτων ἀνεχομένους, ἀλλὰ ἐπιτιμωμένους αὐτῶν τοῖς πονηροῖς ἐπιτάγμασι. κἂν ἐθελήσωσιν εἰπεῖν τἀληθὲς, πάντως ἐκείνους ἐροῦσι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποκρίσεως

χρεία, τῶν πραγμάτων τούτων βοώντων, ἀλλ' ἡδονῆς ἕνεκεν ὁ συνοικῶν πλεονεκτεῖ, τοὺς ὀφθαλμοὺς βόσκων ταῖς τῶν παρθένων ὄψεσι. μάλιστα μὲν εἰ καὶ τοῦτο οὕτως εἶχε, δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο φυγεῖν ἐχρῆν· νῦν δὲ ὑμῖν ἱκανῶς ἀποδέδεικται, ὅτι οὐχ ἡδὺ τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὸ μὴ ταύτης ἀπολαύειν τῆς θεωρίας· σὺ δέ μοι πρόσθες καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος εὐφροσύνην. οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς οὕτως εὐφραίνειν εἴωθεν, ὡς συνειδὸς χρηστόν, καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί. ἀλλ' ἀναπαύσεως ἕνεκεν τοῦτο ἐπιζητεῖς; ἀλλ' ἀποδέδεικται καὶ τοῦτο εὐκολώτερον ὄν, ὅταν ἀδελφὸς B συνοικῇ· νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν δούλου διενήνοχας· καὶ ζητῶν ἀνάπαυσιν, δουλείαν εὗρες χαλεπωτάτην. ὅτε δὲ ταύτης ἐκτὸς ἔστηκας τῆς λειτουργίας, καὶ τῶν ἐπιταττόντων, οὐ τῶν ἐπιταττομένων ἔσῃ. ὅταν οὖν ἔχῃ μὲν ἀντὶ ἡδονῆς λύπη, καὶ ἀντὶ δόξης αἰσχύνη, καὶ ἀντὶ ἐλευθερίας δουλεία, καὶ πόνος ἀντὶ ἀναπαύσεως· προσέρχεται δὲ καὶ τὸ βλασφημεῖσθαι τὸν θεόν, καὶ ἀπώλεια τοσαύτη, καὶ σκάνδαλα, καὶ κόλασις ἀθάνατος, καὶ μυρίων ἐκπτώσεις ἀγαθῶν· ἐνταῦθα δὲ τἀναντία ἅπαντα, δόξα, τιμή, ἡδονή, παρρησία, ἐλευθερία, σωτηρία ψυχῶν, βασιλείας κληρονομία, κολάσεως C ἀπαλλαγή, τίνος ἕνεκεν οὐ διαλλαξώμεθα ταῦτα ἐκείνων; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, πλὴν εἴ τις ἑαυτὸν ἁπλῶς ἀπολλύναι ἐπιθυμοίη· οὐδὲ γὰρ ἀπολογία ἔσται ἡμῖν λοιπόν, οὐδὲ συγγνώμη. εἰ γὰρ καὶ μηδενὸς ὄντος τούτων, πάντα ὑπομένειν ἐχρῆν ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης· ὅταν καὶ τὰ ἐνταῦθα καρποῦσθαι παρῇ, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸ τὴν τοῦ θεοῦ βλασφημεῖσθαι δόξαν, καὶ ἑαυτοὺς προσαπολλύωμεν, τίς ἡμᾶς ἐξαιρήσεται, καὶ ἀπαλλάξει τῆς τιμωρίας τῆς ἐπὶ τούτοις D κειμένης; οὐκ ἔστιν οὐδείς. Ταῦτα οὖν ἅπαντα συναγαγόντες πρὸς ἑαυτούς, καταλλαγῶμεν ὀψὲ γοῦν ποτε τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. εἰ δὲ δοκεῖ τινα δυσκολίαν ἔχειν τὸ συνήθειαν ἀποσπασθῆναι μακράν, τῇ δυνάμει τοῦ λογισμοῦ μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες, κἀκεῖνο πείσαντες ἑαυτούς, ὅτι ἂν ἀρχὴν μόνον ἐπιθῶμεν τῷ πράγματι, οὐκ ἔτι ὀψόμεθα δυσχερές· οὕτω καταπολεμήσομεν τῆς συνηθείας. ἂν γὰρ δέκα ἡμέρας σαυτὸν ἀποστήσῃς, εὐκολώτερον τὰς εἴκοσιν οἴσεις, καὶ δὶς τοσαύτας πάλιν· εἶτα οὐδὲ

A opus, rebus iſtuc ipſum clamantibus. At voluptatis gratia qui cohabitat, opibus inhiat, oculos paſcens virginum aſpectibus: maxime quidem licet hoc ita ſe haberet, tamen propter hoc ipſum fugere oportebat: nunc autem vobis ſatis demonſtratum eſt, quòd ſuaue hoc non ſit, ſed plane contrarium, ſi quis hac contemplatione non fruatur: & tu illis adijcito, etiam è bona conſcientia lætitiam illis auferri. Nihil enim nos ſic exhilarare ſolet, vt conſcientia pura & bona ſpes. Sed quietis gratia hoc inquiris? Iam demonſtratum eſt, quòd B hoc facilius eſſet, ſi frater cohabitaret, at nunc nihil à ſeruo differs: & quærens requiem, ſeruitutē inuenisti multo grauiſſimam: cum vero immunis ab hoc miniſterio fueris, tum eris inter eos qui imperant, non quibus imperatur. Igitur ſi hic pro voluptate mœror, & pro gloria confuſio, & pro libertate ſeruitus, & pro requie labor: & accedunt ad hæc, quòd & Deus blaſphematur, & tanta perditio ac ſcandala, & immortalis pœna, & plurimorum bonorum amiſſio: hic autem contraria omnia, gloria, honor, voluptas, libertas & vitæ & ſer- C monis, ſalus animarum, regni hæreditas, pœnæ effugium: cuius rei gratia non hæc illis commutamus? ego certe neſcio. Veruntamen ſi quis ſe ipſum perdere deſiderat, nulla nobis poſthac defenſione opus erit, nec venia. Si enim, quamuis nihil horum eſſet, omnia tamen pro gloria Dei ferre oportebat: cum & præſentia percipere, & futura aſſequi bona liceat: nos autem præterquam quod Dei gloria contemnitur & blaſphematur, noſipſos etiam perdimus, quis nos eripiet & liberabit à ſupplicio propter hoc imminente? D Nullus, nullus.

Omnia igitur hæc nobiſcum perpendentes, reparemus vel tarde animarum ſalutem. Quòd ſi quid difficultatis habet diuelli à cōſuetudine longa, virtute rationis vna cum Dei gratia hoc tantum ſubuertamus: & illud nobis perſuadeamus, vel ſi principium ſolum imponamus operi, non vltra viſuros nos difficultatem: ſic aduerſus conſuetudinem præualebimus. Nam ſi decem dies te abſtraxeris, facile feres viginti: & iterum bis tantos, deindeque ſenſim progre- CAP. XII.

diens neque ſenties difficultatem, quam habuiſti initio, videbiſque facillimum factu, quod tot agones prius expoſcebat, & in aliam te mutabis conſuetudinem, inueniens haud ita grauem tranſlationem: neque id per conſuetudinem ſolum, ſed & per bonam ſpem contingit. Sic te illæ magis admirabuntur, & Deus præ alijs acceptum habebit, & homines coronabunt, viueſque libere & iucunde. Quid enim fuerit ſuauis, quàm à mala conſcientia liberari, & perpetuum concupiſcentiæ bellum dirimere, & multa facilitate inſignē continentiæ coronam plectere, & liberis oculis in cœlum reſpicere, puráque voce & corde dominum vniuerſorū inuocare? Nullus catenis, pondere & alijs carcerum incommodis exemptus, imò nullus qui cæcus erat apertis oculis, & viſa hac dulci luce ſic exultat, geſtit & tripudiat, vt cum ab hac ſeruitute liberari cōtigit. Longe enim dulcior hac luce eſt liberatio ab hac tyrannide, & omni caligine grauior ſeruitutis huius & vinculorum miſeria. Verùm quid opus eſt prolixius vtriuſque vitę conditionē perſequi, cum illa quidem illius indignitatem, triſtitiā, damnum & corruptionem: hæc vero libertatem, voluptatem, vtilitatem & multifarias virtutes præ ſe ferat? nullus enim ea ſermo poteſt exprimere, ſed ſola rerum experientia. Et tūc probè ſcietis, à quibus malis liberati ſitis, quàm affecuti fueritis vitam, cum reipſa parere volueritis. Parete igitur, vt opere ipſo quæ dicta ſunt diſcatis. Quòd ſi adhuc reſpuitis, & noſtris ſermonibus non creditis: interrogate aliquos qui hanc ſeruitutem tulerint aliquādo, & deinde liberati ad libertatem bonam recurrerint, & ſcietis admonitionis huius lucrum. Etenim & Salomon cum ſecularium rerum concupiſcentia teneretur, magnas eas & admirandas putabat, multúmq. in eis laboris & ſolicitudinis inſumebat magnificas ędificādo domos, copioſum coaceruando aurum, congregando cantorum choros, varia genera miniſtrorum menſæ & popinæ, quęrendo animæ ſuæ voluptatem ab horto-

A προσεδόκησας, οὐδὲ αἴσθησιν λήψῃ λοιπὸν τῆς ἐν ἀρχῇ δυσκολίας, ἀλλὰ τὸ σφόδρα δυσκαταγώνιστον, εὐκολώτατον ὄψει γινόμενον, καὶ εἰς ἑτέραν πάλιν καταστήσεις σεαυτὸν συνήθειαν καὶ ῥᾳδίαν εὑρήσεις τὴν μετάθεσιν οὖσαν, οὐ διὰ συνήθειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς χρηστὰς ἐλπίδας. οὕτω σε κἀκεῖναι θαυμάσονται μειζόνως, καὶ ὁ θεὸς ἀποδέξεται πρὸ ἐκείνων, καὶ πάντες ἄνθρωποι στεφανώσουσι, καὶ βίον βιώσῃ πολλὴν μὲν ἔχοντα ἐλευθερίαν, πολλὴν δὲ τὴν ἡδονήν. τί γὰρ ἂν γένοιτο ἥδιον, τὸ πονηροῦ συνειδότος ἀπαλ-

B λαγῆναι, καὶ τὸν διηνεκῆ τῆς ἐπιθυμίας καταλῦσαι πόλεμον, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας τὸν καλὸν τῆς σωφροσύνης πλέκειν στέφανον, καὶ ἐλευθέροις μὲν ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν βλέπειν, καθαρᾷ δὲ φωνῇ, καὶ καρδίᾳ τὸν ἁπάντων δεσπότην καλεῖν; οὐδεὶς οὕτω δεσμώτης ἁλύσεως ἀπαλλαγεὶς, καὶ αὐχμοῦ, καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ταλαιπωρίας· μᾶλλον δὲ οὐδεὶς οὕτω τὰς ὄψεις πεπηρωμένος ἀναβλέψας, καὶ τὸ γλυκὺ τοῦτο φῶς ἰδὼν ἀγάλλεται, καὶ γάννυται, καὶ σκιρτᾷ, ὡς ὁ τῆς δουλείας ταύτης ἐλευθερωθῆναι δυνηθείς. καὶ γὰρ τοῦ φωτὸς γλυκυτέρα πολλῷ τῆς

C τυραννίδος ταύτης ἡ ἀπαλλαγὴ, καὶ ζόφου παντὸς τούτου χαλεπωτέρα τῆς δουλείας ἐκείνης, καὶ τῶν δεσμῶν ἡ ταλαιπωρία. ἀλλὰ γὰρ τί χρὴ ταῦτα μηκύνειν ἑκατέρου βίου; τῆς μὲν τὴν ἀνελευθερίαν, καὶ τὴν ἀθυμίαν, καὶ τὴν βλάβην, καὶ τὴν πολλὴν τηκεδόνα; τοῦ δὲ, τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ τὴν ὠφέλειαν, καὶ τὴν πολλὴν παραδεχομένως σωφροσύνην; λόγος γὰρ οὐδεὶς αὐτὰ παραστῆσαι δυνήσεται, μόνη δὲ τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα. καὶ τότε εἴσεσθε καλῶς, τίνων μὲν ἀπηλλάγητε κακῶν, ποίας δὲ ἐπετύχετε ζωῆς, ὅταν ἡμῖν διὰ τῶν πραγμάτων

D βουληθῆτε πεισθῆναι. πεισθήσεσθε τοίνυν, ὅταν διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν τὰ εἰρημένα μάθητε. εἰ δὲ ἔτι δυσμαχετεῖτε, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἀπιστεῖτε λόγοις, ἔρεσθέ τινας τῶν ταύτην ποτὲ δουλευσάντων τὴν δουλείαν· εἶτα ἀθρόον ἀπαλλαγέντων, καὶ πρὸς τὴν καλὴν ἀναδραμόντων ἐλευθερίαν, καὶ τότε γνώσεσθε τῆς παραινέσεως ταύτης τὸ κέρδος. ἐπεὶ καὶ ὁ Σολομὼν ἡνίκα μὲν τῇ τῶν βιωτικῶν ἐπιθυμίᾳ πραγμάτων κατείχετο, μεγάλα τε αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι καὶ θαυμαστὰ, καὶ πολλὴν περὶ αὐτὰ τὴν φιλοπονίαν ἐπεδείκνυτο, λαμπράς τε οἰκοδομούμενος οἰκίας, καὶ χρυσίον συνάγων ἄπειρον, μουσικῶν τε χορούς, καὶ τραπεζοποιῶν γένη παντοδαπὰ, καὶ μαγείρων πάντοθεν συναθροίζων, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κήπων χάριν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λαμπρῶν σωμάτων ἡδο-

τὴν δαψιλῶς παρασκευάζων τῇ τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίᾳ, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ὁδὸν ψυχαγωγίας, καὶ τέρψεως ἑαυτῷ τέμνων. ἐπεὶ δὲ μικρὸν ἑαυτὸν ἀνένευσε, καὶ καθάπερ ἐξ ἀβύσσου τινὸς ζοφερᾶς, ἀναβλέψαι πρὸς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἴσχυσε φῶς, τότε τηνικαῦτα τὴν ὑψηλὴν ἐκείνην καὶ τῶν οὐρανῶν ἀξίαν ἀφῆκε φωνήν· ματαιότης ματαιοτήτων λέγων, τὰ πάντα ματαιότης. ταύτην καὶ ὑμεῖς, καὶ ταύτης ὑψηλοτέραν ἂν ἐθέλητε ψῆφον οἴσετε περὶ τῆς ἀκαίρου ταύτης ἡδονῆς, ἐὰν μικρὸν ἑαυτοὺς τῆς πονηρᾶς ἀποστήσητε συνηθείας. καίτοι γε ὁ Σολομὼν ἐν τοῖς ἀνειμένοις χρόνοις, οὐδὲ πολλὴν ἀπῃτεῖτο φιλοσοφίας ἀκρίβειαν· οὔτε γὰρ τρυφᾶν ὁ παλαιὸς ἐκώλυε νόμος, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπολαύσεων ἀπολαύειν, περιττὸν ἔφησεν εἶναι καὶ μάταιον. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ἠδυνήθη συνιδεῖν τὸ ἐν αὐτοῖς ἀνόνητον, καὶ πολλὴν αὐτῶν καταγνῶναι ματαιότητα. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ μείζονα κεκλήμεθα πολιτείαν, καὶ πρὸς ὑψηλοτέραν ἀναβαινόμεθα κορυφὴν, καὶ πρὸς μείζονα ἀπεδυσάμεθα σκάμματα. καὶ τί γὰρ ἕτερον, ἀλλ' ἢ κατὰ τὰς ἄνω δυνάμεις, τὰς νοερὰς, τὰς ἀσωμάτους ἐκείνας πολιτεύεσθαι κελευόμεθα; πῶς οὖν μὴ αἰσχρὸν, καὶ πολλῆς ἄξιον κολάσεως, ἐλάττους ἐκείνου φανῆναι πολλῷ· καὶ μὴ μόνον τῶν συγκεχωρημένων μὴ γενέσθαι ὑψηλοτέρους καθάπερ ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ τῶν κεκωλυμένων, καὶ ζημίαν ἐχόντων ἀφόρητον ἅπτεσθαι; τὸ γὰρ ἔρωτα ἐν τῇ ψυχῇ πονηρὸν τρέφειν, καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ὁρᾶν γυναῖκα, καὶ καταμανθάνειν κάλλος ἀλλότριον, καὶ καταισχύνειν μὲν ἑαυτὸν, βλάπτειν δὲ τοὺς ἀσθενεστέρους, καὶ πολλὰς μὲν Ἕλλησι παρέχειν λαβὰς, πολλὰς δὲ Ἰουδαίοις, καὶ τούς τε οἰκείους, τούς τε ἀλλοτρίους ὑποσκελίζειν, καὶ πολλὴν τῆς τοῦ θεοῦ δόξης κατασκευάζειν βλασφημίαν, καὶ δουλοπρεπεῖς ἀναδέχεσθαι διακονίας, καὶ πρὸς τὸν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων θόρυβον ἑαυτοὺς εἰσωθεῖν, καὶ τὴν δωρηθεῖσαν ἡμῖν ἐλευθερίαν προπίνειν τῷ διαβόλῳ, καὶ ταύτης χαλεπωτάτην ἀντικαταλλάττεσθαι τυραννίδα, καὶ καταγέλαστον μὲν φίλοις, ἐπονείδιστον δὲ ἐχθροῖς εἶναι, καὶ πονηρὰν μὲν τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας περιτρίβεσθαι δόξαν, καταισχύνειν δὲ τὸ σεμνὸν τῆς παρθενίας ἀξίωμα, καὶ τοῖς ἀσελγαίνειν βουλομένοις πολλὰς παρέχειν προφάσεις, καὶ ἕτερα πλείονα τούτων κατασκευάζειν δεινά. ἄρρητα γὰρ οὔτε συνιδεῖν, οὔτε λόγῳ παραστῆσαι δυνατὸν, ὅσα

A rum & corporum formoſorum gratia: & omnem, vt ita dicam, oblectationis & refrigerij viam ſectando. At vbi inde ad ſe reuerſus, & quaſi ex vmbroſa quadam abyſſo ad lumen veræ ſapientiæ reſpicere valuit, tunc ſublimem illam, & cœlis dignam emiſit vocem: Vanitas vanitatum, dicens, & omnia vanitas. *Eccle. 1.* Hanc & vos & hac ſublimiorem, ſi volueritis, efferetis ſententiam de intempeſtiua hac voluptate, ſi aliquantiſper à mala conſuetudine vos ſeiunxeritis. Quamuis autem à Solomone ſeculis ſuperioribus non tam multa ſapientiæ
B exigebatur diligentia: neque enim delicias lex vetus prohibebat, neque alijs frui ſuperuacuis dicebat vanum: attamen & ſic ſe habentibus rebus, in ipſis contueri potuit, quàm viles & vanitati obnoxiæ res eſſent. Nos vero ad maiorem vocati vitam, & ad excellentius faſtigium aſcendimus, & in maioribus exercemur palæſtris. Et quid aliud, quàm quòd ſicut ſupernæ virtutes, intellectuales & incorporeæ illæ viam inſtituere iubemur? An non igitur eſt turpe, extremóque ſupplicio dignum, illo multo minores apparere:
C & non ſolum conceſſis non fieri ſublimiores, vt ille, ſed & vetita aggredi, quamuis intolerabilem pœnam afferant? Nam in anima malum amorem paſcere, ex concupiſcentia ſpectare mulierem, ſpeculari alienam formoſitatem, confundere ſeipſum, nocere infirmioribus, Iudæis & Gentilibus anſas noſtram fidem blaſphemandi præbere, domeſticos & alienos ſupplantare, ſeruili miniſterio mancipatos eſſe, ad ſecularium negociorum turbam noſipſos intrudere, donatam nobis libertatem diabolo propinare, & im-
D maniſſima tyrannide commutare: ridiculum quidem amicis, probroſum vero inimicis eſſe, malam omni eccleſiæ opinionem inuehere, confundere honeſtam virginitatis dignitatem, & luxuriantibus multas præbere occaſiones, aliáque his plura facere grauia. Neque enim omnia ſcire licet, aut verbis exprimere quæcunque

tamen valde prohibita ſunt, & crucia- A tum intolerabilem ſecum afferunt. Itaque licet parua etiam voluptas ſit, opponantur ei riſus, confuſio, multorum ſuſpiciones, reprehenſiones, conuitia, exprobrationes, vermis perpetuus, tenebræ exteriores, ignis inextinguibilis, tribulatio, anguſtia, ſtridor dentium, vincula inſolubilia: hæc ſicut in tabula proponamus ante oculos, reſiliamúſque vel ſero à pernicioſo grauiſſimòque hoc morbo, vt cum fulgentibus coronis hinc migremus, & poſſimus libero ore ad Chriſtum dicere: Propter te & gloriam tuam, & familiaritates contempſimus, B & voluptati imperauimus, & animam noſtram affliximus, & electis amicis & ſuſpectis, te amorémque tui rebus omnibus præpoſuimus. Sic enim lucrabimur noſipſos, lucrabimur miſeras illas, lucrabimur eos, qui ſcandalizantur: & cum martyribus collocabimur, primóque in ordine erimus eorum qui hoc maximo certamine vicerunt, & fortiter cruciatus tulerunt. Non enim minorem pono hominem, concupiſcentia veteri detentum, & in ſuauiſſima & antiqua conſuetudine præoccupatum: & deinde per timorem Dei diſrumpentem C vincula, & ad id quod Deo probatur, recurrentem. Eſt enim & hoc multo difficilius, compaſſionem & affectionem inueteratam eijcere, & multiplices occaſiones auellere, & aſſumptis alis ad cœleſtes apſides recurrere. Et ſicut martyrum velox labor, ita & horum prolixior dolor. Quapropter & pares coronæ, quoniam & certamina inter ſe reſpondent & ſunt ſimilia. Et ſi qui educit & ſeparat precioſum à vili, ſicut os Dei erit: qui & ſeipſum liberauerit, & multos alios criminatione exemerit, cogita quantã accipiet mercedem, & præ- D miorum ſpe leuis & alacris, contemne malam conſuetudinem, vt iuxta Dei voluntatem decurſa vita hac, cum pura illã conſciẽtia in cœlis videas, ſanctiſſimáq. illius conuerſatione fruaris. Nã vbi corporales affectiones ſolutæ fuerint, & extincta fuerit tyrãnica cõcupiſcẽtia: nullum erit obſtaculũ ſimul ibi eſſe mulierem & virum, è medio ſublatis omnibus ſuſpicionibus malis, & agere & ſeruare

Hier.15.19

A διὰ τὸ πρᾶγμα τοῦτο αὐτοῖς ὑπομένουσι, καὶ τὸ σφόδρα κεκωλυμένον ἐστὶ, καὶ τὸ κόλασιν ἐχόντων ἀφόρητον. ὥστε εἰ καὶ μικρά τίς ἐστιν ἡδονὴ, ταῦτα πάντα ἀντιθέντες ἐκείνῃ, τὸν γέλωτα, τὴν αἰσχύνην, τὴν τῶν πολλῶν ὑποψίαν, τὰς κατηγορίας, τὰ σκώμματα, τὰ ὀνείδη, τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, τὴν θλῖψιν, τὴν στενοχωρίαν, τὸ βρύγμα τῶν ὀδόντων, τὰ δεσμὰ, τὰ ἄλυτα, καὶ καθάπερ ἐν πλάστιγγι καταθέντες, καὶ ἀντιστήσαντες, ἀποπηδήσωμεν ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς χαλεπωτάτης, καὶ ὀλεθρίας νόσου, ἵνα μετὰ B λαμπρῶν ἀπέλθωμεν ἐκεῖ στεφάνων, καὶ δυνηθῶμεν ἐλευθέροις στόμασι πρὸς τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, ὅτι διὰ σὲ, καὶ τὴν δόξαν τὴν σὴν, καὶ συνηθείας κατεφρονήσαμεν, καὶ ἡδονῆς ἐκρατήσαμεν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐθλίψαμεν τὴν ἡμετέραν, καὶ πᾶσαν φιλίαν ἐκβαλόντες, καὶ ὑπόληψιν, σὲ καὶ τὸν εἰς σὲ πόθον ἁπάντων προετιμήκαμεν πραγμάτων. οὕτω γὰρ κερδανοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, κερδανοῦμεν δὲ τὰς ἀθλίας ἐκείνας, κερδανοῦμεν δὲ τοὺς σκανδαλιζομένους· καὶ παρ' αὐτοὺς στησόμεθα τοὺς μάρτυρας, καὶ τὴν προτέραν ληψόμεθα τάξιν. τὴν γὰρ τῶν μεγίστων ἀθλησάντων C ἄθλησιν ἐκείνην, καὶ τὰς καρτερικὰς ἐνεγκόντων ὀδύνας, οὐκ ἐλάττονα τίθεμαι ἄνθρωπον τὸν ἐπιθυμίᾳ κατεχόμενον παλαιᾷ, καὶ ἐν ἡδίστῃ τινὶ, καὶ ἀρχαίᾳ προκατειλημμένον συνηθείᾳ, εἶτα διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον διακόπτοντα τὰ δεσμὰ, καὶ πρὸς τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν ἀνατρέχοντα. καὶ γὰρ τὸ σφόδρα ἐστὶ χαλεπωτάτων, συμπάθειάν τε, καὶ φιλοστοργίαν ἐκβαλεῖν ἀρχαίαν, καὶ τὰς πολυπλόκους διακόψαι λαβὰς, καὶ πτεροφυῆσαι, καὶ πρὸς τὰς οὐρανίους ἁψῖδας ἀναδραμεῖν. καὶ καθάπερ ἐκείνοις δριμὺς ὁ πόνος, οὕτω καὶ τούτων D μακροτέρα ἡ ἡδονή. διὸ καὶ οἱ στέφανοι πάλιν ἴσοι, ἐπειδὴ καὶ τὰ παλαίσματα αὖθις παράλληλα κεῖται. εἰ γὰρ ὁ ἐξάγων τίμιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα τοῦ θεοῦ ἔσται· ὁ καὶ ἑαυτὸν ἐλευθερώσας, καὶ μυρίους ἄλλους ἀπαλλάξας κατηγορίας, ἐννόησον, ὅσον λήψεται τὸν μισθὸν, καὶ τῇ ἐπάθλων ἐλπίδι κουφιζόμενος, καταφρόνησον συνηθείας πονηρᾶς, ἵνα κατὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν διαδραμὼν τὸν παρόντα βίον, μετὰ καθαροῦ συνειδότος αὐτὸν ἴδῃς ἐκεῖ, καὶ τῆς ἁγιωτάτης αὐτοῦ ἀπολαύσῃς ὁμιλίας. τῶν γὰρ σωματικῶν λυθέντων παθῶν, καὶ τῆς τυραννικῆς σβεσθείσης ἐπιθυμίας· οὐδὲν τὸ κωλῦον ἄνδρας τε ὁμοῦ, καὶ γυναῖκας εἶναι ἐκεῖ, πάσης μὲν ἐκ ποδῶν πονηρᾶς οὔσης ὑπο-

ψίας, τὴν δὲ τῶν ἀγγέλων πολιτείαν, καὶ τῶν νοερῶν δυνάμεων ἐκείνων, δυνάμεθα διασώζειν τῶν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εἰσαγομένων ἁπάντων χάριτι, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A cum liceat omnibus, qui in regnum cœlorum introducuntur, vitam, quàm agunt angeli, & intellectuales illæ virtutes, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri vnà cum Spiritu ſancto gloria, honor & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

ANTONIO CARAFAE
S. R. E. CARDINALI
Ioannes Liuineïus S. D.

QVVM ſuperioribus annis D. Gregorij Nyſſeni Antiſtitis De Virginitate librum ex Vaticana Veſtra bibliotheca auctum atque emendatum de Græcis conuerterem, Antoni Carafa, ſtatuiſſémque eiuſdem argumenti alterum D. Ioannis Chryſoſtomi coniungere, Vt Vtrumque ſanctiſſimè ac grauiſſimè de re ſumma & pulcerrima differentem ſtudioſi Velut Vno obtutu cernerent; quorum in altero eruditionis & doctrinæ, in altero, Vt mihi quidem Videtur, facilitatis & naturæ plus ineſſet, in Vtroque illuſtris quædam & incompabilis orationis dicendique Vis & copia; ingruens quædam quaſi tempeſtas & occaſionem eripuit, & conſilium noſtrum mutauit. Nam cùm partim amicorum conſilio, partim edendi operis feſtinatione, Pogiani, qui libellum iam expreſſerat, Verſionem caſtigandam modò ſuſcepiſſem, Græcúmque potiſſimum codicem pro Virili emendandum atque poliendum ſumpſiſſem, ea demum ſpe deiectus, poſteaquam hic ſolus erat proditurus, noua interpretatione quaſi quodam puro amictu ornatum in lucem edendum exiſtimaui. Enimuerò Græcè Vt legendum præberem, cùm auctoris genius & iucunditas inaffectata, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi; liceat enim mihi, haud abs re opinor, de Chryſoſtomo, quod de Xenophonte Quintiliano Vſurpare; tum illud Vel maximè incitauit, quòd hoc ſolum ad illam auream Veréque diuinam in omnes Pauli epiſtolas commentationem, quam à Giberto Veronæ Epiſcopo Vtcumque Græcè habemus, deeſſet. Nam extrema Orat. xix. in priorem ad Corinthios ſcriptoris noſtri hæc ſunt Verba: Εἰ δὲ παρεδράμομεν τὰ περὶ τῆς παρθενίας, μηδεὶς ἡμῶν ὄκνον καταγινωσκέτω· καὶ γὰρ ὁλόκληρον ἡμῖν βιβλίον εἰς τοῦτο σύγκειται τὸ χωρίον· καὶ μετὰ ἀκριβείας τῆς ἡμῖν ἐγχωρούσης ἐκεῖ πᾶσιν ἐπεξελθόντες, περιττὸν εἶναι ἐνομίσαμεν καὶ ἐνταῦθα πάλιν αὐτὰ εἰπεῖν. διόπερ ἐκεῖ παραπέμψαντες ὑπὲρ τούτων τὸν ἀκροατὴν, ἐνταῦθα ἐκεῖνο ἐροῦμεν· ὅτι τὴν ἐγκράτειαν δεῖ διώκειν. *& quæ ſequuntur. Id eſt, Quòd ſi quæ de Virginitate differuntur prætereymus, nemo ignauiæ nos condemnet; etenim integer nobis libellus exſtat in hunc locum: in eóque quanta potuimus accuratione omnia perſequuti, ſuperuacaneum duximus, ea hîc quoque rurſum intereycere. Itaque auditore ſuper his eò remiſſo, illud hîc dicemus, Oportere continentiam obire. Atque equidem ſeu hoc loco, nunquam ſatis laudatus Gulielmus Sirletus Cardinalis, ſeu aliunde, Vt eſt omni genere doctrinæ exquiſitè ad Vnguémque expolitus, lectione autem & induſtria incredibili, admonitus, Florentia Venetiiſque accerſitum opus Marcello eius nominis II. Pont. Max. curauit, & de Chryſoſtomo ac Theologis optimè eſt meritus, & immortalem ſibi laudem atque commendationem quæſiuit. dolendúmque meo iudicio Vehementer eſt, qui, ſuperiorum temporum inertia, in atrociſſima illa ac penè internecina optimorum ſcriptorum Vaſtitate & ſtrage aliquandiu exul atque ignotus delituiſſet, cùm primùm Velut manu iniecta è præcipiti fuga eſt retractus, in eáque præſtantiſſimarum omnium rerum ignoratione & tenebris, è ſitu ac pulueribus in lucem aſpectúmque deductus, non id etiam Pogiano mentis*

tum fuiſſe, Vt Græcè iuxtà ac Latinè, id eſt integrum, non dimidiatum, hominum ſtudijs atque expectationi condonaret. Quod ſi feciſſet, Vtcumque eius in interpretando partes cecidiſſent, in altero qui induſtriam probaſſet, procul dubio gratiarum plus & laudis abſtuliſſet. nunc deſiderium ille quidem nonnihil leniịt, ſed leniịt duntaxat, non extinxit. Quo magis confido æquos omnes ac candidos elegantioris doctrinæ lectores Sirleto de immortali hoc eius beneficio & ore & animo gratiam habituros; cuius humanitate atque liberalitate hoc quaſi quoddam lacerum à reliquo corpore membrum, Velut humerus quidam Pelopis, Vt poetæ fabulantur, toti redditur: & nobis quoque non grauatim de induſtria atque ſtudio gratulaturos, qui hoc quidquid eſt theſauri, Læuini Torrentij V. C. opera & fauore obtentum à Sirleto, communis boni cauſa in publicum eduximus. Quorum in Vtroque quantum inſit beneficium, facilè æſtimabunt qui luculentiſſimi ſcriptoris propius guſtum ceperint. De me certè, Vt primùm Græca cum Latinis comparare & contendere cœpi, Vix rudem quandam & adumbratam effigiem Videre mihi Viſus ſum, atque eam plerumque, ſeu Vt res humanæ ſunt, ſeu quòd grauiorum rerum cogitationi & ſtudio intentos fallere quædam ac præterire ſolent, ſeu negligentia quadam & incuria deformatam. Quanquam enim in Pogiano cùm omnia ſumma fuiſſe mihi perſuadeo, tum ingens quoddam orationis dicendique lumen, & earum litterarum, quas humaniores Vſurpamus, accuratam exquiſitámque cognitionem, quam Vel me tacente & huius ipſius operis dedicatio loquitur, & multorum adhuc recens tota Italia memoria ac conſuetudo celebrat; tamen in hoc quidem labore & negotio, ſi exercitationis atque induſtriæ, quod nec ipſe diffitetur, ſi, quod caput eſt, Græcæ eruditionis plus deſiderem, Videor id mihi tanquam meo quodam iure facturus. Neque Verò neceſſe habeo, quæ diſſerui, adductis in medium exemplis curioſè ac prolixè perſequi & oſtendere; etſi non eſt id quidem difficile; ſed nec quæ ab humanitate ijſdémque ſtudiis proficiſcitur animorum ingeniorúmque conſenſio, & quidam quaſi candor omninò id permittit, & alioqui promptum eſt in hominum mentibus,

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

id eſt, Vt Latinè ſuccinamus,

Et figulus figulo, & vates vati inuidet alter.

Itaque Velut integra cauſæ dictione, Vtriuſque labore in medio poſito; prodeſſe enim Vtrique Volumus, non confligere & concertare; iudicium atque æſtimationem Volens & lubens mediusfidius eruditis lectoribus permitto. Quorum in numero tu primus occurris, Ampliſſime Carafa, qui cùm his ſtudiis Sirleto duce diligenter inſtitutus, tum doctrinæ ingeniique tui ſpecimine iampridem hoc ipſo ſcribendi genere edito, optimus quidam atque omni prouocatione maior futurus arbiter es. Qua in parte ſi, quod ſpero, obtinebo, Vt non omnino operam luſiſſe, ac fortaſſe aliquid etiam dignum laude conſequutus Videar, cætera quoque quæ huius generis grauiora paramus, maiore conatu ac molitione in lucem proferemus. Bene Vale purpurei decus Senatus, & hoc quidquid eſt quod tuo nomini offerendum duximus, tuere atque defende. Louanij, pridie Kalend. Iunij, M. D. LXXV.

Libellus hic aureus eſt, & dignus qui pijs omnibus communicetur, atque ab omnibus vitam puriorem ſectantibus teratur. In tranſlatione etiam nihil eſt, quod fidem ac pietatem lædat. Quod atteſtor

VValterus vander Steeghen. S. Theologiæ Licentiatus,
Eccleſiæ Antuerpienſis Canonicus.

Digitized by Google

A

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν
ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ τοῦ Χρυσοστόμου περὶ παρθενίας.

α. ὅτι τῶν αἱρετικῶν αἱ παρθενίαι μισθὸν οὐκ ἔχ.

Τὸ τῆς παρθενίας καλὸν ἀποστρέφονται μὲν Ἰουδαῖοι· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, ὅπου γε αὐτὸν τὸν ἐκ παρθένου Χριστὸν ἠτίμασαν· θαυμάζουσι δὲ Ἕλληνες καὶ καταπλήττονται· ζηλοῖ δὲ μόνη ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ. Τὰς γὰρ τῶν αἱρετικῶν οὐκ ἂν εἴποιμι ποτὲ παρθένους ἐγώ· πρῶτον μὲν ὅτι οὐκ εἰσὶν ἁγναί. οὐ γάρ εἰσιν ἡρμοσμέναι ἑνὶ ἀνδρί, καθὼς ὁ μακάριος τοῦ Χριστοῦ βούλεται νυμφαγωγός, λέγων· ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. εἰ γὰρ καὶ περὶ παντὸς οὕτω τοῦ πληρώματος εἴρηται τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ὅμως κἀκείνας περιλαμβάνει τὸ λεχθέν. αἱ τοίνυν τὸν ἕνα ἄνδρα μὴ στέργουσαι, ἀλλ' ἕτερον αὐτῷ τὸν οὐκ ὄντα ἐπεισάγουσαι θεόν, πῶς εἶεν ἁγναί; πρῶτον μὲν οὖν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἂν εἶεν παρθένοι. δεύτερον δέ, ὅτι τὸν γάμον ἀτιμάσασαι οὕτως ἦλθον ἐπὶ τὸ ἀποσχέσθαι τοῦ γάμου. ὡς γὰρ νομοθετῆσαι πονηρὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, προλαβοῦσαι τὰ τῆς παρθενίας ἑαυτῶν ἀφείλοντο ἔπαθλα. τοὺς γὰρ τῶν φαύλων ἀπεχομένους οὐ στεφανοῦσθαι, ἀλλὰ μὴ κολάζεσθαι δίκαιον ἂν εἴη μόνον. καὶ ταῦτα ἴδοι τις ἂν οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις μόνοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν οὕτω διατεταγμένα νόμοις· ὁ φονεύων ἀναιρείσθω φησίν· οὐκέτι δὲ προσκείται, ὁ δὲ μὴ φονεύων τιμάσθω· ὁ κλέπτης κολαζέσθω· οὐκέτι δὲ καὶ τὸν μὴ λυμηνάμενον τοῖς ἀλλοτρίοις δωρεὰν λαμβάνειν ἐκέλευσαν· καὶ τὸν μοιχὸν ἀποκτείνοντες, τὸν μὴ διορύττοντα τοὺς ἑτέρων γάμους οὐδεμιᾶς ἠξίωσαν τιμῆς. καὶ μάλα εἰκότως. τὸ γὰρ ἐπαινεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι τῶν τὰ ἀγαθὰ κατορθούντων, οὐ τῶν τὰ κακὰ φυγόντων ἐστίν. ἀπόχρη γὰρ ἐκείνοις τιμὴ τὸ μηδὲν παθεῖν κακόν. Διὰ τοῦτο καὶ

Sancti patris noſtri
IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI Conſtantinopolitani, de virginitate.

1. Hæreticorum virginitatem præmia non habere.

B VIRGINITATIS laudem Iudæi auerſantur: neque mirum, qui ipſum quoque natum ex virgine Chriſtum ignominiis affecerint: admirantur ac ſuſpiciunt exteri: ſola autem colit Eccleſia Dei. Nam hæreticorum virgines ego virgines eſſe minimè dixerim: primum quòd caſtæ non ſint; neque enim vni viro deſponſæ ſunt; vt vult beatus ille Chriſti pronubus: Deſpondi, inquit, vos vni viro virginem caſtam Chriſto tradendam. (2.Cor.11.b) C Nam id etſi de toto Eccleſiæ cœtu dictum eſt, tamen illas quoque hæc complectitur oratio. Quomodo igitur quæ viro vno non contentæ, alterum ei, qui non eſt, Deum ſuperinducunt, caſtæ eſſe poſſunt? itaque primùm eamobrem virgines non ſunt. Deinde quòd matrimonium damnando ad declinandas nuptias ſunt progreſſæ. nam cùm eas vitioſas eſſe ſanxerint, præmia ſibi virginitatis præripuerunt. non enim qui vitia cauent corona donari, ſed non plecti duntaxat par eſt. Atque id qui- D dem videre eſt non ſolùm noſtris, ſed externis etiam legibus ita conſtitutum: Qui cædem fecerit, inquit, necator. at non etiam additur, Qui cædem non fecerit, honore afficitor. fur plectitor. at non eum quoque qui aliena non clepſerit, donum capere iuſſerunt, neque adulterum occidentes, ei qui alterius cubile non effringat, honorem ſciuerunt. Et meritò ſanè: nam laudem & admirationem habere eorum eſt, qui virtute perfungantur, non qui vitia declinent. nam is eis honor ſatis eſt, ſi pœnam nullam ſentiant. Itaque

Matth. 5. 22. A Dominus noſter, qui temere & immerito fratri ſuo iraſcatur, ac fatuum vocet, ei gehennam eſt comminatus: non etiam ijs, qui nec immeritò iraſcantur, & à conuitijs abſtineant, cœleſte regnum promiſit: ſed plus eo quiddam maiúſque requiſiuit, Diligite, inquiens, inimicos veſtros. Cúmque vellet oſtendere, perexiguum & vile, atque indignum præmio eſſe, fratri non iraſci, propoſito quod eo multo maius eſt, eum diligere & amare, ne id quidem nobis ſufficere ait, vt honorem vllum conſequamur. quid enim, ſi ea re nihil exteris præſtamus? itaque B alia nobis opus eſt acceſſio multo hac maior, ſi quidem mercedem flagitamus. Neque enim quia te, inquit, gehennæ non damno, qui maledictis atque ira in fratrem abſtineas, propterea te corona etiam dignum exiſtima. non enim tantillum humanitatis ſolùm deſidero: ſed etiamſi nec conuitium facias, & eum amare etiam dicas, adhuc infrà hæres, & te apud publicanos collocas. Quòd ſi perfectus, ac cœlo dignus eſſe vis, iſtic modò ne conſiſte, ſed altiùs conſcende, C & natura ipſa ſublimiorem cogitationem ſuſcipe: id autem eſt inimicos diligere. Cùm igitur vndique hoc nobis conſtet, deſiſtant hæretici fruſtrà ſe affligere: nullam enim mercedem accipient: non quia ſit iniuſtus Dominus: apageſis: ſed quòd imperiti ipſi & improbi. quid ita? demonſtratum eſt deuitationi tantùm vitiorum nullum propoſitum eſſe præmium: ipſi autem quòd matrimonium vitioſum ducerent, eo abſtinuerunt. quo pacto igitur ob vitiorum fugam mercedem poſcent? nam vt nos qui non adulte- D remus, digni non erimus qui coronemur; ſic neque illi qui vxorem non ducant. Ita enim eos illa tempeſtate affabitur, qui in nos ſententiam dicturus eſt, Non equidem ijs honores conſtitui, qui à vitijs ſolùm ſe continerent: nam id apud me exiguum eſt: ſed qui virtutem omnem perſequuti ſint, eos in perennem cœlorum hereditatem introduco. Quomodo igitur qui matrimonium fœdum ac flagitioſum creda- Matth. 25. tis, flagitioſis rebus fugiendis, præmia ijs propoſita, qui præclaras res geſſerint, poſtulatis? ob id enim & agnos

A ὁ κύριος ἡμῶν ἂν μὲν τις εἰκῆ καὶ μάτην πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὀργισθῇ τὸν αὐτοῦ, καὶ μωρὸν ἀποκαλέσῃ, τὴν γέενναν ἠπείλησεν· οὐκέτι δὲ καὶ τοῖς τὴν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς μὴ μάτην ὀργιζομένοις καὶ λοιδορίας ἀπεχομένοις ὑπέσχετο· ἀλλ' ἐπειδή τι τούτου πλέον καὶ μεῖζον ἐζήτησεν, εἰπών· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. καὶ δεῖξαι βουλόμενος πῶς σφόδρα μικρὸν καὶ εὐτελὲς καὶ οὐδεμιᾶς τιμῆς ἄξιον τό, μὴ τοῖς ἀδελφοῖς ἀπεχθάνεσθαι, ὃ τούτου πολλῷ πλέον ἐστὶ τό, ἀγαπᾶν αὐτοὺς καὶ φιλεῖν, οὐδὲ τοῦτο ἔφησεν ἡμῖν ἀρκεῖν πρὸς τὸ πρὸς ἀξιωθῆναι τιμῆς. πῶς γὰρ ὅταν τῶν ἐθνικῶν B μηδὲν κατὰ τοῦτο πλέον ἔχωμεν; ὥστε ἑτέρας ἡμῖν ταύτης πολλῷ μείζονος προσθήκης δεῖ, εἴ γε μέλλοιμεν μισθὸν ἀπαιτεῖν. μὴ γὰρ ἐπειδή σε φησὶν οὐ κατακρίνω τῇ γεέννῃ, λοιδορίας καὶ ὀργῆς ἀπεχόμενον τῆς πρὸς τὸν ἀδελφόν, ἤδη διὰ τοῦτο καὶ στεφάνων ἄξιου σαυτόν. οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀπαιτῶ μόνον φιλοφροσύνης μέτρον ἐγώ· ἀλλὰ κἂν πρὸς τῷ μὴ λοιδορεῖσθαι, καὶ φιλεῖν αὐτὸν λέγῃς, ἔτι κάτω που στρέφῃ, καὶ παρὰ τοὺς τελώνας τάττεις σαυτόν. ἀλλ' εἰ βούλει τέλειος εἶναι καὶ τῶν οὐρανῶν ἄξιος, μὴ* στῇς ὁ μέχρι τούτου μόνον, Apparet legendū ... C ἀλλὰ ἀνάβηθι προσωτέρω, καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς μείζονα λάβε λογισμόν. τοῦτο * γάρ ἐστι τό, τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν. Malim δέ. ἐπεὶ οὖν πανταχόθεν ἡμῖν τοῦτο συνωμολόγηται, παυσάσθωσαν μάτην αἱρετικοὶ κόπτοντες ἑαυτούς. οὐδένα γὰρ λήψονται μισθόν· οὐκ ἐπειδὴ ὁ κύριος ἄδικος· ἄπαγε· ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτοὶ ἀγνώμονες καὶ πονηροί. πῶς; ἀποδέδεικται μηδεμίαν κεῖσθαι δωρεὰν μόνῃ τῇ τῶν φαύλων φυγῇ· τὸν δὲ γάμον αὐτοὶ φαῦλον νομίσαντες οὕτως ἔφυγον. πῶς οὖν ὑπὲρ τῆς τῶν φαύλων ἀναχωρήσεως δυνήσονται μισθὸν ἀ- D παιτεῖν; ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς ὑπὲρ τοῦ μὴ μοιχεύειν στεφανοῦσθαι οὐκ ἀξιωσόμεθα, οὕτως οὐδὲ ὑπὲρ τοῦ μὴ γαμεῖν ἐκεῖνοι. ἐρεῖ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν κρίνων ἡμᾶς· ἐγὼ τὰς τιμὰς οὐ τοῖς τῶν πονηρῶν ἀπεσχημένοις τέθεικα μόνον· μικρὸν γὰρ παρ' ἐμοὶ τοῦτο τὸ μέρος· ἀλλὰ τοὺς ἅπασαν ἐπελθόντας ἀρετήν, τούτους εἰς τὴν ἀγήρω τῶν οὐρανῶν εἰσάγω κληρονομίαν. πῶς οὖν ὑμεῖς πρᾶγμα ἀκάθαρτον καὶ ἐναγὲς εἶναι τὸν γάμον νομίσαντες, ὃ τῆς ἐναγῶν ἀπαλλαγῆς τὰ κείμενα τοῖς ἐργάταις τῶν ἀγαθῶν ἀπαιτεῖτε ἔπαθλα; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς ἀγίους ἐκ

δεξιῶν ἵστησι, καὶ εὐλογεῖ, καὶ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάγει, οὐχ ὅτι οὐχ ἥρπασαν τὰ ἀλλότρια, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ αὐτῶν ἑτέροις διένειμαν. καὶ τὸν τὰ πέντε τάλαντα δὲ ἐγχειρισθέντα ἀποδέχεται, οὐχ ὅτι οὐκ ἐμείωσεν, ἀλλ' ὅτι ἐπλεόνασε τὸ δοθέν, καὶ διπλῆν τὴν παρακαταθήκην ἀπέδωκε. μέχρι τίνος οὖν οὐ στήσεσθε τρέχοντες εἰς κενόν, καὶ κοπιῶντες μάτην, καὶ εἰκῇ πυκτεύοντες, καὶ τὸν ἀέρα δέροντες· καὶ εἴθε μόνον εἰκῇ· καίτοι οὐδὲ τοῦτο μικρὸν εἰς κολάσεως λόγον τό, πολλὰ καμόντας, καὶ μείζονα τῶν πόνων προσδοκήσαντας ἔπαθλα, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τιμῆς ἐν τοῖς ἀτίμοις τετάχθαι. Ἔστι δὲ νῦν οὐ τοῦτο μόνον τὸ δεινόν, οὐδὲ μέχρι τοῦ μὴ κερδᾶναι τὰ τῆς ζημίας αὐτοῖς· ἀλλ' ἕτερα πολλῷ τούτων ἐκδέξεται χαλεπώτερα, τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὁ σκώληξ ὁ ἀτελεύτητος, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ἡ θλῖψις, ἡ στενοχωρία· ὥστε μυρίων ἡμῖν δεῖ στομάτων καὶ τῆς ἀγγέλων δυνάμεως, ἵνα δυνηθῶμεν τῆς εἰς ἡμᾶς κηδεμονίας εὐχαριστίαν ἀποδοῦναι τῷ θεῷ τὴν ἀξίαν. μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὕτω δυνατόν. πῶς γάρ; ὁ μὲν πόνος ὑπὲρ τῆς παρθενίας ἡμῖν καὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἴσος· τάχα δὲ καὶ πολλῷ πλείων ἐκείνοις· ὁ δὲ καρπὸς τῶν πόνων οὐκ ἴσος, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν δεσμὰ καὶ δάκρυα καὶ οἰμωγαὶ καὶ τὸ κολάζεσθαι ἀθάνατα· ἡμῖν δὲ αἱ τῶν ἀγγέλων λήξεις, καὶ αἱ φαιδραὶ λαμπάδες, καὶ τὸ πάντων κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ἡ μετὰ τοῦ νυμφίου διαγωγή. τί δήποτε οὖν τῶν αὐτῶν πόνων ἐναντία τὰ ἐπίχειρα; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἵνα ἀντινομοθετήσωσι τῷ θεῷ, τὴν παρθενίαν εἵλοντο· ἡμεῖς δὲ ἵνα ἀνύσωμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα οὕτω πράττομεν. ὅτι γὰρ ὁ θεὸς βούλεται πάντας ἀνθρώπους ἀπέχεσθαι γάμου, μάρτυς ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα· βούλομαι γάρ, φησι, πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν, ἐν ἐγκρατείᾳ. φειδόμενος δὲ ἡμῶν, καὶ εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· οὐκ εἰς ἐντολῆς ἀνάγκην τὸ πρᾶγμα κατέκλεισεν, ἀλλ' ἐπέτρεψεν αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς. εἰ γὰρ ἦν ἐπίταγμα καὶ νόμος, οὐκ ἂν οἱ κατορθώσαντες τιμῆς ἀπήλαυσαν, ἀλλ' ἤκουσαν ἄν, ἃ ὠφείλετε ποιῆσαι πεποιήκατε, οὔτε οἱ διαμαρτάνοντες συγγνώμης ἔτυχον, ἀλλὰ τὴν τῶν παρανομούντων ἂν ὑπέστησαν δίκην· νῦν δὲ εἰπών, ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω,

ια. ὅτι κολάζονται αἱρετικοὶ διὰ τὸ παρθενίαν.

A dextros collocat, & collaudat, & in regnum admittit, non quòd aliena non rapuerint, ſed quòd etiam ſua alijs impertiti ſint. & eum cui quinque talenta crediderat, commendat, non quòd non imminuiſſet, ſed quòd creditum auxiſſet, ac duplicatum depoſitum redderet. Quouſque igitur non deſiſtetis fruſtrà currere, nequicquam laborare, temerè pugilatu certare, aërem verberare: atque vtinam fruſtrà modò: etſi non mediocris equidem pœna eſt, qui grauiter laborauerint, & præmium ſperent laboribus maius, quem diem B ſibi glorioſum ducant, eo inter inglorios haberi.

Nunc non id ſolùm malum eſt, neque is eius iacturæ modus, vt fructum nullum faciant, ſed excipient alia multo ijs grauiora, ignis inextinctus, vermis immortalis, tenebræ exteriores, ærumnæ, afflictatio. Itaque centum nobis linguis, & angelica quadam vi opus ſit, vt Deo pro eius in nos cura dignas agere gratias poſſimus; ac ne ſic quoque poſſimus. quo pacto enim? Virginitatis labor nobis & hæreticis C par eſt; atque illis fortaſſe multo etiam maior: laborum fructus impar: ſed illos & vincula, & lacrymæ, & ploratus, & immortales manent cruciatus; nos Angelorum domicilia, † ſplendidæ lucernæ, & quod bonorum omnium caput eſt, ſponſi conſuetudo. Sed quamobrem eorundem laborum contraria præmia ſunt? quòd illi ſancienda lege diuinæ aduerſaria virginitatem ſunt amplexi: nos vt eius voluntatem exſequamur, id facimus. Deum namque velle omnes homines à coniugio abſtinere, † is teſtis eſt, qui Chriſtum D in ſe loquentem habet. volo enim, inquit, omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, continentes. Sed qui nobis parceret, & ſpiritum promptum, carnem infirmam eſſe ſciret, id ſub præcepti neceſſitatem non concluſit, ſed eius optionem animis noſtris permiſit. nam ſi præſcriptum eſſet atque lex, qui id perfeciſſent, honorem non conſequerentur, ſed illud audirent, Feciſtis quod facere debuiſtis: neque ijs qui non eſſent aſſequuti ignoſceretur, ſed exlegum pœnas luerent. Nunc cùm dixerit, Qui capere poteſt capito:

II. Hæreticis virginitatis etiã pœnas pendere.

† Alludit ad parabolam Matth. 25. de virginibus lucernas ferentibus.

† hoc eſt, Paulus. vide 1. Cor. 7.

qui non poſſent, haud damnauit: qui A poſſent, ijs graue atque ingens certamen propoſuit. Itaque & Paulus magiſtri veſtigijs inſiſtens, Domini præceptum ſe non habere dicit, ſed conſilium dare.

III. *Matrimonij detestationem Satanicæ immanitatis eſſe.* At verò neque Marcio, neque Valentinus, neque Manes eam moderationem tenuerunt. neque enim Chriſtum in ſe loquentem habebant, qui ouibus ſuis parcit, & pro ijs vitam impendit; *Ioan. 10.* ſed homicidam illum, mendacij parentem. *Ioan. 8.* Itaque qui ſe audirent, omnes perdiderunt, eos hic inutilibus atque intolerandis laboribus pre- B mentes, illic in paratum ſibi ignem vnà ſecum trahentes.

IV. Hæreticos virgines etiam gentib. miſeriores eſſe. O vos etiam Gentibus miſeriores! nam Gentes quidem etſi gehennæ ſupplicia expectant, at hic ſaltem voluptatem, nuptijs frequentandis, pecunia, ceteriſque vitæ ſuauitatibus tractandis, capiunt: vos tormenta & ærumnas vtrobique, & hic ſponte, & illic inuiti ſuſtinetis. Illis pro ieiunio & virginitate nec mercedem tribuat quiſquam, nec ſupplicium irroget: C vos quorum nomine immenſas laudes ſperatis, ob ea extremas pœnas luetis, & cum alijs audietis, Diſcedite à me in ignem Diabolo eiuſque angelis paratum, cum hoc veſtro ieiunio & virginitate. nam nec ieiunium nec virginitas per ſe bona vel mala ſunt, ſed ex eorum qui ea exercent, ingenio alterutrum fiunt. Et Gentibus infructuoſa ea virtus eſt. habent enim ſuam mercedem, quæ Dei metu eam non obierint: vos qui bello cum Deo gerendo, atque eius operibus criminandis eam *Matth. 25.* obieritis, non modò mercedem veſtram habetis, ſed & plectemini: ac D quod attinet ad dogmata, cum illis cenſebimini, qui æquè atque illæ vero Deo reiecto, deorum multitudinem inuexeritis: quod ad vitam degendam, melius cum illis quàm vobiſcum agetur. nam illis hoc ſolum damni eſt, nihil boni conſequi; vobis etiam ſupplicia pati. atque illis in hac vita omnibus frui licuit; vos vtriſque caretis. Et pœna vlla grauior eſſe poteſt, quàm ſupplicia, laborum ac ſudorum præmium capere? Adulter, defraudator, qui aliena ſuauiter abligurriat,

[illegible] Τοῖς μὲν οὖν γεγαμηκόσι πολλὴν δίδωσι τὴν παραμυθίαν, ὡς μηδὲ ἑκάτερος θατέρου ἀποστερεῖν αὐτοὺς ἀλλήλων, μήτε τὴν ἐκ συμφωνίας γενομένην στέρησιν ἐπὶ πολὺ παρατείνειν. καὶ δευτέρου πάλιν ἐπέτρεψε γάμου, ἐὰν βούλωνται, ὑπὲρ τοῦ μὴ πυροῦσθαι. ταῖς δὲ παρθενευούσαις οὐδεμίαν τοιαύτην ἔδωκε παραμυθίαν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἀναπαύσας πάλιν ἀνίησι· τὴν δὲ οὐδὲ μικρὸν ἀναπνεύσασαν, ἀλλὰ δι' ὅλου μαχομένην ἀφῆκεν ἑστάναι διηνεκῶς, καὶ βάλλεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ οὐδὲ μικρᾶς αὐτὴν λαβέσθαι δίδωσιν ἀνακωχῆς. διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπε καὶ πρὸς αὐτὴν, εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύεται, γαμησάτω; ὅτι οὐδὲ πρὸς τὸν ἀθλητὴν εἴποι τις ἂν μετὰ τὸ ῥῖψαι τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀλείψασθαι, καὶ εἰς τὸ στάδιον εἰσελθεῖν, καὶ καταπάσασθαι τῇ κόνει, ἀπόστηθι καὶ φύγε τὸν ἀνταγωνιστήν· ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν δυοῖν θάτερον, ἢ στεφανωθέντα, ἢ πεσόντα καὶ καταισχυνθέντα ἀπελθεῖν.

imò verò eius laboribus fruens, ac bonis gaudens, cum ea velut cum vmbra belligerandi finem nullum facit: ac quæ ſe nihil læſerit, ſæpe etiam ſibi nec conſpectam, mille in dies maledictis laceſſit, eiúſque, quæ nulla ſit, pœnis in ſtirpem perſequendis, in eos, vbi ipſa nihil agat, interdum virum armat. Atque hæc tamen hominibus facilia atque tolerabilia ſunt viſa, modò ne libidinis tyrannidem ferre cogerentur. At non virgo ad hunc conflictum trepidauit, nec prælium declinauit, quod vulgò adeò intolerabile videatur, ſed fortiter reſiſtens, naturæ inſultum ſuſtinuit. Quis igitur eam pro merito ſuſpiciat, quando alij etiam alteris nuptijs opus habent, ne vrantur: hæc neque vnis contractis, perpetuò ſancta & illæſa eſt? Itaque præmij viduitati in cœlis repoſiti præſcius, qui loquentem in ſe Chriſtum haberet, dicebat: Bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego. Non potuiſti ad ſummum gradum conſcendere? at proximo ne excidas. Hoc ſolo virgo tibi præſtet, quòd illam libido ne expugnauit quidem vnquam: te priùs complexa, perpetuò continere nequiuerit: ac tu quidem victus viciſti, illa victoriam puram habet, ac tecum exitu coniuncta, principio ſolùm ſuperat.

XXXIIX *Cur cõiugibus magna ſolatia virgini nulla concedat.*

Igitur coniuges admodum commodè tractat, qui nec altero volente eos mutua conſuetudine defraudet, nec defraudationem ex conſenſu longiùs producat. Quin alteras etiam nuptias permittit, ſi velint, ne vrantur: at virginibus nullum huiuſmodi ſolatium præbet: ſed illos tantiſper ſuſpenſos iterum recreat: hanc nec minimùm reſpirantem, ſed aſſiduè pugnantem, ſinit perpetuò ſtare, ac cupiditatibus verberari, nec vel tantillis inducijs frui. Cur enim non huic etiam dixit, Si ſe non continet, nubat? Quòd nec athletæ dicat quiſquam, poſtquam derepto amictu ac delibutus in ſtadium proceſſit, ſéque puluere conſperſit, abi, fuge aduerſarium; ſed iam porrò neceſſum ſit duorum alterum, aut coronatum, aut deiectum, & infamem diſcedere.

Nam in ludo ac palæſtra, vbi cum familiaribus exercitium ſit, & cum amicis velut cum aduerſarijs manum conſeras, liberum ſit & ſuſcipere laborem & non ſuſcipere. at qui iam nomen dedit, coacto frequenti populo, præſente agonotheta, ſedentibus ſpectatoribus, adducto atque obiecto aduerſario, ei certaminum lex facultatem eripiat. Ad eundem modum & virgini dum conſultet prius, nubendum ſit necne, tutum eſt matrimonium: at vbi elegit ac conſcripta eſt, ſe in ſtadium dedit. Ecquis igitur indictis ſpectaculis, Chriſto certaminis magiſtro, angelis ſuperne ſpectantibus, furente diabolo ac fremente, ad luctámque conſerto, & medio comprehenſo, in medium proſiliens edicere auſit, hoſtem fugiat, laboribus ſuperſedeat, comprehenſionem omittat, ne deijciat ac proſternat aduerſarium, ſed ei victoriam cedat? Et quid virgines dico? cùm nec viduas ijs verbis affari fas ſit, ſed illorum loco his terrificis, Poſtquam repudiato

1.Tim.5.11 Chriſto laſciuire cœperint, nubere volunt, dãnationem habebunt, quòd primam fidem fefellerint.

XXXIX. Cui vidua, cuius virgini nubere permittat. Atenim cùm eius ſententia ſit, Matrimonio ſolutis ac viduis dico, præſtare eis ſic manere vt ego: tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: & rurſum, Sin obierit eius vir, liberum eſt, cui velit nubere, tantum in Domino: quamobrem eam cui liberum facit, iterum caſtigat, & quod in Domino eſſe matrimonium dixit, idem ceu illegitimum damnat? Ne verere: non idem, ſed aliud. Nam vt inquiens, Si nupſit virgo, non peccauit, non de ea loquitur, quæ matrimonio renunciauit: euidens eſt enim eam piaculum commiſiſſe, & quidem infandum: ſed quæ & expers matrimonij ſit, & nondum hoc aut illud cenſuerit, ſed tanquam in meditullio harum cogitationum conſiſtat: ita & viduam, hîc, quæ virum ſolùm non habeat, neque etiam dum optione ſua ac præiudicio obſtricta teneatur, ſed liberum habeat alterutrum aſciſcere: illic, cui integrũ non ſit cum alio ſponſo ſocietatem coire, ſed in continentiæ certamen deſcenderit. poteſt namque & vidua eſſe,

A ἐν παιδοτριβείῳ μὲν γὰρ καὶ παλαίστρᾳ, ὅπου πρὸς τοὺς οἰκείους ἡ γυμνασία, καὶ τοῖς φίλοις ὡς ἐναντίοις συμπλέκεται, καὶ τοῦ ποιεῖν, καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν αὐτὸς ἐστὶ κύριος. ὅταν δὲ ἀπογράψηται καὶ συλλεγῇ τὸ θέατρον, καὶ ὁ ἀγωνοθέτης παρῇ, καὶ οἱ θεαταὶ κάθωνται, καὶ εἰσαχθεὶς ὁ ἀνταγωνιστὴς καὶ αὐτῷ παραστῇ, τὴν ἐξουσίαν αὐτὸν ὁ τῶν ἀγώνων παρῄρηται νόμος. καὶ τῇ παρθένῳ τοίνυν ἕως μὲν ἂν βουλεύοιτο πρότερον εἰ δέοι γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν, ἀκίνδυνος ὁ γάμος· ἐπειδὰν δὲ ἕληται καὶ ἀπογράψηται, εἰσήγαγεν ἑαυτὴν εἰς τὸ στάδιον.

B τίς οὖν τολμήσει τοῦ θεάτρου συγκροτουμένου, καὶ θεωρούντων μὲν ἄνωθεν ἀγγέλων, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, μαινομένου δὲ τοῦ διαβόλου, καὶ τρίζοντος καὶ συμπλεκομένου πρὸς τὴν πάλην, καὶ μέσου κατεχομένου, παρελθὼν εἰς μέσον εἰπεῖν, φύγε τὸν ἐχθρὸν, ἔνδος τοῖς πόνοις, ἀπόστηθι τῆς λαβῆς, μὴ καταβάλῃς, μηδὲ ὑποσκελίσῃς τὸν ἀνταγωνιστὴν, ἀλλὰ παραχώρει τῆς νίκης αὐτῷ; καὶ τί λέγω πρὸς τὰς παρθένους; πρὸς τὰς χήρας οὐκ ἄν τις τολμήσειε ταύτην ῥῆξαι τὴν φωνὴν, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ἐκείνην τὴν φοβερὰν, ὅτι

C ἐὰν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, καὶ γαμῆσαι θελήσωσι, κρίμα ἕξουσιν ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. Καὶ μὴν αὐτός φησιν, ὅτι λέγω τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. καὶ πάλιν, ἐὰν κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι, μόνον ἐν κυρίῳ. πῶς οὖν ἣν ἀφίησιν ἐλευθέραν πάλιν κολάζει, καὶ ὃν ἐν κυρίῳ φησὶν εἶναι γάμον, τοῦτον ὡς παράνομον γινόμενον καταχρίνει; μὴ δείσῃς, οὐ τὸν αὐτὸν ἀλλ' ἕτερον. ὥσπερ γὰρ λέγων, ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτεν, οὐ περὶ τῆς ἀπο-

D ταξαμένης τῷ γάμῳ φησί· δῆλον γὰρ ἅπασιν ὅτι αὕτη ἥμαρτε καὶ ἁμαρτίαν ἀφόρητον· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀπειρογάμου μὲν ἔτι, οὔπω δὲ οὐδὲ τοῦτο, οὐδὲ ἐκεῖνο ψηφισαμένης, ἀλλ' ἐν μεταιχμίῳ τούτων ἑκατέρων μενούσης τῶν λογισμῶν· οὕτω καὶ χήραν ἐνταῦθα μὲν τὴν ἁπλῶς οὐκ ἔχουσαν ἄνδρα φησίν· οὔπω δὲ καὶ τῇ τῆς οἰκείας προαιρέσεως ψήφῳ προσδεδεμένην, ἀλλ' ἐλευθέραν οὖσαν καὶ τοῦτο ἑλέσθαι κἀκεῖνο· ἐκεῖ δὲ τὴν οὐκέτι κυρίαν οὖσαν ἑτέρῳ πάλιν ὁμιλῆσαι νυμφίῳ, ἀλλ' εἰς τοὺς τῆς ἐγκρατείας ἐμβεβηκυῖαν ἀγῶνας. ἔστι γὰρ καὶ χήραν εἶναι,

κθ. ἀντί-
χαρις.

καὶ μὴ καταπίπτειν εἰς τὸ τῶν χηρῶν ἀξίωμα, ὅταν μηδέπω ἢ τοῦτο καταδεξαμένη. διὸ καὶ αὐτός φησι, Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα. τὴν μὲν γὰρ ἁπλῶς χήραν ἀφίησι γαμεῖν, εἰ βούλοιτο· τὴν δὲ ἐπαγγειλαμένην τῷ θεῷ χηρεύειν διαπαντός, εἶτα γαμηθεῖσαν, καταδικάζει σφοδρῶς, ὅτι τὰς πρὸς τὸν θεὸν συνθήκας ἐπάτησεν. οὐ ταύταις οὖν, ἀλλ' ἐκείναις φησίν· εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖττον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. ὁρᾷς οὐδαμοῦ τὸν γάμον καθ' ἑαυτὸν θαυμαζόμενον, ἀλλὰ διὰ τὰς πορνείας, διὰ τοὺς πειρασμούς, διὰ τὴν ἀκρασίαν; ἄνω μὲν γὰρ ταῦτα ἅπαντα τίθησιν· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ σφόδρα αὐτῶν καθήψατο τοῖς ὀνείδεσι, ῥήμασιν εὐφημοτέροις πάλιν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα καλεῖ, ἐμπρησμὸν αὐτὸ καὶ πύρωσιν ὀνομάζων· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἠνέσχετο μὴ πλήξας τὸν ἀκροατὴν παρελθεῖν. οὐ γὰρ εἶπεν, εἰ γὰρ βίαν τινὰ πάσχουσιν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, εἰ δὲ περιτρέπονται, εἰ δὲ μὴ δύνανται· οὐδὲν τοιοῦτον ὃ τῶν πασχόντων ἐστὶ καὶ συγγνώμης ἄξιον. ἀλλὰ τί; εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται· ὃ τῶν οὐκ ἐθελόντων ἐστὶν ἐνεργεῖν διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν. δείκνυσι γὰρ ὅτι κύριοι ὄντες τοῦ πράγματος, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ποιεῖν, οὐκ ἀνύουσιν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς κολάζει οὐδὲ τιμωρίαις ὑποτίθησιν, ἀλλ' ἐπαίνων ἀποστερήσας μόνον μέχρι τοῦ διὰ τῶν ῥημάτων ψόγου τὴν σφοδρότητα ἐπιδείκνυται, παιδοποιίας μὲν οὐδαμοῦ μεμνημένος, τῆς εὐπροσώπου καὶ σεμνῆς αἰτίας τοῦ γάμου, πυρώσεως δὲ, καὶ ἀκρασίας, καὶ πορνείας, καὶ πείρας Σατανικῆς, καὶ ὑπὲρ τοῦ ταῦτα μὴ γίνεσθαι τὸ πρᾶγμα συγχωρῶν. καὶ τί τοῦτο; φησίν· ἕως γὰρ ἂν αὐτὸ τιμωρίας ἀπαλλάττῃ, πᾶσαν καταγνῶσιν καὶ πάντα ὀνείδη εὐκόλως οἴσομεν· μόνον ἐξέστω τρυφᾷν καὶ συνεχῶς ἀπολαύειν ἐπιθυμίας. τί οὖν, ὦ βέλτιστε, ἂν μηδὲ τρυφᾷν ἐξῇ, ὀνειδισμὸν καρπωσόμεθα μόνον; καὶ πῶς, φησίν, οὐκ ἔξεστι τρυφᾷν, τοῦ Παύλου λέγοντος· Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν; ἀλλ' ἄκουε καὶ τὰ προσκείμενα τούτῳ· ἔμαθες ὅτι κρεῖττον τὸ γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι. ἀπεδέξω τὸ ἡδὺ, ἐπῄνεσας τὴν συγχώρησιν, ἐθαύμασας τῆς συγκαταβάσεως τὸν ἀπόστολον· ἀλλὰ μὴ στῇς μέχρι τούτου, δέχου καὶ τὰ μετὰ ταῦτα·

A & viduarum dignitati non accenſeri, ſiquidem id nolit. itaque inquit, Vidua eligatur non minor annis ſexaginta. 1.Tim.5.9. Nam quæ vidua mera ſit, ei, ſi velit, nubere permittit: at quæ perpetuò vidua agere Deo promiſit, atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum conculcet. Non ergo his, ſed illis dicit, Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: ſatius eſt enim matrimonium contrahere quàm ardere. 1.Cor.7.9. Vides nuſquam per ſe ſuſpici matrimonium, ſed propter fornicationem, B tentationes, atque intemperantiam? nam ſuprà hæc omnia recenſet: hic, quòd eos conuitijs malè mulcaſſet, rurſum gratioſioribus verbis eandem rem appellat, incendium & ardorem nominans. Quanquam neque hic omiſit quin auditorem feriret. non enim dixit, Sin libidinis vim vllam ſentiunt, ſin tranſuerſi aguntur, ſin non poſſunt: nihil eiuſmodi quod eorum eſt qui aliquid dignum venia patiuntur. Sed quid? Si ſe non continent: quod eorum eſt, qui propter ignauiã elaborare nolũt. id enim ſignificat eos, quibus res in C manibus eſſet, detrectando labore eam non perficere. Ac ne ſi quidem in eos animaduertit, ac ſupplicijs addicit, ſed laude ſolùm priuat, atque in verborum tantùm vituperio vehementiam adhibet, liberorum procreationem, plauſibilem hanc & ſpecioſam matrimonij cauſam, nuſquam memorans, ſed ardorem, intemperantiam, fornicationem, ac tentationes Satanicas, eáque ne euenirent, rem permittens. Et quid tum poſtea? inquit. nam quandiu id à ſupplicio liberat, quamuis condemnationem, ac conui- D uitia facilè feremus, dum delicias facere, atque aſſiduè libidine frui liceat. Quid verò, bone vir, ſi nec delicias facere licet, conuitium ſolum percipiemus? Sed quomodo, inquit, delicias facere non licet, cum dicat Paulus, Tamen ſi ſe non continent, cõtrahant matrimonium? Audi porrò quæ ijs hæreant. Audiuiſti ſatius eſſe matrimonium contrahere quàm ardere. quod iucundum eſt probas, permiſſionem laudas, Apoſtolum de indulgentia ſuſpicis: at hic mihi ne conſiſte, & quæ conſequuntur æquè admitte.

eiuſdem enim eſt vtrumque præceptum. Quid igitur ſubdit? Coniugibus autem præcipio, non ego, ſed Dominus, vxor à viro ne diuortium faciat: ſin diuortium fecerit, maneat cælebs, aut viro reconcilietur. Item, Vir vxorem ne repudiet.

XL. Magnam eſſe ex coniugio ſeruitutem.

Quid autem ſi vir comis eſt, vxor improba, maledica, loquax, & quod commune omnium vitium eſt, ſumptuoſa, aliiſque malis pluribus referta? quo modo miſer ille quotidianam hanc moleſtiam, ſuperbiam, impudentiam feret? Quid inquam ſi contrà hæc modeſta & ſedata eſt, ille ferox, repudioſus, iracundus, animis ei partim opibus, partim potentia auctis, qui liberam eodem loco habeat quo ſeruam, nihilo in eam quàm in famulas æquior? quo pacto eam neceſſitatem vimque patietur? Quid denique ſi ab ea planè alienus ſemper maneat? Fer, inquit, omnem hanc ſeruitutem, futura demum libera, cùm obierit: eo autem viuo, duorum alterum neceſſe eſt, aut eum omni ſtudio lenire, ac frugi reddere, aut ſi id deſperatum eſt, acerrimum quoddam bellum, atque efferum prælium fortiter ſuſtinere. Ac ſuprà dicebat, Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu: hic dirimptam, vel inuitam ſe porrò iubet continere, Maneat, inquit, cælebs, aut viro reconcilietur. Viden eam inter gemina bella deprehenſam? nam aut libidinis vim ferre cogitur, aut ſi id nolit, aſſentandum eſt iniurio, eique ſe ad quælibet præbendum, ſeu plagis enecare, ſeu conuitijs vexare, ſeu vernarum ludibrio exponere, ſeu aliud quid eiuſmodi. multæ enim viris vlciſcendarum vxorum viæ adinuentæ ſunt. Quæ ſi non perferat, agenda infructuoſa continentia eſt: infructuoſa, inquam, quæ nihil ſe dignum ſpondeat. neque enim ſanctimoniæ ſtudio ſuſcepta eſt, ſed propter diſſidium cum viro. nam, Maneat, inquit, cælebs, aut viro reconcilietur. At quid ſi nolet in gratiam redire? Habes alterum effugium atque euaſionem. Quámnam? eius mortem expecta. Vt enim virgini, cui perennè viuens atque immortalis ſponſus ſit, nubere

τοῦ γὰρ αὐτοῦ ἀμφότερα τὰ παραγγέλματα. τί οὖν μετὰ ταῦτά φησι; τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγώ, ἀλλ' ὁ κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω· καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι.

μ΄. ἀναχαρις.

Τί οὖν ἐὰν μὲν ὁ ἀνὴρ ἐπιεικὴς ᾖ, ἡ δὲ γυνὴ μοχθηρά, λοίδορος, λάλος, πολυτελής, ὃ κοινὸν τοῦτο πασῶν αὐτῶν νόσημα, ἑτέρων πλειόνων γέμουσα κακῶν· πῶς οἴσει τὴν καθημερινὴν ταύτην ἀηδίαν ἐκεῖνος ὁ δείλαιος, τὸν τῦφον, τὴν ἀναισχυντίαν; τί δαὶ ἂν τοὐναντίον αὐτὴ μὲν ᾖ κοσμία καὶ ἥσυχος, ἐκεῖνος δὲ θρασύς, ὑπεροπτικός, ὀργίλος, πολὺν μὲν ἀπὸ τῶν χρημάτων, πολὺν δὲ ἀπὸ τῆς δυναστείας ὄγκον περιβεβλημένος, καὶ τὴν ἐλευθέραν ὡς δούλην ἔχῃ, καὶ τῶν θεραπαινίδων μηδὲν ἄμεινον πρὸς αὐτὴν διακέηται· πῶς οἴσει τὴν τοσαύτην ἀνάγκην καὶ βίαν; τί δαὶ ἂν συνεχῶς αὐτὴν ἀποστρέφηται, καὶ διαπαντὸς μένῃ τοῦτο ποιῶν; καρτέρει, φησίν, πᾶσαν ταύτην τὴν δουλείαν· ὅταν γὰρ ἀποθάνῃ, τότε ἐλευθέρα ἔσῃ μόνον· ζῶντος δὲ δυοῖν θάτερον ἀνάγκη, ἢ παιδαγωγεῖν αὐτὸν μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς καὶ βελτίω ποιεῖν, ἢ εἰ τοῦτο ἀδύνατον, φέρειν γενναίως τὸν ἀκήρυκτον πόλεμον καὶ τὴν ἄσπονδον μάχην. καὶ ἀνωτέρω μὲν ἔλεγε, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου· ἐνταῦθα δὲ χωρισθεῖσαν αὐτὴν, καὶ ἄκουσαν ἐγκρατεύεσθαι κελεύει λοιπόν. μενέτω γάρ, φησίν, ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. ὁρᾷς αὐτὴν ἐν μέσῳ δυοῖν ἀπειλημμένην πολέμοιν; ἢ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας βίαν χρὴ καρτερεῖν, ἢ τοῦτο μὴ βουλομένην, κολακεύειν τὸν ὑβριστήν, καὶ παρέχειν ἑαυτὴν ἐκείνῳ πρὸς ὅπερ ἂν βούληται, εἴτε πληγὰς ἐντεῖναι, εἴτε λοιδορίαις πλύνειν, εἴτε οἰκετῶν ὑπεροψίᾳ παραδοῦναι, εἴτε ἕτερόν τι τοιοῦτον· πολλαὶ γὰρ ὁδοὶ τοῖς ἀνδράσιν ἐπινενόηνται, ὅταν κολάζειν βούλωνται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. εἰ δὲ ταῦτα μὴ φέροι, τὴν ἐγκράτειαν ἀσκεῖν χρὴ τὴν ἄκαρπον· ἄκαρπον δὲ λέγω, ἐπειδὴ μὴ τὴν αὐτῇ προσήκουσαν ὑπόθεσιν ἔχει. οὐ γὰρ δι' ἁγιωσύνης ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα ὀργὴν γέγονε. μενέτω γάρ φησιν, ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. τί οὖν ἂν μηδέποτε βούληται καταλλαγῆναι; φησίν. ἔχεις ἑτέραν λύσιν καὶ ἀπαλλαγήν. τίνα ταύτην; ἀνάμενε τὸν τούτου θάνατον. ὥσπερ γὰρ τῇ παρθένῳ γαμεῖσθαι οὐδέποτε ἔξεστι διὰ τὸ ζῆν αὐτῆς ἀεὶ τὸν νυμφίον, καὶ

ἀθάνατον εἶναι· οὕτω τῇ γεγαμημένῃ τότε μόνον A ἔξεστιν, ὅταν ὁ ἀνὴρ ἀποθάνῃ. εἰ γὰρ ἐξῆν καὶ ζῶντος ἀπὸ τούτου πρὸς ἕτερον, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον μεταπηδᾶν, τί γάμου ἔδει λοιπόν, τῶν ἀλλήλων γυναιξὶν ἀδιακρίτως τῶν ἀνδρῶν κεχρημένων, καὶ πάσαις ἁπλῶς ἀναμεμιγμένων ἁπάντων; πῶς δὲ οὐκ ἂν καὶ πρὸς τοὺς συνοικοῦντας διεφθάρη ἡ διάθεσις, τήμερον μὲν τούτου, αὔριον δὲ ἐκείνου, καὶ πάλιν ἄλλου τῇ αὐτῇ συζώντων γυναικί; δικαίως ὁ κύριος αὐτὸ μοιχείαν ἐκάλεσε.

μα΄. διὰ τί τοῖς Ἰουδαίοις συνεχώρησε δοῦναι ἀποστάσιον ὁ θεός.

Πῶς οὖν Ἰουδαίοις τοῦτο συνεχώρησεν; ἵνα μὴ πολεμῶσιν ἀλλήλοις, ἵνα μὴ συγγενικῶν αἱμάτων B τὰς ἑαυτῶν πληρῶσιν οἰκίας. τί γὰρ ἦν ἄμεινον, εἰπέ μοι, τὴν μισηθεῖσαν ἐκβληθῆναι ἔξω, ἢ σφαγῆναι ἔνδον; τοῦτο γὰρ ἂν ἐποίησαν, εἴγε μὴ ἐξῆν αὐτοῖς ἐκβαλεῖν. διὰ τοῦτό φησιν, εἰ μισεῖς, ἐξαπόστειλον. ὅταν δὲ τοῖς ἐπιεικέσι διαλέγηται, καὶ οἷς μηδὲ ὀργίζεσθαι συγχωρεῖ, φησίν· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος. ὁρᾷς τὴν ἀνάγκην, τὴν ἀπαραίτητον δουλείαν, τὸν ἑκατέρους περιβαλόντα δεσμόν; δεσμὸς γὰρ ὄντως ὁ γάμος, οὐ διὰ τὸν τῶν φροντίδων ὄχλον μόνον, οὐδὲ διὰ τὰς λύπας τὰς καθημερινάς· ἀλλ' ὅτι πάντων οἰκέτου χαλεπώτερον ἀλλήλοις ὑποκεῖσθαι τοὺς γεγαμηκότας κα- C ταναγκάζει. κρατείτω, φησίν, ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός. καὶ τί τῆς δεσποτείας ταύτης τὸ κέρδος; πάλιν γὰρ αὐτὸν δοῦλον τῆς κρατουμένης ποιεῖ, καινὴν τινὰ καὶ παράδοξον δουλείας ἐπινοήσας ἀντίδοσιν· καὶ καθάπερ οἱ πόδες τῶν φυγάδων οἱ καὶ καθ' ἑαυτοὺς δεδεμένοι, καὶ πάλιν ἀλλήλοις συνδεδεμένοι διά τινος ἁλύσεως μικρᾶς ἐξ ἑκατέρας ἀρχῆς τῆς πέδαις προσηλωμένης, οὐκ ἂν δύναιντο μετ' ἐξουσίας βαδίζειν, τῷ τὸν ἕτερον ἀναγκάζεσθαι ἕπεσθαι θατέρῳ· οὕτω καὶ αἱ τῶν γεγαμηκότων ψυχαὶ ἔχουσι μὲν καὶ ἰδίας φροντίδας· ἔχουσι δὲ καὶ ἑτέραν D ἀνάγκην τὴν ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους συνδέσμου, πάσης ἁλύσεως χαλεπώτερον ἄγχουσαν, καὶ τὴν ἀμφοτέρων ἐλευθερίαν ἀφαιρουμένην, τῷ μὴ καθάπαξ ἑνὶ παραδεδόσθαι τὴν ἀρχήν, ἀλλ' εἰς ἑκατέρους αὐτῆς διανέμεσθαι τὴν ἐξουσίαν. ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ διὰ τὴν ἐκ τῆς ἡδονῆς παραμυθίαν πᾶσαν ἕτοιμοι κατάγνωσιν ἐνεγκεῖν; οὐδὲ γὰρ μικρὸν ὑποτέμνεται τῆς ἡδονῆς μέρος, ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὀργαῖς καὶ ἀπεχθείαις πολλάκις ἀναλισκομένου χρόνου μακροῦ. καὶ ἡ δουλεία δὲ αὐτὴ τό, τὴν ἑτέρου μοχθηρίαν ἀναγκάζεσθαι καὶ ἄκοντα φέ-

A nunquam licet: ſic maritæ tum demum, cùm vir obierit. Nam ſi fas eſſet, eo etiam viuo, ab eo ad alium, iterúmque ab illo ad alium tranſire, quid matrimonio opus eſſet, viris promiſcuè altero alterius vxore vtentibus, atque omnes omnibus ineuntibus? Quo pacto autem non & ſtudium erga contubernales periret, hodie illo, cras alio, ac rurſum alio cum eorum vxore conſueſcentibus? Meritò id Dominus adulterium vocauit.

XLI. Cur Iudæis conceſſerit Deus repudij libellum offerre.

Cur igitur id Iudæis permiſit? ne B inter ſe confligerent, ne cognato ſanguine ædes ſuas complerent. Cedo enim, vtrum præſtabat, inuiſam domo exigi, an intra parietes iugulari? quod feciſſent: ſi non eis eijcere licuiſſet. itaque inquit, Si inuiſam habes, dimitte. At ſedatos, & quibus nec iraſci permittat, alloquens, ait: Sin diuortium fecerit, cælebs maneto. Vides neceſſitatem, ineuitabilem ſeruitutem, & vinculum, quod vtrumque conſtringit? Verè enim vinculum matrimonium eſt, non ſolùm propter ſollicitudinum turbam ac quotidianas C moleſtias, ſed etiam quòd coniuges quouis ſeruo grauius inuicem ſubijci cogat. Vir, inquit, vxori dominetur. At quis eius dominij vſus eſt? nam viciſſim eum ſeruum efficit eius cui imperet, noua quadam & inaudita excogitata compenſatione ſeruitutis. ac quaſi fugitiuorum pedes & ſeorſim vincti, & rurſum inter ſe exigua quadam catena bicipiti, vtrinque pedicis adfixa, conſtricti, haud ſanè liberè ingredi queant, quòd alter alterum conſequi cogantur. Ad eundem modum & coniugum mentes, D cùm priuatas curas habent, tum alia neceſſitate etiam ex mutua colligatione tenentur, quæ eos omni catena arctiùs ſtringat, & vtrique libertatem eripiat, quòd vni imperium omne non tradiderit, ſed eius poteſtatem in vtrumque diſpertitus ſit. Vbi ſunt igitur qui parati ſunt voluptatis ſolatij cauſa omnem condemnationem pati? neque enim parum de voluptate decedit, interdum mutuis odijs ac diſſidijs in longum tempus durantibus. Quin ea quoque ſeruitus, vt alterius improbitas alteri vel inuito ferenda ſit, ſatis eſt, vt delicias

Digitized by Google

omnes obliteret. Itaque vir beatus libidinis impotentiam primùm aſperis illis verbis repreſſit, propter fornicationem, intemperantiam, & ardores. Sed cùm videret vulgò eam condemnationem flocci fieri, quòd ad deterrendum efficacius eſſet addit, quod quidem & diſcipulos dicere coëgit, Non expedit matrimonium contrahere. *Matth. 9. 10.* Id autem eſt, coniugem nullum ſui eſſe iuris. Neque id hortabundus & tanquam conſulens profert, ſed præcipiens ac mandans. nam matrimonium contrahere aut non contrahere penes nos eſt: quæ matrimonium conſequantur, non item, ſed velimus nolimus ferenda ſeruitus eſt. Quid ita? quòd non inſcij eam primùm ſuſcepimus, ſed vel in primis eius iura atque leges tenentes, ſponte ſub iugum nos ſubiecimus. Ac poſtea de iis loquutus, qui infideles domeſticas haberent, omnéſque matrimonij leges accuratè perſequutus, iniecta de ſeruis diſputatione, atque iis, quod abundè ſolatio eſſet, monitis, Ingenuitatem ſpiritalem ex ſeruitute non imminui, pergit porrò ad ſermonem de virginitate, quam pridem parturibat ac ſerere ſatagebat, nunc enitens: etſi eum nec de matrimonio diſſerens, ſuſtinuit ſilentio præterire. nam breuiter ille quidem & obiter, ſed tamen ei quoque exhortationi eum intexuit: atque ea pulcherrima ratione aures noſtras & ingenium tanquam præparans ac præmolliens, orationi facilem aditum molitur poſt exhortationem ad ſeruos. Nam pretio, inquit, coëmpti eſtis: Nolite fieri *1.Cor.7.23* ſerui hominum: Domini nobis beneficio in memoriam reuocato, omniúmque mentibus eò erectis, in cœlúmque ſublatis, de virginitate diſputationem demum inſerit his verbis: De virginibus autem Domini præceptum non habeo, ſed conſilium do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino, vt ſim fidelis. At, qui de fidelis cum infideli coniugio præceptum item non haberet, magna auctoritate ita ſancit: Ceteris ego dico, *Chriſtianus* non Dominus: ſi quis † frater vxorem habet infidelem, eáque in eius conſuetudinem conſentit, eam ne dimittito. Cur non igitur & de virgi-

A περιφέρει, ἅπασαν ἱκανὴν συσκιάσαι τρυφήν. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος ἐκεῖνος πρότερον μὲν δι' ἐντρεπτικῶν ῥημάτων ἀνέστελλε τὴν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν φοράν, διὰ τὰς πορνείας λέγων, καὶ ἀκρασίας, καὶ πυρώσεις. ἐπειδὴ δὲ συνεῖδε βραχὺ ὄντα τοῖς πολλοῖς τὸν τῆς καταγνώσεως λόγον, ὃ τούτου πολὺ ἰσχυρότερον πρὸς ἀποτροπὴν τίθησι· διὸ καὶ οἱ μαθηταὶ εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. τοῦτο δέ ἐστι τό, μηδένα ἑαυτοῦ κύριον εἶναι τῶν γεγαμηκότων. καὶ οὐκέτι τοῦτο ἐν παραινέσεως τάξει καὶ συμβουλῆς εἰσηγεῖται, ἀλλ' ἐν ἐπιτάγματος καὶ ἐντολῆς ἀνάγκῃ. B τὸ μὲν γὰρ γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι· μετὰ δὲ τὸν γάμον, οὐκέτι ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντας καὶ ἄκοντας φέρειν χρὴ τὴν δουλείαν. τί δήποτε; ὅτι οὐκ ἀγνοοῦντες ταύτην εἱλόμεθα τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῆς ἐπιστάμενοι τὰ δικαιώματα, καὶ τοὺς νόμους, ἑκόντες αὐτοὺς ὑπεδυόμεθα τῷ ζυγῷ. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῶν τοῖς ἀπίστοις συνοικούντων διαλεχθεὶς, καὶ πᾶσιν ἀκριβῶς τοῖς περὶ τοῦ γάμου νόμοις ἐπεξελθών, καὶ τὸν περὶ τῶν οἰκετῶν λόγον παρεμβαλών, καὶ παραμυθησάμενος αὐτοὺς ἱκανῶς, μὴ περιαλγεῖσθαι τῇ δουλείᾳ ταύτῃ τῆς εὐγε- C νείας αὐτοῖς τὴν πνευματικήν, μέτεισι λοιπὸν ἐπὶ τὸν τῆς παρθενίας λόγον, ὃν πάλαι μὲν ὤδινε καὶ καταβαλεῖν ἔσπευδεν, ἀπέτεκε δὲ νῦν· οὐδὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις ἀποσιωπῆσαι καρτερήσας αὐτόν. ἐν βραχεῖ μὲν γὰρ καὶ διεσπαρμένως· ἐνύφηνε δὲ αὐτὸν ὅμως κἀκείνῃ τῇ παραινέσει· καὶ τῇ καλλίστῃ ταύτῃ μεθόδῳ προγυμνάσας ἡμῶν τὰς ἀκοάς, καὶ τὴν διάνοιαν προλεάνας, εἴσοδον ἀρίστην τῷ λόγῳ παρασκευάζει μετὰ τὴν πρὸς τοὺς οἰκέτας παραίνεσιν. τιμῆς γάρ, φησιν, ἠγοράσθητε· μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων· τῆς D δεσποτικῆς ἡμᾶς ἀναμνήσας εὐεργεσίας, καὶ τούτῳ πάντων τὰς διανοίας ἀναστήσας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄρας, οὕτως τοὺς περὶ τῆς παρθενίας ἐμβάλλει λόγους, ταῦτα λέγων τὰ ῥήματα· περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. καίτοι γε καὶ ἐπὶ τῶν πιστῶν τῶν τοῖς ἀπίστοις συνεζευγμένων οὐκ ἔχων ἐπιταγήν, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας ἐνομοθέτησεν οὑτωσὶ γράφων· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ γράφω, οὐχ ὁ κύριος· εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν· τί οὖν οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῶν παρ-

γνώμῃ τὸ αὐτὸ ποιεῖς ἀποφαινόμενος; ὅτι περὶ τούτου φανερῶς ὁ Χριστὸς διετάξατο, κωλύων εἰς ἐπιτάγματος ἀνάγκην ἄγειν τὸ πρᾶγμα. ὁ γὰρ, ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω, κύριον τὸν ἀκροατὴν τῆς αἱρέσεως ποιοῦντός ἐστιν. περὶ μὲν οὖν τῆς ἐγκρατείας διαλεγόμενος, θέλω, φησί, πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ. καὶ πάλιν· λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς παρθενίας λόγοις οὐδαμοῦ παρήγαγεν ἑαυτόν. διὰ τοῦτο καὶ σφόδρα ὑφειμένως, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ὑποστολῆς διαλέγεται. οὐ γὰρ αὐτὸς τὸ πρᾶγμα κατώρθωτο. ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω, φησί. πρότερον τὴν αἵρεσιν θεὶς, καὶ τὸν ἀκροατὴν εὐγνώμονα καταστήσας, οὕτως ἐπάγει τὴν συμβουλήν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῆς παρθενίας ὄνομα πολὺν εὐθέως ἐμφαίνει τὸν πόνον λεχθὲν, διὰ τοῦτο οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν παραίνεσιν ἔδραμεν, ἀλλὰ θεραπεύσας πρότερον τῇ αἱρέσει τὸν μαθητὴν, εὐήνιόν τε καὶ πρᾶον αὐτοῦ κατασκευάσας τὴν ψυχὴν, οὕτω ποιεῖται τὴν εἰσήγησιν. ἤκουσας παρθενίας ὄνομα πολλῶν πόνων καὶ ἱδρώτων· μὴ δείσῃς· οὐκ ἔστι τὸ πρᾶγμα ἐπίταγμα, οὐδὲ ἐντελῆς ἀνάγκην ἐπάγεται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἑκόντι καὶ μετὰ προαιρέσεως δεχομένους αὐτὴν τοῖς οἰκείοις ἀμείβεται καλοῖς, τὸν φαιδρὸν καὶ ἀμάραντον στέφανον περιτιθεῖσα αὐτῶν τῇ κεφαλῇ· τοὺς δὲ παραιτουμένους αὐτὴν καὶ οὐκ ἐθέλοντας προσδέχεσθαι, οὔτε κολάζει οὔτε ἄκοντας ἀναγκάζει τοῦτο ποιεῖν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἀνεπαχθῆ τὸν λόγον εἰργάσατο καὶ ἡδὺν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν χάριν τοῦ πράγματος οὐκ αὐτοῦ φάναι εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ εἶπε· περὶ δὲ τῶν παρθένων οὐκ ἐπιτάσσω, ἀλλ' ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· εἰ μὲν ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἐγὼ κινούμενος ταῦτα παρῄνουν, οὐκ ἔδει θαρρεῖν· ἐπειδὴ δὲ τῷ θεῷ τοῦτο ἔδοξεν, ἀσφαλὲς τὸ τῆς ἀδείας ἐνέχυρον. τὴν μὲν ἐξουσίαν τοῦ τὰ τοιαῦτα ἐπιτάττειν παρῄρημαι· εἰ δὲ βούλεσθε ἀκούειν ὡς ὁμοδούλου, γνώμην δίδωμι, φησιν, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. ἄξιον δὲ ἐνταῦθα θαυμάσαι τοῦ μακαρίου τὴν πολλὴν εὐμηχανίαν καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ πῶς ἐν μέσῳ δυοῖν ἀναγκαίων καὶ ἐναντίων ἀπειλημμένος, τοῦ τε συστῆσαι τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὴν συμβουλὴν, καὶ τοῦ μηδὲν μέγα φθέγξασθαι περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ταύτης γεγονέναι ἐκτὸς, ἀμφότερα ἐν βραχεῖ κατεσκεύασε.

A nibus itidem ſciſcis? Quòd hoc Chriſtus palàm conſtituit, vetans eam rem præcepti neceſſitate definiri. Illud namque, Qui capere poteſt, capiat, liberam auditori optionem condonantis eſt. Itaque de continentia diſſerens, Volo, inquit, omnes homines ſic eſſe, vt ego ſum, continentes. & rurſum, Cælibibus autem ac viduis dico, Bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, vt ego. At non in ſermone de virginitate vſquam ſe adducit: ideóque admodum modeſtè atque cautè loquitur, qui nec ipſe ea perfunctus
B eſſet. Præceptum, inquit, non habeo. Primùm proponenda optione beneuolum reddens auditorem, ita conſilium ſubijcit. Quoniam enim virginitatis nomen prolatum, protinus ingentem laborem declarat, ideò non ſtatim ad cohortationem ſe contulit, ſed auditorem prius optione deleniens, eiúſque ingenium cicur ac tractabile reddens, ita demum proponit. Audiſti virginitatem, nomen multi laboris ac ſudoris: ne metue: non præceptum agitur, aut iuſſi neceſſitas, ſed qui ſe volentes atque ſtudio amplectantur, eos
C ea ſuis bonis remuneratur, eorum capiti ſplendidam ac floream coronam imponens. qui recuſent, ſéque adſciſcere nolint, nec punit, nec inuitos cogit. Neque eo ſolùm oratione gratam nec moleſtâ reddidit, ſed etiam quod beneficium hoc non ſuum, ſed Chriſti eſſe dicat. Non enim ait, De virginibus non præcipio, ſed, Præceptum non habeo: quaſi diceret, Si humanis rationibus motus ipſe hæc cohortarer, fidendum minùs eſſet: at cùm id Deo viſum ſit, certum pignus atque fidem habetis. mihi quidem ea imperandi
D facultas eſt erepta: ſed ſi audire vultis velut conſeruum, conſilium, inquit, do, vt qui miſericordiam ſim conſequutus à Domino vt ſim fidelis. Atque hoc loco Pauli ſummum artificium ac prudentia miranda eſt, quemadmodum inter duo neceſſaria, eáque contraria, interceptus, tum vt ſe commendaret, quò conſilium plauſibile eſſet, tum vt nihil de ſe magnum prædicaret, quippe eius virtutis exſors, breuibus verbis vtrumque cõſequutus ſit.

Nam qui dicat, vt qui miſericordiam A ſim conſequutus, quodam modo ſe commendat: qui ſe potiori nomine non commendet, viciſſim extenuat ac deprimit.

XLII. De Pauli humilitate.

Non enim ait, Conſilium do, vt cui creditum ſit Euangelium, vt delectus gentium præco, vt cui in vos magiſterium commiſſum ſit, vt doctor atque dux. ſed quid? Vt cui Domini clementia datum ſit: eóque quod minus eſſet, propoſito. nam minus eſt fidelem duntaxat eſſe, quàm fidelium magiſtrum. aliam rurſum extenuationem meditatur. Quámnam? Non B ait, vt fidelis effectus, ſed, Vt cui Domini clementia fideli eſſe datum ſit. Ne Apoſtolatum ſolùm, præconium, & magiſterium Dei munificentiæ putate. nam ipſum etiã credere mihi eius clementia quæſitum eſt. non enim inquit, Qui dignus eſſem, fidem accepi; ſed, Cui miſericordia modò contigiſſet. Miſericordia autem gratiæ eſt, non ex merito. Itaque niſi permiſericors Deus fuiſſet, non tantùm Apoſtolus, ſed ne fidelis quidem vnquam effici potuiſſem. Viden ſerui gratitudinem, animúmque contritum, vt C nihil ſibi ceteris plus arroget, quin id etiam quod ſibi cum diſcipulis commune eſſet, fidem, ſuum eſſe neget, ſed Dei clementiæ ac benignitatis? idem his verbis ſignificans ac ſi diceret: Ne dedignamini conſilium à me accipere. neque enim me Deus miſericordia ſua dedignatus eſt. & alioqui conſilium agitur, non præceptum. etenim conſulo, non ſancio. Porrò autem quæ cuique occurrant vtilia atque frugi, in medium proferre ac proponere, nulla lex prohibet, maximè vbi id auditorum rogatu fiat: quod quidem & vo- D bis accidit. Arbitror igitur, inquit, hoc bonum eſſe. Vides rurſum modeſtam orationem, ab omníque auctoritate alienam. Atqui in hanc ſententiam diſſerere interim licebat: Quoniam Dominus virginitatem non præcepit, ideò neque ego: conſulo tamen ac cohortor eius ſtudium, qui Apoſtolus veſter ſim. quemadmodum & infrà eos alloquens ait, Si alijs non ſum Apoſtolus, at certè vobis ſum. at hîc nihil eiuſmodi refert, ſed admodum verecundè verba facit, eius vice conſulo, ſententiam edo, inquiens, pro,

1. Cor. 9.

A τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν ὡς ἠλεημένος, συνίστησί πως ἑαυτόν· τὸ δὲ μὴ ἀπὸ τοῦ λαμπροτέρου τοῦτο ποιῆσαι μέρους, ταπεινοῖ καὶ συστέλλει πάλιν.

μβ. περὶ τῆς τοῦ Παύλου ταπεινοφροσύνης.

Οὐ γὰρ εἶπε, δίδωμι γνώμην, ὡς πιστευθεὶς τὸ εὐαγγέλιον, ὡς ἀξιωθεὶς εἶναι κήρυξ τῶν ἐθνῶν, ὡς προστασίαν τὴν ὑμετέραν ἐγχειρισθεὶς, ὡς διδάσκαλος καὶ καθηγητής. ἀλλὰ πῶς; ἠλεημένος, φησί· καὶ τὸ ἔλαττον θείς. ἔλαττον γὰρ τοῦ, διδάσκαλον εἶναι τῶν πιστῶν τὸ, μόνον εἶναι πιστόν. καὶ ἑτέραν ἐπινοεῖ πάλιν ταπείνωσιν· ποίαν δὲ ταύτην; οὐκ εἶπεν, ὡς γενόμενος πιστὸς, ἀλλ' ὡς ἠλεημένος εἶναι πιστός. μὴ γὰρ τὴν ἀποστολὴν, B καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν διδασκαλίαν μόνον νομίσητε τῆς δωρεᾶς εἶναι τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πιστεῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐλέους μοι γέγονεν ἐκείνου. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄξιος ἤμην, φησὶ, κατηξιώθην τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐπειδὴ ἠλεήθην μόνον· ὁ δὲ ἔλεος χάριτός ἐστιν, οὐ τοῦ κατ' ἀξίαν. ὥστε εἰ μὴ ἦν σφόδρα εὔσπλαγχνος ὁ θεὸς, οὐ μόνον ἀπόστολος, ἀλλ' οὔτε πιστὸς ἠδυνήθην ἂν γενέσθαι ποτέ. εἶδες εὐγνωμοσύνην οἰκέτου καὶ συντετριμμένην καρδίαν, πῶς οὐδὲν πλέον ἑαυτῷ δίδωσι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὃ κοινὸν αὐ- C τῷ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἦν τὸ τῆς πίστεως, οὐκ αὐτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ; τοῦτο ἐμφαίνων διὰ τῶν ῥημάτων τούτων, ὡσεὶ ἔλεγε· μὴ ἀπαξιώσητε συμβουλὴν δέξασθαι παρ' ἐμοῦ· οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς ἀπηξίωσέ με τοῦ ἐλέους τοῦ παρ' αὐτοῦ. ἄλλως τε καὶ γνώμη τὸ πρᾶγμά ἐστιν, οὐκ ἐπίταγμα. συμβουλεύω γὰρ, οὐ νομοθετῶ. τὸ δὲ, τὰ παραστάντα ἑκάστῳ συμφέροντα φέρειν εἰς μέσον, καὶ παρατιθέναι οὐδεὶς κωλύσει νόμος· καὶ μάλιστα ὅταν ἐξ αἰτήσεως τοῦτο γίνηται τῶν ἀκροατῶν· κα- D θάπερ καὶ ἐφ' ὑμῶν. νομίζω οὖν, φησὶ, τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν. ὁρᾷς πάλιν ὑφειμένον τὸν λόγον καὶ πάσης ἔρημον ἐξουσίας. καί τοι γε ἐνῆν οὕτως εἰπεῖν· ἐπειδὴ ὁ κύριος οὐκ ἐπέταξε παρθενίαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐγώ· συμβουλεύω δὲ ὑμῖν καὶ παραινῶ τοῦτο ζηλοῦν, καὶ γὰρ ἀπόστολος ὑμῶν εἰμί. καθάπερ καὶ μετὰ ταῦτα διαλεγόμενος αὐτοῖς ἔλεγεν· εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμί. ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τούτων φθέγγεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φειδοῦς τοῖς ῥήμασι κέχρηται, ἀντὶ μὲν τοῦ συμβουλεύω, γνώμην δίδωμι, λέγων· ἀντὶ δὲ τοῦ,

ὡς διδάσκαλος, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι· καὶ ὥσπερ οὐδὲ τούτων ἀρκούντων πρὸς τὸ συνεσταλμένον ποιῆσαι τὸν λόγον, ἀρχόμενος τῆς συμβουλῆς ὑποτέμνεται πάλιν τὴν ἐξουσίαν, οὐχ ἁπλῶς ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν προσθείς. νομίζω γὰρ τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν, φησί, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. καί τοί γε ὅτε περὶ ἐγκρατείας διελέγετο, οὔτε τὸ, νομίζω, τέθεικεν, οὔτε αἰτίαν τινά, ἀλλ' ἁπλῶς, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· ἐνταῦθα δὲ, νομίζω εἶναι καλόν. τοῦτο δὲ ποιεῖ οὐκ ἀμφιβάλλων περὶ τοῦ πράγματος· ἄπαγε· ἀλλὰ τῇ τῶν ἀκουόντων κρίσει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαι βουλόμενος. τοιοῦτον γὰρ ὁ σύμβουλος, οὐκ αὐτὸς τοῖς λεγομένοις ψηφίζεται, ἀλλὰ τὸ πᾶν ὑπὸ τὴν κρίσιν ἀφίησι κεῖσθαι τῶν ἀκροατῶν.

μγ'. ποίαν ὁ Παῦλος ἐνεστῶσαν ἀνάγκην λέγει.

Ποίαν δὲ καὶ ἀνάγκην ἐνταῦθα φησίν; ἆρα τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως; οὐδαμῶς. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ ταύτην ἔλεγε, τοὐναντίον ἂν οὗπερ ἐβούλετο κατεσκεύασε μεμνημένος αὐτῆς. οἱ γὰρ βουλόμενοι γαμεῖν ταύτην ἄνω καὶ κάτω στρέφουσι. δεύτερον δὲ οὐκ ἂν αὐτὴν ἐνεστῶσαν ἐκάλεσεν. οὐ γὰρ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἄνωθεν εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων κατεφυτεύθη γένος, καὶ πάλαι μὲν χαλεπωτέρα καὶ ἀπαραίτητος ἦν· παραγενομένου δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιδεδωκυίας, εὐκαταγώνιστος γέγονε. ὥστε οὐ περὶ ταύτης ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ αἰνίττεται πολύτροπον καὶ πολυειδῆ. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; ἡ τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων διαστροφή. τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ σύγχυσις, τοσαύτη τῶν φροντίδων ἡ τυραννίς, τοσοῦτος ὁ τῶν περιστάσεων ὄχλος, ὡς καὶ ἄκοντα πολλὰ πολλάκις ἀναγκάζεσθαι τὸν γεγαμηκότα ἁμαρτάνειν καὶ πλημμελεῖν.

μδ'. ὅτι εὐκολώτερον διὰ παρθενίας, ἢ διὰ γάμου βασιλείας τυχεῖν.

Τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν οὐ τοσοῦτον ἡμῖν ἀρετῆς προὔκειτο μέτρον, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ ἀντιλοιδορήσασθαι τὸν λοιδορούμενον, καὶ χρημάτων ἐπιμεληθῆναι ἐξῆν, καὶ εὐορκοῦντα ὀμνύναι, καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρόν, καὶ οὔτε τρυφᾶν, οὔτε ὀργίζεσθαι, οὔτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντεισάγειν κεκώλυτο. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλή, καὶ ἐν τούτοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, πολλῷ στενωτέρα γέγονεν ἡ ὁδός· οὐ μόνον διὰ τὴν ἀξίαν τῶν εἰρημένων,

A vt doctor, vt cui Domini miſericordia fideli eſſe datum ſit: quaſique ne hæc quidem ſatis eſſent ad orationem extenuandam, conſilium exorſus, auctoritatem iterum detrahit, qui non ſtatuat ſolùm, ſed addat etiam rationem. Arbitror enim, inquit, hoc bonum eſſe, propter inſtantem neceſſitatem. Atenim de continentia diſſerens, neque, Arbitror, poſuit, neque vllam planè rationẽ; ſed illud modò, Bonum eſt illis, ſi permaneant, ſicut & ego: hìc, Arbitror hoc bonum eſſe. Id autem facit, non qui de eo dubitaret: nihil B minùs: ſed qui totum auditorum iudicio permittere vellet. nã conſiliarius is eſt, non qui de ijs quæ profert cenſeat, ſed qui totum in auditorum arbitrio poſitum relinquat.

XLIII. *Quam inſtantem neceſſitatem Paulus nominet.*

Sed quæ eſt autem, quam hìc memorat, neceſſitas? eáne, quæ à natura offeratur? minimè. Primùm enim ſi hanc vellet, ea commemoranda contrarium atque cogitabat efficeret. etenim qui matrimonium contrahere volunt, hanc ſuſque deque iactant. Tum autem eam inſtantem non vocaret. non enim nunc primùm, ſed iam C olim mortalium generi inſita eſt. atque erat illa quidem antè vehementior & indomita, ſed Chriſti aduentu, auctáque iam virtute, ſuperatu facilis eſt effecta. Itaque ei non de hac ſermo eſt, ſed aliam quandam innuit, multiplicem & variam. Quænam ea eſt? Humanarum rerum conuerſio. nam is eſt confluxus, ea curarum impotentia, ac circumſtantium rerum turba, vt in multis ſæpenumero coniugi vel inuito errandum peccandúmque ſit.

XLIV. *Facilius eſſe virginem quàm coniugẽ regnũ conſequi.*

Etenim olim non is erat nobis vir-D tutis propoſitus modus, ſed & iniuriam vlciſci, & conuitium reddere, & pecunias procurare licebat, & ſanctè iurare, & oculum pro oculo eruere, & inimicos odiſſe; neque aut delicijs indulgere, aut iraſci, aut vxorem aliam eijcere, aliam adſciſcere interdictum erat. Neque id ſolùm, ſed duas etiam coniuges ſimul habere lex ſinebat, erátque tum hac in re, tum in alijs omnibus ſumma eius facilitas. At poſtquam Chriſtus prodijt, via longè facta eſt anguſtior, non ſolùm quod incomparabilis ea & ingens

Matth. 7.

Digitized by Google

omnium quæ dixi licentia nobis è manibus erepta eſt, ſed etiam quòd vxor, quæ nos multa interdum vel inuitos deſignare inducat atque cogat, domi perpetuò ſit habenda, aut ſi eijcere velis, adulterij crimen ſubeundum. Neque hoc tantùm nomine virtus ea nobis difficilis eſt, ſed quòd, vt contubernalis tolerabilibus moribus ſit, curarum tamen quæ nos propter eam eiúſque liberos circumfundat turba, nec minimùm in cœlum ſuſpicere patiatur, animos noſtros quaſi quidam vortex vndique torquens ac demergens. Nam ecce cupit vir priuatam & otioſam ac ſecuram vitam degere: ſed conſpectis circumſtantibus liberis, atque coniuge, grandi ſumptu egente, vel inuitus ſe in ciuilium rerum æſtum conijcit. Quo illapſo dici non poteſt quid non admittere porrò neceſſum ſit, iraſcenti, iuranti, conuitianti, vlciſcenti, ſimulanti, multa ad gratiam, multa ad ſimultatem facienti. Qui enim poteſt, qui in tantis fluctibus verſetur, atque inde gloriam captet, non graues ſcelerum ſordes contrahere? Iam ſi quis domeſtica rimetur, eadem atque etiam maiori difficultate plena inueniet propter vxorem: multa enim ac de multis curet neceſſe eſt, quibus ſeorſim agenti viro nihil opus eſſet. Atque hæc quidem, ſi proba atque commoda ſit vxor: ſin peruicax, acerba, difficilis, non iam id neceſſitas modò, ſed pœna ac ſupplicium vocandum erit. Qui poterit ergo iter ad cœlum conficere, quod ſolutis ac pernicibus pedibus, animo accincto & probè expedito indiget, ea negotionorum mole impoſita, tot pedicis conſtrictus, catena hac, vxoris inquam improbitate, deorſum aſſiduè detractus?

XLV. Qui ſupervacuas difficultates excogitent, eos nullum eius rei præmium manere.

At quod eſt hoc ſapiens vulgi reſponſum, cùm ad eos omnia hęc recenſemus? Itaque, inquit, maiori præmio dignus erit, qui, hac impoſita neceſſitate, perfungatur. Quid ita, bona vir, & quamobrem? Quòd maiorem, inquit, laborem propter matrimonium ſubit. Et quis eum tantum onus ſuſcipere coëgit? nam ſi quidem matrimonium inire, præceptum eſſet exequi, ac matrimonium non inire, in legem delinquere, haberet id probabilitatem.

A ἀπὸ μέρους τὴν ἄφατον ταύτην καὶ πολλὴν, περικόπτει τῆς ἐξουσίας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν πολλὰ πολλάκις ἀναπείθουσαν καὶ ἀναγκάζουσαν ἡμᾶς καὶ ἄκοντας ἁμαρτάνειν γυναῖκα, ταύτην ἔνδον ἔχειν διαπαντὸς, ἢ μοιχείας διώκεσθαι βουλόμενον ἐκβάλλειν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡμῖν ἡ ἀρετὴ δυσκατόρθωτος, ἀλλ' ὅτι κἂν ἀνεκτὸν ἦθος ἔχῃ ἡ συνοικοῦσα, ὁ δι' αὐτὴν καὶ τὰ ἔκγονα τὰ ἐκείνης περιρρέων ἡμᾶς φροντίδων ὄχλος, οὐδὲ μικρὸν ἀναβλέψαι πρὸς τὸν οὐρανὸν συγχωρεῖ, πάντοθεν ὥσπερ τις ἴλιγγος περιστρέ-
B φων καὶ βαπτίζων ἡμῶν τὴν ψυχήν. ὅρα γάρ, βούλεται τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον τὸν ἀκίνδυνον τοῦτον καὶ ἀπράγμονα ζῆν ὁ ἀνήρ· ἀλλ' ὅταν ἴδῃ παῖδας περιεστῶτας καὶ γυναῖκα δαπάνης δεομένην πολλῆς, καὶ ἄκων εἰς τὸν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἔρριψεν ἑαυτὸν κλύδωνα. ἐκεῖ δὲ ἐμπεσόντα λοιπὸν οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν ὅσα ἁμαρτάνειν ἀνάγκη, ὀργιζόμενον, ὀμνύντα, λοιδορούμενον, ἀμυνόμενον, *ἀποκρινόμενον, πολλὰ πρὸς χάριν, πολλὰ πρὸς ἀπέχθειαν ποιοῦντα. πῶς γὰρ ἔνι στρεφόμενον ἐν ζάλῃ τοσαύτῃ, καὶ βουλόμενον εὐδοκιμεῖν ἐν αὐτῇ, μὴ πολὺν τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτη-

Emendo ὑποκρινόμενον.

C μάτων περιστρίβεσθαι ῥύπον; καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν δὲ εἴ τις ἐξετάσειε, τῆς αὐτῆς καὶ πλείονος δυσκολίας εὑρήσει γέμοντα διὰ τὴν γυναῖκα. πολλὰ γὰρ ἀνάγκη μεριμνᾶν ἐν ὑπὲρ πολλῶν, ὧν οὐκ ἂν ἐδεήθη καθ' ἑαυτὸν ὢν ὁ ἀνήρ. καὶ ταῦτα μὲν ὅταν κοσμία τις ᾖ καὶ ἐπιεικὴς ἡ γυνή· ἂν δὲ μοχθηρὰ καὶ ἐπαχθὴς καὶ δυστράπελος, οὐκέτι μόνον ἀνάγκην τὸ πρᾶγμα καλέσομεν, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν καὶ κόλασιν. πῶς οὖν δυνήσεται τὴν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βαδίζειν ὁδὸν, τὴν εὐλύτων καὶ κούφων δεομένην ποδῶν, καὶ ψυχῆς εὐζώνου καὶ εὐσταλοῦς, τοσοῦτον
D ἔχων ἐπικείμενον πραγμάτων ὄγκον, τοσαύταις συνδεδεμένος πέδαις, καὶ διὰ τοιαύτης ἁλύσεως ἑλκόμενος κάτω συνεχῶς, τῆς πονηρίας λέγω τῆς γυναικός; Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος, ὅταν ταῦτα ἅπαντα αὐτοῖς διεξέλθωμεν; οὐκοῦν πλείονος ἄξιος ἔσται τιμῆς, φησὶν, ὁ μετὰ τοσαύτης ἀνάγκης κατορθῶν. τίνος ἕνεκεν, ὦ βέλτιστε, καὶ διὰ τί; ὅτι πλείονα μόχθον φησὶν ὑφίσταται ἀπὸ τοῦ γάμου. καὶ τίς αὐτὸν ἀναδέξασθαι φορτίον τοσοῦτον ἠνάγκασεν; εἰ μὲν γὰρ ἐντολὴν ἐπλήρου γαμῶν, καὶ νόμου παράβασις ἦν τὸ μὴ γαμεῖν, εὐπρόσωπος ἂν ἦν ὁ λόγος αὐτῶν.

[illegible]

εἰ δὲ

εἰ δὲ κύριος ὢν τοῦ μὴ τὸν ζυγὸν ὑπελθεῖν τοῦ γάμου, ἑκὼν ἀναγκάζοντος οὐδενὸς δυσκολίας ἑαυτῷ περιέθηκας τοσαύτας ἐθελοντὴς, ὥστε ἐπαχθέστερον αὐτῷ γενέσθαι τῆς ἀρετῆς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην. αὐτὸς γὰρ ἓν μόνον ἐπέταξεν αὐτοῖς, τὸν κατὰ τοῦ διαβόλου πόλεμον, καὶ τὴν κατὰ τῆς κακίας νίκην λαβεῖν. εἴτε δὲ γαμῶν καὶ τρυφῶν καὶ πολλὰ μεριμνῶν τις ἀνύοι τοῦτο, εἴτε ἀσχολούμενος καὶ ταλαιπωρῶν, καὶ μετὰ τοῦ, μηδὲν ἕτερον μεριμνᾶν, οὐδὲν αὐτῷ τούτου μέλει λοιπόν. τὸν μὲν γὰρ τρόπον τῆς νίκης, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ τρόπαιον φέρουσαν ὁδὸν αὐτὸς ἐκείνην εἶναί φησι, τὴν πάντων ἀπηλλαγμένην τῶν βιωτικῶν. ἐπεὶ δὲ σὺ μετὰ γυναικὸς καὶ παίδων καὶ τῶν τούτοις ἐπισυρομένων πραγμάτων στρατεύεσθαι βούλει καὶ πολεμεῖν, ὡς τὰ αὐτὰ ἀνύσων ἐκείνοις τοῖς οὐδενὶ τούτων ἐμπεπλεγμένοις, καὶ πλείονος ἀπολαύσων διὰ τοῦτο θαύματος, νῦν μὲν ἴσως καὶ τῦφον ἡμῖν ἐγκαλέσεις πολὺν, ἂν εἴπωμεν ὅτι οὐ δυνατόν σε πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις φθάσαι κορυφήν. ὁ δὲ τέλος καὶ ὁ τῶν στεφάνων καιρὸς τότε σε πείσει καλῶς, ὅτι πολλῷ βέλτιον ἀσφάλεια φιλοτιμίας κενῆς, καὶ κρεῖττον τῷ Χριστῷ πιστεῦσαι, ἢ τῇ τῆς οἰκείας ματαιότητι λογισμῶν. ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς οὐδὲ τὸ τοῖς οἰκείοις ἀποτάξασθαι πᾶσι πρὸς ἀρετὴν ἡμῖν φησὶν ἀρκεῖν, ἂν μὴ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς μισήσωμεν. σὺ δὲ πᾶσι τούτοις φυρόμενος ἔφης δύνασθαι περιγενέσθαι. ἀλλ᾽ ὅπερ ἔφην, τότε εἴσῃ καλῶς, ὅσον πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον γυνὴ καὶ γυναικὸς φροντίδες.

με. αἰτι- χερσ. Πῶς οὖν, φησὶ, βοηθὸν αὐτὴν ἐκάλεσε τὴν ἐμποδίζουσαν; ποιήσωμεν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, βοηθὸν κατ᾽ αὐτόν. κἀγὼ δέ σε ἐρήσομαι, πῶς βοηθὸς ἡ τοσαύτης ἀποστερήσασα τὸν ἄνδρα ἀσφαλείας, καὶ τῆς θαυμαστῆς μὲν ἐκείνης ἐκβαλοῦσα διαγωγῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς δὲ τὴν τοῦ παρόντος βίου ταραχὴν ἐμβαλοῦσα; ταῦτα γὰρ οὐ μόνον βοηθοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλου. ἀπὸ γὰρ γυναικὸς, φησὶν, ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι᾽ αὐτὴν ἀποθνήσκομεν πάντες. καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος, Ἀδὰμ, φησὶν, οὐκ ἠπατήθη· ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. πῶς οὖν βοηθὸς ἡ τῷ θανάτῳ τὸν ἄνδρα ὑποτάξασα; πῶς βοηθὸς δι᾽ ἧς οἱ τοῦ θεοῦ· μᾶλλον δὲ πάντες οἱ τὴν γῆν κατοικοῦντες τότε, ἅμα θηρίοις καὶ πετεινοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι ζώοις κατακλυσθέντες ἀπώλοντο;

A Sin autem, cui liberum eſſet matrimonij iugum nō ſubire, vltro cogente nullo, ſe in eas difficultates induere voluit, quò grauius ſibi virtutis certamen redderetur, nihil hoc ad certaminis auctorem, qui id vnum iuſſerit, cum diabolo bellum conficere, atque aduerſum vitia victoriam quærere. Siue autem quis matrimonio deuinctus ac delicijs vacans, déque multis ſollicitus, ſiue exercitus, & afflictus, neque aliud præterea curans, nihil penſi habet. Victoriæ quidem modum, atque ad trophæum ferentem viam, eam prædicat, quæ B rebus omnibus humanis ſoluta ſit ac libera. Tu qui vxore, liberis, & quæ ab ijs ducantur, negotijs comitatus, belligerari ac confligere velis, ceu idem præſtiturus, quod ab his omnibus expediti, eáque gratia maiori admirationi futurus, nunc fortaſſe nos magnæ ſuperbiæ inſimules, ſi te ad idem ad quod illi cacumen euadere non poſſe dicamus. Sed præmiorum demum tempus probè te tum docebit, multo præſtare ſecuritatem inani ambitioni, ſatiúſque eſſe Chriſto, quàm C futilibus ſuis inuentis credere. Etenim Chriſtus negat ad virtutem nobis ſufficere, ſuis omnibus renunciare, niſi etiam noſmetipſos oderimus: tu his omnibus permiſtus, ais poſſe ſuperare. Sed vt dicebam, probè tum intelliges, quantum ad virtutem impedimentum ſit vxor, atque vxoriæ curæ. *Luc. 14.*

Et quî, inquit, adiumentum eam vocat, quæ impediat? nam Faciamus, ait, ei adiutorem ſimilem ipſi. Ego verò abs te inſuper quæram, quo pacto adiutrix eſt, quæ virum ea ſecuritate D ſpoliauit, atque admirabili illo in paradiſo domicilio exturbatum, in præſentis vitæ turbas coniecit? hæc enim ſunt non adiumentum præſtantis, ſed inſidiantis. A femina, inquit ille, initium peccati, & propter illam morimur omnes. Quin & beatus Paulus, Adamus, ait, non eſt deceptus, at mulier decepta delictum admiſit. Quomodo igitur adiutrix eſt, quæ virum ſub mortem ſubiecit? quæ Dei filios, adeóque omnes tum terram incolentes, cum feris, volucribus, cunctíſque reliquis animãtibus, eluuione deleuit?

XLVI. Cur adiutrix vocata vxor, quæ impedimento eſt.

Eccli 25.33.

1.Tim.2.

Iob 1. Nónne ea iuſtum Iobum perdidiſſet, niſi is admodum ſe virum præbuiſſet? Iud. 16. Nónne hæc Sampſonem afflixit? Num. 25. Nónne ea perfecit vt vniuerſum Hebræorum genus Beelphegori faceret, ac cognatis manibus contrucidaretur? 3. Reg. 21. 25. Quis potiſſimùm Achaabum diabolo prodidit, atque ante eũ Solomonem, poſt tam inſignem ſapientiam ac celebritatem? 3. Reg. 11. Nonne hodiéque viris ſuis auctores ſunt multa in Deum admittendi? Nónne idcirco ſapiens ille ſcriptum reliquit, Parua eſt quæuis prauitas præ mulieris prauitate? Eccli. 25. 16. Quomodo igitur, inquit, dixit Deus, Faciamus ei adiutorem ſimilem ipſi? Gen. 2. 18. neque enim mentitur Deus. Neque id equidem vnquam dixerim: minimè gentium: ſed quæ ea gratia atque cauſa comparata eſſet, in dignitate ſua perſiſtere noluit: quemadmodum nec eius vir. nam & eum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Deus fabricatus eſt, vt & dixit, Faciamus ei adiutorem. Sed qui vtroque præditus eſſet, vtrumque protinus amiſit. nam nec ſimilitudinem ſartam tectam conſeruauit: qui abſurdæ cupiditati ſe dediderit, ac dolo captus, voluptatem minimè fregerit: & quod erat in eo ad imaginem Dei, etiam nolenti deinceps ereptum eſt. neque enim Deus parua imperij parte eum multauit, qui omnibus terribilis eſſet velut herus, ceu ingratum ſeruum, qui dominum offendiſſet, conſeruis reijculum comparans. Nam initio etiam feris omnibus terrori erat. neque enim ex omnibus quas ad eum Deus adduxiſſet, vlla eum lædere ac inuadere eſt auſa: videbat quippe in eo relucentem imaginem regiam. quas vbi notas peccato deformauit, eum Deus imperio eo itidem deiecit. Igitur vt, quòd omnibus quæ in terra ſint adeò non imperet, vt quædam etiam horreat ac formidet, Gen. 1. falſum illum Dei edictum non euincit, Et dominentur animantibus terræ: neque enim eius qui dedit, ſed qui accepit vitio ab ea poteſtate in præceps itum eſt: ita nec inſidiæ quæ viris ab vxoribus creentur, ei dicto quicquam fraudi ſunt, Faciamus ei adiutorem ſimilem ipſi. nam ad hoc comparata eſt, ſed in eo non permanſit. Quin illud præterea adferri etiam poſſet,

A οὐχ αὕτη τὸν δίκαιον Ἰὼβ ἔμελλεν ἀπολλύναι, εἰ μὴ σφόδρα ἐχέφρων ἦν ὁ ἀνήρ; οὐχ αὕτη τὸν Σαμψὼν ἀπώλεσεν; οὐ τὸ πᾶν Ἑβραίων γένος αὕτη τελεσθῆναι τῷ Βεελφεγὼρ, καὶ ταῖς συγγενικαῖς κατακοπῆναι χερσὶ παρεσκεύασε; τὸν δὲ Ἀχαὰβ τίς μάλιστα τῷ διαβόλῳ παρέδωκε; καὶ πρὸ τούτου Σολομῶντα μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην σοφίαν καὶ εὐδοκίμησιν; οὐ μέχρι καὶ νῦν πολλὰ τοὺς ἄνδρας τοὺς αὐτῶν ἀναπείθουσι προσκρούειν θεῷ; οὐ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνήρ· μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός; πῶς οὖν, φησὶν, εἶπεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ποιήσωμεν B αὐτῷ βοηθὸν ὅμοιον αὐτῷ. οὐδὲ γὰρ ψεύδεται ὁ θεός· οὐδ' ἐγὼ τοῦτο ἂν εἴποιμι· ἄπαγε· ἀλλ' ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοῦτο καὶ διὰ τοῦτο· οὐκ ἠθέλησε δὲ μεῖναι ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀξίας καθάπερ οὖν οὐδὲ ὁ ταύτης ἀνήρ. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ὁ θεὸς ἐποίησε κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τὴν ἑαυτοῦ. ὥσπερ οὖν εἶπε, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· γενόμενος δὲ ἀμφότερα εὐθέως ἀπώλεσεν. οὔτε γὰρ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἐφύλαξε· πῶς γὰρ ἐνδοὺς ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ, καὶ ἀπάτῃ ἁλοὺς, καὶ μὴ κρατήσας ἡδονῆς· τό, τε κατ' εἰκόνα καὶ ἄκοντος ἀ- C φῃρέθη λοιπόν. οὐ γὰρ μικρὸν αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ὁ θεὸς ὑπετέμετο μέρος, τὸν φοβερὸν ἅπασι καθάπερ δεσπότην, ὥσπερ οἰκέτην ἀγνώμονα μετὰ τὸ προσκρούσαι τῷ δεσπότῃ, τοῖς ὁμοδούλοις ποιήσας εὐκαταφρόνητον. παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν καὶ τοῖς θηρίοις πᾶσιν ἐπίφοβος ἦν. πάντα γὰρ πρὸς αὐτὸν ἤγαγεν ὁ θεὸς, καὶ οὐδὲν λυμήνασθαι οὐδὲ ἐπιβουλεῦσαι ἐτόλμησεν· ἑώρα γὰρ ἐν αὐτῷ λάμπουσαν τὴν εἰκόνα τὴν βασιλικήν. ἐπειδὴ δὲ τοὺς χαρακτῆρας ἐκείνους ἠμαύρωσε διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρ- D χῆς αὐτὸν ἐκείνης κατήγαγεν. ὥσπερ οὖν τὸ, μὴ πάντων αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἔνια καὶ τρέμειν καὶ δεδοικέναι, οὐ ψευδῆ ποιεῖ τοῦ θεοῦ τὴν ἀπόφασιν τὴν λέγουσαν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς· οὐ γὰρ παρὰ τὸν δεδωκότα, ἀλλὰ παρὰ τὸν εἰληφότα ὁ τῆς ἐξουσίας ἀκρωτηριασμὸς γέγονεν· οὕτως οὐδὲ αἱ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐπιβουλαὶ εἰς τοὺς ἄνδρας γινόμεναι, ἐκείνῳ τῷ λόγῳ λυμαίνονται τῷ λέγοντι, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· ἐγένετο μὲν γὰρ εἰς τοῦτο· οὐκ ἔμεινε δὲ ἐν τούτῳ. χωρὶς δὲ τούτου κἀκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν,

ὅτι καὶ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος βίου σύστασιν, καὶ πρὸς παίδων γονήν, καὶ πρὸς φυσικὴν ἐπιθυμίαν τὴν βοήθειαν ἐπιδείκνυται τὴν αὐτῆς. ὅταν δὲ μηκέτι καιρὸς ᾖ τοῦ παρόντος βίου, μηδὲ παιδοποιΐας, μηδὲ ἐπιθυμίας, τί μάτην μνημονεύεις τῆς ἐνταῦθα βοηθοῦ; τὴν γὰρ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις συλλαμβάνεσθαι δυναμένην μόνον, ταύτην ἄν τις ἐν τοῖς μεγάλοις ἐπάγηται συνεργόν, οὐ μόνον οὐδὲν ὀνήσει, ἀλλὰ καὶ συνεμπόδιον αὐτὸν ταῖς φροντίσι.

μζ. αἰνί-γματος.

Τί οὖν ἐροῦμεν τῷ Παύλῳ, φησί, λέγοντι, τί οἶδας γύναι εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; καὶ τὴν βοήθειαν αὐτῆς ἀναγκαίαν, καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀποφαίνοντι; καὶ ἐγὼ τοῦτο συνομολογῶ. οὐδὲ γὰρ αὐτὴν παντελῶς ἐκβάλλω τῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς συμμαχίας· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τότε φημὶ ταῦτα αὐτὴν κατορθοῦν, ὅταν μὴ τὰ τοῦ γάμου πράττῃ, ἀλλὰ μένουσα τῇ φύσει γυνή, πρὸς τὴν τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀρετὴν διαβαίνῃ. οὐ γὰρ καλλωπιζομένη, οὐδὲ τρυφῶσα, οὐδὲ προσόδους ἀπαιτοῦσα τὸν ἄνδρα χρημάτων, οὐδὲ πολυτελὴς γινομένη καὶ δαπανηρά, οὕτως αὐτὸν δυνήσεται ἐξαγαγεῖν· ἀλλ' ὅταν ἀνωτέρα γινομένη πάντων τῶν παρόντων πραγμάτων, καὶ τὸν ἀποστολικὸν ἐν ἑαυτῇ χαρακτηρίσασα βίον, πολλὴν μὲν τὴν ἐπιείκειαν, πολλὴν δὲ τὴν κοσμιότητα, πολλὴν δὲ τὴν τῶν χρημάτων ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀνεξικακίαν ἐπιδεικνύηται, τότε αὐτὸν δυνήσεται ἑλεῖν. ὅταν λέγῃ, ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. ὅταν διὰ τῶν ἔργων ταῦτα φιλοσοφῇ, καὶ τοῦ σωματικοῦ θανάτου καταγελῶσα, μηδὲν εἶναι λέγῃ τὴν παροῦσαν ζωήν· ὅταν πᾶσαν τοῦ βίου τούτου τὴν δόξαν κατὰ τὸν προφήτην, ἄνθος εἶναι χόρτου νομίζῃ. οὐκ ἄρα τῷ συνεῖναι καθάπερ γυνή, τούτῳ σῶσαι τὸν ἄνδρα δυνήσεται, ἀλλὰ τῷ τὸν εὐαγγελικὸν ἐπιδείκνυσθαι βίον· ἐπεὶ καὶ γάμου χωρὶς ἐποίησαν τοῦτο πολλαὶ γυναῖκες. ἡ γὰρ Πρίσκιλλα τὸν Ἀπολλὼ προσλαβομένη, φησί, πρὸς πᾶσαν ἐχειραγώγησε τῆς ἀληθείας τὴν ὁδόν. εἰ δὲ νῦν τοῦτο οὐκ ἐφεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν γυναικῶν τὴν αὐτὴν ἔνεστιν ἐπιδείξασθαι σπουδήν, καὶ τὸ αὐτὸ κέρδος καρπώσασθαι. καὶ γὰρ ὅπερ ἔφθην εἰπών, οὐδὲ ἐκείνη διὰ τὸ γυνὴ εἶναι, τὸν ἄνδρα ἐφέλκεται. ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε μηδένα τῶν ἐχόντων γυναῖκα πιστὴν ἄπιστον μένειν, εἴγε ἡ συνήθεια καὶ ἡ συνοικία τὸ πρᾶγμα κατώρθου.

A eam ad præſentis vitæ ſtatum, liberorum procreationem, atque inſitam in natura libidinem adiumentum præſtare. Sed cùm & vitæ huius, & ſobolis procreandæ, & libidinis deinceps nullum tempus ſit, quid mihi eius hanc in partem adiutricem fruſtrà memoras? nam quæ ad minima ſolùm vſui ſit, eam ſi ad magna ſociam adhibeat, non modò frugem nullam ſentiet, ſed etiam curis impedietur.

Quid igitur, inquit, ad Paulum dicemus, cuius hæc verba ſunt? Qui ſcis mulier, an tu virum ſeruatura ſis? quique eius adiumentum etiam in ſpiritalibus neceſſarium cenſet? Et ego id confiteor. non enim eam ab omni ſpiritali adiumento excludo: minimè verò: ſed id eam præſtare dico, non cum exercet ea, quæ matrimonij ſunt, ſed cum muliebri ſexu prædita, ad beatorum virorum virtutem euadit. neque enim compta, delicata, pecuniarios reditus virum flagitans, prodiga, ſumptuoſa, eum expedire queat; ſed cùm his rebus omnibus ſublimior, Apoſtolicam in ſe vitam exprimit, ſummâ & probitatem, & modeſtiam, & pecuniarum contemptum, & tolerantiam demonſtrans, ita eum demum expugnat: cùm illud vſurpat, Alimenta atque tegumenta habentes, ijs contenti ſumus: cùm hæc rebus ipſis meditatur, ac corporalē mortem irridens, vitam hanc præſentem nihil eſſe dicit: cùm omnem vitæ huius gloriam ſecundum prophetam fœni florem exiſtimat. Non igitur quòd muliebriter cum viro conſueſcat, eo virum ſeruare poterit, ſed dum Euangelica vitam præſtabit: hoc enim multæ etiam citra matrimonium fecerunt. Nam Priſcilla, inquit, aſcitum Apollo per omnem veritatis viam deduxit. Quòd ſi nunc † non licet, at poſſunt interim coniuges idem ſtudiū præſtare, eundémque fructum facere. nam quod iam dixi, neque * illa quoniam coniux ſit virum pellicit. alioqui nihil vetaret, neminem ex ijs qui vxorē fidelem habeant, infidelem manere, ſi quidem conſuetudo ac conuictus rem effectam daret.

XLVII. *Quomodò virum adiuuet vxor in ſpiritualibus.* *1.Cor.7.*

1.Tim.2.

1.Tim.6.

Eſa.40.

† *Puto alludi ad illud 1.Tim.2. Mulieri quidem docere nō permitto, nec auctoritatem ſibi vindicare in virum, &c.*

* *ſcilicet Paulina.*

At non id eſt, inquam, ſed philoſophiam ſummam atque patientiam præbere, quæ cum matrimonio coniuncta ſint reſpuere, atque id vnum aſſiduè negotium ducere, id verò eſt quod eius, cum quo habitat, animum ſaluum præſtet. Sin perſiſtat vxoria poſtulare, ei commodat magis quàm prodeſt. Iam verò vel ſic rem in primis
1.Cor.7.16 difficilem eſſe, audi quid dicat: Qui ſcis enim mulier, an tu virum ſeruatura ſis? quo interrogandi genere vti ſolemus in ijs quæ inſolenter accidant. Quid verò poſt illa dicit? Deuinctus es vxore? ne quære ſolutionem: ſolutus es vxore? ne quære vxorem. Vides, vt aſſiduas tranſitiones faciat, & frequens breui interuallo vtriuſque cohortationis velut temperamentum? Nam vt de matrimonio diſputationi, de continentia ſermonem interpoſuit, auditorem interim excitans: ita & hic tractationem de matrimonio viciſſim inſerit, eum recreans. Exorſus à virginitate, antequam de ea aliquid dixiſſet, ſtatim ad matrimonium recurrit. Illud enim, Præceptum non habeo, matrimonium permittentis & introducẽtis eſt. Tum vbi ad virginitatem ventum eſt, dictúmque, Arbitror hoc bonum eſſe, qui videret eius nomen aſſiduè vſurpatum delicatis auribus nonnullam acerbitatem afferre, identidem id non repetit, quin explicata ſatis graui cauſa ad eius labores ſolandos, id eſt, inſtanti neceſſitate, ne ſic quidem auſus eſt virginitatem iterum nominare. Sed quid? Bonum eſt homini ſic eſſe. Neque eam ſententiam proſequitur, ſed ea interrupta & inciſa, priuſquam grauis videretur, de matrimonio rurſum differit his verbis: Deuinctus es vxore? ne quære ſolutionem. nam ni id eſſet, atque id hic ſolatium parare cogitaret, ineptum eſſet virginitatem conſulentem de matrimonio philoſophari. Deinde iterum ad virginitatem tranſit: ac ne nunc quidem proprio nomine appellat. Sed quid? Solutus es vxore? ne quære vxorem. Atenim ne verere: non id cenſet atque ſancit. propè eſt enim rurſum de matrimonio ſermo, terrorem eum ſoluens his verbis: Quòd ſi duxiſti, non peccaſti. At nec iam concide.

A ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ πολλὴν ἐπιδείκνυσθαι τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν ὑπομονήν, καὶ τὰ τοῦ γάμου περιστάσεων καταγελᾶν, καὶ τοῦτο ἔργον ποιεῖσθαι διηνεκῶς, τουτέστι τὸ ποιεῖν τὴν τοῦ συνοικοῦντος σώζεσθαι ψυχήν. ὡς ἐὰν ἐπιμείνῃ τὰ τῆς γυναικὸς ἐπιζητοῦσα, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ κατέβλαψεν. ὅτι δὲ καὶ οὕτω τῶν σφόδρα δυσκόλων τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ἄκουσον τί φησι· τί γὰρ οἶδας γύναι εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; τούτῳ δὲ τῷ εἴδει τῆς ἐρωτήσεως κεχρῆσθαι ἐπὶ τῶν παραδόξως συμβαινόντων εἰώθαμεν. τί δὲ
B μετὰ ταῦτά φησι; δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν· λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. ὁρᾷς πῶς συνεχεῖς ποιεῖται τὰς μεταβάσεις, καὶ πολλὴν καὶ δι' ὀλίγου τῆς παραινέσεως ἑκατέρας τὴν μίξιν; ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις καὶ τοὺς τῆς ἐγκρατείας ἐνέβαλε, μεταξὺ διεγείρων τὸν ἀκροατήν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τοὺς περὶ τοῦ γάμου λόγους πάλιν ἐντίθησι, διαναπαύων αὐτόν. ἤρξατο ἀπὸ τῆς παρθενίας, καὶ πρὶν ἢ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, εὐθέως ἐπὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ γάμου λόγον κατέφυγε. τὸ γάρ, ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω, τὸν γάμον συγχωροῦντός ἐστι καὶ εἰσά-
C γοντος. εἶτα ἐπὶ τὴν παρθενίαν ἐλθών, καὶ εἰπών, ὅτι νομίζω τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν, ἐπειδὴ εἶδεν ὅτι συνεχῶς αὐτῆς τὸ ὄνομα λεγόμενον τῇ λεπτότητι τῆς ἀκοῆς πολλὴν ἐμποιεῖ τὴν τραχύτητα, οὐ τίθησιν αὐτὸ πυκνῶς, ἀλλὰ καί τινα αἰτίαν ἱκανὴν παραμυθήσασθαι τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς πόνους, εἰπών, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην λέγω, οὐδὲ οὕτως ἐθάρρησε πάλιν παρθενίαν εἰπεῖν. ἀλλὰ τί; καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι. καὶ οὐδὲ ἐπεξέρχεται τῷ λόγῳ, ἀλλὰ διατεμὼν αὐτὸν καὶ διακόψας πρὶν φανῆναι σκληρόν, τοὺς πε-
D ρὶ τοῦ γάμου πάλιν ἐνέβαλε λόγους· δέδεσαι γυναικί; λέγων, μὴ ζήτει λύσιν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, μηδὲ ταύτην ἐνταῦθα κατασκευάσαι τὴν παραμυθίαν ἐβούλετο, περιττὸν ὑπὲρ παρθενίας συμβουλεύοντα περὶ γάμου φιλοσοφεῖν. εἶτα πάλιν ἐπὶ τὴν παρθενίαν μεθίσταται. καὶ οὐδὲ νῦν αὐτὴν τῇ κυρίᾳ προσηγορίᾳ καλεῖ. ἀλλὰ τί; λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. ἀλλὰ μὴ δείσῃς· οὐκ ἀπεφήνατο, οὐδὲ ἐνομοθέτησεν. ὁ γὰρ περὶ τοῦ γάμου λόγος πάλιν ἐγγὺς ἕστηκε. τοῦτον τὸν φόβον λύει, καὶ λέγων· ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· ἀλλὰ μηδὲ νῦν ἀναπέσῃς.

πάλιν γάρ σε ἐπὶ τὴν παρθενίαν ἕλκει. Καὶ τοῦτο A ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται διδάσκων θλῖψιν τῇ σαρκὶ θλίψιν ὑπομένειν τοὺς τὸν γάμον προσιεμένους. Καθάπερ γὰρ οἱ τῶν ἰατρῶν ἄριστοι καὶ προσηνεῖς φάρμακον πικρὸν, ἢ τομὴν, ἢ καῦσιν, ἤ τι τῶν τοιούτων προσάγειν μέλλοντες, οὐκ ἀθρόως τὸ πᾶν ἐργάζονται, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ δόντες ἀναπνεῦσαι τῷ κάμνοντι, οὕτως ἀεὶ τὸ λειπόμενον προστιθέασι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ μακάριος Παῦλος οὐκ ἀπνευστὶ οὐδὲ δι' ὅλου, οὐδὲ ἐφεξῆς τὴν περὶ τῆς παρθενίας ὑφῆνε συμβουλὴν, ἀλλὰ διακόπτων αὐτὴν συνεχῶς B τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις, καὶ ταύτης τὸ σφοδρότερον ὑποκλέπτων, προσηνῆ τε καὶ εὐπαράδεκτον τὸν λόγον ἐποίησεν. ἡ μὲν οὖν ποικίλη μίξις τῶν λόγων διὰ τοῦτο γεγένηται. ἄξιον δὲ καὶ αὐτὰ λοιπὸν ἐξετάσαι τὰ ῥήματα· δέδεσαι γυναικί; φησὶ, μὴ ζήτει λύσιν. τοῦτο οὐχ οὕτως συμβουλεύοντός ἐστιν ὡς τὸ ἄπορον διηκνοῦντος καὶ ἀδιεξόδευτον τοῦ δεσμοῦ. τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ εἶπεν· ἔχεις γυναῖκα; μὴ καταλείπῃς αὐτήν· συνοικεῖς; μὴ διαστῇς. ἀλλὰ δεσμὸν τὴν συζυγίαν ἐκάλεσε, τὸ φορτικὸν ἐνταῦθα τοῦ πράγματος ἐνδεικνύμενος. ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἐπὶ C ῥᾷστον τὸν γάμον ἅπαντες τρέχουσι, δείκνυσιν ὅτι τῶν δεδεμένων οἱ γεγαμηκότες οὐδὲν διαφέρουσι. καὶ ἐνταῦθα γὰρ ὅπου περ ἂν ἑλκύσῃ θάτερος, ἀνάγκη καὶ τὸν ἕτερον ἕπεσθαι, ἢ διαστασιάζοντα καὶ τὸν ἕτερον συναπολέσθαι ἐκείνῳ. τί οὖν, ἐὰν ὁ ἀνὴρ καταφερὴς ᾖ, φησὶν, ἐγὼ δὲ ἐγκρατεύεσθαι βούλωμαι; ἀνάγκη σε ἐκείνῳ ἕπεσθαι. καὶ γὰρ μὴ βουλομένην σε τοῦτο ποιεῖν, ἡ ἡδεῖα τοῦ γάμου περιτεθεῖσα ἅλυσις καθέλκει, καὶ ἐπισπᾶται πρὸς τὸν συνδεθέντα ἐξ ἀρχῆς. κἂν ἀντιπέσῃς καὶ διακόψῃς, οὐ μόνον D οὐκ ἀπήλλαξας σαυτὴν τῶν δεσμῶν, ἀλλὰ καὶ εἰς τιμωρίαν ἐσχάτην ἐνέβαλες.

μη'. Ὅτι ἡ ἄκοντος ἐγκρατευομένη τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τοῦ πορνεύοντος, μείζονα δώσει δίκην.

Η γὰρ ἄκοντος ἐγκρατευομένη τοῦ ἀνδρὸς, οὐχ ὅτι τὸν τῆς ἐγκρατείας μισθὸν ἀποστερεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνου μοιχείας αὐτὴ τὸν λόγον ὑφέξει, καὶ τὰς εὐθύνας μᾶλλον ἐκείνου. τί δήποτε; ὅτι αὐτὴ πρὸς τὸ βάραθρον αὐτὸν τῆς ἀσελγείας ὤθησε τῆς κατὰ νόμον ἀποστερήσασα μίξεως. εἰ γὰρ μηδὲ πρὸς ὀλίγον τοῦτο ποιεῖν ἐπιτέτραπται ἄκοντος ἐκείνου, τίνα ἂν ἔχοι συγγνώμην ἡ διαπαντὸς αὐτὸν ταύτης ἀφελομένη τῆς παραμυθίας; καὶ τί ταύτης, φησὶ, τῆς ἀνάγκης, καὶ τῆς ἐπηρείας βαρύτερον γένοιτ' ἄν;

A nam iterum te ad virginitatem trahit. Atque id eſt quod vult, docens, Qui matrimonium adſciſcant, eos multam in carne tribulationem ſuſtinere. 1. Cor. 7. 28. Vt enim optimi quique medici & benigni, amarum medicamentum, aut ſectionem, aut vſtulationem, aut ſimile aliquid adhibituri, non continuò totum peragunt, ſed data interim ægro reſpiratione, ita ſemper quod reliquũ eſt addunt: ad eundem modum & beatus Paulus virginitatis conſilium irremiſsè & perpetuò ac conſequenter non pertexuit, ſed de matrimonio ſen- B tentijs id aſſiduè interrumpens, atque ita moleſtiæ ſenſum eripiens, blandam ac plauſibilem orationem reddidit. Ob id igitur varia ſententiarum quaſi miſcella quadam facta eſt. Sed operæpretium porrò eſt ipſa etiam verba indagare. Deuinctus es vxore? inquit, ne quærere ſolutionẽ. Hoc non tam conſulentis eſt, quàm vinculi tenacitatem ac firmitatem demonſtrantis. Quamobrem autem nõ dixit, Habes vxorem? ne eã deſere: cum illa coniunctus viuis? ne diſcede. ſed vinculũ coniugium vocauit: nimirum vt rei acerbitatem hîc C oſtenderet. Quoniã enim ad matrimoniũ ceu ad facilius vulgò concurrunt, cõiuges declarat nihil vinctis differre. nam & hîc quocunque alter trahat, alteri ſequendum ſit, aut pugnanti, cum eo vnà pereundum. Quid verò, inquit, ſi vir diſſolutus ſit, ego continens eſſe velim? Neceſſe eſt, vt tu illum ſequaris. id enim facere te nolentem, iucunda matrimonij catena amplexa, detrahit, ad eúmque cogit, qui tecum initio deuinctus eſt. Sin obnitare ac perrumpas, & te vinculis non exſolues, & in extremum ſupplicium conijcies.

D Etenim quæ inuito viro continens ſit, non ſolum continentiæ præmijs caret, ſed illius etiam adulterium grauiùs quàm ille luet ac plectetur. Quid ita? quòd eum legitimo coitu fraudatum, in laſciuiæ barathrum deturbarit. Nam ſi eo nolente nec minimùm id facere permittitur, qua venia digna ſit, quæ eum ſolatio hoc perpetuò priuat? Et quid, inquit, ea neceſſitate ac miſeria durius poſſit accidere?

XLIIX. Quæ inuito viro continens ſit, grauiùs quàm qui adulteret, pœnas daturam.

Et ego idem ſentio. Cur te neceſſitati ei ſubijcis? Enimuerò eam rationem non poſt, ſed ante matrimonium ſubductam oportebat. Itaque etiam Paulus propoſita demum vinculi neceſſitate, de ſolutione ſermocinatur: ei ſententiæ, Deuinctus es vxore? ne quære ſolutionem, illam ſubdens, Solutus es vxore? ne quære vxorem. Id autem facit, vt tute priùs accuratè perſpecta ac cognita matrimonij vi, faciliùs de cælibatu orationem admittas. Quòd ſi duxiſti, inquit, non peccaſti: & ſi nupſit virgo, non peccauit. Eccum bellum matrimonij facinus quò euadat? Vt non inſimulere, non vt ſuſpiciare. id enim eſt virginitatis. ceterùm coniugi ſatis ſit audire, eum non peccaſſe. Cur igitur, inquit, hortaris vxorem non quærere? Quòd ſemel deuincto, ſolui nefas eſt, quod ineſt in eo ingens miſeria. Hui, hoccine ſolùm, quæſo, vt ex virginitate quæſtus faciam, miſerias has effugere? Et quis virginitatem colere ſuſtineat tantilla mercede? Quis in tantum certamen deſcendere animum inducat, tantorum ſudorum hoc ſolùm præmium capturus?

XLIX. *Cur ab huius vita incundis ad virginitatẽ inſtiget. Ephes. 6.*

Ain verò? qui me ad pugnam cum dæmonibus prouoces: nec enim nobis lucta eſt aduerſus ſanguinem & carnem: qui naturæ furori obſiſtere iubeas: qui ex carne & ſanguine conſtitutam, incorporeis copijs paria præſtare horteris: terrena memoras bona, id eſt, matrimonij miſerias non laturas? Nam cur non ſic ait? Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit, ſed virginitatis coronis ſe diſpoliauit, magnis illis & arcanis bonis. Cur non præmia, quæ poſt certamen eas maneant, recenſuit, vt in occurſum prodeant ſponſo, vt ſplendidas lucernas habituræ ſint, vt ſumma cum gloria ac fiducia regem in thalamum comitentur, vt omnium proxime eius ſolio, & regijs thoris effulgeant? Sed de his nec leuiſſimè quidem meminit: vitæ miſeriarum vacuitatem ſurſum deorſumque iactat. Arbitror, inquit, id bonum eſſe: ac dicere negligens, propter futura bona, ait, Propter inſtantem neceſſitatem. Deinde rurſum eo dicto, Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit,

A κἀγὼ τοῦτο φημί. τίνος ἕνεκεν ὑποβάλλεις τῇ ἀνάγκῃ σαυτήν; τοῦτον γὰρ τὸν λογισμὸν οὐ μετὰ τὸν γάμον, ἀλλὰ πρὸ τοῦ γάμου λαβεῖν ἐχρῆν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ὕστερον τὴν ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ θεὶς ἀνάγκην, τότε περὶ τῆς λύσεως διαλέγεται. εἰπὼν γάρ, δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν, τὸ τελευταῖον ἐπήγαγε, λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἵνα σὺ πρότερον ἀκριβῶς ἐπισκεψάμενος, καὶ καταμαθὼν τὴν ἀπὸ τῆς συζυγίας βίαν, εὐκολώτερον τὸν περὶ τῆς ἀγαμίας δέξῃ λόγον. ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, φησίν, οὐχ
B ἥμαρτες· καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτεν. ἰδοὺ τὸ μέγα τοῦ γάμου κατόρθωμα ποῦ τελευτᾷ· εἰς τὸ μὴ ἐγκληθῆναι, οὐκ εἰς τὸ θαυμασθῆναι. τοῦτο γὰρ τῆς παρθενίας ἐστίν. ὁ δὲ γεγαμηκὼς ἀρκείσθω ἀκούων, ὅτι οὐχ ἥμαρτε. τίνος οὖν ἕνεκεν παραινεῖς, φησί, μὴ ζητεῖν γυναῖκα; ὅτι δεθέντα καθάπαξ λυθῆναι οὐκ ἔνι, ὅτι πολλὴν ἔχει τὸ πρᾶγμα τὴν θλίψιν. τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, κερδαίνομεν ἀπὸ τῆς παρθενίας μόνον τὸ τὴν ἐνταῦθα θλίψιν διαφυγεῖν; καὶ τίς ἀνέξεται παρθενεύειν ἐπὶ τοιούτοις μισθοῖς; τίς δ' ἂν ἐδέξατο
C εἰς τοσοῦτον καθεῖναι ἀγῶνα, μέλλων τοσούτων ἱδρώτων ταύτην μόνην ἀπολαμβάνειν τὴν ἀμοιβήν;

μϛ'. Ὅτι οὐ διὰ τὸ τῶν παρόντων ... τὴν παρθενίαν προτρέπει.

Τί λέγεις; πρὸς δαίμονάς με μάχεσθαι κελεύεις· οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα· πρὸς μανίαν φύσεως ἐστάναι προτρέπων, μετὰ σαρκὸς καὶ αἵματος ἴσα ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσι κατορθῶσαι παρακελεύῃ, τὰ ἐν τῇ γῇ μέμνησαι καλά, καὶ ὅτι θλίψιν οὐχ ἕξομεν τὴν ἀπὸ τοῦ γάμου; διὰ τί γὰρ οὐχ οὕτως εἶπεν; ἐὰν δὲ καὶ γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενίας ἑαυτὴν ἀπεστέρησε στεφάνων, τῶν μεγάλων καὶ ἀπορρήτων δωρεῶν. διὰ τί μὴ διηγήσατο τὰ μετὰ τὴν ἄθλησιν
D αὐταῖς ἀποκείμενα καλά; πῶς εἰς ἀπάντησιν ἔρχονται τοῦ νυμφίου· πῶς φαιδρὰς ἔχουσι τὰς λαμπάδας· πῶς μετὰ δόξης πολλῆς καὶ παρρησίας εἰς ἐκεῖνον συνεισέρχονται τὸν νυμφῶνα τῷ βασιλεῖ· πῶς μάλιστα πάντων πλησίον ἐκείνου τοῦ θρόνου καὶ τῶν παστάδων λάμπουσι τῶν βασιλικῶν; ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲ βραχεῖαν μνήμην πεποίηται· ἄνω δὲ καὶ κάτω τῆς ἀπαλλαγῆς, τῶν ἐν τῷ βίῳ μνημονεύει δυσχερῶν. νομίζω τοῦτο, φησί, καλὸν ὑπάρχειν· καὶ ἀφεὶς εἰπεῖν διὰ τὰ μέλλοντα ἀγαθά, λέγει, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. εἶτα πάλιν εἰπών· ἐὰν δὲ καὶ γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε·

A καὶ σιωπήσας τὰς ἐν τοῖς οὐρανοῖς δωρεάς, ὧν ἑαυτὴν ἀπεστέρησε, θλῖψιν, φησί, τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. καὶ οὐ μέχρι τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕως τέλους τοῦτο ποιεῖ· καὶ παρεὶς εἰπεῖν τὸ πρᾶγμα ἀπὸ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, πάλιν ἐπὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καταφεύγει· ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ λέγων· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, θέλω ὑμᾶς ἀστράψαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πολλῷ λαμπροτέρους δειχθῆναι τῶν γεγαμηκότων, πάλιν ἐνταῦθα ἕλκεται, λέγων, θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀνεξικακίας διαλεγόμενος, ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς συμβουλῆς ἦλ- B θεν ὁδόν. εἰπὼν γάρ, ὅτι ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· καὶ πρᾶγμα τοσοῦτον ἐπιτάξας, καὶ τῆς φύσεως βιάσασθαι τὴν ἀνάγκην κελεύσας, καὶ πρὸς οὕτως ἀφόρητον παρατάξασθαι πυράν, ἐν τοῖς περὶ τῶν μισθῶν λόγοις σιωπήσας τὸν οὐρανόν, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν τῇ τοῦ λελυπηκότος βλάβῃ τὴν ἀντίδοσιν ἵστησι. τοῦτο γάρ, φησί, ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. τίνος οὖν ἕνεκεν τούτῳ τῷ τῆς παρακλήσεως κέχρηται τῷ τρόπῳ; οὐ δι' ἄγνοιαν, οὐδὲ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι πῶς ἄν τις ἐπα- C γάγοιτο, καὶ πείσειε τὸν ἀκροατήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ταύτην κατωρθωκέναι τὴν ἀρετήν· τὴν τοῦ πείθειν λέγω. τοῦτο πόθεν δῆλον; ἀπὸ τῶν εἰρημένων αὐτῷ. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Κορινθίοις διελέγετο. πρότερον γὰρ τὸν περὶ παρθενίας αὐτῷ διαλεγόμενον ἐροῦμεν· Κορινθίοις, ἐν οἷς ἔκρινε μηδὲν εἰδέναι, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· οἷς οὐκ ἠδυνήθη λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς, καὶ διὰ τὸ σαρκικοὺς εἶναι ἔτι γάλα ἐπότιζεν. οἷς καὶ ὅτε ταῦτα ἐπέστελλεν ἐνεκάλει, λέγων· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε, ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περι- D πατεῖτε. διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ πραγμάτων, ἀπὸ τῶν ὁρωμένων, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, καὶ προτρέπει εἰς παρθενίαν αὐτούς, καὶ ἀπάγει τοῦ γάμου. συνῄδει γὰρ τοῦτο καλῶς, ὅτι τοὺς ταπεινοὺς καὶ χαμαιπετεῖς καὶ πρὸς τὴν γῆν ἔτι κύπτοντας, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ μᾶλλον ἐφελκύσαιτο ἄν τις καὶ προτρέψαι. διὰ τί γάρ, εἰπέ μοι, πολλοὶ τῶν ἀγροικοτέρων ἔτι καὶ παχυτέρων διακειμένων, τὸν μὲν θεὸν καὶ ἐπὶ μικροῖς καὶ ἐπὶ μεγάλοις καὶ ὀμνύουσι καὶ ἐπιορκοῦσιν ἀδεῶς· ἐπὶ δὲ τῆς τῶν παίδων κεφαλῆς οὐδ' ἂν ὀμόσαι ἕλοιντο τὴν ἀρχήν; καί τοι γε καὶ ἐπιορκία

A cœleſtibus præmijs, quibus ſe priuarit, ſilentio præteritis, multa ijs, inquit, humanitus aduerſa patienda ſunt. Neque id hactenus ſolùm, ſed ad finem vſque facit, & omiſſa eius à futuris bonis commendatione, iterum ad eandem cauſam confugit, contractum eſſe tempus: eiúſque loco, Volo vos in cœlo reſplendere, & coniugibus multo illuſtriores haberi, rurſum hæret in his noſtris, inquiens, Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe. Neque id hîc ſolùm facit, ſed etiam quo loco ei de iniurijs ferendis ſermo eſt,
B eandem conſilij viam inijt. Nam cùm
dixiſſet, Si eſurit inimicus tuus, ciba Prov.25.21.
illum, ſi ſitit, potum da illi: qui rem tantam impetraret, contráque naturæ neceſſitatem niti iuberet, ac cum rogo tam impotenti decertare, vbi ad mercedem ventum eſt, de cœlo ac cœleſtibus ſilentium: tantùm eius à
quo læſus ſis, ſupplicio remuneratio- Rom.12.
nem definit. Id enim faciens, inquit, 20.
candentes carbones in eius caput congeris. Quid igitur eo ſolatij genere vſus eſt? Non inſcitia neque ignarus quemadmodum alliciendus atque in-
C ducendus ſit auditor, ſed vel omnium mortalium hac dote pollentiſſimus, perſuadendi inquam. Vnde id apparet? Ex ijs quæ diſſerit. Qui, & quomodo? Corinthijs loquebatur,
(priùs enim hoc de virginitate expe- 1.Cor.2.2.
diemus) Corinthijs inquã, apud quos ſtatuerat nihil ſcire, niſi Ieſum Chriſtum, & eum crucifixum: quos vt ſpiritales alloqui non potuerat, & qui carnales eſſent, adhuc lacte aluiſſet: quibus etiam cùm hæc ſcriberet, vitio dabat, ne tum quidem adhuc poſſe, qui adhuc carnales eſſent, & humana
D paterentur. Ideò à rebus terrenis, aſpectabilibus, ac ſub ſenſum ſubiectis, eos & ad virginitatem inſtigat, & à matrimonio abducit: qui probè conſciret, deiectos atque pronos, & in terram adhuc obſtipos, terrenis rebus magis cieri ac pellici. Quid eſt enim, quæſo, quòd homines quidam ruſtici ac pingues, tum paruis, tum magnis in rebus ſecurè Deum & iurant & peierant: in capite vero filiorum in primis nec iurare quidem animum inducant? cúmque & periurium,

A & ſupplicium hôc illud longè grauius ſit, tamen hoc quàm illo iureiurando magis continentur. Atque ad tenuium ſubſidium non perinde eos de regno ſermones, etſi aſſiduè inſonantes, ad boni cuiuſquam in hac vita aut liberis aut ſibi conſequendi ſpes excitant. Itaque tum maximè in his adiumentis ambitioſi fiunt, vbi ex diuturno morbo conualuerint, vbi periculum effugerint, vbi magiſtratum aliquem & imperium nacti ſint: planéque multo plures ijs, quę ante pedes ſint, magis incitari deprehendas. hæc namque & in B ſecundis vehementiùs exſtimulant, & in aduerſis terrent acriùs, quòd ſenſus ab ijs abſit propiùs. Quare & cum Corinthijs ſic egit, & Romanos à rebus præſentibus ad iniuriæ patientiam exercuit. Ingenia enim infirma laceſſita, non tam facilè iræ venenum amittunt, ſi de regno audiant, atque in ſpem veniant remotam, quàm ſi eius qui iniuriam dederit, ſupplicium exſpectent. Itaque volens iniuriarum recordationis radicem conuellere, atque à ſtirpe iram exſcindere, quod efficacius erat ad eum qui læſus eſſet, ſolandum, profert, non qui eum repoſitis C in futuram tempeſtatem præmijs fraudaret, ſed tum quoquo modo in philoſophiæ viam inducere, atque ad conciliationem feneſtram aperire satageret. Nam in omni præclara functione initium facere difficillimum eſt; poſt ingreſſum, non æquè eſt laborioſa. At non dominus noſter Ieſus Chriſtus idem facit, nec cùm de virginitate, nec cùm de iniurijs ferendis diſputat; ſed illic cœleſte regnum proponit. Sunt enim, inquit, eunuchi, qui ſeipſos propter regnum cœleſte caſtrarunt. D Cùm pro hoſtibus precari monet, nec detrimenti eorum qui læſerint, nec igneorum carbonum meminit, ſed ea omnia miſeris & præfractis dicenda mittens, ipſe eos maioribus præmijs inuitat. Quibúſnam? Vt ſimiles ſitis, inquit, veſtri patris, qui in cœlis eſt. Hem luculentam conditionem! nam auditores erant Petrus, Iacobus, Ioannes, ceteráque Apoſtolorum turba: itaque eos ſpiritalibus præmijs allicit. Atque idem & Paulus feciſſet,

Matth. 19. 12.

Matt. 5.45

A καὶ ἡ κόλασις πολλῷ μείζων ἡ ταύτης ἐκείνη· ἀλλ' ὅμως τούτῳ μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ τῷ ὅρκῳ κατέχονται. καὶ πρὸς τὸ βοηθῆσαι δὲ πένησιν οὐχ οὕτως αὐτοὺς οἱ τῆς βασιλείας διεγείρουσι λόγοι, καίτοι γε συνεχῶς ἐνηχούμενοι, ὡς τὸ χρηστόν ἐλπίσαι τι κατὰ τὸν παρόντα βίον ἢ ὑπὲρ παίδων ἢ ὑπὲρ ἑαυτῶν. τότε γοῦν μάλιστα φιλότιμοι γίνονται περὶ τὰς τοιαύτας ἐπιχειρήσεις, ὅταν ἐκ μακρᾶς ἀνενέγκωσι νόσου, ὅταν κίνδυνον διαφύγωσιν, ὅταν δυναστείας τινὸς ἐπιτύχωσι καὶ ἀρχῆς· καὶ ὅλως τοὺς πλείονας τῶν ἀνθρώπων τοῖς παρὰ πόδας εὕροι τις ἂν μᾶλλον ἐπτοημένους, B ἔν τε γὰρ τοῖς χρηστοῖς ταῦτα μᾶλλον προτρέπει, ἔν τε τοῖς λυπηροῖς μειζόνως φοβεῖ· τῷ τὴν αἴσθησιν ἐγγυτέραν ὑπάρχειν αὐτοῖς. διὰ ταῦτα καὶ Κορινθίοις οὕτω διελέγετο, καὶ Ῥωμαίους ἀπὸ τῶν παρόντων εἰς ἀνεξικακίαν ἐγύμναζεν. ἡ γὰρ ἀσθενὴς καὶ ἠδικημένη ψυχὴ οὐχ οὕτως εὐκόλως ἀφίησι τῆς ὀργῆς τὸν ἰόν, ὅταν περὶ βασιλείας ἀκούσῃ, καὶ εἰς μακρὰς ἐλπίδας ἐμπέσῃ, ὡς ὅταν περὶ τοῦ λελυπηκότος προσδοκήσῃ λήψεσθαι δίκην. βουλόμενος οὖν διασεῖσαι τῆς μνησικακίας τὴν ῥίζαν, καὶ τέως κατασβέσαι τὴν ὀργήν, ὃ μᾶλλον ἐπαγωγὸν ἦν πρὸς τὸ παραμυθήσασθαι τὸν ἠδικημένον, τοῦτο τίθησιν· οὐκ ἀποστερῶν αὐτὸν τῶν ἐν τῷ μέλλοντι καιρῷ κειμένων τιμῶν, ἀλλὰ τέως αὐτὸν ἐμβιβάσαι σπεύδων οἱῳδήποτε τρόπῳ εἰς τὴν τῆς C φιλοσοφίας ὁδόν, καὶ τὰς θύρας ἀνοίξαι τῆς καταλλαγῆς. τὸ γὰρ δυσκολώτατον, τῆς ἀρχῆς ἐπιλαβέσθαι τοῦ κατορθώματος· μετὰ δὲ τὴν εἴσοδον οὐκέτι τοσοῦτος ὁ πόνος ἐστίν. ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτο ποιεῖ, οὔτε περὶ παρθενίας, οὔτε περὶ ἀνεξικακίας διαλεγόμενος· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τὴν βασιλείαν τίθησι τῶν οὐρανῶν. εἰσὶ γὰρ εὐ- D νοῦχοι, φησίν, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὅτε δὲ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν παρεκάλει, οὐδὲν ὑπὲρ τῆς τῶν λελυπηκότων βλάβης εἰπών, οὐδὲ τῶν ἀνθράκων μνημονεύσας τοῦ πυρός· ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἀφεὶς πρὸς τοὺς μικροψύχους λέγεσθαι καὶ παχυτέρους, αὐτὸς ἀπὸ τῶν μειζόνων αὐτοὺς προτρέπει. ποίων δὴ τούτων; ὅπως γένησθε, φησίν, ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. βλέπε πόσον τὸ ἔπαθλον. Πέτρος γὰρ ἦν ὁ ταῦτα ἀκούων, καὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἀποστόλων χορός· διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν πνευματικῶν αὐτοὺς ἐνῆγεν ἐπάθλων. καὶ ὁ Παῦλος δὲ τὸ αὐτὸ ἂν ἐποίησεν,

εἰ πρὸς ἴσας τοιούτους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ πρὸς Κορινθίους τοὺς ἀτελεστέρους διακειμένους, ἤδη τῶν πόνων αὐτοῖς δίδωσι τοὺς καρπούς, ἵνα προθυμότεροι ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ἔλθωσι τῆς ἀρετῆς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς Ἰουδαίοις ἀφεὶς ἐπαγγείλασθαι βασιλείαν οὐρανῶν, τὰ τῆς γῆς ἐχαρίζετο ἀγαθά· καὶ ἀντὶ τῶν πονηρῶν δὲ πράξεων οὐ γέενναν, ἀλλὰ τὰς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ συμφορὰς ἠπείλει, λιμούς, καὶ λοιμούς, καὶ νόσους, καὶ πολέμους, καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἕτερα. τούτοις γὰρ μᾶλλον οἱ σαρκικώτεροι τῶν ἀνθρώπων κατέχονται, καὶ ταῦτα μᾶλλον δεδοίκασι· τῶν δὲ οὐχ ὁρωμένων οὐδὲ παρόντων ἐλάττονα ποιοῦνται λόγον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τούτοις μᾶλλον ἐνδιατρίβει ἃ μάλιστα αὐτῶν καθικέσθαι τῆς παχύτητος ἦν ἱκανά. πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο δεῖξαι ἐβούλετο, ὅτι τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν ἕνια ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς πόνοις περιβάλλει πολλοῖς· τὸν δὲ καρπὸν ἅπαντα ἐν τῷ μέλλοντι ταμιεύεται χρόνῳ· ἡ δὲ παρθενία ἐν αὐτῷ τῷ κατορθοῦσθαι οὐ μικρὰς ἡμῖν ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβάς, τοσούτων ἀπαλλάττουσα πόνων καὶ φροντίδων. μετὰ δὲ τούτων καὶ τρίτον τι συγκατασκευάσει. ποῖον; τὸ μὴ τῶν ἀδυνάτων νομισθῆναι εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ καὶ τῶν σφόδρα δυνατῶν. ποιεῖ δὲ αὐτό, ἐκ περιουσίας πολλῆς τὸν γάμον ἀποφαίνων πλείονας ἔχοντα δυσκολίας· ὡς εἴ τις πρός τινα ἔλεγε· μοχθηρὸν καὶ ἐπίπονόν σοι εἶναι τὸ πρᾶγμα τοῦτο δοκεῖ; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἔγωγέ φημι δεῖν αὐτὸ μετιέναι, ὅτι οὕτω ῥᾷόν ἐστιν ὡς πολὺ τοῦ γάμου πράγματος ἡμῖν παρέχειν ἐλάττω. ἐπεὶ γὰρ φείδομαι, φησίν, ὑμῶν καὶ οὐ βούλομαι θλῖψιν ὑμᾶς ἔχειν. διὰ τοῦτο ὑμᾶς οὐ θέλω γαμεῖν. καὶ ποίαν θλῖψιν; εἴποι τις ἂν ἴσως· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ ἄνεσιν ἔχοντα πολλὴν καὶ τρυφὴν τὸν γάμον εὑρήσομεν. καὶ πρῶτον ἁπάντων, τὸ μετὰ πάσης ἀδείας τὴν ἐπιθυμίαν ἀποπληροῦν, καὶ μηδεμίαν ἀπὸ τῆς φύσεως ὑπομένειν βίαν, οὐ μικρὸν εἰς ῥᾳστώνης λόγον ἐστίν. ἔπειτα τὸ καὶ τὴν ἄλλην διαγωγὴν ἀπηλλάχθαι κατηφείας, καὶ αὐχμοῦ, καὶ μεστὴν εἶναι φαιδρότητος, καὶ γέλωτος, καὶ χαρᾶς. καὶ γὰρ τραπέζῃ πολυτελεῖ, καὶ μαλακοῖς ἱματίοις, καὶ στρωμνῇ μαλακωτέρᾳ, καὶ λουτροῖς διηνεκέσι, καὶ μύροις, καὶ οἴνῳ μύρου οὐδὲν χεῖρον διακειμένῳ, καὶ ἑτέρᾳ πολλῇ καὶ διαφόρῳ δαπάνῃ λειτουργοῦντες τῇ σαρκί, πολλὴν ἀπὸ ταύτης παρέχουσιν αὐτῇ τὴν τρυφήν.

A ſi cum eiuſmodi tractaſſet. Sed qui cum Corinthijs ageret, adhuc rudiùs affectis, iam inde eis laborum fructum pendit, quò virtutis negotiationem promptiùs inirent. Neque aliam ob cauſam Deus Iudæis, omiſſa cœleſtis regni pollicitatione, terrena bona largiebatur, & conſceleratis non gehennam, ſed æui huius calamitates peſtẽ, famem, morbos, bella, exſilium, reliquáque ſimilia comminabatur. his enim craſſiores quique magis continentur, ac perterreſiunt; quæ aſpectum fugiant, nec præſto ſint, de ijs minùs B anguntur. Quare Paulus in iis magis hæret, quæ eorum tarditatem potiſſimùm ferirent. Præterea illud quoque oſtendere volebat, ceterarum virtutum quaſdam hic nos multis laboribus exercere, fructum omnem in futurum tempus condere: Virginitatem verò, etiam dum colitur, non leuem nobis compenſationem reddere, quæ nos tot ærumnis atque curis liberet. Atque inſuper & tertium quiddam præſtitit. Quidnam? Ne res deſperata crederetur, ſed vel in primis facilis: id quod efficit, ineſſe in matrimonio plus diffi- C cultatum, facilè demonſtrans: quaſi diceret: Ærumnoſa tibi ac laborioſa res videtur? Equidem verò eam ob rem perſequẽdam cenſeo, quòd adeò leuis ſit, vt negotiorum multo minus quàm matrimonium præbeat. Nam cum vobis parcam, inquit, nec velim miſerias habere, optarem vos matrimonium non contrahere. Quam, malum, miſeriam? dicat fortaſſe quiſpiam: immò verò grandem oblectationem ac delicias habere inuenienius. Atque in primis ſumma cum licentia cupiditatem explere, nec cogi na- D turæ impetum ferre, non minimum facit ad facilitatem. Tum quòd reliqua omnis vita à mœrore ac ſqualore abiuncta, hilaritatis, riſus, gaudij plena eſt. Etenim & opiparis menſis, & delicatis veſtibus, & molli thoro, & perpetuis balneis, & vnguentis, & † vino vnguento nihilo deteriori, aliáque multa ac varia luxuria corpus curantes, inde ſummas ei delicias comparant.

Vide Deut. 28.

† Intelligit vinũ odoratum, quod ἀνθοσμίαν ſiue Græci vocant.

I. At verò in primis neque hæc licent, & matrimonium coitus ſolùm licentiam, non etiam deliciarum præſtare ſolet. id quod beatus Paulus teſtatur his verbis, Quæ delicijs indulget, viuens mortua eſt. Quæ ſi de viduis effatus eſt, audi quid de nuptiis itidem dicat: Mulieres habitu modeſto, cum omni verecundia & frugalitate ſe comunto, non cicinnis, aut auro, aut margaritis, aut ſumptuoſo veſtitu, ſed vt feminas decet, pietatem rectè factis profitentes. Neque hic ſolùm, ſed alibi quoque in eo valdè frequens eſt, nihil planè harum rerum magnopere expetendum nobis eſſe. Et quid Paulum dico? qui cùm & ſummæ accurationis tempus eſſet, & ingens ſpiritus gratia, hæc dicebat. Amoſus enim, qui infantes Iudæos alloqueretur: qua tempeſtate deliciæ, luxus, omniaque, vt ſic dicam, ſuperuacanea permiſſa eſſent: audi vt delicijs addictos ſeriò tangat. Væ qui ad diem malum confluunt, qui falſa ſabbata frequentant atque tractant: qui in lectis cubantes eburneis, luxuriantur in ſuis cubilibus, & ouilium agnos, & ex medio ſaginario lactentes vitulos comedunt: qui ad nablotum ſonum plaudunt, fugitiua pro ſtatis habentes, vinum defæcatum bibentes, & primarijs vnguentis delibuti.

1.Tim.5.6. — *1.Tim.2.9.* — *Amos 6.4.*

LI. Videlicet permiſſum ſit, matrimonij tamen moleſtias ſatis eſſe quæ id voluptatem extinguāt.

Itaque quod dicebam in primis, nec deliciari licet. Quin vt nihil horum vetitum eſſet, ſed omnia conceſſa, at ſunt alia ad mœſtitiam ac dolorem his æqualia, atque adeò tanto & plura & maiora, vt illorum nec minimum quidem ſenſum capiamus, ſed omnis ex ijs voluptas faceſſat.

LII. Si enim quis natura ſit ad zelotypiam propenſus, aut ex cauſa vlla minimè vera eo malo corripiatur, ecquid animo hoc miſerabilius contingat? bellum atque tempeſtatem cum his ædibus comparantes, expreſſum quoddam ſimulacrum habebimus: omnia triſtitiæ, ſuſpicionis, rixarum, turbæ plena ſunt. nam qui hac inſania ictus ſit, ei nihilo melius eſt, quàm lymphatis ac mente captis. Adeò aſſiduè exſultat, reſultat, in omnes ſtomachatur,

A Μάλιστα μὲν οὐδὲ ταῦτα ἐφίεται· ὁ γὰρ γάμος τῆς μίξεως μόνης ἄδειαν, οὐχὶ δὲ καὶ τὴν τρυφὴν παρέχειν ἡμῖν εἴωθε· καὶ μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος οὑτωσὶ λέγων· ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκεν. εἰ δὲ περὶ χηρῶν ταῦτα εἴρηται, ἄκουσον καὶ περὶ τῶν γεγαμημένων τί φησί· γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ μετὰ πάσης αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. καὶ οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθι ἴδοι τις ἂν πολλὴν αὐτὸν ποιούμενον τὸν λόγον, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ὅλως εἶναι τούτων ἡμῖν περισπούδαστον. καὶ τί λέγω Παῦλον; ὃς ὅτε τῆς ἀκριβοῦς φιλοσοφίας ἦν ὁ καιρός, καὶ πολλὴ τοῦ πνεύματος ἡ χάρις, ἔλεγε ταῦτα. ὁ γὰρ Ἀμὼς τοῖς νηπίοις Ἰουδαίοις διαλεγόμενος ἐφ' ὧν ἡ τρυφὴ συγκεχώρητο, καὶ πολυτέλεια, καὶ πάντα εἰπεῖν τὰ περιττά, ἄκουσον πῶς σφόδρα καθάπτεται τῶν τῇ τρυφῇ προσκειμένων· οὐαὶ οἱ ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν κακήν, οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν, οἱ καθεύδοντες ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρωμναῖς αὐτῶν· οἱ ἐσθίοντες ἐρίφους ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά· οἱ ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων· ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα. οἱ πίνοντες τὸν διυλισμένον οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι.

Οὐκοῦν ὅπερ ἔφην, μάλιστα μὲν οὐκ ἐφίεται τρυφᾶν. εἰ δὲ καὶ μηδὲν τούτων κεκώλυτο, ἀλλὰ πάντα συνεχωρεῖτο, ἔστιν ἕτερα τούτων ἀντίρροπα εἰς ἀθυμίας καὶ ὀδύνης λόγον· μᾶλλον δὲ οὕτω πλείονα καὶ μείζω, ὡς μηδὲ μικρὰν ἀπὸ τούτων ἡμᾶς λαμβάνειν τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' D ἐκποδὼν ἅπασαν γίνεσθαι τὴν ἐξ αὐτῶν ἡδονήν.

τα. ἐπεὶ ᾗ ἐφεῖται τρυφᾶν, ἱκανὰ τὰ τοῦ γάμου λυπηρὰ ταύτην ἀφανίσαι τὴν ἡδονήν.

Εἰ γάρ τις, εἰπέ μοι, φησὶ ζηλότυπος εἶναι τύχοι, ἢ καὶ ἔκ τινος προφάσεως οὐκ ἀληθοῦς τούτῳ ληφθείη τῷ κακῷ, τί τῆς τοιαύτης ψυχῆς ἐλεεινότερον γένοιτ' ἄν; πόλεμόν τινα καὶ χειμῶνα τῇ τοιαύτῃ παραβαλόντες οἰκίᾳ, ἀκριβῶς ἐπιτυχεῖν δυνησόμεθα τῆς εἰκόνος· πάντα ὀδύνης μεστά, πάντα ὑποψίας καὶ στάσεως καὶ ταραχῆς. τῶν γὰρ δαιμονώντων ἢ φρενίτιδι κατεχομένων νόσῳ οὐδὲν ἄμεινον διάκειται ὁ ταύτῃ τῇ μανίᾳ πληγείς· οὕτω συνεχῶς ἐξάλλεται, καὶ ἀποπηδᾷ, καὶ δυσχεραίνει πρὸς ἅπαντας,

ιϛ. αἰνι- χαρος.

καὶ εἰς τοὺς παρόντας ἁπλῶς καὶ ἀνευθύνους ἀφίησι τὴν ὀργήν, κἂν δοῦλος ᾖ, κἂν υἱός, κἂν ὁστισοῦν ἕτερος. Καὶ ἡδονὴ μὲν ἀπελήλαται πᾶσα· κατηφείας δὲ ἅπαντα γέμει καὶ πένθους καὶ ἀηδίας· κἂν οἴκοι μένῃ, κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃ, κἂν ἀποδημίαν στέλληται, πανταχοῦ τὸ δεινὸν ἅπτεται κέντρου παντὸς χαλεπώτερον παρακνίζον καὶ ἐρεθίζον αὐτοῦ τὴν ψυχήν, καὶ οὐ συγχωροῦν ἠρεμεῖν. οὐ γὰρ ἀθυμίαν μόνον αὕτη ἡ νόσος, ἀλλὰ καὶ θυμὸν ἀφόρητον τίκτειν εἴωθε. τούτων δὲ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν ἱκανὸν ἀπολέσαι τὸν ἁλόντα· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ συνελθόντα πολιορκῇ, συνεχῶς αὐτὸν πιέζοντα, καὶ οὐδὲ βραχὺν ἀναπνεῦσαι συγχωροῦντα χρόνον, πόσων οὐ τὸ θανάτων οὐ χαλεπώτερον; ἄν τε γὰρ πενίαν εἴποι τις τὴν ἐσχάτην, ἄν τε νόσον ἀνίατον, ἄν τε πῦρ, ἄν τε σίδηρον, οὐδὲν ἴσον ἐρεῖ. καὶ τοῦτο οἱ πεῖραν λαβόντες ἴσασι μόνοι καλῶς. λόγος γὰρ οὐδεὶς ἂν παραστήσειε τὸ δεινὸν τὴν ὑπερβολήν. ὅταν γὰρ τὴν μάλιστα πάντων ἀγαπωμένην, καὶ ὑπὲρ ἧς ἂν ἡδέως καὶ τὴν ψυχὴν προεῖτο, ταύτην ἀναγκάζηται δι' ὑποψίας ἔχειν ἀεί· τί τῶν ἁπάντων αὐτὸν παραμυθήσασθαι δυναιτ' ἄν; ἄν τε γὰρ εἰς ὕπνον τρέπεσθαι, ἄν τε σιτίον ἑλέσθαι, καὶ ποτὸν δέῃ, τὴν μὲν τράπεζαν οἴεται δηλητηρίων γέμειν φαρμάκων, μᾶλλον ἢ ἐδεσμάτων· ἐπὶ δὲ τῆς εὐνῆς οὐδὲ μικρὸν ἀτρεμεῖν ἀνέξεται χρόνον, ἀλλ' ὥσπερ ἀνθράκων ὑποκειμένων οὕτως θορυβεῖται, καὶ μεταστρέφεται· καὶ οὔτε συνουσία φίλων, οὔτε πραγμάτων φροντίς, οὔτε κινδύνων φόβος, οὔτε ἡδονῆς ὑπερβολή, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῆς τοιαύτης αὐτὸν ζάλης ἀπαγαγεῖν δυνήσεται· ἀλλὰ πάντων μὲν χρηστῶν, πάντων δὲ λυπηρῶν τυραννικώτερος οὗτος αὐτοῦ κατακρατεῖ τὴν ψυχὴν ὁ χειμών. Ταῦτα διασκεψάμενος ὁ Σολομών, ἔλεγε· σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος· καὶ πάλιν· μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς· οὐ φείσεται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ οὐκ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν, οὐδὲ μὴ διαλυθῇ πολλῶν δώρων. τοσαύτη γὰρ ἡ τῆς νόσου ταύτης μανία, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν τοῦ λελυπηκότος τιμωρίαν ἀφεῖσθαι τῆς ὀδύνης. πολλοὶ γοῦν πολλάκις ἀνελόντες τὸν μοιχόν, τὸν θυμόν, καὶ τὴν ἀθυμίαν οὐκ ἴσχυσαν ἀνελεῖν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ μετὰ τὸ κατασφάξαι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἔμειναν ὁμοίως ἢ καὶ μειζόνως τηκόμενοι τῇ πυρᾷ. Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ τοσούτοις συζῇ κακοῖς, καὶ ὅτε μηδὲν ἀληθὲς ἐν τύχῃ· ἡ δὲ ἀθλία καὶ ταλαίπωρος

A in præſentes, ſeu ſeruus, ſeu natus, ſeu quiſquis alius ſit, immerentes temerè iram laxat. Itaque proſcripta omni voluptate, mœrore, luctu, inſuauitate omnia referta ſunt. Seu domi maneat, ſeu in forum prodeat, ſeu iter adornet, vbiq. malo tangitur, animum ei quouis ſtimulo acrius pungente ac vexante, nec quieſcere ſinente: neque enim hic morbus triſtitiam ſolùm, ſed etiam efferum furorem parere ſolet. Atque hæc vel ſingula ſatis ſint quæ captum conficiant. ſin autem ſimul coniuncta oppugnent, eum aſſiduè B prementia, nec minimum reſpirandi tempus tribuentia, qua non carnificina id acerbius ſit? Nam ſeu extremam egeſtatem, ſeu inſanabilem morbum, ſeu ignem, ſeu ferrum nomines, nihil par dixeris: id quod ſoli experti probè ſciunt. nulla eſt enim dicendi tanta vis, quæ mali grauitatem conſequatur. Etenim cùm omnium cariſſimam, & pro qua lubens vel vitam impendat, ſuſpectam habere ſemper cogitur, quid eſt omnino quod ſolari eum poſſit? Seu namque ſomnum inire, ſeu cibum potúmque capere neceſſum ſit, menſam C lethalibus venenis potiùs quã edulijs inſtructã credet: in lecto nec vel momento quieſcet, ſed tanquam ſubiectis prunis æſtuabit ac iactabitur: neque aut amicorum congreſſus, aut negotiorum cura, aut periculorum metus, aut excellens voluptas, aut aliud quicquam ab eo æſtu hominem abducere poteſt, ſed procella hæc omnibus & iucundis & triſtibus potentiùs animum poſſidet. Hæc qui perſpexiſſet, Solomon ſcriptum reliquit: Durus ſicut infernus zelus: & rurſum: Plenus enim zeli eius viri furor, non parcet in die D iudicij, nec redemptione vlla inimicitias componet, nec quantiſuis donis placabitur. Is eſt enim morbi huius furor, vt nec ſumpto de eo qui læſerit ſupplicio, dolorem miſſum faciat: itaque multi adultero ſublato, iram atque inquietudinem tollere non potuerunt. Sunt & qui cæſis ſuis coniugibus, æquè atque etiam magis eo rogo exarſerint. Ac vir quidem in his malis degit, etiam cùm nihil verum ſit. ceterùm miſera illa & ærumnoſa

Cant. 8. 6.
Prou. 6. 34.

vel viro grauiùs excruciatur. Nam A cùm, qui ærumnarum omnium ſolatium eſſe debeat, & vnde præſidium exſpectandum ſit, eum efferum, atque omnium in ſe inimiciſſimè affectum cernit, quò iam porrò reſpectet? ad quem confugiat? vnde malorum auxilium petat, portu ei præſtructo, & innumerabilibus ſcopulis referto? Tum & ſerui & ancillæ in eam viro contumelioſiores ſunt. Eſt enim genus hoc hominum, cùm alioqui ſuſpectum & ingratum, tum licentiæ plus nacti, interque ſe aduerſos heros conſpicientes, ex eorum bello non leuem improbitatis ſuæ anſam capiunt. B Nam tum ijs quicquid lubet, ſumma impunitate fingere atque comminiſci licet, & ſuſpicionem calumnijs ſuis cōfirmatiorem reddere. Animus enim ſemel hoc peſtilenti morbo occupatus, facilè cuncta credit, & aure omnibus ex æquo aperta, ſycophantas à non ſycophantis diſcernere non ſuſtinet, ſed ij potius vera dicere videntur, qui ſuſpicionem augent, quàm qui tollere conantur. Itaque porrò fugitiui illi, eorúmque vxores, nihilo minùs ei quàm † contubernalis timendi & C horrendi ſunt, ſuáque ijs prodita, illorum perſona arripienda. Et quando ſine lacrymis agere poterit? quam noctem? quem diem? quod feſtum? quando citra gemitum, eiulatum, lamenta? Minæ, contumeliæ, conuitia perpetuò, tum à viro temerè ſaucio, tum ab impuris famulis: cuſtodiæ vnæ atque alteræ: omnia terroris ac trepidationis plena. Neque enim exitus ſolùm & ingreſſus, ſed & verba & obtutus, & ſuſpiria accuratè atque curioſè explorantur, & vel ſaxis rigidiorem ſilentio cuncta ferre, ac thalamo D perpetuò affixam eſſe vincto durius neceſſe eſt, vel loqui, ſuſpirare, egredi volentem, omnium cauſam dicere apud corruptos eos iudices, famulas inquam, & ſeruorum turbam. Igitur ſi placet cum his malis & opes ingentes, & dubias menſas, & ſeruorum gregem, generis ſplendorem, potentiæ magnitudinem, gloriam ſummam, maiorum claritatem contende:

† i. maritus, vt & ſuprà aliquoties.

A ἐκείνη πολλῷ χαλεπωτέρα ὑπομένει τἀνδρός. ὅταν γὰρ τὸν ὀφείλοντα εἶναι παραμυθίαν τῶν λυπηρῶν ἁπάντων, καὶ ὅθεν προστασίας ἐχρῆν προσδοκᾶν, τοῦτον ἐκτεθηριωμένον καὶ πάντων πολεμιώτερον ἴδῃ διακείμενον πρὸς αὐτήν, ποῦ δυνήσεται βλέψαι λοιπόν; πρὸς τίνα καταφύγῃ; πόθεν τῶν κακῶν εὕρῃ τὴν ἀπαλλαγήν, τοῦ λιμένος αὐτῇ προσκεχωσμένου, καὶ μυρίων γέμοντος προβόλων; τότε καὶ οἰκέται καὶ θεράπαιναι τἀνδρὸς ὑβριστικώτεραι αὐτῇ κέχρηνται. ὕποπτον μὲν γὰρ καὶ ἄλλως καὶ ἀχάριστον τοῦτο τὸ γένος· ὅταν δὲ καὶ παρρησίας μείζονος ἐπιλάβηται, B καὶ διαστασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους ἴδῃ τοὺς κρατοῦντας αὐτῶν, οὐ μικρὰν ἀφορμὴν τῆς οἰκείας βδελυρίας τὸν ἐκείνων λαμβάνουσι πόλεμον. καὶ γὰρ συντιθέναι καὶ πλάττειν ὅσαπερ ἂν ἐθέλωσιν ἔξεστιν αὐτοῖς μετὰ ἀδείας ἁπάσης τότε, καὶ τὴν ὑποψίαν ταῖς παρ' αὐτῶν διαβολαῖς δυνατωτέραν ποιεῖν. ἡ γὰρ ἅπαξ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ νόσῳ καταληφθεῖσα ψυχή, πάντα εὐκόλως πείθεται, καὶ πᾶσιν ἀναπετάσασα ἐξ ἴσης τὴν ἀκοήν, οὐκ ἀνέχεται διακρίνειν τοὺς συκοφάντας τῶν μὴ τοιούτων· ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μάλιστα πιστὰ λέγειν δοκοῦσιν, ὅσοι τὴν ὑποψίαν C ἐπαίρουσιν, ἢ ὅσοι σπουδάζουσιν αὐτὴν καθελεῖν. ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀνάγκη δεδοικέναι καὶ τρέμειν τοὺς συνοικοῦντας οὐχ ἧττον τοὺς δραπέτας ἐκείνους, καὶ τὰς ἐκείνων γυναῖκας, καὶ τὴν αὐτῇ πρέπουσαν τάξιν προϊεμένην αὐτοῖς, τὴν ἐκείνων ἀναλαβεῖν. πότε οὖν ἀδακρυτὶ διάγειν δυνήσεται; ποίαν νύκτα; ποίαν ἡμέραν; ποίαν ἑορτήν; πότε στεναγμῶν χωρὶς καὶ ὀδυρμῶν καὶ θρήνων; ἀπειλαὶ καὶ ὕβρεις καὶ λοιδορίαι διὰ παντός· αἱ μὲν παρὰ τοῦ τετρωμένου μάτην ἀνδρός· αἱ δὲ παρὰ τῶν μιαρῶν θεραπόντων· φυλα- D καὶ ἐπὶ φυλακαῖς· καὶ ἅπαντα δέους καὶ τρόμου μεστά. οὐ γὰρ εἴσοδοι καὶ ἔξοδοι πολυπραγμονοῦνται μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥήματα καὶ βλέμματα καὶ στεναγμοὺς μετὰ πολλῆς βασανίζεται τῆς ἀκριβείας, καὶ ἀνάγκη ἢ τῶν λίθων ἀκινητοτέραν εἶναι, καὶ σιγῇ πάντα φέρειν, καὶ τῷ θαλάμῳ προσπεπλάσθαι διὰ παντὸς δεσμώτου χεῖρον, ἢ βουλομένην φθέγξασθαι καὶ στενάξαι καὶ ἐξιέναι, πάντων εὐθύνας ὑπέχειν καὶ λόγον, ἐν τοῖς διεφθαρμένοις ἐκείνοις δικασταῖς, ταῖς θεραπαίναις λέγω, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκετῶν. τούτων εἰ βούλει μεταξὺ τῶν δεινῶν τίθει καὶ πλούτου ἄφατον, καὶ τραπέζης πολυτέλειαν, καὶ οἰκετῶν ἀγέλας, γένους λαμπρότητα, δυναστείας μέγεθος, δόξαν πολλήν, προγόνων περιφάνειαν·

μηδὲν ὅλως ἀφῇς τῶν δοκούντων ζηλωτὸν τὸν πα-
ρόντα βίον ποιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἀκριβῶς συναγα-
γὼν, ἀντίθες ταύτῃ τῇ λύπῃ, καὶ οὐδὲ φαινομένην
ὄψει τὴν ἐξ ἐκείνων ἡδονὴν, ἀλλ᾽ οὕτως ἠφανισ-
μένην, ὥσπερ ἐν πελάγει πολλῷ σπινθῆρα μι-
κρὸν ἐμπεσόντα σβεσθῆναι εἰκός. καὶ ταῦτα μὲν
ὅταν ὁ ἀνὴρ ζηλοτυπῇ. εἰ δὲ ἐπὶ τὴν γυναῖκα πο-
τε μεταβαίη τὸ πάθος· οὐκ ὀλιγάκις δὲ τοῦτο εἴωθε
γενέσθαι· ἐκεῖνος μὲν ῥᾷον διακείσεται τῆς γυναικός·
τὸ δὲ πλέον τῆς ὀδύνης πάλιν ἐπὶ τὴν ἀθλίαν ἐ-
κείνην μετέπεσεν. οὔτε γὰρ τοῖς αὐτοῖς ὅπλοις χρή-
σασθαι ἐπὶ τὸν ὑποπτευθέντα δυνήσεται. τίς γὰρ
ἀνέξεται γυναικὸς κελευούσης οἴκοι μένειν διαπαντό-
ς; τίς δὲ τὸν δεσπότην τολμήσει παρατηρεῖσθαι τῶν
οἰκετῶν, καὶ οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀπα-
χθήσεται; οὔτε οὖν τούτοις δυνήσεται ἑαυτὴν παρα-
μυθήσασθαι τοῖς μηχανήμασιν, οὔτε τῷ τῆς ὀργῆς
διὰ τῶν ῥημάτων ἐξενεγκεῖν· ἀλλ᾽ ἅπαξ μὲν αὐτὴν
ἴσως χαλεπαίνουσαν οἴσει καὶ δὶς ὁ ἀνήρ· ἐὰν δὲ ἐ-
πιμείνῃ συνεχῶς ἐγκαλοῦσα, διδάξει ταχέως αὐ-
τὴν, ὅτι βέλτιον σιγῇ τὰ τοιαῦτα φέρειν καὶ τήκε-
σθαι. καὶ ταῦτα μὲν ἐν ταῖς ὑποψίαις· ὅταν δὲ
ἀληθὲς ὂν τύχῃ τὸ δεινὸν, τὴν μὲν γυναῖκα οὐ-
δεὶς ἐξαιρήσεται τῆς τοῦ ἠδικημένου χειρὸς, ἀλλ᾽
ἔχων αὐτῷ βοηθοῦντας τοὺς νόμους, τὴν ἁπάν-
των αὐτῷ φιλτάτην εἰς δικαστήριον ἀγαγὼν κα-
τέσφαξεν· ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν μὲν ἀπὸ τῶν νόμων
διαφεύγει τιμωρίαν· τῇ δὲ ἄνωθεν καὶ τῇ τοῦ
θεοῦ τετήρηται ψήφῳ. ἀλλ᾽ οὐχ ἱκανὸν τοῦτο πα-
ραμυθήσασθαι τὴν ἀθλίαν ἐκείνην· ἀλλ᾽ ἀ-
νάγκη μακρόν τινα καὶ ἐλεεινὸν ὑπομένειν θάνα-
τον, τὸν ἀπὸ τῶν μαγγανειῶν, τὸν ἀπὸ τῶν φαρμα-
κειῶν, ἅπερ αἱ πορνευόμεναι γυναῖκες κατασκευά-
ζουσιν. εἰσὶ δὲ αἷς οὔτε ἐπιβουλῆς ἐπὶ τὰς ἠδι-
κημένας ἐδέησεν, ἀλλ᾽ ἔφθασαν ἐκεῖναι προανα-
ρπασθεῖσαι τῇ τῆς ἀθυμίας σφοδρότητι· ὥστε
εἰ καὶ πάντες ἄνδρες ἐπίτευχοι τοῦ γάμου,
τὰς γυναῖκας οὐκ ἐχρῆν αὐτὸν διώκειν. οὔτε
γὰρ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν ὡς τοσαύτη παρ᾽ αὐ-
ταῖς τῆς ἐπιθυμίας ἡ τυραννὶς, καὶ τῶν τοῦ
πράγματος κακῶν τὸ πλέον αὗται καρποῦν-
ται μέρος· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ λόγος ἀπέδειξε.
τί οὖν, φησὶν, ἅπασι τοῦτο πρόσεστι τοῖς γά-
μοις; ἀλλ᾽ οὐδὲ πάντων ἄπεστι· παρθενίας
δὲ πόρρω καὶ μακρὰν πάσης ἐστί· καὶ ἡ μὲν γαμηθεῖσα κἂν μὴ τῷ δεινῷ περιπέσῃ, ἀλ-
λὰ τῇ τοῦ δεινοῦ προσδοκίᾳ περιπίπτει. οὐ γάρ ἐστι τὴν ἀνδρὶ μέλλουσαν ὁμιλεῖν,

A eorum quæ vitam hanc ſtudio dignam
efficiant, nihil prætermitte: ſed om-
nibus diligenter coactis, dolori huic
oppone. Nimirum voluptatem quæ
ex ijs manet, nec apparentem quidem
cernes, ac nō aliter profligatam, atque
par eſt ſcintillam in vaſtum æquor il-
lapſam extingui. Atque hæc quidem
vbi vir zelotypia fuerit affectus. Sin
ad vxorem ægritudo ea peruadat, (ne-
que id equidem rarò euenire ſolet)
cum illo quàm cum hac meliùs age-
tur: ſed in hanc miſeram rurſum maior
dolorum pars redūdabit. Neque enim
fas eſt iiſdem armis in ſuſpectum vti.
B Nam quis vxorem ferat iubentem
domi aſſiduè manere? quis è ſeruis
herum obſeruare auſit, nec continuò
ad Gemonias abripietur? Itaque nec
his machinamentis ſolari ſe poſſit, nec
ira verbis prodenda, ſed vir ſemel for-
taſſe iterúmque vitiligantem patietur.
ſin criminari perſiſtat, ſtatim docebit,
præſtare ea ſilentio ferre, ac tabeſcere.
Atque hæc quidem ſi ſuſpicio ſit.
Porrò autem ſi malum hoc verum ſit,
iam vxorem nemo è læſi manibus eri-
piat, quin leges opitulantes nactus,
C omnium ſibi chariſſimam in iudicium
adductam trucidet. ceterùm vir legum
pœnas effugit, ſublimi ac diuinæ ſen-
tentiæ ſeruatus: pœnitendo equidem
miſeræ ſolatio. Itaque cogit neceſſitas
longam quandam ac miſerãdam mor-
tem ſubire, per incantamenta atque
veneficia, quæ adulteræ mulieres com-
parent. pleræque etiam nec inſidijs
in eas quas laceſſant opus habuerunt,
ſed illæ mœroris vehementia eas, priùs
extinctæ, præuerterunt: vt quantum-
uis viri omnes ad matrimonium con-
fluerent, feminis id non ſit perſequen-
D dum. Nam nec ineſſe in ſe eam libidi-
nis impotentiam habent dicere, & do-
lorum qui ex eo impendeant, plus ca-
piunt. quod quidem iam eſt à nobis
demonſtratum. Quid igitur, inquit,
id in omni matrimonio eſt? Nec verò
abeſt ab omni: cæterùm ab omni vir-
ginitate longè atque procul eſt. Ac
nupta vt in malum non incidat, at in
mali metū incidet. neque enim poteſt,
cui cum viro conſueſcēdum porrò ſit,

A non vnà cùm conſuetudine mala omnia ſecum putare ac metuere. Virgo autem nō ſolùm à moleſtijs, ſed etiam à ſuſpicione libera eſt. At hoc non eſt in omni matrimonio. Non equidem id dico, ſed quantumuis id non inſit, alia inſunt multa, quæ vt effugias, omnia planè effugere non poſſis. Sed velut in ſentibus, quæ veſtimentis adhæreant, qui ſepem tranſcendat, ad vnam euellendam conuerſus, alijs pluribus tenetur: ita & in re vxoria, qui hoc perrumpat, illo rurſum læditur; qui vero illud euaſerit, aliud offendit, nec facilè B matrimonium inuenias omni moleſtia ſolutum.

LIII. Coniugium diuitum expetendū nō eſſe, immò pauperum cōnubio moleſtius eſſe.

Atque hîc, ſi videtur, infauſtis dimiſſis, quod in eo ter beatum exiſtimetur, & multi, adeóque omnes optent conſequi, id nunc in medium productum inquiramus. Quidnam id eſt? Qui pauper, humilis, abiectus ſis, ex ampla ac potenti & locuplete domo vxorem capere. At verò præclarum hoc nihilo minus, quàm illud abominandum, calamitatum habere inuenies. Eſt enim alioqui cùm hominum C genus inſolentiſſimum, tum in ijs mulieres, eo quidem magis, quo impotentiores ſunt. quare & morbo hoc faciliùs capiuntur. Sin contemptus graues etiam cauſas habeant, nihil eſt quod eas in officio contineat. Sed quaſi flamma materiem vllam nacta, ita immane quantum ſe ſuſtollunt, ordinem inuertunt, ſumma infimis mutant. Nam virum vxor capitis locum tenere non ſinit, ſed qua eſt contumacia atque faſtu, de eo gradu deiectum, in ſuum, id eſt ad ſubiectionem, compellit, ipſaque fit caput ac dux. Et quid ea abſurditate grauius eſſe po- D teſt? vt nihil dicam, conuitia, contumelias, inſuauitatem, quæ omnium ſunt duriſſima.

LIV. Quantumuis opulentam vxorē ſubiectam habeas, ingens incommodū eſſe.

Iam ſi quis dicat, (nam equidem multos dicere audiui, cùm eiuſmodi ſermones incidunt) Tantùm diues & nummoſa ſit, nullo negotio eius faſtū affligemus ac deijciemus. Si quis, inquam, hęc dicat, næ ille primū ignorat valde id difficile eſſe. deinde vt contingat, non parum adfert detrimenti. Etenim vi, & timentē ac coactam viro ſubijci, grauius atq. iniucundius eſt, quàm vel ſumma auctoritate ei imperare.

A μὴ μετὰ τῆς ὁμιλίας πάντα ἀναλογίζεσθαι καὶ δεδοικέναι τὰ δεινά. ἡ δὲ παρθένος οὐ μόνον τῶν δυσχερῶν πειρασμῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑποψίας ἀπήλλακται. οὐ πάρεστι τοῦτο πᾶσι τοῖς γάμοις· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τοῦτό φημι. ἀλλ' ἐὰν τοῦτο μὴ παρῇ, πολλὰ ἕτερα πάρεστι. κἂν ἐκεῖνά τις διαφύγῃ, πάντα ἁπλῶς διαφυγεῖν οὐ δυνήσεται· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν τῶν τοῖς ἱματίοις προσαπτομένων ἐν τῷ τὰς αἱμασιὰς διαβαίνειν, ὅταν ἐπιστραφῇ τις τὴν μίαν ἐξελεῖν, ἑτέραις κατέχεται πλείοσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ γάμου πραγμάτων, ὁ τοῦτο διαδρὰς, ἐκεί- B νῳ περιπείρεται πάλιν· καὶ ὁ τοῦτο διαφυγὼν, ἄλλῳ προσέπταισε· καὶ ὅλως οὐκ ἔνι γάμον πάσης εὑρεῖν ἀηδίας ἐλεύθερον. Ἀλλ', εἰ βούλει, τὰ δυσχερῆ τέως ἀφέντες, ὃ δοκεῖ εἶναι ἐν αὐτῷ μακάριον, καὶ οὐ πολλοὶ πολλάκις, μᾶλλον δὲ πάντες εὔχονται ἐπιτυχεῖν, τοῦτο ἀγαγόντες εἰς μέσον ἐξετάσωμεν νῦν. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; τὸ πένητα ὄντα καὶ εὐτελῆ καὶ ταπεινὸν, ἀπὸ μεγάλων καὶ δυνατῶν, καὶ πολλὰ χρήματα κεκτημένων γυναῖκα λαβεῖν. ἀλλὰ τοῦτο τὸ ζηλωτὸν ἐκείνου τοῦ ἀπευκτοῦ οὐκ ἔλαττον εὑρήσομεν ἔχον τὰς συμφοράς. ἔστι μὲν C γὰρ καὶ ἄλλως τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὑπεροπτικώτατον, καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ μᾶλλον τὸ τῶν γυναικῶν, ὅσῳ καὶ ἀσθενέστερον· διὸ καὶ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ πάθους ἁλίσκεται. ὅταν δὲ καὶ ἀφορμὰς ἔχῃ τῆς ὑπεροψίας πολλὰς, οὐδέν ἐστι τὸ κατέχον αὐτάς· ἀλλ' ὥσπερ ὕλης τινὸς λαβομένη φλὸξ, οὕτως εἰς ὕψος ἄφατον αἴρονται, καὶ τὴν τάξιν ἀντιστρέφουσι, καὶ τὰ ἄνω κάτω ποιοῦσιν. οὐ γὰρ ἀφίησιν ἐν τῇ τῆς κεφαλῆς χώρᾳ μένειν τὸν ἄνδρα ἡ γυνὴ, ἀλλ' ὑπὸ φρονήματος καὶ ἀπονοίας ἀπωσαμένη τῆς τάξεως αὐτὸν ἐκείνης, καὶ εἰς τὴν αὐτῇ προσήκουσαν ἄγουσα, τὴν τῆς ὑποταγῆς, αὐτὴ γίνεται κεφαλὴ καὶ ἀρχή. τί οὖν ταύ- D της τῆς ἀνωμαλίας χεῖρον γένοιτ' ἄν; καὶ σιωπῶ τὰ ὀνείδη, τὰς ὕβρεις, τὰς ἀηδίας, ἃ πάντων ἐστὶν ἀφορητότερα. Εἰ δὲ λέγοι τις· καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων ἐγὼ, ὅταν τοιοῦτοι γίνωνται λόγοι· πλουτείτω μόνον καὶ εὔπορος ἔστω, καὶ οὐδὲν ἔργον ἐστὶ καταστεῖλαι αὐτῆς καὶ ταπεινῶσαι τὸ φρόνημα. εἴ τις οὖν ταῦτα λέγοι, πρῶτον μὲν ἀγνοεῖ, ὅτι τῶν σφόδρα δυσκόλων ἐστίν. ἔπειτα ὅτι κἂν γένοιτο, οὐ μικρὰν ἔχει ζημίαν. τὸ γὰρ ἀνάγκῃ καὶ δεδοικυῖαν καὶ μετὰ βίας ὑποτάττεσθαι τῷ ἀνδρὶ, τοῦ μετὰ πάσης ἐξουσίας ὑποτάττειν αὐτῷ βαρύτερον ἐστὶ καὶ ἀηδέστερον.

γρ. αἰσι- χαρές·

γρ. ἐν ἑτέρῳ· [illegible]

Quòd ſi quis ſummam luxuriem miretur: puta, conciſarum carnium multitudinem, inutilem vini ſum- B ptum, exquiſita condimenta, ſtructorum & piſtorum artificia, paraſitorum & conuiuarum turbam: etiam atque etiam ſciat, diuites in his nihilo meliori eſſe loco quàm coquos. Nam vt hi dominos, ſic illi hoſpites verentur, ne quid eorum quæ operosè & ſumptuosè ijs apparata ſint, carpant. Atque hac in parte coquis exæquantur: in alia etiam ſuperant. Neque enim ſolùm accuſatores, ſed æmulos etiam timent. ſiquidem multis ſæpe ex eiuſmodi conuiuijs inuidia creata C eſt, nec antè deſtitit, quàm eos in capitis periculum adduxit. At helluari ſæpe ſuaue eſt. Apageſis: quando ex hoc luxu & grauedo, & ventris obeſitas, & ſpiritus obſtructio, & oculorum obſcuritas, & vertigo, & caligo, aliàque his etiam fœdiora mala pullulant. Atque vtinam ea immoderatio ac iactura quotidianis tantùm doloribus deſcripta ſit: nunc morbi ferè incurabiles ex his menſis originem trahunt. nam & podagra, & tabes, & ſacer morbus, & paralyſis, multáque his etiam grauiora, corpus aggreſſa, ad extremum ſpiritum infeſtant. Quibus D malis quæ par explicari voluptas poſſit? quæ non vitæ duritas ad eorum effugium ineunda ſit?

LXX. *Sobrietatē luxu & vtiliorem & ſuauiorem eſſe.*

At eiuſmodi non eſt frugalitas, ſed ab his infauſtis procul remota, ſanitatis atque valetudinis cauſa. Quòd ſi quis voluptatem etiam requirat, in ea quàm in luxu maiorem inueniet. ac primùm ex eo quod valeat, neque horum malorum quoquam exagitetur, quorum vel ſingula ſeorſim ſatis ſint quæ voluptatem extinguant, & tanquam à fundamentis euertant.

Deinde ex cibis ipſis. Quo pacto? Voluptatem efficit appetitus: appetitum non ſaturitas ac ſatietas, ſed egeſtas & inopia parit. Ea autem non in diuitum, ſed in pauperum cœnis aſſiduè præſtò eſt, epulis, quouis ſtructore & coquo gratiùs, frequens mel inſtillans. Siquidem diuites nec eſurientes cibum capiunt, & antequam vehemens ſomni neceſſitas eis ingruat, conſopiuntur: hi eorum priùs indigi, ita demum ea percipiunt: quod quidem voluptatem auget maximè. Cur enim & Salomon ſerui ſomnum

Eccl.5.11. dulcem confirmat his verbis: Dulcis eſt ſeruo ſomnus, ſiue multum ſiue parum comederit? ecquid propter mollem thorum? at humi, aut ſuper ceſpite plurimùm dormiunt. An propter ſecuritatem? at nec temporis momentum habent liberû. An propter otium? at laboribus & ærumnis aſſiduè afflictantur. Quid eſt igitur quod ſomnum dulcem reddat, niſi ad neceſſitatem priùs compulſos, ita eum denique inire? ceterùm diuitibus ni vino vdis nox ingruat, peruigilãdum eſt, & iis, qui in mollibus ſtragulis iaceant, æſtuandum ac dolendum.

LXXI. *Animam etiam lædi luxu.* Poteram & aliunde luxus inſuauitatem, incommoda, fœditatem oſtendere, morbos, quibus mentem imbuat, corporalibus longè & plures & grauiores percenſens. Etenim molles, effeminatos, audaces, arrogantes, ſpurcos, iniurios, impudicos, iracundos, crudeles, illiberales, auaros, ſordidos, ad cuncta vtilia ac neceſſaria ineptos præſtat: quibus diuerſa omnia frugalitas efficit. Sed iam aliò mihi properat oratio. Itaque hoc vno addito, rurſum Apoſtolica verba retractemus. Quòd ſi quæ præclara videantur, tot malis referta, tantas & animo & corpori morborum tanquam niues accerſunt, quo loco acerba illa ſint habenda? magiſtratus terror, populi concitatio, ſycophantarum & æmulorum inſidiæ: quæ in primis diuites circumſtant. Quibus malis mulieres ſanè etiam vehementiùs angi eſt neceſſe, quòd eas viciſſitudines impotentiùs ferant.

A Δεύτερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν σιτίων αὐτῶν. πῶς; ὅτι ἡδονῆς ποιητικὸν ἐπιθυμία· ἐπιθυμίαν δὲ οὐχ ὁ κόρος, οὐδὲ ἡ πλησμονή, ἀλλ' ἡ ἔνδεια καὶ ἡ πενία ποιεῖ. αὕτη δὲ οὐκ ἐν ἐκείνοις τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν πλουτούντων, ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν πενομένων ἀεὶ πάρεστι, παντὸς τραπεζοποιοῦ καὶ μαγείρου μᾶλλον ἐπιστάζουσα πολὺ τοῖς προκειμένοις τὸ μέλι. οἱ μὲν γὰρ πλουτοῦντες οὔτε πεινῶντες ἐσθίουσι, καὶ πρὶν σφοδρᾶς αὐτοῖς ἐπελθεῖν τὴν ἀνάγκην τοῦ ὕπνου καθεύδουσιν· οὗτοι δὲ ἐν χρείᾳ τούτων καθιστάμενοι πρότερον, οὕτως αὐτῶν

B μετέχουσιν· ὃ μάλιστα πάντων αὔξει τὰ τῆς ἡδονῆς. Διὰ τί γάρ, εἰπέ μοι, καὶ ὁ Σολομῶν τὸν ὕπνον τοῦ δούλου φησὶν εἶναι ἡδύν, οὑτωσὶ λέγων, ἡδὺς ὕπνος τῷ δούλῳ ἄν τε πολὺ ἄν τε ὀλίγον φάγῃ; ἆρα διὰ τὴν στρωμνὴν τὴν ἁπαλήν; καὶ μὴν ἐπὶ ἐδάφους ἢ ἐπὶ στιβάδος οἱ πλείους καθεύδουσιν. ἀλλὰ διὰ τὴν ἄδειαν; ἀλλ' οὐδὲ μικρᾶς καιροῦ ῥοπῆς εἰσι κύριοι. ἀλλὰ διὰ τὴν ῥᾳστώνην; ἀλλ' οὐ διαλιμπάνουσι μόχθοις κοπτόμενοι καὶ ταλαιπωρίαις. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ ποιοῦν τὸν ὕπνον ἡδύν, ἢ τὸ πρότερον εἰς χρείαν καταστάντας οὕτως αὐτοῦ μεταλαμβάνειν; τοὺς

C δὲ πλουτοῦντας ἂν μὴ μέθῃ βαπτισθέντας ἡ νὺξ καταλάβῃ, ἀνάγκη διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν καὶ ἐπιστρέφεσθαι καὶ ἀλύειν ἐπὶ τῶν μαλακῶν κειμένους στρωμάτων. Εἶχον καὶ ἑτέρωθεν δεῖξαι τῆς τρυφῆς τὴν ἀηδίαν, καὶ τὴν ζημίαν, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην, τὰς νόσους καταλέγοντα ὅσας ἐναπομόργνυται τῇ ψυχῇ πολλῷ πλείους καὶ χαλεπωτέρας οὔσας τῶν σωματικῶν. καὶ γὰρ μαλακοὺς καὶ ἀνάνδρους, καὶ θρασεῖς, καὶ ἀλαζόνας, καὶ ἀσελγεῖς, καὶ ὑβριστάς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀκροχόλους, καὶ ὠμούς, καὶ ἀγνώμονας, καὶ πλεονέκτας, καὶ δουλοπρεπεῖς, καὶ πρὸς

D ἅπαν εἰπεῖν τὸ χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον ἀχρήστους καθίστησιν· ὧν τἀναντία πάντα ἡ αὐτάρκεια ποιεῖ. ἀλλὰ νῦν πρὸς ἕτερον ἡμῖν ὁ λόγος ἐπείγεται· διὸ μόνον ἐκεῖνο προσθέντες τῶν ἀποστολικῶν πάλιν ἀψώμεθα ῥημάτων. Εἰ γὰρ τὰ δοκοῦντα εἶναι ζηλωτὰ τοσούτων γέμει κακῶν, καὶ τοσοῦτον τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι τὸν νιφετὸν ἐπάγει τῶν νοσημάτων, ποῦ τὰ λυπηρὰ θήσομεν; οἷον ἀρχόντων φόβους, δήμων ὁρμάς, συκοφαντῶν καὶ βασκάνων ἐπιβουλάς· ἃ μάλιστα τοὺς πλουτοῦντας περιστοιχίζεται· ἐν οἷς καὶ τὰς γυναῖκας μειζόνως τῶν κακῶν ἀνάγκη κοινωνεῖν, διὰ τὸ μὴ γενναίως τὰς τοιαύτας φέρειν μεταβολάς.

al. ἀη- χαρις.

οβ'. ἀνεπι- χαρις. Καὶ τί λέγω γυναῖκας, καὶ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἄνδρες ταλαιπώρως ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀνίσχονται. ὁ μὲν γὰρ ἐν αὐταρκείᾳ ζῶν οὐδεμίαν μετάπτωσιν δέδοικεν· ὁ δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὑγρῷ καὶ διακεχυμένῳ βίῳ δαπανηθείς, εἴποτε συμβαίη κατὰ περίστασίν τινα καὶ ἀνάγκην ὑπομεῖναι πενίαν, τεθνήξεται πρότερον ἢ ταύτην οἴσει τὴν μεταβολήν· διὰ τὸ ἀμελέτητον καὶ ἀγύμναστον. Διὰ ταῦτα ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε· θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. εἶτα μετὰ τοῦτο φησίν· ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν. A

ογ'. ὅτι οὐ γάμου καιρός, ὁ παρών. Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸν γάμον; ἴσως ἂν εἴποι τις. Καὶ σφόδρα μὲν οὖν πρὸς αὐτόν. εἰ γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίῳ συγκέκλεισται· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται· ὁ δὲ παρὼν καιρὸς πρὸς τὸ τέλος ἐπείγεται, καὶ ἐπὶ θύραις τὰ τῆς ἀναστάσεως ἕστηκεν, οὐ γάμων καιρὸς οὐδὲ κτημάτων, ἀλλ' ἐνδείας καὶ τῆς ἄλλης φιλοσοφίας ἁπάσης τῆς ἐκεῖ χρησιμευούσης ἡμῖν. ὥσπερ γὰρ ἡ παρθένος ἕως μὲν ἂν οἴκοι μένῃ μετὰ τῆς μητρός, πολλὴν τῶν παιδικῶν ἀθυρμάτων ποιεῖται φροντίδα, καὶ κιβώτιον ἐν τῷ ταμιείῳ καταθεμένη, τῶν ἀποκειμένων ἔνδον καὶ τὴν κλεῖν αὐτὴ κέκτηται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔχει, καὶ τοσαύτην ὑπὲρ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων καὶ φαύλων φυλακῆς ἀναδέχεται μέριμναν, ὅσην οἱ τὰς μεγάλας ἐπιτροπεύοντες οἰκίας· ἐπειδὰν δὲ μνηστεύεσθαι δέῃ, καὶ ὁ τοῦ γάμου καιρὸς ἀναγκάζῃ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀφεῖναι, τότε τῆς εὐτελείας ἐκείνης ἀπαλλαγεῖσα καὶ τῆς ταπεινότητος, οἰκίας προστασίαν, καὶ κτημάτων καὶ ἀνδραπόδων πλῆθος, καὶ ἀνδρὸς θεραπείαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων μείζονα μεριμνᾶν ἀναγκάζεται· οὕτω καὶ ἡμᾶς χρή, ἐπειδὰν πρὸς τὸν τέλειον ἀγώμεθα βίον καὶ τὸν ἀνδράσι προσήκοντα, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἀφέντας τὰ ὄντως παιδικὰ ἀθύρματα, φαντάζεσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἐκεῖ διατελοῦς τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν. ἡρμόσθημεν γὰρ καὶ ἡμεῖς νυμφίῳ οὕτως ζητοῦντι παρ' ἡμῶν ἀγαπᾶσθαι, ὡς μὴ τῶν ἐν τῇ γῇ μόνον, μηδὲ τῶν μικρῶν τούτων καὶ εὐτελῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἀφίστασθαι δι' αὐτόν, ὅταν δέῃ. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖ λοιπὸν ἀπιέναι χρή, ἀπαλλάξωμεν ἑαυτοὺς τῆς φροντίδος τῆς εὐτελοῦς. οὐ γὰρ εἰς βασιλείαν μεθίστασθαι μέλλοντες ἀπὸ πενιχρᾶς οἰκίας, κεραμίδων, καὶ ξύλων, καὶ ἐπίπλων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ τὴν οἰκίαν ἐφροντίσαμεν ἂν πενίας. μὴ τοίνυν μηδὲ νῦν τὰ ἐν τῇ γῇ μεριμνῶμεν. ὁ γὰρ καιρὸς ἡμᾶς ἤδη καλεῖ πρὸς τὸν οὐρανόν.

Et quid mulieres dico, cùm vel viri grauatim ijs capiantur; nam equidem qui tenuiter ſe tolerat, commutationem nullam horret: qui liquidam illam ac diſſolutam vitam exegit, eum ſi qua incidens calamitas atque vis inopiæ tradat, hic iam qui rudis & inexercitatus ſit, antè moriatur, quàm vices eas perferat. Itaque beatus Paulus ait, Multa ijs humanitus aduerſa patienda ſunt, & ego vobis parco: ac pòſt addit, Tempus contractum porrò eſt. LXXII. Laxā vita commutatio- ni efferre. 1. Cor. 7. 29.

Et quid hoc ad matrimonium? dicat quiſpiam. Valde ſanè. Quòd ſi enim vita hac concluſum eſt, in futurum nec ducunt nec ducuntur, atque hoc præſens tempus ad finem decurrit, quasique pro foribus reſurrectio eſt, non iam tempus eſt matrimonij ac pecuniarum, ſed egeſtatis, & id genus reliquæ philoſophiæ, quæ illic nobis profutura ſit. Nam quemadmodum virgo quandiu domi manet apud matrem, magnam puerilium omnium curam ſuſcipit, & arcula in penum depoſita, eorum quæ illic condita ſint & clauem ipſa poſſidet, & arbitrium omne tenet, de leuium illorum & futilium cuſtodia æquè ſolicita, ac qui grandem familiam adminiſtrant: ceterùm deſponſa iam & marita, paternas ædes dimittere coacta, tum verò ijs nugis & minutijs liberata, domus gubernationem, opes, & mancipium numeroſum, viri cultum, aliaque his maiora procuret neceſſe eſt: Ita & nobis adultis atque ætate virili, terrenis omnibus, verè puerilibus ludicris, omiſſis, de cœlo, cœleſtiſque vitæ ſplendore & gloria cogitandum eſt. deſponſi enim ſumus & nos ſponſo, eum à nobis amorem flagitanti, vt non ſolùm terreſtribus & leuibus his ac futilibus, ſed etiam vita propter eum, ſi opus ſit, cedamus. Quare cùm illuc porrò diſcedendum ſit, exilem hanc curam à nobis propulſemus. nam nec in regnum ex inopi domo transferendi, de fictilibus, lignis, vtenſilibus, & reliqua domeſtica tenuitate laboremus. Itaque nec iam terrena curemus, tempore nos iam ad cœlum vocante: LXXIII. Non eſſe tempus hoc matrimonij tempus.

Rom.13.11. vt & beatus Paulus Romanis ſcribens A ait, Nunc enim propius nos eſt ſalus,
1.Cor.7.29 quàm tum cùm credidimus: diſceſſit nox, dies adeſt. & rurſum hic, Tempus contractum porrò eſt, vt qui vxores habent, perinde ſint ac ſi non haberent. Quorſum igitur matrimonium, eo non vſuris, ſed perinde ac ſi non haberent futuris? quorſum opes? quorſum prædia? quorſum vitæ præſidia, quorum vſus impetus porrò atque intempeſtiuus ſit? Nam ſi apud nos iudicijs ſiſtendi, & ſcelerum cauſam dicturi, capitali die inſtante, non vxoris tantùm, ſed etiam cibi & po- B tus, atque omni poſthabita cura, defenſionem ſolùm cogitant: multo magis nobis, non terreno cuidam foro, ſed ad cœleſte tribunal ſiſtendis, & dictorum, geſtorum, cogitatorum rationem reddituris, ab omnibus abſtinendum eſt, & gaudio & triſtitia rerum præſentium, ac terribilis ille dies vnicè horrendus. Si quis enim,
Luc.14.26. inquit, ad me venit, nec ſuum patrem, & matrem, & vxorem, & liberos, & fratres, & ſorores, atque adeò ſuam ipſius animam odit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non por- C tat ſuam crucem, & me ſequitur, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Tu ſcilicet deſes vxoris cupiditati, riſui, mollitiei, delicijs vacas? Dominus præſtò eſt. Tu de pecunijs curas ac ſolicitus es? Cœleſte regnum inſtat. Tu ædes, luxum, & reliquam volu-
1.Cor.7.31. ptatem diſpicis? Abit ſpecies huius mundi. Qui te mundi rebus non perennibus, ſed caducis, perennium ac ſtabilium oblitus angis? Non iam matrimonium, non dolores partus, non voluptas & coitus, non diuitiarum copia, non præditorum ſtudium, D non cibus, non tegumenta, non agricultura ac nauigatio, non artes & ædificia, non vrbes, non ædes, ſed alius quidam ſtatus atque vita conſequetur: illa paulo poſt cuncta interibunt. id enim eſt, Abit ſpecies huius mundi. Quid igitur velut in omnem ætatem hîc manſuri, ita in earum rerum ſtudio, à quibus ſæpe ante veſperam deſciſcendum ſit, ſumma ope nitimur? Quid laborioſam vitam deligimus, Chriſto ad ocioſam nos vocante? Volo enim, inquit,

A καθάπερ καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγε· νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. καὶ πάλιν, ἐνταῦθα ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι. τί οὖν δεῖ γάμου τοῖς οὐ μέλλουσιν ἀπολαύσεσθαι γάμου, ἀλλ᾽ ἐν ἴσῳ τοῖς οὐκ ἔχουσι διακείσεσθαι; τί δὲ χρημάτων; τί δὲ κτημάτων; τί δὲ τῶν βιωτικῶν, τῆς χρήσεως αὐτῶν ἀώρου λοιπὸν οὔσης καὶ παρακαίρου; εἰ γὰρ οἱ μέλλοντες δικαστηρίῳ παραστήσεσθαι τῷ παρ᾽ ἡμῖν, καὶ λόγον ὑφέξειν τῶν B πεπλημμελημένων, τῆς κυρίας γενομένης ἐγγὺς, οὐ γυναικὸς μόνον ἀλλὰ καὶ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ πάσης ἑαυτοὺς ἀποστήσαντες φροντίδος, τῆς ἀπολογίας γίνονται μόνης· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐκ ἐπιγείῳ τινὶ δικαστηρίῳ, ἀλλ᾽ οὐρανίῳ βήματι παραστήσεσθαι μέλλοντας, καὶ ῥημάτων καὶ πραγμάτων καὶ ἐννοιῶν εὐθύνας ὑφέξειν, πάντων ἀφίστασθαι χρὴ, καὶ χαρᾶς καὶ λύπης τῆς ἐπὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι, καὶ τὴν φοβερὰν μόνην ἐκείνην ἡμέραν μεριμνᾷν. εἴ τις γὰρ, φησιν, ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἔτι δὲ καὶ C τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι· καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. σὺ δὲ παρακάθῃ σχολάζων ἐπιθυμίαις γυναικὸς, καὶ γέλωτι, καὶ διαχύσει, καὶ τρυφῇ; ὁ κύριος ἐγγύς. σὺ δὲ ὑπὲρ χρημάτων φροντίζεις, καὶ μεριμνᾷς; ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐφέστηκε. σὺ δὲ περὶ οἰκίας, καὶ τρυφῆς, καὶ τῆς ἄλλης σκοπεῖς ἡδονῆς; παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. τί οὖν κόπτεις σαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ κόσμου πράγμασι τοῖς οὐ μένουσιν, ἀλλὰ διαπορευομένοις, τῶν μενόντων καὶ βεβαίων ἀμελῶν; οὐκέτι γάμος, D οὐκέτι ὠδῖνες, οὐχ ἡδονὴ καὶ μίξις, οὐ χρημάτων εὐπορία, οὐδὲ κτημάτων ἐπιμέλεια, οὐ τροφὴ, οὐδὲ ἐνδύματα, οὐ γεωργίαι καὶ ναυτιλίαι, οὐ τέχναι οὔτε οἰκοδομαὶ, οὐ πόλεις, οὐδὲ οἰκίαι, ἀλλ᾽ ἑτέρα τις κατάστασις καὶ διαγωγή. ταῦτα δὲ πάντα μικρὸν ὕστερον ἀπόλλυται. τοῦτο γάρ ἐστι, παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. τί τοίνυν ὡς τοὺς αἰῶνας ἅπαντας ἐνταῦθα μένοντες, οὕτω πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα, ὑπὲρ πραγμάτων μεριμνῶντες, ὧν πρὸ τῆς ἑσπέρας πολλάκις ἀποστησόμεθα; τί τὸν μοχθηρὸν αἱρούμεθα βίον ἐπὶ τὸν ἀπράγμονα καλοῦντος ἡμᾶς τοῦ Χριστοῦ; θέλω γάρ, φησιν,

ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ A κυρίου. Πῶς οὖν ἡμᾶς ἀμερίμνους εἶναι βούλει, εἰς ἑτέραν πάλιν ἐμβαλὼν φροντίδα; ὅτι οὐδὲ φροντίζειν τοῦτό ἐστιν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ θλίβεσθαι τὸ διὰ τὸν Χριστὸν θλίβεσθαι· οὐ διὰ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν τῶν ταῦτα φερόντων μεθ' ἡδονῆς, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως κρατεῖν. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τούτων φροντίζων, ὧν οὐκ εἰς μακρὸν ἀπολαύσεται χρόνον, πολλάκις δὲ οὐδὲ εἰς βραχύ, εἰκότως ἂν λέγοιτο μεριμνᾷν· ὁ δὲ μείζονας τῶν φροντίδων ἀπολαμβανόμενος τοὺς καρπούς, ἐν τοῖς B ἀμερίμνοις πάντη δικαίως ἂν τεθεῖτο λόγῳ. καὶ τούτων δὲ χωρὶς τοσοῦτον τῆς μερίμνης ἑκατέρας τὸ μέσον, ὡς μηδὲ μέριμναν ταύτην ἐκείνῃ παραβαλλομένην νομίζεσθαι· οὕτω κουφοτέρα τέ ἐστιν ἐκείνης καὶ σφόδρα εὐκολωτέρα. καὶ ταῦτα ἅπαντα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀπεδείξαμεν λόγων. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου· ἀλλ' ὁ μὲν παρέρχεται, ὁ δὲ μένει. τοῦτο οὖν μόνον οὐχ ἱκανὸν δεῖξαι τὸ τῆς παρθενίας ἀξίωμα; ὅσον γὰρ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν κόσμον τὸ διάφορον, τοσοῦτον αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ φροντίς. πῶς οὖν συνεχώρησε τὸν γά- C μον, τὸν περισπῶντα ἡμᾶς ταῖς φροντίσι, καὶ τῶν πνευματικῶν ἀπάγοντα; διὰ γὰρ τοῦτό, φησιν, εἶπον· ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν· ἵνα οἱ φθάσαντες ἤδη δεθῆναι, ἢ καὶ μέλλοντες ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ χαυνότερον ἐργάσωνται τὸν δεσμόν. ἐπειδὴ γὰρ διαρρῆξαι αὐτὸν οὐκ ἔνι περιβληθέντα ἅπαξ, ἀνεκτότερον αὐτὸν ποίησον. ἔξεστι γὰρ, ἂν βουλώμεθα, πάντα περικόπτειν τὰ περιττὰ, καὶ μὴ μειζόνως τοῦ πράγματος καὶ τῆς φύσεως τοσούτων φροντίδων τῇ παρὰ τῆς ἡμετέρας προστιθέναι ῥᾳθυμίας.

A vos ſine ſolicitudine eſſe.

vos ſine ſolicitudine eſſe. Cælebs Domini res curat. *1.Cor.7.32*

Quomodo igitur nos ſecuros eſſe vis, quos in aliam iterum curam conijcias? Quòd hoc, nec curare quidem eſt, quemadmodum nec afflictari propter Chriſtum, afflictari: non mutata quidem rerum natura, ſed eorum qui ea cum voluptate patiantur ſtudio, vel rerum naturam vincente. Nam qui ea curet, quibus non longùm fruiturus ſit, immò ſæpe nec minimùm, curare meritò dicetur: qui vero curis maiorem fructum capturus B ſit, omni ratione in ſecuris numerabitur. Præterea autem vtriuſque curæ tantum eſt diſcrimen, vt hæc cum illa comparata, nec cura quidem habeatur: adeò illa & leuior eſt, & multis partibus facilior. Quæ nos omnia ſuperiùs oſtendimus. Cælebs Domini res curat, maritus mundi: at hic abit, ille manet. An non igitur vel hoc ſolum ſufficiat ad virginitatis dignitatem commonſtrandam? quanto enim Deus mundo præſtat, tanto hæc illa potior cura eſt. Cur ergo matri- C monium permittit, quod & curis nos obſtringat, & à ſpiritalibus abducat? Ideò enim, inquit, dixi, Vt qui vxores habent, perinde ſint ac ſi nõ haberent, vt qui iam vincti ſunt, aut futuri ſunt, alio quopiam modo vinculum relaxent. nam quoniam haud fas eſt ſemel circumiectum rumpere, tolerabilius redde. ſiquidem licet ſi velimus, ſuperuacua omnia recidere, nec noſtra ipſorum ignauia alia nobis addere vel ijs curis, quas res ac natura comparet, maiora.

LXXIV. Quid ſit quòbrem, cum velit, nos ſine ſolicitudine eſſe, iubeat eſſe ſolicitos.

Εἰ δὲ καὶ σαφέ- D στερόν τις θέλοι μαθεῖν τί ποτέ ἐστιν, ἔχοντα γυναῖκα μὴ ἔχειν, τοὺς οὐκ ἔχοντας ἐννοείτω τοὺς ἐσταυρωμένους, πῶς διάκεινται. πῶς οὖν ἐκεῖνοι διάκεινται; οὐ θεραπαινίδων ἀναγκάζονται πλῆθος ὠνεῖσθαι, οὐ χρυσία καὶ περιδέραια, οὐκ οἰκίας λαμπρὰς καὶ μεγάλας, οὐ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα· ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφελόντες, ὑπὲρ ἱματίου φροντίζουσιν ἑνὸς, καὶ τροφῆς τῆς αὐτάρκους. ἔξεστι καὶ τῷ γυναῖκα ἔχοντι εἰς ταύτην ἑαυτὸν ἀγαγεῖν τὴν φιλοσοφίαν. τὸ γὰρ ἀνωτέρω λεχθὲν τὸ, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, περὶ μίξεως εἴρηται

Quòd ſi quis etiam clariùs intelli- D gere vult, quid ſit, Vxorem habentem perinde eſſe ac ſi non haberet, is mihi non habentes, atque crucifixos cogitet, quomodo cum ijs agatur. Quomodo ergo cum ijs agitur? Non neceſſe habent ancillarum gregem coëmere, non aurum ac monilia, non ædes magnificas & amplas, non tot ac tot terræ iugera: ſed ijs omnibus detractis, amictum vnum atque victum procurant, licet vel vxorem habenti ad eam ſe philoſophiam reuocare. Nam quod ſuprà ait, Ne defraudate alter alterum, de coitu ſolo dictum eſt.

LXXV. Quid ſit habentem vxorẽ non habere.

in eo enim inuicem obſequi iubet, neque alterutrum ſui dominum eſſe ſinit. In reliquo philoſophiæ exercitio, veſtitu, victu, atque alijs omnibus, alter alteri non eſt obnoxius, ſed & viris fas eſt vxore inuita delicias omnes, ac circumfluentem curarum turbam amoliri: & vxori viciſſim non eſt neceſſe, ſi nolit, comi, inanem gloriam captare, ſuperuacua curare. Nec iniuria. nam equidem cupiditas illa naturalis eſt: itaque ei & nonnihil condonatum eſt, nec poteſt alter alterum nolentem defraudare: hæc deliciarum, ſuperuacui cultus, inutilis curæ, non ab natura proficiſcitur, ſed ex ignauia & inſigni nequitia manat. Quare neque in his, vt in illis, coniuges inuicem teneri cogit. Hoc igitur eſt, Vxorem habentes perinde eſſe ac ſi non haberemus, ſuperuacuas illas propter vxorum pruritum ac mollitiem curas non admittere, ſed tantum curarum auctarium ſuſcipere, quantum par ſit vnius capitis additamento, atque eius philoſophè ac tenuiter vitam inſtituentis. id enim ſe velle, corollario hoc ſignificat, Et qui plorant, ac ſi non plorarent, & qui in prædijs gaudent, ac ſi non gauderent. nam nec qui non gaudent, prædia curabunt; nec qui non plorant, aut inopiam horrere, aut frugalitatem auerſari poterunt. Hoc verò eſt vxorem habere, nec habere, mundo vti, nec abuti. Maritus mundana curat. itaque cùm & hic & illic curetur, atque hîc etiam temerè & fruſtrà, immò & moleſtè & miſerè: nam iis, inquit, multa humanitus aduerſa patienda ſunt: illic, quod ingens bonum ſit: cur non illam potiùs adſciſcimus: quæ non ſolùm tot ac tantas remunerationes habeat, ſed hac, natura etiam leuior ſit? Quid enim curat cælebs? an opes, an vernas, an œconomos, an agros, an reliqua? coquis, textoribus, cetero ſeruitio inſtat? Minimè gentium: quin nihil horum vel cogitat, ſed vnum id laborat, vt animum ſuum tanquam con-
1.Cor.3. ſtruat, & templum illud ſanctum non
1.Tim.2. cincinnis, aut auro, aut margaritis,

A μόνης. ἐν τούτῳ γὰρ ἐπιτάττει ἀλλήλοις χελεύει, καὶ οὐδένα ἀφίησιν ἑαυτοῦ κύριον εἶναι. ἔνθα δὲ ἡ ἄλλη τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν ἄσκησιν, τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις, τὴν ἐν τῇ διαίτῃ, τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὐκέτι θατέρῳ λοιπὸν ὁ ἕτερος ὑπεύθυνος γίνεται, ἀλλ' ἔξεστι τοῖς ἀνδράσι κἂν ἡ γυνὴ μὴ βούληται, παραιτήσασθαι τρυφὴν ἅπασαν καὶ τὸν περιρρέοντα τῶν φροντίδων ὄχλον· καὶ γυναικὶ πάλιν ὁμοίως οὐδεμία ἀνάγκη μὴ βουλομένῃ καλλωπίζεσθαι, καὶ κενοδοξεῖν, καὶ περιττὰ μεριμνᾷν. εἰκότως· ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ ἐπιθυμία φυσική τις ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο πολλῆς ἔτυχε τῆς συγγνώμης,
B καὶ οὐκ ἔστι κύριος ὁ ἕτερος ἀποστερεῖν τὸν ἕτερον μὴ βουλόμενον· ἡ δὲ τῆς τρυφῆς καὶ τῆς θεραπείας τῆς περιττῆς, καὶ τῆς φροντίδος τῆς ἀνονήτου οὐκ ἀπὸ τῆς φύσεως ὁρμᾶται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας καὶ τῆς πολλῆς ὕβρεως τίκτεται. διὰ ταῦτα οὐκ ἀναγκάζει ἐν τούτοις τοὺς γεγαμηκότας ὑποκεῖσθαι ἀλλήλοις, καθάπερ καὶ ἐν ἐκείνοις. τοῦτο τοίνυν ἐστὶν, ἔχοντα γυναῖκα μὴ ἔχειν, ὅταν τὰς περιττὰς φροντίδας, τὰς διὰ τὸν ἀκκισμὸν καὶ τὴν διαθρύψιν γινομένας τῶν γυναικῶν μὴ δεχώμεθα, ἀλλὰ τοσαύτην λαμβάνωμεν προσθήκην
C φροντίδος, ὅσην εἰκὸς μιᾶς ψυχῆς προστεθείσης ἡμῖν, καὶ ταύτης φιλοσόφως καὶ εὐτελῶς ζῆν προῃρημένης. ὅτι γὰρ τοῦτό φησι, διὰ τῆς ἐπαγωγῆς ἐδήλωσε· καὶ οἱ κλαίοντες ὡς μὴ κλαίοντες, καὶ οἱ χαίροντες ἐν κτήσεσιν ὡς μὴ χαίροντες. οἱ γὰρ μὴ χαίροντες οὐδὲ τῆς κτήσεως ἐπιμελήσονται, καὶ οἱ μὴ κλαίοντες οὔτε τὴν πενίαν δυνήσονται φρίττειν, οὔτε τὴν αὐτάρκειαν ἀποστρέφεσθαι. τοῦτό ἐστιν, ἔχειν γυναῖκα καὶ μὴ ἔχειν· τοῦτό ἐστι χρῆσθαι τῷ κόσμῳ καὶ μὴ καταχρῆσθαι. ὁ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου. ὅταν οὖν καὶ ἐνταῦθα καὶ
D ἐκεῖ μέριμνα ᾖ· καὶ ἐνταῦθα μὲν εἰκῆ καὶ μάτην μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ λύπῃ καὶ θλίψει· θλίψιν γὰρ τῇ σαρκί, φησιν, ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐκεῖ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀπορρήτοις ἀγαθοῖς· τί μὴ ταύτην αἱρούμεθα μᾶλλον τὴν φροντίδα, οὐ δὲ τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχει τὰς ἀντιδόσεις, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει κουφοτέρα ἐστὶν ἐκείνης; τί γὰρ ὁ μὴ γαμήσας μεριμνᾷ; ἆρα ὑπὲρ χρημάτων, ὑπὲρ οἰκετῶν, ὑπὲρ οἰκονόμων, ὑπὲρ ἀγρῶν, καὶ τῶν ἄλλων; μαγείροις ἐφέστηκε, καὶ ὑφάνταις, καὶ τῇ λοιπῇ θεραπείᾳ; ἄπαγε. οὐδὲν τούτων εἰς νοῦν βάλλεται· ἀλλ' ἐν φροντίζει μόνον τὴν αὐτῆς οἰκοδομεῖν ψυχήν. τὸν ναὸν ἐκεῖνον τὸν ἅγιον κοσμεῖν οὐκ ἐν πλέγμασιν ἢ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις,

οὐκ ἐπιτρίμμασιν οὐδὲ ὑπογραφαῖς, οὐ ταῖς ἄλλαις δυσκολίαις καὶ μοχθηρίαις, ἀλλὰ τῇ ἁγιωσύνῃ τῇ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ πνεῦμα. ἡ δὲ γαμήσασα, φησί, μεριμνᾷ πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. σφόδρα συνετῶς οὐκ ἦλθεν ἐπὶ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐξέτασιν, οὐδὲ εἶπεν ὅσα πάσχουσι γυναῖκες ὑπὲρ τῆς εἰς τοὺς ἄνδρας ἀρεσκείας καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ· τὸ μὲν βασανίζουσαι καὶ κονιῶσαι καὶ ἑτέροις κολάσεσι κατατείνουσαι· τὴν δὲ ἀνελευθερίας, κολακείας, ὑποκρίσεως, μικροψυχίας, φροντίδων περιττῶν καὶ ἀνονήτων πληροῦσαι· ἀλλὰ μιᾷ ῥήσει πάντα ταῦτα αἰνιξάμενος ἀφῆκε τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων αὐτὰ ἀναλογίσασθαι· καὶ δείξας οὕτω τῆς παρθενίας τὴν ὑπεροχήν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄρας αὐτὴν τὸν οὐρανόν, πάλιν μετατίθησιν ἐπὶ τὴν τοῦ γάμου συγχώρησιν τὸν λόγον· πανταχοῦ δεδοικὼς μή τις τὸ πρᾶγμα ἐπίταγμα εἶναι νομίσῃ. διὰ γὰρ οὐδὲ ἠρκέσθη ταῖς προτέραις παραινέσεσιν, ἀλλ' εἰπών· ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω· καί, ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· πάλιν ἐνταῦθά φησιν, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω.

ἄλ. ἀσκί-χαρος.

Υπὲρ οὗ διαπορήσειεν ἄν τις εἰκότως, πῶς ἀνωτέρω λύσιν δεσμῶν τὸ πρᾶγμα καλῶν, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν αὐτὸ συμβουλεύειν λέγων, καὶ ἵνα θλίψιν μὴ ἔχωμεν, καὶ ἵνα ἀμέριμνοι ὦμεν, καὶ ἐπειδὴ φείδεται ἡμῶν. καὶ διὰ τούτων δεικνὺς τὸ κοῦφον αὐτοῦ καὶ φορητόν, ἐνταῦθα φησίν· οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω. τί οὖν ἐστιν; οὐ τὴν παρθενίαν βρόχον ἐκάλεσεν· ἄπαγε· ἀλλὰ τὸ μετὰ βίας καὶ ἀνάγκης αἱρεῖσθαι τοῦτο τὸ καλόν. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει τοῦτο· ὅπερ ἂν βιαζόμενος καὶ μετὰ τοῦ μὴ βούλεσθαι καταδέχηταί τις, κἂν σφόδρα κοῦφον ᾖ, πάντων ἀφορητότερον γίνεται, καὶ ἀγχόνης χαλεπώτερον τὴν ἡμετέραν ἀποπνίγει ψυχήν. διὰ τοῦτο εἶπεν, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω· τουτέστιν, ἅπαντα καλὰ τῆς παρθενίας εἶπον καὶ ἀπέδειξα· καὶ μετὰ ταῦτα ὅμως ἅπαντα τὴν αἵρεσιν ὑμῖν ἐπιτρέπω τοῦ πράγματος, οὐχὶ μὴ βουλομένους ἕλκω πρὸς τὴν ἀρετήν. οὐδὲ γὰρ ὑμᾶς θλίψαι βουλόμενος ταῦτα συνεβούλευσα, ἀλλ' ὥστε μὴ τὴν εὐσχήμονα προσεδρείαν ὑπὸ τῶν βιωτικῶν ἐκκόπτεσθαι πραγμάτων. σὺ δέ μοι θέα κἀνταῦθα τοῦ Παύλου τὴν σύνεσιν· πῶς ταῖς παραινέσεσι πάλιν παραινέσεις ἐπεισήγαγε, καὶ διὰ τῆς συγχωρήσεως συμβουλεύει. ὁ γὰρ εἰπών, οὐκ ἀναγκάζω ἀλλὰ παρακαλῶ, καὶ προσθεῖναι διὰ

A non intritis aut pigmentis, non id genus moleſtijs & ærumnis, ſed animi atque corporis ſanctimonia exornet. At nupta, inquit, curat viro vt placeat. Admodum ſapiēter ad ipſarum rerum examen non deſcendit, neque ea commemorauit, quæ, vt viris placeant, & corpore & animo patiuntur: illud torquentes, oblinentes, atque alijs malis ſerio multantes: hunc illiberalitatis, adulationis, ſimulationis, futilitatis, ineptarum & inutilium curarum implentes. Sed vno verbo omnia hæc ſignificans, recogitanda auditorum con-
B ſcientiæ reliquit. atque ita virginitatis præſtantiam declarans, ad cœlúmque eam tollens, rurſum ſermonem ad matrimonij permiſſionem confert: vbique ſolicitus, ne id quiſquam præceptum arbitraretur. Quamobrem nec ſuperioribus cohortationibus contentus, Domini præceptum non habeo: &, Quòd ſi nupſit virgo, non peccauit: iterum hîc ait, Non vt laqueum vobis inijciam.

LXXVI. *Virginitatē non eſſe laqueum ſed noſtram id eſſe deſidiā.*

In quò meritò id alicui ſcrupulum moueat, quo pacto qui rem ſuprà vinculorum ſolutionem vocet, & frugis
C noſtræ cauſa eam conſulere dicat, ne miſerias habeamus, vt ſine ſolicitudine ſimus, & quòd nobis parceret: atque ijs omnibus eius leuitatem ac facilitatem notet, hîc dicat, Non vt laqueum vobis inijciam. Quid igitur eſt? Non virginitatem laqueum vocat: nequaquam: ſed vi & coactum bonum hoc amplecti. Nam ita ſe res habet: Quicquid compulſus & inuitus ſuſcipias, quantumuis leue ſit, difficillimum redditur, & vel reſte grauiùs mentem ſtrangulat. Ideò ait, Non vt laqueum vobis inijciam. Id eſt, Virginitatis bona
D omnia propoſui & explicui, atque interim poſt hæc omnia optionem vobis permitto, non, nolentes ad virtutem traho. neque enim vos affligare volens, hæc conſului, ſed ne honeſta aſſiduitas humanis curis frangatur. Vide ſis autem mihi & hîc Pauli prudentiam, vt deprecabundus, rurſum exhortationem moliatur, ac permittens, conſulat. Nam qui dicat, Non cogo, ſed hortor: ac ſubijciat, Propter

Digitized by Google

honeſtatem & aſſiduitatem, virginitatis admirabilitatem atque fructum, qui ex ea ad diuinam vitam manet, oſtendit. neque enim poteſt quæ humanis curis implicetur, & huc illuc diſtrahatur, aſſidua eſſe, ſtudio omni atque otio in multa diſtributo, in virum, ac familiæ procurationem, aliáq; cuncta quæ matrimonium accire ſolet.

LXXVII. Mulierem quæ de terrenis rebus ſolicita ſit virginẽ non eſſe.

Quid verò, inquit, ſi & virgo de multis laboret, atque humana curet? Apage: qui virginem choro eam exemeris. ſiquidem ad virginem præſtandam haud ſanè ſatis eſt non nupſiſſe, ſed animi quoque caſtitate opus eſt. Caſtitatem autem intelligo, non fœda ac flagitioſa ſolùm libidine, ornatu, curioſitate vacare, ſed vitæ etiam curis ſolutam eſſe ac liberam. quod ni ſit, quorſum corporis caſtitatem? Nam vt milite, qui abiectis armis in popinis occupetur, nihil turpius: ita nec virgine vitæ curis obſtricta, quicquam inhoneſtius. Etenim quinque illæ & lucernas habebãt, & virginitatem exercuerant: quorum nihil eis profuit, ſed clauſis foribus, excluſæ perierunt. quippe ob id præſtans eſt virginitas, quòd omnem ſuperuacuæ curæ anſam protelet, otiũ omne atque ſtudium diuinis operibus conſecrans. Quod ni habeat, matrimonio longè ſit deterior, † ſpinas in animo circumferens, & legitimum ac cœleſte ſemen ſuffocans.

Matth. 25.

Alludit ad parabolam Matth. 13. de ſemine.

LXXIIX. Cur nõ acriter eum carpat, qui in virgine ſua indecorum eſſe putat, &c.

Quòd ſi quis, inquit, in virgine ſua indecorum eſſe putat, vt ea vieta ſit, atque ita faciendum eſt, quod volet faciat, non peccat: nubat. Itáne, quod volet faciat? nec falſam exiſtimationem corrigis, ſed nubere permittis? Cur enim non dixiſti, Quòd ſi quis in virgine ſua indecorum eſſe putat, miſer & infelix eſt, rem tam admirandam infamem arbitratus? Cur non conſuluiſti, opinione ea dimiſſa, filiam à matrimonio arcere? Quòd eſſent, inquit, ingenia hæc admodum infirma & obſtipa, eáque ſic affecta repentè ad virginitatis ſermones adduci non poſſent. Nam qui ad mundi res tam eſt attonitus, & huius vitæ laudator, vt poſt tantam exhortationem, quod cœlo dignum,

A τὸ εὐσχημον καὶ εὐπρόσεδρον, ἔδειξε τῆς παρθενίας τὸ θαυμαστὸν, καὶ τὸ κέρδος ὅσον ἡμῖν ἐν τῇ κατὰ θεὸν ἀπ' αὐτῆς γίνεται πολιτείᾳ. οὐ γὰρ ἔνι τὴν βιωτικαῖς ἐμπεπλεγμένην φροντίσι, καὶ πανταχοῦ περιελκομένην εὐπρόσεδρον εἶναι, τῆς σπουδῆς καὶ σχολῆς ἁπάσης εἰς πολλὰ μεριζομένης· εἰς ἄνδρα, λέγω, καὶ οἰκίας ἐπιμέλειαν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἅπερ ὁ γάμος ἐπισύρεσθαι εἴωθε.

Τί οὖν, φησὶν, ὅταν καὶ ἡ παρθένος πολλὰ πραγματεύηται, καὶ μερίμνας ἔχῃ βιωτικάς; ἄπαγε, ἔξω ταύτην ἑλκύσας τοῦ τῶν παρθένων B χοροῦ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ μὴ γαμηθῆναι ποιῆσαι παρθένον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς ψυχικῆς ἁγνείας· ἁγνείαν δὲ λέγω, οὐ τὸ πονηρᾶς καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ἀπηλλάχθαι μόνον, καὶ καλλωπισμάτων, καὶ περιεργίας, ἀλλὰ καὶ φροντίδος εἶναι καθαρὰν βιωτικῆς. ἂν δὲ μὴ τοῦτο ᾖ, τί τὸ ὄφελος σωματικῆς καθαρότητος; ὥσπερ γὰρ στρατιώτου οὐδὲν αἰσχρότερον γένοιτ' ἂν τὰ ὅπλα ῥίψαντος καὶ καπηλείοις σχολάζοντος· οὕτως οὐδὲ παρθένων ἀσχημονέστερον βιωτικαῖς ἐνδεδεμένων φροντίσι. καὶ γὰρ αἱ πέντε ἐκεῖναι καὶ λαμπάδας εἶχον, καὶ παρθενίαν ἤσκησαν· ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἀπώναν- C το, ἀλλὰ τῶν θυρῶν ἀποκλεισθεισῶν, ἔμειναν ἔξω καὶ ἀπώλλυντο. καὶ γὰρ ἡ παρθενία διὰ τοῦτο καλὸν, ὅτι πᾶσαν ἐκκόπτει φροντίδος ὑπόθεσιν περιττῆς, καὶ πᾶσαν σχολὴν, καὶ τοῖς κατὰ θεὸν ἀνατίθησιν ἔργοις. ὡς ἂν μὴ τοῦτο ἔχοι, πολὺ τοῦ γάμου πάλιν ἐλάττων γίνεται, ἀκάνθας ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρουσα, καὶ τὸν καθαρὸν καὶ οὐράνιον συμπνίγουσα σπόρον. Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν, φησὶν, ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι, ὃ θέλει ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν. τί λέγεις, D ὃ θέλει ποιείτω· καὶ οὐ διορθοῖς τὴν ἐσφαλμένην γνώμην, ἀλλ' ἐπιτρέπεις γαμεῖν; διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπες· Εἰ δὲ ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἄθλιός ἐστι καὶ ταλαίπωρος; πρᾶγμα οὕτω θαυμαστὸν ἐπονείδιστον εἶναι νομίζων· διὰ τί μὴ συνεβούλευσας ταύτης ἀπαλλαγέντα τῆς ὑπονοίας, ἀπαγαγεῖν τοῦ γάμου τὴν αὐτοῦ θυγατέρα; ὅτι, φησὶ, τῶν σφόδρα ἀσθενῶν, καὶ χαμαὶ συρομένων ἦσαν αἱ τοιαῦται ψυχαί· τὰς δὲ οὕτω διακειμένας οὐκ ἐνῆν ἀθρόον ἀναγαγεῖν ἐπὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς παρθενίας λόγους. ὁ γὰρ οὕτω περὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένος, καὶ τὸν παρόντα βίον θαυμάζων, ὡς καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην παραίνεσιν αἰσχύνης ἄξιον εἶναι νομίζειν, ὃ τοῦ οὐρανοῦ ἄξιόν ἐστι,

οζ'.

οη'. διὰ τί μὴ σφόδρα καθάπτεται τοῦ νομίζοντος ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ παρθένον.

A καὶ τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἐγγύς· πῶς ἂν ἠνέσχετο συμβουλῆς εἰς τοῦτο ἐναγούσης αὐτόν; καὶ τί θαυμαστόν, εἰ ἐπὶ πράγματος συγκεχωρημένου τοῦτο ὁ Παῦλος ἐποίησεν, ὅπου γε ἐπὶ κεκωλυμένου καὶ παρανόμου τὸ αὐτὸ πάλιν ποιεῖ; οἷόν τι λέγω· τὸ τῆς τῶν βρωμάτων παρατηρήσεως ἔχεσθαι, καὶ τοῦτο μὲν ἐγκρίνειν, ἐκεῖνο δὲ ἐκβάλλειν, Ἰουδαϊκῆς ἀσθενείας ἦν· ἀλλ' ὅμως ἦσαν παρὰ Ῥωμαίοις οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν ἀσθένειαν· καὶ οὐ μόνον αὐτῶν οὐ κατηγόρησε μετὰ σφοδρότητος, ἀλλὰ καὶ ἕτερόν τι πλέον τούτου ποιεῖ. τοὺς γὰρ ἁμαρτάνοντας ἀφεὶς, τοὺς ἐπιχειροῦσι κωλύειν αὐτοὺς ἐπιτιμᾷ, λέγων· σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελ- B φόν σου; ἀλλ' οὐχ ὅτε Κολοσσαεῦσιν ἐπέστελλε, τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας καὶ καθάπτεται αὐτῶν, καὶ φιλοσοφεῖ, λέγων· μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει· καὶ πάλιν· εἰ ἀπεθάνετε ἐν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε; μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς, ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. τί δήποτε οὖν τοῦτο ποιεῖ; ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἦσαν ἰσχυροί· Ῥωμαῖοι δὲ πολλῆς ἔτι τῆς συγκαταβάσεως ἐδέοντο, καὶ περιέμενε παγῆναι τὴν πίστιν ἐν ταῖς ἐκείνων C ψυχαῖς· δεδοικὼς μὴ πρὸ καιροῦ τοῦ δέοντος θᾶττον, ἐπὶ τὸ τὰ ζιζάνια ἀνασπᾶσθαι ἐλθὼν, πρόρριζα μετ' αὐτῶν συνανασπάσῃ, καὶ τὰ τῆς ὑγιοῦς διδασκαλίας φυτά. διὰ τοῦτο οὔτε καθικνεῖται αὐτῶν σφοδρῶς, οὔτε ἀνεπιτιμήτους ἀφίησιν· ἀλλὰ καθάπτεται μὲν ἀνυπόπτως δὲ καὶ λανθανόντως, καὶ ἐν τῇ τῶν ἑτέρων ἐπιτιμήσει. τῷ γὰρ λέγειν, τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει, δοκεῖ μὲν ἐπιστομίζειν τὸν ἐπιπλήττοντα ἐκείνῳ· τὸ δὲ ἀληθὲς τὴν τούτου δάκνει ψυχὴν, ἐμφαίνων ὅτι ὁ τὰ τοιαῦτα ἀσπάζων, οὐ τῶν βεβαίων οὐδὲ τῶν D παγίως ἑστώτων ἐστίν, ἀλλὰ τῶν ἔτι σαλευομένων, τῶν εἰ μὴ σταῖεν καὶ πεσεῖν κινδυνευόντων· τὸν αὐτὸν δὴ κἀνταῦθα φυλάττει νόμον, διὰ τὴν πολλὴν ἀσθένειαν τῶν ἐπαισχυνομένων τῷ πράγματι. οὐ γὰρ φανερῶς πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπαίνοις τοῦ τὴν αὐτοῦ διατηροῦντος παρθένον, δίδωσιν αὐτῷ σφοδρὰν τὴν πληγήν. τί γάρ φησιν; ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. τοῦτο δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἴρηται τοῦ εὐκόλως καὶ εὐχερῶς περιφερομένου, καὶ οὐδέποτε βέβαια βαδίζειν εἰδότος, οὐδὲ ἑστάναι μετὰ πολλῆς τῆς ἀνδρείας. εἶτα ἐπειδὴ συνεῖδεν ἱκανὸν ὄντα τὸν λόγον δακεῖν τὴν ἐκείνου ψυχήν,

A & angelici inſtituti ſit affine, probro habeat, conſilium eò inducens qui tuliſſet? Et quid mirum ſi id in re conceſſa Paulus fecit, qui idem in vetitâ & illegitima faciat? Exempli cauſa: ciborum delectum habere, & alios probare, alios reijcere, Iudaicæ imbecillitatis erat: quidam tamen apud Romanos ea imbecillitate laborabant: quos adeò non inceſſit vehementer, vt aliud quiddam maius etiam faciat. omiſſis enim iis qui peccaſſent, qui eos prohibere vellent obiurgat, his verbis, Tu autem quid iudicas fratrem tuum? At non Coloſſenſibus ſcribens, idem B facit, ſed magna auctoritate & eos carpit, & philoſophatur, dicens: Nemo ergo vos iudicet in cibo atque potu. & rurſum: Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tangito, neu guſtato, neu attrectato: quæ omnia vſu pereunt. Cur igitur id facit? Quòd hi confirmati eſſent: Romani adhuc magna indulgentia opus haberent, & expectaret, dum fides in eorum priùs animis conſtabiliretur: veritus ne ante tempus & æquo C citiùs zizania reuellere aggreſſus, cum ijs ſanæ doctrinæ ſtirpes vnà etiam reuelleret. Itaque nec acriter inceſſit, nec irreprehenſos dimittit, ſed clam & nec opinantes alijs caſtigandis perſtringit. Nam qui dicat, Suo domino ſtat, aut cadit, † illum notanti ſilentium imponere videtur, ſed re vera * illius animum vellicat: oſtendens ijs rebus duci, non ſtabilium eſſe, & qui firmiter conſiſtant, ſed qui adhuc titubent, quibúſque ni ſtent, periculum ſit ne cadant. Eandem legem & hîc ſeruat, propter inſignem imbecillita- D tem eorum quibus pudendum id eſſet. neque enim apertè eum petit, ſed laudando eo qui ſuam virginem ſeruet, egregiè verberat. Nam quid ait? Sed qui animo conſtans eſt. quod ad diſtinctionem dictum eſt eius, qui leuiter & facilè iactetur, neque adhuc firmus gradiatur, nec viriliter ſtet. Deinde qui conſciret orationem eam ſatis eſſe, quæ eius animum pungeret,

Rom.14.

Coloſſ.2.26

Matth.13.

† *ſcilicet imbecilliori & qui non vefcitur.*

* *ſcilicet notanti, non notantis.*

A vide vt eam rurſum obnubat, cauſa haud ſanè reprehenſione digna afferenda. Eo enim dicto, Sed qui animo conſtans eſt, addit, Nec cogitur, ſed liber & ſui iuris eſt. Atqui conſequens erat vt diceret, Sed qui conſtans eſt, neque id indecorũ eſſe putat. Verùm id acerbius erat. itaque aliud ſubſtituit, eum conſolans, atque ad hanc potiùs cauſam venire paſſus. ſiquidem minùs indignum eſt coactum, quàm dedecori habẽtem id vetare. nam illud effeminati & miſeri ingenij eſt; hoc etiam deprauati, nec rerum naturam rectè diſcernere ſcientis. B Sed nondum ei diſputationi erat locus. etenim nec neceſſitate incumbente fas eſſe eam, quę virgo degere inſtituerit, arcere, ſed aduerſus omnia, quæ præclarum hoc ſtudium impediãt, fortiter nitendum, audi quid Chriſtus cenſeat, Qui patrẽ aut matrem amat ſupra me, non eſt me dignus. (*Matth. 10. 30.*) quippe quòd vbi quid Deo acceptum perſequamur, quiſquis prohibeat, ſeu pater, ſeu mater, ſeu quicunque ſit, hoſtis atque inimicus ſit habendus. Sed hæc Paulus, qui auditorum imperfectionem adhuc ſuſtineret, ſcribit, inquiens: C At qui animo conſtans eſt, nec cogitur. Neque hîc finem facit. quanquam non cogi, & liberum ac ſui iuris eſſe, idem ſunt: ſed ſententię prolixitate, ac permiſſionum aſſiduitate, fractam & exilem mentem ſolatur: poſtea & alteram addens cauſam, Qui cum animo ſuo ſtatuit. neque enim ſufficit liberum eſſe, neque hinc ſolùm ſit obnoxius, ſed vbi adſciſcat, atque ſtatuat, tum verò rectè facit. deinde ne propter ingnem indulgentiam nihil intereſſe crederes, iterum diſcrimen edit, timidè ille quidem, ſed edit tamen his verbis? D Itaque & qui nuptũ elocat, rectè facit, & qui non elocat, rectiùs facit. ceterùm quanto hoc rectius ſit, hic non explicat, eadem de cauſa. quod, ſi ſcire vis, audi dicentem Chriſtum, (*Matth. 22.*) Nec ducunt, nec ducuntur, ſed angelorum ſimiles ſunt in cœlo. En diſcrimen, quò virginitas mortalem repentè attollit, modò ſi ea vera ſit.

LXXIX. (*Nulla re inferiorem fuiſſe Angelis Eliam & qui eius ſimiles, idq. virginitatis beneficio.*) Etenim qua re, ſodes, ab Angelis differebant Elias, Eliſæus, Ioannes, germani hi virginitatis amatores? Nulla niſi quòd mortali natura erant obſtricti: cetera, ſi quis accuratè inquirat,

A ὅρα πῶς αὐτὸν συνεσκίασε πάλιν, αἰτίαν ἐπαγαγὼν οὐ σφόδρα κατηγορίας ἀξίαν. εἰπὼν γάρ· ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· προσέθηκε· μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχων. καίτοι ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος, καὶ μὴ νομίζει τὸ πρᾶγμα ἀσχημοσύνην εἶναι, ἀλλὰ οὕτω πληκτικώτερον ἦν· διὸ ἑτέραν αὐτὴν τούτου προσέθηκε παραμυθούμενος αὐτὸν, καὶ διδοὺς μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ οὕτω δεινὸν τὸ πρᾶγμα δι' ἀνάγκην κωλύειν ὡς δι' αἰσχύνην. τοῦτο μὲν γὰρ ψυχῆς ἐστιν ἀνάνδρου καὶ ταλαιπώρου· B ἐκεῖνο δὲ καὶ διεστραμμένης, καὶ οὐδὲ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἐπισταμένης κρίνειν ὀρθῶς. ἀλλὰ τούτων οὔπω τῶν λόγων ἦν ὁ καιρός· ἐπεὶ ὅτι γε οὐδὲ ἀνάγκης ἐπικειμένης θέμις τὴν προῃρημένην παρθενεύειν κωλύεσθαι, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἵστασθαι χρὴ γενναίως τὰ διακόπτοντα τὴν καλὴν ταύτην ὁρμήν· ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ὅταν γὰρ τι μετίωμεν τῶν τῷ θεῷ δοκούντων, ἅπας ὁ κωλύων ἐχθρὸς ἔστω καὶ πολέμιος κἂν πατὴρ ᾖ κἂν μήτηρ κἂν ὁστισοῦν. ἀλλ' ὁ Παῦλος ἔτι διαβαστάζων τῶν ἀκουόντων τὸ ἀτελὲς, ταῦτα ἔγραφε, λέγων· C ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος, μὴ ἔχων ἀνάγκην· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἔστησε· καίτοιγε τὸ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, καὶ ἐξουσίαν ἔχων ταυτόν ἐστιν· ἀλλὰ τῷ μήκει τοῦ λόγου καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν συγχωρήσεων τὴν εὐτελῆ καὶ μικρὰν παραμυθεῖται διάνοιαν· μετὰ τούτων καὶ ἑτέραν αἰτίαν προσθεὶς τὸ, ὃς κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἐλεύθερον εἶναι, οὐδὲ ἀπὸ τούτου μόνον ὑπεύθυνός ἐστιν, ἀλλ' ὅταν ἕληται καὶ κρίνῃ, τότε καλῶς ποιεῖ. εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς διὰ τὴν πολλὴν συγκατάβασιν μηδὲν εἶναι τὸ μέσον· τίθησι πάλιν τὴν διαφορὰν, μετὰ D συστολῆς μὲν, τίθησι δ' ὅμως λέγων· ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ὅσον τὸ κρεῖττον, οὐκ ἔδειξε, διὰ τὴν αὐτὴν πάλιν αἰτίαν. σὺ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ. εἶδες τὸ μέσον· πῶς τὸν θνητὸν ἡ παρθενία ἀθρόον αἴρει, ὅταν ὄντως ᾖ παρθενία.

Τί γὰρ τῶν ἀγγέλων ἀπεῖχον, εἰπέ μοι, ὁ Ἡλίας, (οθ'. ἀνεπίχαρος.) ὁ Ἐλισσαῖος, ὁ Ἰωάννης, οὗτοι οἱ γνήσιοι τῆς παρθενίας ἐρασταί; οὐδέν. ἀλλ' ἢ ὅσον θνητῇ προσεδέδεντο φύσει· τὰ δὲ ἄλλα εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, οὐδὲν

οὐδὲν χεῖρον ἐκείνων εὑρήσει διακειμένους· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ ὃ δοκεῖ ἐλάττωμα εἶναι, μέγα εἰς ἐγκωμίου λόγον ἐστί. τὸ γὰρ γῆν οἰκοῦντας, καὶ τῇ τῆς θνητῆς φύσεως ὑποκειμένους ἀνάγκῃ, δυνηθῆναι φθάσαι πρὸς ἐκείνην τὴν ἀρετήν, ὅρα πόσης ἀνδρείας, πόσης φιλοσοφίας ἦν. ὅτι δὲ αὐτοὺς ἡ παρθενία τοιούτους ἐποίησε, δῆλον ἐντεῦθεν· εἰ γὰρ γυναῖκα εἶχον καὶ παῖδας, οὐκ ἂν εὐκόλως τὴν ἐρημίαν ᾤκησαν· οὐκ ἂν οἰκίας κατεφρόνησαν· οὐκ ἂν τῆς ἄλλης τοῦ βίου κατασκευῆς· νῦν δὲ πάντων τούτων ἀπολυθέντες τῶν δεσμῶν, ὡς ἐν οὐρανοῖς ὄντες οὕτω διετέλουν ἐπὶ τῆς γῆς· οὐ τοίχων ἐδέοντο, οὐχ ὀροφῆς, οὐ κλίνης, οὐ τραπέζης, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενός· ἀλλ' ἀντὶ μὲν στέγης εἶχον τὸν οὐρανόν, ἀντὶ δὲ κλίνης τὴν γῆν, ἀντὶ δὲ τραπέζης τὴν ἐρημίαν· καὶ ὅπερ τοῖς ἄλλοις αἴτιον εἶναι λιμοῦ δοκεῖ, τῆς ἐρημίας ἡ ἀκαρπία, τοῦτο τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις ἐν ἀφθονίᾳ καθίστη. οὐ γὰρ ἀμπέλων αὐτοὺς ἔδει, οὐδὲ λειμώνων, οὐδὲ ληΐων, οὐδὲ ἀμητοῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν ποτὸν αὐτοῖς ἄφθονον παρεῖχε καὶ ἡδὺ λίμναι καὶ ποταμοί· τράπεζαν δὲ τῷ μὲν ἄγγελος κατεσκεύαζε θαυμαστήν τινα καὶ παράδοξον, καὶ μείζονα ἢ κατ' ἀνθρωπίνην συνήθειαν· ὁ γὰρ εἷς ἄρτος, φησί, πρὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἀσιτίαν ἤρκεσε· τὸν δὲ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις πολλάκις ἔτρεφε θαυματουργοῦσα· καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον ἑτέρους. ὁ δὲ προφήτου πλέον Ἰωάννης, οὗ μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἐγήγερται, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐδεήθη τροφῆς. οὐ γὰρ σῖτος καὶ οἶνος καὶ ἔλαιον, ἀλλ' ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ διεκράτουν ζωήν. εἶδες ἀγγέλους ἐπὶ τῆς γῆς; παρθενίας ἰσχύν; τοὺς αἵματι καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένους, τοὺς χαμαὶ ἐρχομένους, τοὺς ἀνάγκῃ φύσεως ὑποκειμένους θνητῆς, ὡς ἀσωμάτους, ὡς τὸν οὐρανὸν ἤδη λαχόντας, ὡς ἀθανασίας μετειληφότας, οὕτως ἅπαντα ποιεῖν παρεσκεύαζε.

τί τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον.

Πάντα γὰρ ἐκείνοις ἦν περιττά, οὐ ταῦτα μόνον τὰ ὄντως ὄντα περιττά· τρυφή, καὶ πλοῦτος, καὶ δυναστεία, καὶ δόξα, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ὀνείρων τούτων ὁρμαθός· ἀλλὰ καὶ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἀναγκαῖα· οἰκίαι, καὶ πόλεις, καὶ τέχναι· τοῦτό ἐστιν εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον, τοῦτο παρθενίας ἀρετή. θαυμαστὸν μὲν γὰρ καὶ πολλῶν στεφάνων ἄξιον, καὶ τὸ τῆς ἐπιθυμίας περιγενέσθαι λύττης,

A nihilo ijs deterius affectos inueniet: atque hoc ipſum quo inferiores videbantur, valde ad laudem facit. Nam in terra degentes, ac ſub mortalis naturæ neceſſitatem ſubiectos, ad eam virtutem euadere potuiſſe, vide quantæ fortitudinis, quantæ philoſophiæ erat. At virginitatem eos tales comparaſſe, hinc perſpicuum eſt. Quòd ſi enim coniuges atque liberos habuiſſent, non tam facilè deſerta habitaſſent, ædes, & reliquum vitæ apparatum neglexiſſent. Nunc ijs omnibus vinculis ſoluti, in terra velut in B cœlo degentes agitabant, non parietibus, non tecto, non thoro, non menſa, non alio id genus vllo indigentes: quin cœlum pro tecto, humum pro thoro, ſolitudinem pro menſa habebant, ac quæ res alijs famis cauſſa videatur, deſerti ſterilitas, ea ſanctis illis abundantiam præſtabat. ſiquidem nec vitibus, nec pratis, nec frugibus, nec meſſe opus habebant, ſed vberem ac dulcem potum ſtagna & fluuij ſuppeditabant. Menſam vni Angelus parauit inauditam, inſolentem, huma- C na cõſuetudine maiorem. Vnus enim, inquit, panis ad quadraginta dierum inediam ſuffecit. *3.Reg 19.* Alterum ſpiritus gratia ſæpe mirificè pauit; neque eum *Vide 4. Reg 4.* ſolum, ſed alios etiam eius cauſa. Cæterùm Ioannes plus quàm propheta, quo nullus in feminarum natis maior ſurrexit, nec humani cibi indiguit: qui non frumento, vino, oleo, ſed *Matt.11.11* locuſtis ſilueſtrique melle corporis vitam toleraret. En terreſtres angelos: en virginitatis vim: efficiebat, vt homines carne atque ſanguine coagmentati, humi gradientes, mortalis naturæ neceſſitati obnoxij, tanquam in- D corporei, tanquam cœlum iam adepti, tanquam immortalitatem conſequuti, cuncta præſtarent.

LXXX. *Quid ſit honeſtas & aſſiduitas decora.*

Quippe erant ijs cuncta ſuperuacua, non hæc ſolùm quæ verè ſuperuacua ſunt, deliciæ, opes, potentia, gloria, & reliqua ſomniorum iſtorum ſeries, ſed etiam quæ neceſſaria videntur, ædes, vrbes, artificia. Hoc eſt honeſtas & decora aſſiduitas, hoc virginitatis virtus. Nam ingens quidem & multis coronis dignum eſt, libidinum inſaniam frangere,

ac furentem naturam coercere: ſed tum verè ingens, cùm eiuſmodi etiam vita accedit, ſeorſim & per ſe exile eſt, neque eo præditos ſeruare poteſt. Atque hic nobis teſtes ſint, quotquot hodieque virginitatem exercent, quæ tantum abſunt ab Elia, & Eliſæo, & Ioanne, quantum terra à cœlo. Vt enim, ſi honeſtatem & decoram aſſiduitatem deripias, virginitatis neruos inciderit: ita ſi eam cum vita quàm optima coniungas, radicem ac fontem bonorum tenes. Nam quemadmodum radix & terra pinguis ac fertilis, ſic vita quàm optima virginitatis fructus educere nouit: immò & radix & fructus virginitatis, vita crucifixa eſt. Hæc generoſos illos ad mirabilem curſum munxit, vinculis omnibus reciſis, liberis ac pernicibus pedibus, tanquam alatos, in cœlum euolaturos dimittens. vbi enim nec vxoris ſtudium, nec liberorum procuratio ſit, perfacilis eſt egeſtas. Egeſtas autem nos cœlo affines præſtat, non terroribus ſolùm, & curis ac periculis, ſed reliquis etiam omnibus moleſtijs liberans.

LXXXI. *Quantum bonum ſit egeſtas.* Nam qui nihil habet, ceu omnia tenens, omnia contemnit, & magna libertate aduerſus † magiſtratus, pri-

Alludit ad ea quæ de Elia 3. Reg. 18. v. 18. & de Eliſæo 4. Reg. 3. v. 13. & proximè ſcribuntur. mates, atque ipſum diademate ornatum vtitur. Qui opes contemnit, ſenſim progreſſus, facile mortem etiam contemnet: atque his excelſior, omnes intrepidè alloquetur, nemine pauens ac formidans. At qui opibus occupetur, non opum tantùm mancipium eſt, ſed etiam gloriæ, honoris, præſentis vitæ, atque vt ſemel dicam, omnium

1. Tim. 6. 10. quæ ad vitam pertinent. Itaque auaritiam Paulus malorum omnium radicem dixit. Verùm & hanc radicem virginitas potis eſt exſiccare, & aliam optimam nobis indere, vnde bona omnia pullulent, libertas, fiducia, fortitudo, flagrans ardor, cœleſtium feruens ſtudium, terreſtrium omnium deſpectus. Ita honeſtas & decora aſſiduitas paratur.

LXXXII. *Contra eos qui dicant optare virgines in Abrahami ſinum venire.* Sed quæ eſt verò hæc multorum ſapiens oratio? Parens, inquit, Abrahamus & vxorem habuit, & liberos, & opes, & greges, & armenta: ac poſt ea omnia Ioannes tum Baptiſta, cum Euangeliſta, vterque virgo,

A καὶ μαινομένην κατέχειν τὴν φύσιν· ἀλλὰ τότε ὄντως γίνεται θαυμαστὸν, ὅταν ὁ τοιοῦτος βίος προσῇ· αὐτὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἀσθενὲς, καὶ οὐχ ἱκανὸν σῶσαι τοὺς ἔχοντας. καὶ μαρτυρήσειαν ἂν ἡμῖν ὅσαι παρθενίας μὲν ἀσκοῦσι καὶ νῦν· τοσοῦτον δὲ ἀπολείπουσιν Ἠλιοῦ καὶ Ἐλισσαίου καὶ Ἰωάννου, ὅσον ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ. ὥσπερ γὰρ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον ἂν περιέλῃς, αὐτὰ τὰ νεῦρα τῆς παρθενίας ἐξέκοψας· οὕτως ὅταν αὐτὴν μετὰ πολιτείας ἔχῃς ἀρίστης, τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔχεις τῶν ἀγαθῶν. καθάπερ γὰρ ῥίζα καὶ γῆ λιπαρὰ καὶ γόνιμος, οὕτως οἶδεν B ἀρίστη πολιτεία τρέφειν τοὺς τῆς παρθενίας καρπούς. μᾶλλον δὲ καὶ ῥίζα καὶ καρπὸς παρθενίας ὁ ἐσταυρωμένος βίος ἐστίν. αὕτη τοὺς γενναίους ἐκείνους πρὸς τὸν θαυμαστὸν ἤλειψε δρόμον, πάντα μὲν αὐτῶν τὰ δεσμὰ περικόψασα, ποσὶ δὲ εὐλύτοις καὶ κούφοις καθάπερ πτηνοὺς ἀφεῖσα πέτεσθαι πρὸς τὸν οὐρανόν. ὅπου γὰρ οὔτε γυναικὸς θεραπεία, οὔτε παίδων ἐπιμέλεια, πολλὴ τῆς ἀκτημοσύνης ἡ εὐκολία· ἀκτημοσύνη δὲ εἰς ἐγγὺς ποιεῖ τοῦ οὐρανοῦ, οὐ φόβων μόνον, οὐδὲ φροντίδων, οὐδὲ κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης δυσκολίας ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα. Ὁ μὲν γὰρ μηδὲν ἔχων, ὥσπερ· *ἴσως ὁ ἀκτημονέστατος.* C τὰ πάντα κατέχων, οὕτως ἁπάντων καταφρονεῖ, καὶ παῤῥησίᾳ κέχρηται πολλῇ, καὶ πρὸς ἄρχοντας, καὶ πρὸς δυνάστας, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν τὸ διάδημα περικείμενον· ὁ χρημάτων καταφρονῶν ὁδῷ προβαίνων, καὶ θανάτου καταφρονήσει ῥᾳδίως. τούτων δὲ γενόμενος ἀνώτερος, πᾶσι μετὰ παῤῥησίας διαλέξεται, οὐδένα δεδοικὼς οὐδὲ τρέμων. ὁ δὲ περὶ χρήματα ἠσχολημένος, οὐ χρημάτων ἐστὶ μόνον δοῦλος, ἀλλὰ καὶ δόξης, καὶ τιμῆς, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν τῶν βιωτικῶν. διὰ τοῦτο ῥίζαν αὐτὴν τῶν κακῶν πάν- D των ὁ Παῦλος ἐκάλεσεν. ἀλλὰ ταύτην ἱκανὴ ξηρᾶναι τὴν ῥίζαν ἡ παρθενία, καὶ ἑτέραν ἡμῖν ἐνθεῖναι τὴν ἀρίστην, τὴν ἅπαντα βλαστάνουσαν τὰ καλά· ἐλευθερίαν, παῤῥησίαν, ἀνδρείαν, ζῆλον πεπυρωμένον, ἔρωτα τὸν οὐράνιον θερμὸν, ὑπεροψίαν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον γίνεται. Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος; ὁ πατριάρχης, φησὶν, Ἀβραὰμ καὶ γυναῖκα εἶχε, καὶ παῖδας, καὶ χρήματα, καὶ ποίμνια, καὶ βουκόλια· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα Ἰωάννης ὅ, τε Βαπτιστὴς ὅ, τε εὐαγγελιστὴς, παρθένοι ἀμφότεροι τυγχάνοντες, *πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι αἱ παρθένοι εἰς κόλπους Ἀβραὰμ εὔχονται ἐλθεῖν.*

καὶ Παῦλος καὶ Πέτρος ἐπὶ τῆς ἐγκρατείας διαλάμψαντες εἰς τοὺς ἐκείνου κόλπους εὔχονται ἐλθεῖν. τίς σοι τοῦτο εἶπεν, ὦ βέλτιστε; ποῖος προφήτης; τίς εὐαγγελιστής; αὐτός, φησιν, ὁ Χριστός. τὸν γὰρ ἑκατοντάρχην ἰδὼν πολλὴν ἔχοντα πίστιν, ἔλεγεν· ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ. καὶ ὁ Λάζαρος μετ' αὐτοῦ τότε ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ πλουσίου τρυφῶν. καὶ τί τοῦτο πρὸς Παῦλον; τί δὲ πρὸς Πέτρον; τί δὲ πρὸς Ἰωάννην; οὐ γὰρ ὁ Λάζαρος Παῦλος καὶ Ἰωάννης ἦν, οὐδὲ οἱ πολλοὶ οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, ὁ τῶν ἀποστόλων ἦσαν χορός. ὥστε περιττὸς ὑμῖν οὗτος ὁ λόγος καὶ μάταιος. εἰ δὲ θέλεις ὅλως ἀκοῦσαι τὰ τῶν ἀποστόλων ἔπαθλα, ἄκουσον τοῦ μέλλοντος αὐτὰ διδόναι, λέγοντος· καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ οὐδαμοῦ ἐνταῦθα ὁ Ἀβραάμ, οὔτε ὁ τούτου παῖς, οὐδὲ ὁ ἐκείνου, οὐδὲ ὁ λαχὼν αὐτοὺς κόλπος, ἀλλ' ἀξία πολλῷ μείζων ἐκείνης. τοὺς γὰρ ἐκείνων οὗτοι καθεδοῦνται κρινοῦντες ἐκγόνους. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡ διαφορὰ δήλη· ἀλλ' ὅτι ὧν μὲν ὁ Ἀβραὰμ ἔτυχε πολλοὶ τεύξονται. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται, φησιν, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· τῶν δὲ θρόνων ἐκείνων οὐδεὶς ἕτερος ἐπιλήψεται, ἀλλὰ μόνος ὁ τῶν ἁγίων τούτων χορός. ἔτ' οὖν, εἰπέ μοι, ποιμνίων μέμνησθε, καὶ βουκολίων, καὶ γάμων, καὶ παίδων; τί οὖν, φησίν, ὅταν τῶν παρθενευσάντων πολλοὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας εὔχονται χωρῆσαι ἐκεῖ; ἐγὼ δὲ τούτου μεῖζον ἐρῶ, ὅτι πολλοὶ τῶν παρθενευσάντων οὐδὲ ἐκείνων ἐπιτεύξονται τῶν κόλπων, οὐδὲ τῶν ἐλαττόνων, ἀλλ' εἰς τὴν γέενναν αὐτὴν ἀπελεύσονται. καὶ δηλοῦσιν αἱ τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι παρθένοι. ἆρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς παρθενίας ἴσος ὁ γάμος· ἢ καὶ χείρων. τὸ γὰρ ὑπόδειγμα τὸ σὸν καὶ χείρονα αὐτὸν ποιεῖ. εἰ γὰρ ὁ μὲν γεγαμηκὼς Ἀβραὰμ ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ, οἱ δὲ παρθενεύσαντες ἐν γεέννῃ· τοῦτο λείπεται κατὰ τὸν ὑμέτερον ὑποπτεῦσαι λόγον. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐλάττων, ἀλλὰ καὶ πολλῷ βελτίων ἡ παρθενία τοῦ γάμου. πῶς; ὅτι οὔτε τὸν Ἀβραὰμ ὁ γάμος τοιοῦτον ἐποίησεν, οὔτε ἡ παρθενία τὰς ἀθλίας ἐκείνας ἀπώλεσεν· ἀλλὰ καὶ τὸν πατριάρχην ἡ λοιπὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὴ λαμπρὸν ἀπέδειξε.

A & Paulus atque Petrus continentia illuſtres, in eius ſinum venire optant. Et quis autem tibi id dixit, bone vir? quis propheta? quis Euangeliſta? Ipſe, inquit, Chriſtus. Nam Centurionem videns ſumma fiducia præditum, ait: Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahamo, & Iſaaco, & Iacobo. *Matt.8.11.* Quin Lazarus cum eo tum delicians à diuite videtur. *Luc.16.* Quid hoc ad Paulum? quid ad Petrum? quid ad Ioannem? neque enim aut Lazarus Paulus ac Ioannes erat, aut multi illi ab Oriente & Occidente, Apoſtolorum chorus. B Itaque hæc vobis caſſa & inanis eſt oratio. Quòd ſi Apoſtolorum præmia planè audire vis, ea contributuri ſententiam accipe: Sedebitis vos quoque in duodecim ſedilibus, duodecim Iſraëlitarum tribus iudicantes, *Matth.19.28.* Nuſquam hîc aut Abrahamus, aut eius natus, aut nepos, aut qui eos acceperit, ſinus: ſed dignitas longè hac ſublimior. nam hi illorum poſteros iudicaturi ſedebunt. Neque hîc duntaxat euidens diſcrimen eſt, ſed quòd quæ Abrahamus eſt adeptus, multi nanciſcentur. C multi enim, inquit, ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abrahamo, & Iſaaco, & Iacobo: ſedilia illa, niſi ſanctorum horum chorus, occupabit nemo. Et adhuc greges, armenta, matrimonia, liberos commemoratis? Quid igitur, inquit, ſi virginum multi poſt graues ſudores eò venire optant? Ego verò maius etiam quiddam confirmabo, virginum multos nec eos quidem ſinus, nec minora conſequuturos, ſed in gehennam diſceſſuros. atque id virgines oſtendunt thalamo excluſæ. *Matth.25.* D † Ergo hinc virginitati par eſt matrimonium: immò hæc etiam deterior. nam exemplum tuum eo vel deteriorem facit. quòd ſi enim maritus Abrahamus in requiete & delicijs eſt, virgines in gehenna, id ex oratione veſtra coniectandum relinquitur. Sed non ita eſt, inquam: quin adeò matrimonio deterior non eſt, vt longè etiam præſtantior ſit. Quo modo? Quòd nec Abrahamum matrimonium talem præſtitit, nec miſeras illas virginitas perdidit; ſed & Patriarcham reliqua vitæ virtus illuſtrem reddidit,

† ἀνθυποφορὰ eſt eius, qui ex aduerſo loquẽtem induxerat.

& has reliqua vitæ fœditas igni tradidit. Siquidem ille, etiã maritus degens, virginitatis bonis perfungi ſtuduit, honeſtate inquam & decora aſſiduitate: hæ virginitatem amplexæ, in vitæ procellas & matrimonij negotia reciderunt. Quid igitur, inquit, & nũc vetat maritum, ac liberis, opibus, ceteriſque omnibus affectum, decoram aſſiduitatem tueri? Primùm quòd nemo nunc par eſt Abrahamo, ſed nec paruo interuallo proximus. Nam ille, qui & opes & vxorem haberet, etiam magis quam qui inopiam profiteantur, pecunias contempſit, & voluptatem fortiùs quàm virgines cohibuit. hi enim quotidie libidinibus ardent; ille adeò eam flamam extinxerat, neque vlla cupiditate obſtrictus tenebatur, vt non ſolùm pellice abſtineret, ſed etiam domo eam pelleret, quò litis ac diſſidij occaſionem omnem tolleret. quod equidem nunc haud temerè reperire eſt.

LXXXIII. *Non eandē virtutis modū nobis & antiquis propoſitum eſſe.* Præterea autem, quod initiò dicebam, & nunc repetam, non eundem à nobis atque ab illis virtutis modum exigi. ſiquidem nunc perfectò eſſe non licet, niſi omnibus venditis, niſi omnibus valere iuſſis, non opibus tantùm *Matth.19.* & ædibus, ſed anima etiam ſua. tum *Luc.14.* nondum tantæ accuratiõis ſpecimen erat. Quid igitur, inquit, accuratiùs nunc Patriarcha viuimus? Debemus certè, atque id iubemur, ſed non præſtamus: ideóque longè à iuſto relinquimur. nam quin maiora nobis certamina propoſita ſint, nulli dubium eſt. Itaque Noë laudans ſcriptura, non ſimpliciter id facit, ſed cum additamento quodam, Noë, qui vir *Gen.6.9.* bonus eſſet, & ætatis ſuæ perfectiſſimus, Deo ſe probauit: non ſimpliciter perfectiſſimus, ſed ea tempeſtate. multi enim ſunt perfectionis modi, aliis atque alijs temporibus deſcripti: ac quod aliquando perfectum fuit, temporis progreſſu in poſterum fit imperfectum. Verbi gratia? Aliquando *Leuit.18.* perfectus erat qui legem exequebatur: nam hæc qui præſtet, inquit, per ea victurus eſt: at Chriſtus exortus *Matth.5.* perfectum hoc imperfectum oſtendit. niſi enim, inquit, iuſtitia Scribis & Phariſæis excellueritis, non eſtis in cœleſte regnum ingreſſuri. Tum homicidium ſolum atrox videbatur: nunc

A καὶ ταύτας ἡ λοιπὴ κακία τοῦ βίου τῷ πυρὶ παρέδωκεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ἐν γάμῳ ζῶν ἐσπούδασε τὰ τῆς παρθενίας κατορθῶσαι καλά· τὸ εὔσχημον λέγω, καὶ εὐπρόσεδρον· αὗται δὲ καὶ παρθενίαν ἑλόμεναι, εἰς τὸν τοῦ βίου κλύδωνα καὶ τὰς ἐν τῷ γάμῳ πραγματείας κατέπεσον. τί οὖν κωλύει, φησί, καὶ νῦν μετὰ τοῦ γάμου καὶ τῶν παίδων, καὶ τῶν χρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ εὐπρόσεδρον διασώσασθαι; πρῶτον μὲν ὅτι οὐδεὶς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ νῦν· ἀλλ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγύς. καὶ γὰρ τῶν ἀκτημοσύνην ἀσκούντων μᾶλλον ἐκεῖ- B νος χρημάτων κατεφρόνησε, πλοῦτον καὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ ἡδονῆς μᾶλλον τῶν παρθενευόντων ἐκράτει. οὗτοι μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας φλέγονται τὴν ἡμέραν· ἐκεῖνος δὲ οὕτω ταύτην κατέσβεσε τὴν φλόγα, καὶ οὐδεμιᾷ συνεδέετο προσπαθείᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀποσχέσθαι τῆς παλλακίδος, ἀλλὰ καὶ ἐκβαλεῖν αὐτὴν τῆς οἰκίας ὑπὲρ τοῦ μάχης καὶ στάσεως πᾶσαν ὑπόθεσιν ἀνελεῖν· νῦν δὲ οὐ σφόδρα εὔκολον τοῦτο εὑρεῖν.

Καὶ χωρὶς τούτων δέ, ὅπερ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς C ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι. νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τέλειον εἶναι μὴ πάντα πωλήσαντα, μὴ πᾶσιν ἀποταξάμενον, οὐ χρήμασι λέγω μόνον καὶ οἰκίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ τῇ ἑαυτοῦ. τότε οὔπω τοσαύτης ἀκριβείας ἐπίδειξις ἦν. τί οὖν ἀκριβέστερον ἡμεῖς, φησί, τοῦ πατριάρχου βιοῦμεν νῦν; ὀφείλομεν μὲν καὶ τοῦτο ἐπιτετάγμεθα, οὐ βιοῦμεν δέ· καὶ διὰ τοῦτο πολὺ τοῦ δικαίου λειπόμεθα· ἐπεὶ ὅτι γε μείζονα ἡμῖν τὰ σκάμματα πρόκειται, παντί που δῆλόν ἐστι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Νῶε θαυμάζουσα ἡ γραφή, οὐχ ἁπλῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τινός. D Νῶε γάρ, φησι, δίκαιος τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ τῷ θεῷ εὐηρέστησεν. οὐχ ἁπλῶς τέλειος, ἀλλ' ἐν τῷ τότε καιρῷ. πολλοὶ γὰρ τελειότητος ὅροι κατὰ διαφόρους ὡρισμένοι καιρούς· καὶ τοῦ χρόνου προκόπτοντος τὸ ποτὲ τέλειον ἀτελὲς ὕστερον γίνεται. οἷόν τι λέγω· τέλειος ἦν ποτε ὁ κατὰ τὸν νόμον βιούς· ὁ ποιήσας γὰρ αὐτά, φησί, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' ἐλθὼν ὁ Χριστὸς τοῦτο τὸ τέλειον ἔδειξεν ἀτελές. ἐὰν γὰρ μὴ περισσεύσῃ, φησίν, ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. τότε φόνος ἐδόκει μόνον εἶναι δεινόν. νῦν

πγ'. Ἐν ... τὸ αὐτὸ ... ἀρετῆς ... ἡμῖν ... καὶ ἐκείνοις ... κειται.

δὲ καὶ ὀργὴ καὶ λοιδορία μόνη τῇ γεέννῃ παραπέμψαι δύναιτ' ἄν. τότε μοιχεία ἐκολάζετο μόνον· νῦν δὲ καὶ τὸ ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς γυναῖκα ἰδεῖν, οὐκ ἀπήλλακται τιμωρίας. τότε ἡ ἐπιορκία μόνη ἦν ἐκ τοῦ πονηροῦ· νῦν δὲ καὶ τὸ ὀμόσαι. τὸ γὰρ περισσὸν, φησὶ, τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν. οὐδὲν πλέον ἀπῃτοῦντο οἱ τότε, ἢ τὸ τοὺς φιλοῦντας ἀγαπᾷν· νῦν δὲ τὸ μέγα τοῦτο καὶ θαυμαστὸν οὕτως ἐστὶν ἀτελὲς, ὡς καὶ μετὰ τὴν κατόρθωσιν αὐτοῦ, μηδὲν πλέον ἡμᾶς ἔχειν τῶν τελωνῶν. Τί δήποτε οὖν τῶν αὐτῶν κατορθωμάτων οὐχ ὁ αὐτὸς κεῖται μισθὸς ἡμῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ, ἀλλὰ μείζονα ἐπι- B δείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετὴν, εἰ μέλλοιμεν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις τυγχάνειν; ὅτι πολλὴ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν, καὶ μεγάλη τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡ δωρεά. ἄνδρας γὰρ αὕτη τελείους ἀντὶ νηπίων ἐποίησεν. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ἡμετέρους ὅταν ἡβήσωσι, πολλῷ μείζονα ἀπαιτοῦμεν τὰ κατορθώματα, καὶ ἃ ποιοῦντας πρότερον ἐπῃνοῦμεν κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν, ταῦτα γενομένους ἄνδρας, καὶ κατορθοῦντας, οὐκέθ' ὁμοίως θαυμάζομεν, ἀλλ' ἕτερα πολλῷ μείζονα ἐκείνων κελεύομεν ἐπιδείκνυσθαι· οὕτω καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ θεὸς ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις οὐ C μεγάλα ἀπῄτει τὰ κατορθώματα, ἅτε νηπιωδέστερον διακειμένην· ἐπεὶ δὲ προφητῶν ἤκουσεν, ἀποστόλων, τῆς τοῦ πνεύματος ἐπέτυχε χάριτος, ἐπέτεινεν αὐτῇ τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος. εἰκότως. καὶ γὰρ μισθοὺς μείζονας ἔθηκε, καὶ τὰ ἔπαθλα πολλῷ λαμπρότερα νῦν. οὐκέτι γὰρ γῆ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐρανὸς, καὶ τὰ νοῦν ὑπερβαίνοντα ἀγαθὰ τοῖς κατορθοῦσιν ἀπόκειται. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔτι μένειν σμικρότητος ἀνδρωθέντας; τότε μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη καθ' ἑαυτῆς ἐστασίαζε φύσις, καὶ πόλεμος ἦν ἄσπονδος· καὶ τοῦ- D το ὁ Παῦλος διηγούμενος οὑτωσί πως φησίν· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου· ἀλλ' οὐ νῦν οὐκ ἔστι ταῦτα. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· καὶ περὶ τούτων εὐχαριστῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. διὰ

Τί. ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν κατορθωμάτων οὐχ ὁ αὐτὸς κεῖται μισθὸς ἡμῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ παλαιᾷ.

A vel ira duntaxat ac conuitium ad gehennã rapere queat. Tum adulterium ſolum plectebatur: nunc vel flagitioſis oculis mulierem aſpicere, non abeſt à ſupplicio. Tum periurium ſolum à malo erat: nunc vel iurare. nam quod præter hæc eſt, inquit, à malo eſt. Ab ijs nihil amplius requirebatur, quàm amare eos qui ſe amarent: nunc magnum hoc & præclarum, tam eſt imperfectum, vt eo perfuncti, nihilo publicanis præſtemus.

LXXXIV *Meritò eandē rectè factorũ non idem præmium nobis & antiquis propoſitum eſſe.*

Cur igitur non idem præmium ijſdem rectè factis & noſtris & anti- B quorum, propoſitum eſt, ſed maiorem virtutem prodamus neceſſe eſt, ſi eadem quæ illi conſequemur? Quòd nunc ingens Spiritus gratia effuſa eſt, & magnum aduentus Christi munus: adultos quippe pro infantibus reddidit. Itaque quemadmodum nos à pueris noſtris puberibus maiorem virtutem poſtulamus, & quæ in prima ætate facientes laudabamus, eadem viros præſtantes non æquè admiramur, ſed alia multo ijs grauiora edere iubemus: ita & ab humana natura Deus primo quoque tempore eximia C quædam facinora non exigebat, vt quæ puerilius affecta eſſet: at vbi prophetas, Apoſtolos audiuit, Spiritus gratiam conſequuta eſt, virtutis ei magnitudinem auxit. Nec iniuria. Nam & mercedem ampliorem, & præmia multo illuſtriora nunc propoſuit. non enim amplius terra ac terrena, ſed cœlum, & quæ intelligentiam ſuperent, bona, perfunctos exſpectant. An non igitur abſurdum ſit, adultos adhuc in eadem infantia perſiſtere? Nam humana tum natura aduerſum ſe factionibus diſceſſerat, bello ar- D dens internecino. Atque id deſcribens Paulus, ait, Aliam video legem *Rom.7.23.* in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati, quæ lex eſt in membris meis. At non hæc nunc ſunt. Quod enim legi propter carnem impotenti *Rom.8.3.* deſperatum erat, id Deus præſtitit ſuo ipſius filio miſſo, carne ſontis ſimili, & de peccato peccatum per carnem conuicit: de eóque gratias agens Paulus, Miſer, inquit, ego homo, quis me *Rom.7.24.* ab huius mortis corpore liberet? Ago Deo gratias per Ieſum Chriſtũ. Itaque

meritò punimur, ſoluti, tantundem currere quantum impediti, nolentes. quamquam vt tantundem poſſimus, ne ſic quidem pœna ſoluimur. nam qui alta pace fruatur, longè maius & illuſtrius trophæum erigere par eſt, quàm qui admodum bello premantur. Quòd ſi in opibus, deliciis, coniugum ſtudio, rerum procuratione aſſiduè verſamur, ecquando viri euademus, ſpiritu viuemus, Domini res curabimus? an poſtquam hinc migratum erit? at non id laborum ac certaminis, ſed præmiorum & pœnarum

Matth. 25. tempus erit. Tum nec virgini oleum in lucernis non habenti, ab aliis ſu-

Matth. 22. mere licebit, ſed foris manebit: nec qui ſordidis indutus adſtet, egreſſus mutare veſtem poterit, ſed ad gehennæ ignem abripietur: nec ſi vel Abrahamum imploret, quicquam tum proficiet. Quippe orta iam die capitali, & manante quaſi quodam

Dan. 7. ignis fluuio, ac iudice pro tribunali ſedente, habenda actionum noſtrarum quæſtione, non iam porrò flagitia eluere finemur, ſed ad ſupplicium iis debitum velimus nolimus trahimur modò, nullius tum precibus condonandi: ſed quantumuis quis pari fiducia ſit cum magnis & auguſtis viris, quantumuis Noa, Iobus, Daniel

Reſpicit ad Ezech. c. 14. 14. ſit, etiamſi pro liberis ac filiabus deprecetur, nihil agat, ſed neceſſe ſit conſceleratos immortales porrò pœnas expendere, vt qui rectè fecerunt honorem inire. nam neque his neque illis finem fore Chriſtus declarauit, vt vitam, ſic ſupplicium immortale eſſe dicens: qui & dextris collaudatis, & ſiniſtris damnatis ita ſubdit:

Matth. 25. 46. Abibunt hi in pœnam ſempiternam, iuſti verò in vitam ſempiternam. Itaque hic ſeriò laborandum eſt, & qui vxorem habeat, ei perinde agendum ac ſi non haberet: & qui verè non habeat, ei cum virginitate reliquæ etiam omnes virtutes exercendæ ſunt, ne poſt ex hac vita deceſſum, in caſſum lamentemur.

A τοῦτο κολαζόμεθα εἰκότως, ὅτι τῶν συμπεποδισμένων ἴσα τρέχειν οὐ βουλόμεθα οἱ λελυμένοι· μᾶλλον δὲ κἂν ἴσα δυνηθῶμεν, οὐδὲ οὕτως ἀπηλλάγμεθα τῆς κολάσεως. τοὺς γὰρ βαθείας ἀπολαύοντας εἰρήνης, τῶν σφόδρα βαρυνομένων πολέμῳ, πολλῷ μείζονα δεῖ καὶ λαμπρότερα ἑστάναι τὰ τρόπαια. εἰ δὲ μένοιμεν περὶ χρήματα, καὶ τρυφὴν, καὶ γυναῖκας, καὶ πραγμάτων ἐπιμελείας στρέφεσθαι, πότε ἄνδρες ἐσόμεθα, πότε πνευματικῶς ζήσομεν, πότε τὰ τοῦ κυρίου μεριμνήσομεν; ὅταν ἀποδημήσωμεν ἐντεῦθεν; ἀλλ' οὐκέτι πόνων οὐδὲ

B ἀγώνων καιρὸς, ἀλλὰ στεφάνων καὶ κολάσεων. τότε κἂν παρθένος ᾖ τις οὐκ ἔχουσα ἔλαιον ἐν τῇ λαμπάδι, οὐ δυνήσεται παρ' ἑτέρων λαβεῖν, ἀλλ' ἔξω μενεῖ· κἂν ῥυπαρά τις ἱμάτια ἐνδεδυμένος παραγένηται, οὐ δυνήσεται ἐξελθὼν ἀμεῖψαι τὴν στολὴν, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπαχθήσεται πῦρ· κἂν αὐτὸν παρακαλῇ τὸν Ἀβραὰμ, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται λοιπόν. τῆς γὰρ κυρίας παραγενομένης, καὶ τοῦ βήματος τεθέντος, καὶ τοῦ δικαστοῦ καθισθέντος, καὶ τοῦ ποταμοῦ συρομένης τῆς φλογὸς, καὶ τῆς ἐξετάσεως γινομένης τῶν πεπραγμένων ἡμῖν, οὐκέτι λοιπὸν Lego ἡμαρτημένων. ἀποκλύσασθαι τὰ πλημμελήματα συγχωρούμε-

C θα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὀφειλομένην ἀπὸ τούτων δίκην καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἑλκόμεθα μόνοι· οὐδεὶς ἡμᾶς ἐξαρπάσασθαι τότε δυνάμενος. ἀλλὰ κἂν τύχῃ τὴν αὐτὴν τοῖς μεγάλοις καὶ θαυμαστοῖς ἀνδράσι παρρησίαν ἔχων τις· κἂν Νῶε, κἂν Ἰὼβ, κἂν Δανιὴλ, κἂν ὑπὲρ παίδων δέηται καὶ θυγατέρων, οὐδὲν ἔσται πλέον· ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν ἀθάνατα κολάζεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, ὥσπερ οὖν καὶ τιμᾶσθαι τοὺς κατωρθωκότας. ὅτι γὰρ οὔτε τούτων οὔτε ἐκείνων τέλος ἔσται ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο, ὥσπερ τὴν ζωὴν αἰώνιον, οὕτω καὶ τὴν κόλασιν αἰώ-

D νιον εἶναι λέγων. ὅτε γὰρ τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν ἀπεδέξατο, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων κατεδίκασεν, ἐπήγαγε λέγων· ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. διὸ χρὴ πάντα ἐνταῦθα πραγματεύεσθαι, καὶ τὸν ἔχοντα γυναῖκα ὡς μὴ ἔχοντα εἶναι, καὶ τὸν ὄντως οὐκ ἔχοντα, μετὰ τῆς παρθενίας καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀσκεῖν ἀρετήν· ἵνα μὴ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν ἀνόητα ἀποδυρώμεθα.

DOMINO AMANTISSIMO, AC MERITO VENERABILI PATRI MATTHÆO FRATER AMBROSIVS S.

EXEGISTI à me iure tuo ſenex optime, atque ſuauiſſime, Vt exercitij cauſa aliquid ſacrarum literarum ex Græco conuerterem. Aiebas enim fore optimi auſpicij, ſi huiuſmodi monumentis primitias ſtudiorum meorum conſecrarem, facturumque rem conuenientiſſimam Voto & inſtituto meo, ſi non minus ſtudij, operæ & diligentiæ in transferendis noſtratis philoſophiæ magiſtris oſtenderem, quàm feciſſent ætate noſtra, hodiéque facerent nonnulli clariſſimi atque doctiſſimi Viri familiares noſtri in conuertendis externæ ſapientiæ autoribus. Ego itaque etſi Viris illis ingenio, doctrina, ſtudio longe inferior ſim, nullâque his ratione conferendus: nihil tamen mihi minus integrum exiſtimaui, quàm Votis tuis, tuæque adeò rationabili deeſſe poſtulationi: negociúmque iſtud transferendi, fretus iuſſione atque autoritate tua, Vtinam tam fauſtè & feliciter, quàm promptè & obtemperanter aggreſſus ſum. Sed cum aliquid transferre cuperem, quòd propoſito noſtro, & Vitæ inſtituto maxime conduceret, opus egregium offendi beatiſſimi Iõannis Cõſtantinopolitani Epiſcopi, cui Chryſoſtomi cognomen oratio aurata dedit, tres in libros diſtinctum. Quo in opere ſummus ille Vir philoſophiam noſtram contra Vituperatores & derogatores omnes, ita magnifice, tantáq; Vel orationis dignitate, Vel argumentorum Vi, Vel ſententiarum Vbertate tuetur, Vt omnibus poſthac maledicis ora perpetuo ſilentio obſtruxiſſe Videatur. Id igitur eo libentius conuertere inſtitui, quo noſtris ſummæ ſpei adoleſcentibus, atque omnibus Vbique monachis ſummo & ſolatio & Vſui fore arbitratus ſum: cum illi cauſam ſuam animaduerterint à præſtantiſſimo Viro ante mille annos, tanta Vel cura ſuſceptam, Vel elegantia & Vbertate defenſam. Præterea plurimorum qui Vitæ præſentis commodis & Voluptatibus addicti, monaſticæ Vitæ inſtituta carpere non deſinunt, hoc ſtudio & labore noſtro Vel reprimendam audaciam, Vel inſtruendam ignorantiam putauimus. Eſt enim incredibile quantum negotij, quid moleſtiarum ab eiuſmodi hominibus perpeti cogamur, quantúmque illi nobis obſtrepant, ſi quando illorum liberos, aut propinquos, aut alia aliqua ex parte neceſſarios, Chriſti ſe milites profiteri, atque in eius ſacramenta iurare cupientes, in noſtrum cœtum admiſerimus. Quòd item ferè monaſterijs omnibus, & religioſis congregationibus contingit. Quorum in manus libri iſti ſi inciderint, nonnihil de irrationabili furore, & inconſultiſſima indignatione remittent, & niſi fuerint penitus excordes, manus etiam fortaſſis dabunt, cum Viderint ſe tot & tam Varijs doctiſſimi Viri rationibus concluſos & circumſcriptos. Tu itaque mi ſenior optime & iucundiſſime, hos libros ita leges, Vt ab ingenió parum exercitato traductos memineris. In quibus ſi quid inconcinnius dictum offenderis, offendes autem plurima, imperitiæ interpretis imputes Velim. Neque enim tantum mihi arrogo, Vt putem me eloquentiſſimum Virum pari orationis luce transferre potuiſſe: imò Vero non ambigo, quin illum ſeſe longe inferiorem, in lingua noſtra Videri fecerim, cum in ſua hoc eſt in Græca, incredibili facilitate & Vbertate fluat. Quibus ego in rebus illum, ſi Vt erat optimi officium interpretis, imitari non potui, tibi in primis pater optime imputare debebis, qui immemor Virium noſtrarum, eáſque amore potius quàm ratione metiens, rem doctiſſimorum hominum ab imperito requiſiſti. Ego enim cum tuam iſtam iuſſionem mihi minimè ſpernendam, ſeu detrectandam arbitrarer, malui in me eloquentiam deſiderari, quàm fidem. Eſſet enim profecto parum grati, & minime officioſi animi, huiuſmodi abs te iniunctum munus recuſare, cùm Græcas ipſas Latináſque literas tuo potiſſimum beneficio & auxilio ſim conſecutus. Cordi Vero eſt, ſi hoc exercitationis genus gratum tibi eſſe cognouero, ſicque tua fuero autoritate confirmatus, gratiúſque ocio noſtro conſulueris: nonnulla etiã eiuſdem Viri monumẽta (ſunt autem fere innumerabilia) ſimili ſtudio ac labore conuertere, tuóque dicare nomini, Vt hoc Vel minimo officio, incredibili in me amori tuó ſatisfaciam: ita tamen, Vt pro iſto qualicumque labore meo, ampliſſimum ſemper orationum tuarum munus abs te repoſci intelligas.

A

ADVERSVS OPPVGNATORES EORVM, QVI AD monaſticam vitam inducunt, Liber primus, Ambroſio Camaldulenſi interprete.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΟΛΕΜΟΥΝΤΑΣ ΤΟΙΣ ΕΠΙ τὸ μονάζειν εἰσάγουσιν.

CAP. I.

CVM templum illud peruetuſtũ & percelebre, quod B Hieroſolymis fuerat, multis annis euerſum atque ſolo adæquatum, è lõgiſſima captiuitate redeuntes erigére, atque inſtaurare Hebræi cuperent: tum vero feri quidam, ac barbari, immanéſq; homines, qui neque Deum reuerebãtur, cui templum illud erexerant, neque tantæ virorũ cladis miſericordia vlla mouebantur, ex qua ſero ſe tandem, vixque receperant, neque diuinæ animaduerſionis metu correpti fuerant, quæ ſolet C eiuſmodi audaces ac facinoroſos eueſtigio ſubſequi: primum quidem per ſeipſos nitebantur, cœptæ eos ædificationis ſtudijs arcere. Cum vero nihil proficerent datis ad regem ſuum literis, in quibus ciuitatem illam defectionis, nouarũmque rerum ſtudioſam, ac bellicis rebus aſſuetam appellabant, perſuaſerunt tandem, vt ſibi eiuſce impediendi ædificij facultas omnis permitteretur. Hac igitur accepta poteſtate, cum ingenti equitum manu viros adorſi interruperunt opus interim. Et elati, ea victoria gloria- D bantur: qui ſi quid ipſis cordis fuiſſet, ingemiſcere ac lugere debuerant, nihilq; poſthac eiuſmodi moliri: verùm id erat profectò exordium quoddam, atque principium eorum quæ ſe protinus apprehenſura erant malorum. Opus enim illud proficiebat indies, egregióque ſucceſſu, & præclaro fine claudebatur. Tum interim illi didicerunt, ac per illos vniuerſi, quòd non homines profectò oppugnare perrexe-

Eſdr. 4. 11. rant, neque Mithridates modo tunc, aut alius quiſpiam, ſed quiſquis omnino eis hominibus aduerſus infeſtúſque eſſe maluerit, qui boni aliquid agere inſtituunt, ipſum potiſſimum qui per illos honoratur,

ΟΤΕ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν πολλοῖς ἐτῶν χαμαὶ κείμενον, ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἐπανελθόντες αἰχμαλωσίας ἐγείρειν ἤθελον τῶν Ἑβραίων οἱ παῖδες, B τότε δὴ βάρβαροί τινες, καὶ ἀπήνεῖς ἄνθρωποι, μήτε τὸν θεὸν αἰδεσθέντες, ᾧ τὸν ναὸν ἤγειραν ἐκεῖνον, μήτε πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων κατακλασθέντες συμφοράν, ἀφ' ἧς ὀψέ ποτε, καὶ μόλις ἀνήνεγκαν, μήτε τὴν παρὰ θεοῦ τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσιν ἐπικειμένην φοβηθέντες δίκην, τὸ μὲν πρῶ- C τον δι' ἑαυτῶν ἐπεχείρησαν κωλύειν οἰκοδομοῦντας αὐτούς· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, γράμματα πέμψαντες ὡς βασιλέα τὸν αὐτῶν, ἐν οἷς ἀποστάτιν, καὶ νεωτεροποιόν, καὶ φιλοπόλεμον τὴν πόλιν ἐκάλουν ἐκείνην, ἔπεισαν ἐπιτρέψαι κωλῦσαι σφίσι τὴν οἰκοδομήν. καὶ λαβόντες ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν, καὶ μετὰ πολλῶν αὐτοῖς ἐπελθόντες τῶν ἱππέων, διέκοψάν τε τὸ ἔργον τέως. καὶ ἐφρόνουν ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα, ἐφ' ᾗ κατακόπτεσθαι ἔδει, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔχειν ᾤοντο τὴν ἐπιβου- D λήν. τοῦτο μὲν ἦν ἄρα προοίμιον, καὶ ἀρχὴ τῶν αὐτίκα δὴ μάλα αὐτοὺς καταληψομένων κακῶν. τότε γὰρ ἔργον ἐγίνετο, καὶ λαμπρὸν ἀπελάμβανε τέλος, ἐκεῖνοί τε ἐμάνθανον καὶ δι' ἐκείνων ἅπαντες, ὅτι οὐκ ἄρα ἀνθρώποις ἐπολέμουν, οὔτε Μιθριδάτης τότε, οὐδὲ ἄλλος οὐδείς, ὃς ἂν ἀνθρώποις ἐθέλῃ πολεμεῖν ἀγαθόν τι προαιρουμένοις ποιεῖν, ἀλλ' αὐτῷ πρὸ ἐκείνων τῷ δι' ἐκείνων τι-

μεμηνότων θεῷ. τὸν δὲ θεῷ πολεμοῦντα, οὐκ ἔνι ποτὲ εἰς χρηστὸν καταστρέψαι τέλος· ἀλλ' ὁ τοιοῦτος ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς τόλμης οὐδὲν ἴσως πείσεται δεινόν· ἀλλ' ἄρα μὴ πάθοι τοῦ θεοῦ καλοῦντος αὐτὸν εἰς μετάνοιαν, καὶ διδόντος ὥσπερ ἐκ τινος μέθης ἀνανεγκεῖν, εἶτα ἐπιμένη τῇ παρανοίᾳ, μηδὲν ἀπὸ τῆς τοσαύτης ἀνεξικακίας κερδάνας, ἑτέροις γοῦν ἐν τοῖς τὰ μέγιστα, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν τιμωρίας παιδεύων, μηδέ ποτε τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀπτέσθαι μάχης, ὡς οὐκ ἐνὸν τὴν ἄητητον ἐκείνην χεῖρα διαφυγεῖν. τοιαῦται γοῦν εὐθέως αὐτοὺς κατελάμβανον συμφοραί, ὡς ἀποκρύψαι τῷ μεγέθει τῆς τραγῳδίας πάσας τὰς ἄλλας συμφοράς. μετὰ γὰρ τοὺς φόνους, καὶ τὰς μυρίας σφαγάς, ἃς αἱ τῶν τότε κωλυομένων Ιουδαίων εἰς αὐτοὺς εἰργάσαντο χεῖρες, ἐβρέχετο μὲν τῷ τῶν ἀνῃρημένων αἵματι, διὰ πολλοῦ τοῦ βάθους ἡ γῆ, καὶ πολὺς ἀπὸ τούτου τοῦ αἵματος ἐγίνετο πηλός, τῶν δὲ σωμάτων, τῶν τε ἱππείων, τῶν τε ἀνθρωπίνων ὁμοῦ πεφυρμένων, καὶ τούτων, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιτριβομένων ἀντιλαβὴν τοσούτων σκωλήκων ἐτίκτετο πλῆθος, ὡς τὴν μὲν γῆν τῷ πλήθει κρύπτεσθαι τῶν νεκρῶν, τούτους δὲ αὐτοὺς πάλιν τῷ τῶν σκωλήκων. εἶπεν ἄν τις ἐκεῖνο τὸ πεδίον ἰδών, οὐ σώματα κάτωθεν ὑποκεῖσθαι νεκρῶν, ἀλλὰ πηγὰς εἶναι πολλάς, καὶ πολλαχόθεν ἐκεῖνο φερούσας τῶν ζώων τὸ γένος. οὕτω πάσης ἐπιρροῆς σφοδρότερον ἀπὸ τῆς σηπεδόνος ἐκείνης ἀνέβλυζεν ἡ τῶν σκωλήκων φορά. τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ δέκα, καὶ εἴκοσιν ἡμέραις ἐγίνετο μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πολλῷ τῷ χρόνῳ. καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκεῖ διαδεξόμενα αὐτούς, πολλῷ τούτων ἐστὶ χαλεπώτερα. οὐ γὰρ εἰς χίλια ἔτη, οὐδὲ εἰς μύρια μόνον, οὐδὲ εἰς δὶς τοσαῦτα, καὶ τρὶς, ἀλλ' εἰς ἀπείρους αἰῶνας ψυχωθέντα τὰ σώματα τότε δέξεται τὰς βασάνους, καὶ τὰς ἀῤῥήτους ἀλγηδόνας ἐκείνας. ἃ ταῦτα ἀμφότερα οἶδε μὲν ὁ μακάριος Ησαΐας· οἶδε δὲ ὁ τῶν παραδόξων ὄψεων θεωρὸς Ιεζεκιήλ, οἳ καὶ τῶν ἀνθρώπων τούτων διανειμάμενοι τὴν κόλασιν, ὁ μὲν τὴν ἐνταῦθα, ὁ δὲ τὴν ἐκεῖ διηγήσατο. ἐγὼ δὲ αὐτῶν οὐχ ἁπλῶς ἐμνημόνευσα νῦν· ἀλλ' ἐπειδή τις ἥκων ἡμῖν ἀπήγγελεν ἀγγελίαν πικρίας γέμουσαν, καὶ χαλεπὴν,

A Deum oppugnare contendunt. Is autem qui aduerſus Deũ bellare inſtituit, clementiori fine deſinere nunquã penitus valebit: aut is qui eiuſmodi eſt, initio quidẽ facinoris, nihil fortaſſe patietur mali, Deo illum ad pœnitentiam vocante, atque admonente, veluti, ex quadã ebrietate reſipiſcere. Sin vero in hac amẽtiæ ſuæ temeritate perſtiterit, nihilq; ex tanta clemẽtia diuinæ patiẽtiæ fuerit lucratus, certe vel alijs ſumma conferet emolumenta, pœna ſua erudiens, atq; admonens, nunquã prorſus vlla ex ratione aduerſus Deum pu-
B gnare inſtituere, quòd impoſſibile ſit, excelſam illã inuictámq; effugere manum: deniq; eiuſmodi ſtatim illos apprehenſos inuoluerũt clades, quæ magnitudine ſua tragœdias omnes vincerent. Poſt ingentẽ enim illam ſtragem, atq; innumeras cædes, quas in illos eorum, qui tunc prohibebãtur, exercuere manus, madeſcebat altiſſime cæſorum ſanguine infecta humus, lutique plurimum ex eo cruore gignebatur. Corporibus autem equorũ, atque hominum ſimul mixtis, eorúmq; vulneribus inuicem ſe tangentibus, atque cõprimenti-
C bus, tantæ vermiũ, támque incredibilis multitudo gignebatur, vt cũ terra multitudine cadauerũ operiretur, hæc eadẽ rurſus vermibus abſcõderentur. Diceret profecto qui tunc locũ illũ vidiſſet, nõ inferius ſubiecta mortuorũ corpora, verũ fontes eſſe quãplures, plurimis ex locis genus illud animãtium effundẽtes: adeò omni inundatione vehemẽtius ex putredine illa exundabat ingẽs vermiũ vis. Atque id nõ per dies decẽ, aut viginti factũ eſt, ſed per plurimum tẽporis. Et ea quidẽ quæ hic perpeſſi ſunt, eiuſmodi fuere: quæ vero il-
D los in futurum manent, longe his acerbiora ſunt & diriora. Neq; enim mille annis aut decẽ millibus, nobis térq; totidẽ, ſed infinitis ſeculis, animata tunc corpora tormẽta illa cruciatúſq; ſempiternos ſuſtinebunt. Quæ quidẽ vtraque, tũ Eſaias beatiſſimus, tũ admirabiliũ viſionũ ſpeculator Ezechiel nouit. Qui eiuſmodi hominũ inter ſe diſtribuẽtes cruciatũ, alter quidẽ præſentis tẽporis, alter vero futuri ſupplicia proſecuti ſunt. Atque ego horũ nõ fruſtra, nec ſine certa ratione modo mentionẽ feci. Nam profectus ad me quidã mihi admodũ familiaris, nunciũ attulit plenum amaritudinis, anxietatis, mœroris,

atque ingentis aduerſus Deum contumeliæ. Quoſdã enim eſſe homines, qui hodiéque ferè eadem, ac prorſus ſimillima barbaris illis facinora auderent, quin multo quoq; immaniora. Eos enim qui ad philoſophiã noſtrã hortari pergunt, vndique exagitare, expellere, exterminare, eiſq; ſub ingẽtibus minis interdicere, ne quid omnino tale vnquã aut loqui, aut docere aliquẽ præſu-
CAP. II. mant. Hæc ego cũ audiſſem, vehemẽter cõmotus exclamaui protinus, eúmque qui iſta proſecutus fuerat, ſolicitè, ac iugi interrogatione cõpellabam, ludóne, vt ſæpe fit, an ſerio iſta loqueretur? Minime vero, inquit ille. Nunquã enim ioco iſta cõfingere, aut loquerer, quæ plurimi redemiſſe, votiſq; omnibus exoptauiſſe, ne nunc quidẽ quãdo facta ſunt vel ſola aure percipere. Tum vero ſũmo dolore affectus, atq; acrius ingemiſcens: iſta, inquã, profecto tãto ſceleratiora eis ſunt, quæ Mithridates illiq; omnes peccauerunt quanto templũ hoc noſtrũ illo eſt purius, honeſti*, ſanctius. Sed quinam iſti, quæſo te, aut vnde ſunt, qui talia præſumũt? Vt quid, quáve ex cauſa, vel ad quẽ finem reſpiciẽtes, lapides in ſublime iaciũt, telaq; in cœlũ iaculantur, atq; aduerſus Deũ pacis pugnare contendunt? Sameas enim, & Pharathei, Aſſyriorũ principes, omneſq; reliqui & barbari erant, quod ex ipſis nominibus manifeſtum eſt, & lõge alijs quã Iudæi moribus degebãt: nolebãtque vicinos, adiũctóſque ſibi homines multiplicari, quũ illorũ vires fore vt ſuã potentiã obſcurarent atque deijcerent, arbitrarentur. At vero iſti quanã ſibi adeptã ſeu imminutã libertate, quanã ſublata quiete ac tranquillitate, quibúſve principibus nixi tale facinus admittere auſi ſunt? Illi enim Perſarum reges habuere, quorũ autoritate atque conſilio iſta gerebant: at vero noſtri contraria his penitus, vt mihi quidẽ ipſe perſuadeo, & cupiunt, & optant. Itaque vehemens me tenet hæſitatio, quòd regibus ſub pietate degentibus, hæc tu tam nefaria ſcelera medijs in ciuitatibus fieri aſſeris. Quid vero, inquit ille, ſi his quoque mirabiliora didiceris? Ipſi enim illi qui iſta peragunt, & pios ſe videri volunt, & Chriſtianos appellari. Plurimi autem ex his iam etiam initiati ſunt. Audiui ego ex his quendam diabolico

A καὶ πολλὴν εἰς τὸν θεὸν τὴν ὕβριν ἐχούσης. εἶναι γάρ τινας ἀνθρώπους καὶ νῦν, τὰ αὐτὰ τοῖς βαρβάροις τολμῶντας ἐκείνοις· μᾶλλον δὲ καὶ παρανομώτερα ἐκείνων πολλῷ. τοὺς γὰρ εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν ἄγοντας πάντοθεν ἐλαύνειν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀπειλῆς ἀπαγορεύειν καθόλου, μὴ φθέγγεσθαι, μηδὲ διδάσκειν μηδένα ποτὲ ἀνθρώπων τοιοῦτον μηδέν. ἐγὼ μὲν ἀνέκραξά τε εὐθέως ἀκούσας, καὶ τὸν εἰπόντα συνεχῶς ἠρώτων, εἰ μὴ παίζοι ταῦτα λέγων. ὁ δὲ, ἄπαγε, ἔφη. μὴ γὰρ

B ἄν ποτε παίξοιμι ταῦτα, μηδ' ἂν εἰπεῖν, καὶ πλάσαι τοιαῦτα τῷ λόγῳ, ἃ πολλοῦ ἂν ἐπριάμην· καὶ πολλάκις ηὐξάμην μηδὲ νῦν, ὅτε γέγονεν, ἐν ἀκοῇ γοῦν δέξασθαι μόνῃ. τότε δή, καὶ πικρότερον ἀνοιμώξας, οὕτως ἔφην· τῶν τοῦ Μιθριδάτου, καὶ πᾶσιν ἐκείνοις τολμηθέντων τοσούτῳ ταῦτα ἀνοσιώτερα, ὅσῳ καὶ σεμνότερος πολλῷ, καὶ ἁγιώτερος ὁ ναός ἐστιν ἐκείνου. ἀλλὰ τίνες εἰπέ μοι, καὶ πόθεν οἱ ταῦτα τολμήσαντες; καὶ διὰ τί; καὶ ἐκ ποίας αἰτίας; καὶ πρὸς τί βλέποντες τοὺς λίθους εἰς τὸ ὕψος βάλλουσι, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀκοντίζου-

C σι τὰ βέλη, καὶ τῷ τῆς εἰρήνης πολεμοῦσι θεῷ; Σαμέας μὲν γὰρ, καὶ οἱ Φαραθαῖοι, καὶ οἱ ἄρχοντες Ἀσσυρίων, καὶ πάντες ἐκεῖνοι βάρβαροί τε ἦσαν. καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων ἐστὶν ἰδεῖν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς μακρὰν ἤσκηντο πολιτείας, καὶ οὐκ ἐβούλοντο παροικοῦντας αὐτοῖς ἀνθρώπους αὐξομένους ὁρᾶν. τὴν γὰρ δύναμιν τὴν ἐκείνων, τῇ σφῶν αὐτῶν ἐξουσίᾳ λοιπὸν ἐπισκοτεῖν ᾤοντο· οὗτοι δὲ ποίας αὐτοῖς ἐλευθερίας ἐλαττουμένης, ποίας ἐκκοπτομένης ἀδείας, τίνας τῶν κρατούντων συμπράττοντας

D ἔχοντες, ταῦτα ἐτόλμησαν; ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἶχον τοὺς Περσῶν βασιλεῖς τ' αὐτὰ βουλομένους αὐτοῖς· οἱ δὲ ἡμέτεροι τἀναντία τούτων, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ ἐπιθυμοῦσι, καὶ εὔχονται. ὅθεν καὶ πολλῆς ἐμπέπλησμαι τῆς ἀπορίας, ὅτι τῶν βασιλέων ἐν εὐσεβείᾳ ζώντων, τοιαῦτα σὺ λέγεις ἐν μέσαις τολμᾶσθαι ταῖς πόλεσιν. ὁ δὲ φησὶν, ἂν καὶ τὸ τούτου παραδοξότερον μάθῃς, ὅτι καὶ οἱ ταῦτα δρῶντες εὐσεβεῖς τε εἶναι βούλονται, καὶ Χριστιανοὺς καλοῦσιν αὐτούς· πολλοὶ δὲ αὐτῶν, καὶ τῶν ἤδη μεμυημένων εἰσί. καί τις αὐτῶν διὰ τούτων πολλοῦ τῷ διαβόλῳ πρού-

Digitized by Google

σάλπιγγος εἰς αὐτόν, διὰ τῆς μιαρᾶς γλώσσης ἐκείνης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῆς πίστεως ἀποστήσεται, καὶ θύσεται δαίμοσιν· ἀποπνίγομαι γὰρ ὁρῶν ἀνθρώπους ἐλευθέρους, καὶ εὐγενεῖς, καὶ δυναμένους ἐν τρυφῇ ζῆν ἐπὶ τὸν σκληρὸν τοῦτον ἀγομένους βίον. Ταῦτα ἀκούσας ἐγώ, ἐπλήγην τε πληγὴν χαλεπωτέραν, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτου κακὰ στοχαζόμενος, τὴν τε οἰκουμένην ἐθρήνουν ἅπασαν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεγον· ἆρον τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με, καὶ ἀπάλλαξον τῆς ἐπικήρου ταύτης ζωῆς, καὶ πρὸς τὸν χῶρον μετάστησον ἐκεῖνον, ἔνθα τοιοῦτον οὐδὲν οὔτε ἕτερος ἐρεῖ τις, οὔτε ἀκούσομαι ἐγώ. οἶδα μὲν γάρ, ὅτι ἀπελθόντα ἐντεῦθεν, τὸ σκότος διαδέξεται τὸ ἐξώτερον, ἔνθα πολὺς ὁ κλαυθμός, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. ἀλλ' ἥδιον ἐμοὶ βρυχόντων ἀκούειν ὀδόντων, ἢ τοιαῦτα ἠχούντων ῥήματα. ἰδὼν δέ με πενθοῦντα ἐκεῖνος σφοδρῶς, ἀλλ' οὐ τούτων φησὶν ὁ καιρὸς νῦν. οὐδὲ γὰρ δὴ τοὺς ἀπολωλότας, καὶ ἀπολλυμένους τοῖς δάκρυσι τούτοις ἀνακτήσασθαι δυνήσῃ ποτέ· καὶ γὰρ οἶμαι μὴ στήσεσθαι τὸ δεινόν. χρὴ δὲ ὁρᾶν, ὅπως σβέσωμεν τὴν πυράν, καὶ στήσωμεν τὸν λοιμόν, τό γε ἡμέτερον μέρος, καὶ εἴ γέ μοί τι πείθοιο, τῶν ὀδυρμῶν τούτων ἀφέμενος, ἐργάσαι λόγον παραίνεσιν ἔχοντα τοῖς νοσοῦσι, καὶ στασιάζουσι πρός τε τὴν ἑαυτῶν, πρός τε τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν ἀνθρώπων. καὶ τὸ βιβλίον ἐγὼ τοῦτο λαβὼν ἀντ' ἄλλου τινὸς φαρμάκου, ταῖς τῶν καμνόντων ἐνθήσω χερσί· καὶ γὰρ εἰσί μοι τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων φίλοι πολλοί, καὶ ἀνέξονται ἐπελθεῖν, καὶ ἅπαξ, καὶ δίς, καὶ πολλάκις. καὶ οἶδα, ὅτι ταχέως ἀπαλλάξονται τοῦ λοιμοῦ. σὺ μὲν ἔφην πρὸς τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης, καὶ τὰ τῆς δυνάμεως τῆς ἡμετέρας μετρεῖς. ἐμοὶ δὲ οὔτε πάρεστί τις λόγων ἰσχύς· τῇ τε οὔσῃ ὀκνῶ, χρήσασθαι εἰς ὑπόθεσιν τοιαύτην αἰσχυνόμενος. ἄλλον μὲν οὐδένα τοσοῦτον, Ἕλληνας δὲ ἀπαντας τούς τε ὄντας, τούς τε ἐπιγενομένους, εἰς οὐχ ἧττον ἐπὶ τῇ τοῦ βίου διεφθαρμένῃ ῥαθυμίᾳ, νῦν τὰ ἡμέτερα ἀναγκάζομαι διδάξαι κακά. εἰ γὰρ αἴσθοιντό τινες ἐκείνων, ὅτι παρὰ

A ſpiritu vehementer inſtinctum, qui lingua ſua iniquiſſima atque nefaria ſe à fide receſſurũ, & idolis immolaturum dicere auderet: dirumpi enim ſe, ac penè ſuffocari iracundia, intuentẽ homines liberos, nobiles, copijs omnibus locupletes, vitámq; delicijs plenã degere valentes, ad hanc ſeueritatẽ vitæ, duritiámq; propoſiti abduci. Tum ego his auditis acerbiori atque diriori vulnere percuſſus ſum, & ex hoc vno, mala iam omnia conijciens, orbem ſimul flebam vniuerſum, atq; ad Deũ ipſum conuerſus dicebã: Tolle animã meam à me, & B de neceſſitatib[9] erue me, & ex hac vita morti obnoxia libera me: atq; ad illum locũ trãsfer, vbi nec alius aliquis quicquã eiuſmodi loquetur; neque ipſe loquentem audiam. Noui equidẽ, quòd hinc excedentem exteriores excipient tenebræ, vbi fletus ingens erit, ac ſtridior dentiũ. Verum mihi longe iucundius & gratius eſt, dentes audire ſtridentes, quàm iſta verba reſonãtes. Videns autẽ me ille vehementiſſime lugentẽ, Non, inquit, hæc modo tempus poſcit: neq; enim his lacrymis eos qui iam perierunt, & quotidie pereunt reC cuperare vnquã poteris: nec enim reor perniciẽ iſtam finem habiturã. Magis vero quod noſtræ partis munus eſt, prouideamus diligenter, quatenus rogum iſtum extinguamus, finémq; peſti tam immani ſtatuamus. Quòd ſi mihi morẽ gerere volueris, his fletibus omiſſis, literis tuis eos omnes admonebis, qui eiuſmodi ſunt, quique contra ſuã cunctorúmq; ſimul hominũ ſalutem ſeditionis turbines excitant. At ego hoc aſſumpto libro medicaminis cuiuſdam vice eiuſmodi hominibus legendum tradam. Sunt enim mihi ex his pleriq; D coniuncti amicitia, qui patienter & ſemel, & bis, & ſæpius perlegent: atq; celeriter, vt certus ſum, hac liberabuntur peſte. Tu quidem, inquam, charitate tua vires etiã metiris noſtras, mihi vero nulla ferè vis dicendi ineſt: & ea quæ ineſſe videtur, in hac præſertim materia vti vehementer piget. Vereor enim cum cæteros, tum maxime Gentiles omnes, quique modo ſunt, & qui poſthac futuri ſunt: quorum ego non ſegnius vitæ, morúmque negligẽtiam, quàm doctrinæ peruerſitatem ſemper arguere & carpere ſolitus, timeo ne ipſi noſtra per me modo doceantur mala. Nam ſi qui ex illis fortè perſenſerint, eſſe apud

Chriſtianos quoque genus hominum adeo virtuti ac philoſophię inimicum, vt nō modo eius gratia laborare negligant, verum ne vllum quidem verbum de his fieri ſinant: nec iſto ſaltem inſaniæ furore contenti, ſi quis hæc conſulere vel loqui perrexerit, hūc exagitēt, hunc vndique exturbent: hæc, inquā, illi ſi cōpererint: vereor ne tandem ne homines quidē nos eſſe exiſtiment, ſed feras belluas, ac portēta horrenda, humanæ formæ lineamentis adumbrata, dæmoneſq; noxios, atque naturę communis inimicos: nec de his modo qui rei ſunt, verū de vniuerſa gente noſtra hanc profectò ſententiā ferent. At ille ridens, ludis ipſe planè, inquit, iſta dicens, Ego enim opportunè te iſta cura leuabo. quid enim vereréris, ne ex verbis tuis id addiſcāt, quòd dudū ex operibus ipſis vniuerſi didicerūt? Nā quaſi nequiſſimus aliquis ſpiritus omnium ſimul animos occuparit atq; expleuerit, per cunctorū ora hæ fabulæ ſermoneſq; vertūtur. Si enim vel in forum te contuleris, aſpicies tum in tabernis medicorū, tum in qualibet vrbis parte, vbi ſedē habere ſolent hi, qui nihil operari volunt, ingentē riſum ab omnibus moueri: riſus autē huius & comœdiæ materia omnis eſt eorū, quæ aduerſus ſanctos viros geſta ſunt, iucunda ac feſtiua narratio. Vt enim generoſi quidā, atq; inſignes bellatores, qui multas pugnas confecerint, hoſteſq; ſæpius fuderint, geſta ſua fortia narrare gaudent: ita & iſti in ſuis facinoribus geſtiunt, hiſque ornari ſe putant. Denique audies hunc dicentem: Primus ego manus in illum monachū inieci, eúmq; verberibus affeci. Alius vero refert: at ego ante alios illius cellulam inueni. Econtra alius: ego vero omnibus magis iudicem aduerſus illū concitaui. Alius carcerem, carceriſq; miſerias proſequitur, quódque per forū ſanctos Dei traxerit, laudis in parte conſtituit, alius item aliud: deinde ſimul omnes cachinno ſublato ſuper his gaudent, exultant, triūphant.

CAP. III. Atq; hæc quidē in conſeſſibus Chriſtianorū fiunt: Gētiles vero & hos irrident, & qui ab his irridētur: hos quidē quòd inique egerint, illos autem quòd male affecti ſunt, cūctáq; prorſus quaſi inteſtino quodam bello cōpleta ſunt: quin multo quoque iſtud atrocius bellum, quàm illud eſt. Nam qui bellum

A Χριστιανοῖς εἰσί τινες ἄνθρωποι οὕτω πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἐκπεπολεμωμένοι, ὡς μὴ μόνον τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀφίστασθαι πόνων, ἀλλὰ μηδὲ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀνέχεσθαι λόγους, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα στῆναι τῆς μανίας ἀνέχονται· ἀλλὰ κἂν ἑτέρως τις ταῦτα συμβουλεύῃ, καὶ διαλέγηται, καὶ τοῦτον πανταχόθεν ἐλαύνουσιν· ἂν ταῦτα αἴσθωνται, δέδοικα μή ποτε οὔτε ἀνθρώπους ἡμᾶς εἶναι νομίσωσιν, ἀλλὰ θηρία, καὶ τέρατα ἀνθρωπόμορφα, καὶ δαίμονάς τινας ἀλάστορας, καὶ τῆς κοινῆς φύσεως ἐχθρούς,
B καὶ ταύτην οὐ περὶ τῶν ὑπευθύνων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς ἡμῶν τοῦ ἔθνους τὴν ψῆφον ἐνέγκωσι· καὶ γελάσας ἐκεῖνος· παίζεις, ἔφη, ταῦτα λέγων. ἐγὼ γὰρ νῦν τούτου σοι εὐκαιρότερον ἐρῶ, εἴγε δέδοικας μὴ παρὰ τῶν λόγων μάθωσιν, ἃ διὰ τῶν ἔργων ἔμαθον ἅπαντες πάλαι; ὥσπερ γὰρ τινος πονηροῦ πνεύματος τὰς ἁπάντων πεπληρωκότος ψυχάς, οὕτω τὰ πάντων στόματα τούτων γέμει τῶν λόγων, κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃς, ὄψει, κἂν ἐν τοῖς ἰατρείοις, κἂν ἐν παντὶ μέρει τῆς πόλεως, ἔνθα συνεδρεύειν εἰώθασιν, εἰσπεράττειν
C οὐδὲν ἐθέλοντες, πολὺν γέλωτα παρὰ πάντων κινούμενον. ἡ δὲ τοῦ γέλωτος τούτου, καὶ τῆς κωμῳδίας ὑπόθεσις τῶν εἰς τοὺς ἁγίους ἄνδρας εἰργασμένων ἐστὶ τὰ διηγήματα. καθάπερ γὰρ τινες πολεμισταὶ πολλὰς νενικηκότες μάχας, καὶ τρόπαια στήσαντες, τὰς ἑαυτῶν ἀριστείας διηγούμενοι χαίρουσιν, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι γαυριῶνται ἐπὶ τοῖς τολμήμασι τοῖς ἑαυτῶν, καὶ ἀκούσῃ τοῦ μὲν λέγοντος· ὅτι ἐγὼ πρῶτος καὶ χεῖρας ἐπέβαλον ἐπὶ τὸν δεῖνα τὸν μοναχόν, καὶ πληγὰς ἐνέτεινα· ἑτέρου δέ, ὅτι ὁ καταγώγιον πρὸ
D τῶν ἄλλων εὗρον αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν δικαστὴν ἐγὼ μᾶλλον παρώξυνα φησὶν ἕτερος, ἄλλος ὁ δεσμωτήριον, καὶ τὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ δεινά, καὶ ὁ διὰ τῆς ἀγορᾶς ἑλκύσαι τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἐν ἐγκωμίου τίθενται μέρει, καὶ ἄλλος ἄλλο. εἶτα πάντες ἀνακαγχάζουσιν ἐπὶ τούτοις. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς τῶν Χριστιανῶν συνεδρίοις· οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ τούτους γελῶσι, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γελωμένους. τοὺς μέν, ἐφ' οἷς ἔδρασαν· τοὺς δέ, ἐφ' οἷς ἔπαθον, καὶ πολέμου τινὸς ἐμφυλίου τὰ πάντα ἐμπεπλήσθαι· μᾶλλον δὲ ταῦτα ἐκείνου πολλῷ χαλεπώτερα. ἐκεῖνον μὲν γὰρ

οἱ πολε-

οἱ πολεμήσαντες τὸν πόλεμον, ὅταν ποτὲ ὕστερον ἀναμνησθῶσιν αὐτοῦ, τοῖς τε κεκινηκόσιν αὐτὸν, ἐπαρῶνται πολλὰ, καὶ δαίμονί τινι πονηρῷ τὰ ἐν αὐτῷ γενόμενα ἅπαντα ἀνατιθέασι. κἀκεῖνοι μὲν πλέον τῶν ἄλλων αἰσχύνονται, ὅσῳ περ ἂν ἐν αὐτῷ πλέον τι τῶν ἄλλων ἐργάσωνται· οὗτοι δὲ καὶ ἐγκαλλωπίζονται τοῖς τολμήμασι· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ὅτι ἐναγέστερος οὗτος ἐκείνου ὁ πόλεμος, οὐδὲ ὅτι καὶ πρὸς ἁγίους καὶ οὐδὲν ἠδικηκότας γίνεται μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς ἀνθρώπους ποιεῖν μὲν οὐδένα εἰδότας κακῶς, πάσχειν δὲ παρεσκευασμένους μόνον. Ἐπίσχες ἔφην, ἐπίσχες. καὶ γὰρ καὶ τούτων ἡμῖν ἅλις τῶν διηγημάτων, εἴ γε μὴ παντελῶς με ἐκπνεῦσαι δέοι· ἀλλὰ μικρὰν γοῦν ἔα ἔχοντα ἰσχὺν, ἀπελθεῖν. σὺ μὲν οὖν πάντως ὅσαπερ ἐπέταξας, γενήσεται, μόνον μηδὲν ἕτερον ἡμῖν προσθῇς διήγημα, ἀλλ' ἀπελθὼν εὔχου σκεδασθῆναί μοι τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, καὶ λαβεῖν τινα παρὰ τοῦ πολεμουμένου θεοῦ ῥοπὴν, εἰς τὴν ἰατρείαν τῶν πολεμούντων αὐτόν. δώσει δὲ πάντως φιλάνθρωπός τε ὤν, καὶ τὸν θάνατον μὴ βουλόμενος τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν, καὶ ζῆν. οὕτως ἀποπέμψας ἐκεῖνον, τῶν λόγων ἡψάμην τούτων. καὶ γὰρ εἰ μὲν τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, τὸ τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ, καὶ θαυμαστοὺς ἄνδρας ἐκείνους ἕλκεσθαι, καὶ ἀπάγεσθαι συρομένους εἰς δικαστήρια, καὶ τυπτομένους, καὶ τὰ ἄλλα πάσχοντας, ἅπερ διηγησάμην ἄρτι, μηδεμία δὲ ἀπὸ τούτων, εἰς τὴν τῶν ταῦτα τολμώντων κεφαλὴν ἐπέπιπτε βλάβη, τοσοῦτον ἀπέχω ἀλγῆσαι τοῖς γενομένοις, ὅτι κἂν ἐγέλασα σφόδρα ἡδὺ, καὶ δαψιλὲς ἐπ' αὐτοῖς· ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ, ὅταν μὲν ἀκινδύνως πλήττῃ τὰς μητέρας, πολὺν κινεῖ τὸν γέλωτα ταῖς πληττομέναις αὐταῖς, καὶ ὅσῳ περ ἐκ πλείονος τοῦτο ἐργάζηται τοῦ θυμοῦ, τοσοῦτον μᾶλλον αὐταῖς ἐπιτείνει τὴν ἡδονὴν, ὡς καὶ διαχεῖσθαι, καὶ ἀνακλᾶσθαι τῷ γέλωτι· εἰ δὲ τῷ συνεχῶς, καὶ ῥαγδαίως τοῦτο ποιεῖν τρωθείη ποτὲ, ἢ βελόνης τῷ χιτωνίσκῳ τῆς μητρὸς περὶ τὴν ζώνην ἐμπεπαρμένης, ἢ τῆς κερκίδος περὶ τοῖς στέρνοις τοῖς μητρικοῖς, τὴν χεῖρα τοῦ παιδὸς δεξαμένης,

A illud bellauerint, quoties eius poſtmodum illis in mentem venerit, eos qui id mouerunt, authoréſque fuerũt ciuilis diſcordiæ, maledictis omnibus inſectātur, maláque illis imprecantur omnia, dæmoni cuidam iniquiſſimo cuncta, quæ in illo geſta fuerint, accepta referunt. Et ibi quidē tanto ampliore quiſque ſuffunditur pudore, quanto maius quàm cæteri facinᵘˢ aliquod admiſerit: iſti autē ſuo ſcelere atque audacia gloriantur. Neque idcirco tantũ hoc bellum illo ſceleratius atque funeſtius eſt, quòd aduerſus ſanctos & innocentes
B viros, & qui neminem penitus iniuria laceſſierint, fit: verùm quòd aduerſus eos fit, qui nulli nocere aut male facere nouerunt, pati vero tantũmodo parati ſunt. Tum ego cohibe, inquã, te queſo cohibe, ſatis iam eiuſmodi narrationũ, quibus niſi me enecare mauis, ſaltem modicũ hoc viriũ quod ſupereſt mihi relinquẽs, miſſum me facito. Equidem libenter mandatis tuis obſequar: tu tantum nihil nobis amplius eiuſmodi enarres, ſed abiens precare, vt diſiecta atq; diſſipata mœroris nebula momẽti aliquid, atque adminiculi accipiam ab
C illo qui oppugnatur Deo in eorum qui ſe oppugnãt medicinam atque ſanitatem. Dabit autē id penitus, quippe clementiſſimus cum ſit, malitque cõuerti peccatores, ac viuere, quàm emori. Sic itaque illo à me dimiſſo, ſcribendi negocium hoc protinus arripui. Nempe enim ſi hoc tantũ malũ eſſet, atque in in eo totius rei cardo verſaretur, quòd ſancti illi, atque admirabiles viri traherentur, affligerentur, excruciarentur, necarentur, abducti ad iudicia, atque cæſi, cæteráque id genus perpeſſi, quæ modo enarraui: nullũmque ex
D his detrimentum in eorum conuerteretur caput, qui ita facinoroſi ſunt, in tantum abeſſet, vt in his dolore aliquo, aut mœrore commouerer, vt etiam iucũdiſſimè atque vbertim riderem. Nam & infantes pueri quoties quidem ſine ſuo periculo feriunt matres, riſum illis vel copioſiſſimum mouent: quantóque vehementiore cum iracundia percuſſerint, tanto maiore illas voluptate afficiunt, ita vt effundantur ſæpius, atque incuruentur, & penè diſrũpantur riſu: ſin vero dum id iugiter infans, ac validius facit, vulneretur aliquando ſiue acu circa zonam tunicæ matris affixa, ſiue radio maternis pectoribus appenſo, ferientis manum excipiente:

tunc vero tunc omiſſo riſu mater, maiore, quàm is qui vulneratus fuerat, atque acriore dolore conſtringitur, & interim quidẽ curat, fouet atque alligat vulnus: ex hinc vero maximis minis, ne quid iam tale agat, interdicit, ne rurſus patiatur eadem. Itaque & nos idipſum feciſſemus, ſi puerorũ hanc eſſe iracundiam conſpiceremus, aut eſſe hanc infantiũ plagam, nec ſummã illis perniciem inferentem. Quoniam vero poſt modicum, etſi ipſi modo non ſentiant, furore ſcilicet atque amentia præcipites, ingemiſcent, flebunt & lamentabuntur: nec talem fletũ flebunt, qualem infantes pueri, ſed eum qui in exterioribus tenebris, igníq; inextinguibili agitur: paria item matribus faciamus, hoc tantũ ab eis differentes, quòd nos non cũ interminatione aut iniuria, vel contumelia, vt illæ faciunt, verum blandiſſime, ſummáq; cum lenitate ac mãſuetudine pueros iſtos alloquemur. Nempe quòd ſancti illi viri nihil ex huiuſmodi lædãtur, nihilque omnino detrimenti patiantur, quinimo & merces illis copioſior, & fiducia maior augeatur. Si quidem futura bona adduxerimus in medium, atque ex his trahere argumẽta voluerimus, affatim fortaſſe ridebitis: quippe qui eiuſmodi riſum ſemper ex inſtituto veſtro ridere ſoleatis: his tamẽ, quæ ante oculos ſunt, quę tenẽtur, profecto creditis, etiã ſi millies ridiculoſi eſſe perſtiteritis: neque enim his fidem nõ habere poteritis, ne ſi volueritis quidem, rebus ipſis ita eſſe clamantibus.

CAP. IV. *Cum Nerone comparat accuſatores monachorum.*

Neronem prorſus ex fama nouiſtis: vir enim impudicitia, ſceleribúſq; omnibus inſignis fuit, primúſq; ac ſolus in tanto imperij culmine, nouos quoſdã laſciuiæ, flagitij, atque turpitudinis modos excogitauit, exquiſiuit, inuenit. Hic itaque Paulo beatiſſimo (vno enim eodémque tẽpore vitam iſtam agebant) eiuſmodi ac prorſus ſimillima crimina obijciens his quæ vos modo ſanctis viris obijcitis. Pellicem enim eius, quam ille deperibat, atque in delicijs habebat, cum induxiſſet fidei ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat vnà inceſtum illum impurúmque congreſſum declinare: hæc, inquam, ille crimina obiectans, corruptorémque nequam, flagitioſum atque nebulonem, & his ſimilia, quæ vos modo perſtrepitis, Paulum vocitans, primũ quidẽ coniecit in vincula: cum vero vt puellæ eiuſcemodi monita atq; cõſilia dare deſineret, illi perſuadere non poſſet, necauit tandem.

A τότε δὴ τότε, τὸν γέλωτα ἀφεῖσα ἡ μήτηρ,
μείζονι τοῦ πληγέντος περιωδυνίᾳ κατέχεται.
καὶ τέως μὲν θεραπεύει τὸ τραῦμα, τοῦ λοι-
ποῦ δὲ μετὰ σφοδρᾶς ἀπαγορεύει τῆς ἀπει-
λῆς, τὰ τοιαῦτα μὴ ποιεῖν, ὡς μηκέτι παθεῖν
τὰ αὐτά. καὶ ἡμεῖς τοίνυν τὰ αὐτὰ ἂν ἐδρά-
σαμεν, εἰ τὸν παιδικὸν, τοῦτον ἑωρῶμεν θυμὸν,
καὶ τὴν τῶν νηπίων πληγὴν, μὴ μέγαν αὐ-
τοῖς τὸν ὄλεθρον φέρουσαν. ἐπειδὴ δὲ μικρὸν
ὕστερον, κἂν μὴ νῦν αἰσθάνωνται τῷ θυμῷ κα-
τεχόμενοι κλαύσονται, καὶ οἰμώξονται, καὶ ὀδυ-
B ροῦνται οὐ τοιοῦτον ὀδυρμὸν, οἷον τὰ παιδία τὰ
μικρὰ, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ σκότει τῷ ἐξωτέρῳ,
τὸν ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀσβέστῳ· τὸ αὐτὸ πάλιν
ταῖς μητράσι ποιήσωμεν, τοσοῦτον αὐτῶν διαλ-
λάττοντες, ὅσον οὐ μετὰ ἀπειλῆς, καὶ ὕβρεως
καθάπερ ἐκεῖναι, ἀλλὰ μετὰ κολακείας, καὶ
προσηνείας πολλῆς πρὸς τὰ παιδία ταῦτα
διαλεξόμεθα. ἐπεὶ ὅτι γε τοῖς ἁγίοις οὐδε-
μία ἀπὸ τούτων ἡ βλάβη, ἀλλὰ καὶ μείζων
ὁ μισθὸς, καὶ πλείων ἡ παρρησία. εἰ μὲν τὰ
μέλλοντα εἴπωμεν ἀγαθὰ, τάχα καὶ γελάσεσθε
μέγα, ἅτε τοιοῦτον ἀεὶ γέλωτα μελετῶντες γε-
C λᾶν· τοῖς δὲ παροῦσι κἂν μυριάκις ἦτε φιλο-
γέλωτες, οὐκ ἀπιστήσετε. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐθέλη-
τε, δυνήσεσθε τῶν πραγμάτων ὑμῖν οὕτως
ἀντιφθεγγομένων αὐτῶν. τὸν Νέρωνα πάντως ἀ-
κούετε· καὶ γὰρ ἐπίσημος ὁ ἀνὴρ ἀπὸ τῆς ἀ-
σελγείας ἐγένετο πρῶτος, καὶ μόνος εὑρὼν ἐν
ἀρχῇ τοιαύτῃ καινούς τινας ἀκολασίας, καὶ ἀ-
σχημοσύνης τρόπους. οὗτος ὁ Νέρων τὸν μακά-
ριον Παῦλον· καὶ γὰρ ἔτυχε κατὰ τοὺς αὐτοὺς
ἐκείνῳ γενόμενος χρόνους· τοιαῦτα ἐγκαλῶν,
οἷάπερ ὑμεῖς τοῖς ἁγίοις τούτοις ἀνδράσι. παλ-
D λακίδα γὰρ αὐτοῦ σφόδρα ἐπέραστον πείσας
τὸν περὶ τῆς πίστεως δέξασθαι λόγον, ἔπεισεν
ὁμοῦ, καὶ τῆς ἀκαθάρτου συνουσίας ἀπαλ-
λαγῆναι ἐκείνης. τοιαῦτα γοῦν ἐγκαλῶν ἐκεῖ-
νος, καὶ λυμεῶνα, καὶ πλάνον, καὶ τὰ αὐτὰ, ἅπερ
ὑμεῖς φθέγγεσθε, τὸν Παῦλον ἀποκαλῶν, τὸ μὲν
πρῶτον ἔδησεν, ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε τῆς πρὸς τὴν
κόρην ἀποστῆναι συμβουλῆς, τέλος ἀπέκτεινε.

SATIS quidem & iſta eſſe poterant, quibus incuteretur ſtupor ingens, atque horror. Quòd ſi qui ſuper his prophetæ illud nunc loquatur: Obſtupuit cœlum ſuper hoc, & exhorruit terra vehementer. Itémque, Stupor atque horrenda facta ſunt in terra: opportune & hæc, & huiuſmodi cuncta proſequetur. Verum id longe grauius atque acerbius eſt, quòd non modo alieni quidam, & nullo his quibus cõſulitur propinquitatis, nullo familiaritatis iure coniuncti, ita indignantur & fremũt, verum ipſi quoque propinqui ac parentes ſuper his iraſci C didicerunt. Tametſi non ſum ignarus complures eſſe, qui patribus quidẽ ita affectis facile ignoſcẽdum putant, nec propterea valde admirari dicunt: ſuffocari autem ſe ac penè diſrumpi iracundia, cum videant eos, qui neque patres ſunt, neque amici, neque propinqui, neque vlla penitus alia ex parte neceſſarij, quin & frequenter ignoti, aduerſus eos qui philoſophari inſtituunt, hoc ipſum pati, atque ipſis patribus magis angi & dolere, eóſque qui illos hortati ſunt, & ad eius vitæ amorem traduxerunt oppugnare, inſimu- D lare, ac maledictis omnibus perſequi. Mihi vero longe alia mens eſt. Eos enim qui nullũ paterni affectus priuilegium, nullum ius amicitiæ ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi, nihil profecto nouũ, aut mirum videri debet, partim inuidiæ ſtimulis cõcitatos, partim malitiæ ſuæ, atq; vitijs aliorum perditionẽ ſolatio, & excuſationi eſſe arbitrãtes; miſere id quidem & infeliciter, arbitrãtes tamen. At vero qui genuerunt, qui educauerunt, qui diebus ſingulis natos ſuos proficere, ſibique ipſis & ad virtutem, & ad gloriam præcellere & cupiunt, & optant: qui propterea cuncta & patiuntur & faciunt, eos quadam veluti ebrietate correptos repente mutari, angique ac dolere vehementius, cum ab ſe liberi ad philoſophiã abducuntur: hoc profecto eſt,

Cap. 1.

Hier. 2. 12. & 5. 30.

quod vnum omnium ego maxime admiror, quódque omnia iam corrupta ſint & perdita, ſatis firmum & validum argumentum eſſe duco. Hoc enim nec prioribus temporibus vnquam contigiſſe, vllus eſt, qui poſſit dicere, ne tum quidem cum late dominaretur error: ac tum quidem ſemel memoratur in Gentili & Græca ciuitate, ſed quam tyrãni incubabant. Neque tamen tum parentum aliquis, vt nunc, ſed hi qui arcem occupauerant, ne hi quidem omnes, ſed qui horum erat flagitioſiſſimus: Socratem irridens, iubebat philoſophiam tueri, atque ad eam hortari deſineret: verum ille tyrãnus perfidus, ſæuus, atrox, & qui ad euertẽdam rempublicam cuncta moliebatur, alieniſque in malis acquieſcebat & gloriabatur, cum ſciret nihil æque atque talem iuſſionem optimum reipublicæ ſtatum poſſe peruertere, id auſus eſt, quod ante illum nemo. At hi & fideles, & in bene inſtitutis ciuitatibus, ac ſub optimis legibus degentes, liberiſque ſuis conſultum cupientes, ea de ſanctis viris loqui audent, quæ tyrannus de his quibus dominaretur auſus eſt, nec erubeſcunt. Itaque quod hi ſic indignentur potius, quàm quod illi admirandum eſt. Idcirco & ego illos miſſos faciens, iſtos qui in primis curam filiorum gerunt: loquar verius, qui curam gerere debuerant, non autem gerunt: leniter & ſumma cum moderatione alloquar: hoc ab illis primum bona venia impetratum cupiens, vti ne moleſte ferant, neu indignentur, ſi quid vtile ſit, quidve magis expediat illorum liberis nos melius ſcire dixerimus, quàm illos ipſos. Neque enim quiſq; qui procrearit filium, quid etiam illi conducat docere eum poterit, etſi eiuſce inſtruendi voluntas honeſta non deſit, quam elicit à natura inſitus parentum ſingularis ad filios affectus. Ad id enim edocendum diligenter quid vtile ſit, neque procreando pater, neque amando vnquam ſufficeret. Nam ſi iſtud concederetur, nemo hominum certè patre melius noſſe atque conſpicari poſſet quidnam eſſet filio vtilius: ſicuti ne in amando quidem filio nemo eſt qui patrem ſuperet, vel etiam exæquet. Quinimo ipſi quoque patres ex his quæ ſtudioſe agunt, hoc ipſum ſe ignorare confitentur, cum ad magiſtros ducunt, cum pædagogis inſtruendos tradunt,

A ὃ μάλιστα πάντων ἐγὼ θαυμάζω, καὶ τοῦ πάντα διεφθάρθαι τεκμήριον εἶναί φημι ἱκανόν. τοῦτο γὰρ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων ἔχοι τις ἂν γεγενημένον εἰπεῖν, ὅτε καὶ τὰ τῆς πλάνης ἐκράτει λαμπρῶς· ἀλλ' ἐγένετο μὲν ἅπαξ ἐν Ἑλληνίδι πόλει, τυραννουμένῃ δέ. οὐδὲ γὰρ δή ποτε τῶν γονέων τις καθάπερ νῦν, ἀλλ' οἱ τὴν ἀκρόπολιν καταλαβόντες· μᾶλλον δὲ οὐδὲ οὗτοι πάντες, ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν ὁ μιαρώτατος τὸν Σωκράτην καλέσας, ἐκέλευε τῶν ὑπὲρ φιλοσοφίας ἀποστῆναι λόγων· B ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, καὶ τύραννος, καὶ ἄπιστος, καὶ ὠμὸς, καὶ ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς πολιτείας ἅπαντα πράττων, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐντρυφῶν κακοῖς, καὶ εἰδὼς, ὅτι πολιτείαν ἀρίστην οὐδὲν ἕτερον ἀνατρέψαι δυνήσεται, ὡς τὸ τοιοῦτον ἐπίταγμα, ταῦτα ἐτόλμησεν. οὗτοι δὲ πιστοὶ, καὶ ἐν εὐνομουμέναις δῆθεν πόλεσι ζῶντες, καὶ περὶ παίδων τῶν αὐτῶν βουλευόμενοι ταῦτα φθέγγεσθαι τολμῶσιν, ἃ περὶ τῶν τυραννουμένων ὁ τύραννος, καὶ οὐκ αἰσχύνονται· ὥστε ὑπὲρ τούτων μάλιστα δυσχεραινόντων, ἢ τῶν ἄλλων θαυμάζειν χρή. καὶ διὰ τοῦτο καὶ C αὐτὸς ἐκείνων ἀφέμενος, τούτοις οἷς μάλιστα μέλει τῶν παίδων, μᾶλλον δὲ οἷς μέλειν μὲν ἔδει, μέλει δὲ οὐδαμῶς, διαλέξομαι προσηνῶς, καὶ μετ' ἐπιεικείας πολλῆς τοσοῦτον αὐτοὺς παραιτησάμενος, μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ ἀγανακτεῖν, εἴ τις τὸ λυσιτελὲς τοῖς ἐκείνων παισὶ, μᾶλλον αὐτῶν ἐκείνων εἰδέναι λέγοι. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ, σπεῖραι παῖδα πρὸς τὸ συμφέρον τὸν γεννήσαντα διδάξαι τὸν γεννησάμενον, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν φιλοστοργίαν τοῦ τεχθέντος, μεγάλα ἂν τοῦτο συμβάλλοιτο· D πρὸς δὲ τὸ μαθεῖν αὐτοῦ τὸ λυσιτελὲς ἀκριβῶς, οὔτε τὸ σπείρειν, οὔτε τὸ φιλεῖν ἀρκέσειεν ἄν. ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, οὐδένα ἀνθρώπων πατέρος μάλιστα τὸ χρήσιμον ἐχρῆν ὁρᾶν τοῦ παιδός· ἐπειδὴ μήτε φιλεῖν μᾶλλον αὐτοῦ τῶν ἄλλων δύναιτό τις τοῦτον. νῦν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ πατέρες δι' ὧν ποιοῦσιν, ὁμολογοῦσι τοῦτο ἀγνοεῖν· ὅταν πρὸς διδασκάλους ἄγωσιν, ὅταν παιδαγωγοῖς ἐγχειρίζωσιν,

ὅταν μυρίους παραλαμβάνωσι συμβούλους, περὶ τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, ἐφ' ἣν τὸν παῖδα ἄγειν δεῖ βουλευόμενοι. καὶ οὐ τοῦτό που θαυμαστόν. ἀλλ' ὅτι πολλάκις βουλῆς γενομένης τὴν αὐτῶν ἀκυρώσαντες, τὴν ἑτέρων ἔστησαν ὑπὲρ τῶν οἰκείων βουλευόμενοι παίδων. μὴ τοίνυν, μηδὲ πρὸς ἡμᾶς δυσχερῶς ἐχέτωσαν, εἰ λέγοιμεν, ὃ συμφέρον αὐτοῖς εἰδέναι μᾶλλον· ἀλλ' εἰ μὴ διὰ τῶν λόγων ἀποδείξαιμεν, τότε κατηγορείτω, τότε διαβαλλέτω ὡς ἀλαζόνας ὄντας, καὶ λυμεῶνας, καὶ τῆς φύσεως ἁπάσης ἐχθρούς. πῶς οὖν τοῦτο ἔσται δῆλον, καὶ πόθεν εἰσόμεθα, τίς μὲν ὁ τὸ συμφέρον ὄντως ὁρῶν, τίς δὲ ὁ δοκῶν μὲν ὁρᾶν, ὁρῶν δὲ οὐδαμῶς; ἂν τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους καθάπερ τινὰς ἀνταγωνιστὰς εἰς ἐξέτασιν κατιέναι καταναγκάσαντες, καὶ συμπλακῆναι, περὶ τούτων ἀδεκάστοις κριταῖς ἐπιτρέψωμεν τὴν ἐξέτασιν. ὁ μὲν οὖν τοῦ ἀγῶνος νόμος πρὸς τὸν Χριστιανὸν ἀποδύεσθαι κελεύει, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀγωνίζεσθαι μᾶλλον, καὶ πλεῖον οὐδὲν ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν. τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; ὁ μακάριος Παῦλός φησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ συμβαίνει πολλοὺς, καὶ ἀπίστους εἶναι τῶν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἑλκομένων παίδων πατέρας· καί τοί γε τοῦ νόμου τῶν ἀγώνων ἀφιέντος ἡμᾶς τῆς πρὸς τούτους μάχης, ἑκόντες αὐτοὶ, καὶ μετὰ προθυμίας πρὸς τούτους ἀποδυσόμεθα πρώτους. καὶ εἴ τε πρὸς τούτους μόνον ἦν ἡμῖν ὁ ἀγὼν καί τοί γε δυσχερέστερός τι ἐστὶ, καὶ πλείονας ἔχει λαβάς. ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ συμβαίνει ταὐτὸν, οἷον ἂν εἴ τις βασιλείας ἐρῶν πείθῃ τὸν οὐκ ἐθέλοντα πιστεῦσαι πρότερον, ὅτι τὸ πρᾶγμα ὑφέστηκεν. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως εἰς στενὸν ἡμῖν κατακεκλεισμένων τῶν λόγων, πρὸς τούτους ἠθέλησα ἂν μόνους, τὸν ἀγῶνά μοι γενέσθαι τοῦτον. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ πιστοῦ, πολλὰ μὲν ἡμῖν τὰ δικαιώματα· ἀλλ' ὅμως τὴν ἐκ τῆς τῶν δικαίων περιουσίας ἡδονὴν, συσκιάζει τῆς αἰσχύνης ἡ ὑπερβολή. αἰσχύνομαι γὰρ

A cum plurimos conſiliarios aſſumunt, qui, quónam vitæ propoſitũ filio arripiendum ſit, quíve delectus habendus, & amice & fideliter conſulant. Id verò nequaquam mirum eſt, ſed quòd, dum de filijs cõſultant, dum familiari colloquio quod ſentit quiſque in mediũ adducit, illi nõnunquam ſuam irritã reddentes, aliorum ſententiam ratam eſſe atque obtinere voluerunt. Itaque ne nobis quidem ſuccenſeant, neque indignentur ſi quod eorum liberis vtile futurum ſit, nos illis melius noſſe diximus: verum niſi id certa ratione con-
B ſtiterit, tunc accuſent, tunc affligant, tunc probris appetant, veluti reuera perditos, flagitioſos, ac naturæ totius inimicos. Quónam ergo modo iſtud CAP. II.
manifeſtum erit, aut qua ratione ſcire certius poterimus quiſnã ſit, qui quod vtile ſit planè proſpiciat, quíſve qui proſpicere quidem ſibi videatur, nequaquam vero ſciat? Si vtrorumque rationes pugnãtium in morem ad examen iudicij deſcẽdere, atque congredi cominus cogamus, permiſſa omni de hiſce iudicandi facultate incorruptis, integerrimiſque iudicibus. Itaque lex
C quidẽ certaminis noſtri aduerſus Chriſtianum exui ad pugnam iubet, atque cum illo ſolummodo certare, qui ſit eiuſdem religionis cultor, nihilq́; amplius requirit à nobis. Quid enim ad me attinet eos etiam qui foris ſunt iudicare? ait beatus Paulus. Verum quia 1.Cor 5.12.
ſæpe contingit, vt plurimi ex his qui ad cœlum pertrahuntur, filij Gentilibus atq; infidelibus patribus nati ſint, quãquam lex certaminis nos contra huiuſmodi dimicare non iubeat, ſponte tamen ipſi, ſummáque alacritate aduerſus iſtos primum pugnare aggredimur.
D Atque vtinam aduerſus iſtos tantum nobis certamen indiceretur, quãquam ipſum quidẽ perdifficile eſt, plurimáq; habet capita. Animalis enim homo 1.Cor.2.14
non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia quippe illi eſt. Proſus idẽ facimus, ac ſi aliquẽ hortari vellemus, vt cœleſte regnũ appeteret, qui antea credere an id eſſet, aut quidnam eſſet, renuiſſet. Sed tamẽ cum tantis anguſtijs coarctatus ſim: ſic quoque aduerſus iſtos tantum hoc mihi certamen indici vehementer optarem. Nam ſi ad infidelem aliquem hic mihi ſermo inſtituatur, erunt mihi iura complura, bonitáſque cauſæ adiuuabit plurimum, etſi eam victoriæ meæ voluptatem obſcurat & obruit magnitudo verecundiæ. Suffundor enim

vehementer, ſi aduerſus illum quoque me pugnare neceſſe ſit, vereórque ne hoc crimen tantùmodo Gentilis mihi poſſit objicere: nam in reliquis illum, & quidem facile ſuffragante gratia diuina capiemus, atq; ſi voluerit eſſe non ingratus, cito illum non modo ad amorem huius vitæ traducemus, verum ad ipſius quoq; doctrinæ ac religionis deſiderium, à qua vita illi initium & materiam ſumpſit. Tantum vero abeſt, vt certamẽ aduerſus illũ ſubire metuam, vt cum id primũ durius atque difficilius mea oratione conſtituero, tum demum pugnare aggredi inſtitũ. Fingamus nempe patrẽ iſtiuſmodi nõ modo eſſe Gentilem, ſed nobilem, & quoque vltra omnes homines locupletem, inſignem, ſingulari potentia prẹditum, habeat agros plurimos, ædes permultas, aurique innumera talenta: ſit præterea clariſſima patria & regia, illuſtriſſimo genere, neque habeat alios liberos, neque ſe habiturũ ſperet: ſed huic ſoli innitatur, & ex hoc ſolo pẽdeat. Quin & ipſe ſit ſummæ ſpei, eóq; ingenio, & induſtria, vt ad imperia, & ad magiſtratus maturè aſcenſurus expectetur, patrémque ipſum & ſplendore, & gloria breui ſuperaturus, omnibúſq; vitæ cõmodis longe anteiturus. Tum vero in medio tantæ ſpei & expectationis accedat aliquis ad illum, atque de hac ei philoſophia verba faciẽs, perſuadeat vt ſpretis illis omnibus, veſtem ſe ruſticã induat, & relicta vrbe ad montẽ confugiat, ibique plantet, inſerat, riget, aquas ferat, cæteráque monachorum faciat opera, quæ & vilia, & indigna eſſe videantur. Incedat prẹterea diſcalceatus, & humi iacens quieſcat, efficiatúrque pallidus, gracilis, ac macie cõfectus decorus ille adoleſcens, qui tantis antea in delicijs & honoribus degebat, tantæque ſpei ſigna præ ſe ferebat, viliúſque etiam quã ſerui ſui veſtiatur: num ſatis multas accuſatori occaſiones dedimus, ſatiſve aduerſarium armauimus? Præbeamus illi alias quoque, ſi ſatis adhuc inſtructus nõ eſt: præter iſta enim quæ dicta ſunt, omnia moueat pater cũctáque moliatur, vt diſſuadeat filio, atque ab arrepto illum inſtituto reuocet: ſed incaſſum, vtpote cum ille ſupra petram collocatus ſit, & fluminibus & pluuijs,

A ὅταν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑπὲρ τούτων ἀποτείνεσθαι ἀναγκαζώμεθα, καὶ δέδοικα μὴ τοῦτό μοι μόνον ὁ Ἕλλην ἔγκλημα δικαίως ἔχῃ προσβαλέσθαι· ἐπεὶ τοῖς γε ἄλλοις αὐτὸν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ῥᾳδίως αἱρήσομεν, κἂν εὐγνώμων εἶναι ἐθέλοι, ταχέως αὐτὸν οὐ πρὸς τὸν ἔρωτα τοῦ βίου τούτου μεταστήσομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν δογμάτων τὴν ἐπιθυμίαν, ἀφ' ἧς ὁ βίος ἔχει τὴν ὑπόθεσιν ἅπασαν. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω φοβηθῆναι τὸν πρὸς αὐτὸν ἀγῶνα, ὅτι καὶ χαλεπώτερον αὐτὸν πρότερον καταστήσας B τῷ λόγῳ, οὕτως ἅψομαι τῶν παλαισμάτων. κείσθω γὰρ μὴ μόνον Ἕλληνα τοῦτον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ πλούσιον ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἀπόβλεπτον, καὶ ἐν δυναστείᾳ καθεστάναι μεγάλῃ, καὶ πολλοὺς μὲν ἀγροὺς ἐχέτω, πολλὰς δὲ οἰκίας, μυρία δὲ χρυσίου τάλαντα. ἔστω δὲ καὶ πατρίδος τῆς βασιλικωτάτης, καὶ γόνοις τοῦ περιφανεστάτου, καὶ μήτε ἐχέτω παῖδας ἑτέρους, μήτε ἕξειν ἐλπιζέτω τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' ἐν τούτῳ σαλευέτω μόνον. ἔστω δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ἐν ἐλπίσι χρησταῖς, καὶ ταχέως ἐπὶ C τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀναβήσεσθαι προσδοκάσθω, καὶ λαμπρότερον αὐτοῦ φανήσεσθαι, καὶ πάντας αὐτὸν ἀποκρύψειν τοῖς βιωτικοῖς· εἶτα ἐν μέσῳ τῶν ἐλπίδων τούτων προσερχέσθω τις, καὶ διαλεγέσθω περὶ ταύτης αὐτῷ τῆς φιλοσοφίας, καὶ πειθέτω πάντων ἐκείνων καταγελάσαντα, περιβαλέσθαι ἱμάτιον ἁδρὸν, καὶ τὴν πόλιν ἀφέντα πρὸς τὸ ὄρος φυγεῖν, καὶ φυτεύειν ἐκεῖ, καὶ ἀρδεύειν, καὶ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τὰ τῶν μοναχῶν ποιεῖν, τὰ δοκοῦντα εἶναι καὶ εὐτελῆ, καὶ ἐπονείδιστα. ἔστω δὲ καὶ ἀνυπόδετος, καὶ χαμαὶ καθευδέτω, γε- D νέσθω δὲ καὶ λεπτὸς, καὶ ὠχρὸς ὁ καλὸς νεανίας οὗτος, ὁ ἐν τοσαύτῃ τρυφῇ, καὶ τιμῇ διατελῶν, καὶ τοιαύτας ἔχων ἐλπίδας, καὶ τῶν οἰκετῶν τῶν ἑαυτοῦ εὐτελεστέραν περικείσθω στολήν· ἆρα ἱκανὰς ἐδώκαμεν τῷ κατηγόρῳ τὰς λαβὰς, καὶ ἀρκούντως συνεπλάσαμεν τὸν ἀνταγωνιστήν; εἰ δὲ μὴ ἀρκούντως, καὶ ἑτέρας αὐτῷ παρέξομεν προφάσεις. μετὰ γὰρ τούτων, καὶ πάντα κινείτω τὰ μηχανήματα πρὸς τὸ μεταπεῖσαι τὸν υἱὸν, καὶ πάντα εἰκῇ, καθάπερ ἐπὶ πέτρας ἑστῶτος αὐτοῦ τοῦ παιδὸς, καὶ τῶν ποταμῶν, καὶ τοῦ ὑετοῦ,

καὶ τῶν πνευμάτων ἀλογώτερον γινομένου. θρηνείτω δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ προβαλλέτω δάκρυα, ὥστε μᾶλλον ἐμπρῆσαι τὸν καθ' ἡμῶν θυμὸν, καὶ πρὸς πάντας τοιαῦτα κατηγορείτω συνεχῶς ἐντυγχάνων· ἐφύτευσα, ἔθρεψα· ἐταλαιπωρήθην διὰ πάσης τῆς ἡλικίας, πάντα ποιῶν, καὶ πάσχων, ἅπερ ἐκ τῆς παιδοποιΐας ταύτης συμβαίνειν εἰκὸς, χρηστὰς εἶχον ἐλπίδας, διελέχθην παιδαγωγοῖς, παρεκάλεσα διδασκάλους, ἀνάλωσα χρήματα, ἠγρύπνησα πολλάκις ὑπὲρ εὐκοσμίας φροντίζων, ὑπὲρ παιδεύσεως, ὅπως μηδενὸς οὕτως τῶν προγόνων λείποιτο τῶν αὐτοῦ, ὅπως ἁπάντων φανείη λαμπρότερος. συνδιοίσειν μοι τοῦτον τὸ γῆρας προσεδόκησα. προϊόντος τοῦ χρόνου, περὶ γυναικὸς ἐβουλευόμην καὶ γάμου, περὶ ἀρχῆς, καὶ δυναστείας, ἀλλ' ἐξαίφνης ὥσπερ τις σκηπτὸς, ἢ καταιγὶς πόθεν ἐπιπεσοῦσα, μυριαγωγὸν ὁλκάδα καὶ πολλῶν γέμουσαν φορτίων, καὶ μακρὸν διανύσασαν πέλαγος, καὶ ἐξουσίας πλέουσαν, καὶ πρὸς αὐτῷ λοιπὸν οὖσαν τῷ λιμένι, μικρὸν πρὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατέκλυσε, καὶ μὴ μόνον πενίας τῆς ἐσχάτης, ἀλλὰ καὶ θανάτου τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἀπωλείας δέος, μὴ τῷ τὰ τοιαῦτα πεπλουτηκότος κεφαλῇ περιεστήσατο ὁ χειμών· οὕτω δή μοι συμβέβηκε νῦν. οἱ γὰρ ἐπάρατοι, καὶ λυμεῶνες, καὶ πλάνοι· λεγέτω γὰρ δὴ καὶ ταῦτα· οὐ δ' ὀργισόμεθα, ἐκ τῶν τοσούτων ἐλπίδων ἀναρπάσαντές μοι τὸν γηροβοσκὸν, καθάπερ τινὲς λῄσταρχοι πρὸς τὰ αὑτῶν καταλύσεις ἀπήγαγον, καὶ οὕτω ταῖς αὑτῶν κατεγοήτευσαν ἐπῳδαῖς, ὡς ἑλέσθαι καὶ πρὸς σίδηρον, καὶ πρὸς πῦρ, καὶ πρὸς θηρία, καὶ πρὸς πάντα ὁτιοῦν στῆναι γενναίως, ἢ πρὸς τὴν προτέραν εὐπραγίαν ἐπανελθεῖν, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ταῦτα πείσαντες μᾶλλον ἡμῶν προσποιοῦνται τὸ συμφέρον ὁρᾶν. ἔρημοι μὲν οἰκίαι, ἔρημοι δὲ ἀγροί· κατηφείας δὲ, καὶ αἰσχύνης μεστοὶ μὲν οἱ γεωργοὶ, μεστοὶ δὲ οἰκέται· καὶ φαιδροὶ μὲν ἐπὶ τοῖς κακοῖς τοῖς ἐμοῖς ἐχθροί· ἐγκαλύπτονται δὲ οἱ φίλοι, παρ' ἐμοὶ δὲ οὐδεμία γνώμη κρατεῖ· ἀλλ' ἢ ὥστε πῦρ ἐπαφεῖναι, καὶ φλέξαι πάντα, καὶ οἰ-

A & ventis cedere non norit. Lamentetur, & lugeat, atque lacrymas emittat, & vt indignationem omniũ aduerſum nos magis incendat, circumeat iugiter mœrens afflictus, ſordidatus: omnéſq; prenſans, contra nos huiuſmodi accuſationem cõmoueat. Filium ego genui, & enutriui, ætatémque omnem in ærumnis contriui, cuncta ea & gerens & patiens quæ ex hac educatione liberorũ ſolent accidere. Spem de illo optimam habui, pædagogos accerſiui, magiſtros obſecraui, pecunias impendi, vigilaui ſępiſſime, curam gerens ingen- CAP. III.

B tem, vt quàm ornatiſſimus atque eruditiſſimus euaderet, vt in nullo maioribus ſuis eſſet deterior, vt omnibus appareret illuſtrior & clarior. Expectabã hunc ſenectuti meæ ſolatio & adiumento fore, proceſſúque temporis de vxore, ſplendidiſſimóque matrimonio tractabam, de imperio, de magiſtratibus, & inſigni poteſtate cogitare cœperam: Cum repente tanquam fulmen, aut procella ingens, neſcio qua parte irruens precioſiſſimam nauem, multiſque oneribus refertam, quæ plurima pelagi ſpacia confecerat, ac ſecundis

C ventis nauigabat, cum iam ad portum propinquaret, non longè ab ipſo oſtio ſubmerſit: metúmque non modo extremæ paupertatis, verum acerbiſſimæ mortis, ac perditionis eius capiti, qui iſta parauerat, tempeſtas illa ſæua circundedit. Sic ſic profectò mihi nunc contingit. Namque execrabiles illi, flagitioſi, perditi nebulones (dicat enim hæc, atque huiuſmodi cætera, nihil illi ſuccenſebimus) tantæ ſpei filium, ſenectutis meæ cuſtodem & nutritorem, veluti latrones quidam immaniſſimi mihi repente ſubductum in

D ſpeluncas ſuas abduxerunt: adeóque illum ſuis carminibus excantauerunt, vt eligat magis aduerſus ferrũ, ignem, beſtias, aduerſus omnia denique fortiter ac ſumma conſtantia perſiſtere, quàm ad priorem proſperitatem prioreſque copias remeare. Quódque his durius & grauius eſt, illi ipſi qui hæc perſuaſerũt, melius ſe quid ſit vtile ſcire, atq; intueri profitentur, quàm nos. Deſertæ iam domus, deſolati agri, ipſique agricolæ, ac ſerui luctu ac mœrore pleni ſunt. Exultant in malis meis inimici, pudoréque operiuntur amici. Apud me autem nulla ſententia obtinet, niſi vt iniecto igne cuncta ſimul exuram,

ædes, agros, armenta boum, greges pecorum. Quo enim mihi iam hæc vtilia ſunt, cum ille non adſit, cuius vſibus parata erāt, captiuus ſcilicet abductus, atque apud Barbaros crudeliſſimos ſeruiens, omni morte duriorem ſeruitutē ſeruiens, omni morte duriorem atque acerbiorem? Amictu nigro ſeruos omnes operui, cunctámque familiam. Aſperſi cinere capita mulierum, choros inſtitui, iuſſique dirius atque amarius plangere, quàm ſi mortuum vidiſſem. Date veniam hæc facienti mihi, hic mihi luctus longe illo maior, diuturnior, grauior. Iam mihi ferè lux ipſa moleſta eſt, ipſóſque ſolis radios ingratè ſuſpicio. Quoties enim in mentem venerit infelicis illius habitus: quoties viliſſimis illis ruſticis inhoneſtius illū amictū video, atque ad opera viliora conuerſum: quoties inflexum eius immobiléque propoſitum, vtque nulli cedat conſidero, vror, diſrumpor, diſtrahor.

Cap. IV. Hæc atque eiuſmodi dicens, prouoluatur etiam audientium pedibus, aſpergat cinere caput, deturpétque puluere faciem, caniciem vellat, omnéſque prehendens oret, ſe vt adiuuent, ac porrigant manum. Satis puto diligenter accuſatorem expreſſimus, atque inſtruximus ad commouendam auditoribus omnibus vehemētem iracundiam, & ad perſuadendum, vt eos, qui horum cauſa ſunt, per præcipitia deiectos exterminent: atqui nos idcirco ad has ſupremas anguſtias oratione noſtra prouecti ſumus, vt cum is qui ita venerit paratus, diuina gratia ſuperatus fuerit, iam nemo nobis obſtrepat. Cum enim is qui iſta omnia, quæ prædixi, ſimul habet, conuictus fuerit, atque obmutuerit, & is quoq; qui non omnia ſimul habet (neque enim facile cuncta ea conuenire poſſunt) nobis iam de victoria concedet. Hic itaque & iſta, & his plura etiam loquatur. Ego vero in primis iudices orabo, ne ſtatim miſereātur ſenis huius, ſed hanc miſericordiam differant in extremum, cum illum oſtenderimus lugentem filium, in nullo quidem violatum, nihilque penitus perpeſſum mali, verum contra etiam maximis potitum bonis, eiſque tam inſignibus, vt excellentiora non poſſint reperiri. Tunc enim profectò miſeratione & lacrymis dignus iudicandus eſt, cum nati felicitatem, ſecundóſque ſucceſſus, ne conſpicari quidem poſſit: tantúmq; abeſt, vt ea intueatur, vt ſic in maxi-

A κίας, καὶ ἀγροὺς, καὶ ἀγέλας βοῶν, καὶ ποίμνια
προβάτων. ποῦ γάρ ἐστι μοι χρήσιμα ταῦ-
τα λοιπὸν, ἐκείνου τοῦ χρησομένου τούτοις οὐκ
ὄντος, ἀλλ' αἰχμαλώτου γεγονότος, καὶ παρὰ
βαρβάροις ὠμοτάτοις δουλεύοντος, θανάτου
πάντως πικροτέραν δουλείαν; περιέβαλον μα-
λαίνῃ στολῇ τοὺς οἰκέτας ἅπαντας, κατέπασα
τέφρα τὰς κεφαλὰς, χοροὺς ἔστησα γυναικῶν,
ἐκέλευσα χαλεπώτερον αὐτὰς κατακόπτεσθαι,
ἢ εἰ νεκρὸν ἑώρων. σύγγνωτε δέ μοι τοῦτο ποι-
οῦντι μεῖζον ἐκείνου τοῦ πένθους ἐμοὶ, παρακε-
B χλεῖσθαι δοκῶ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ φωτὸς, καὶ
πρὸς αὐτὰς ἀηδῶς ἔχω τὰς ἀκτῖνας, ὅταν
εἰς νοῦν λάβω τὸ σχῆμα τοῦ ταλαιπώρου παι-
δὸς ἐκείνου. ὅταν τῶν εὐτελεστέρων ἀγροίκων ἐ-
κείνων, ἀτιμότερον αὐτὸν ἠμφιεσμένον ἴδω, καὶ
ἐπ' ἔργα ἀτιμότερα τοῦτον περιπεμπόμενον·
ὅταν ἐννοήσω αὐτοῦ τὸ ἀκαμπὲς κατακαίομαι,
διασπῶμαι, διαῤῥήγνυμαι. ταῦτα λέγων, καὶ προ-
κυλινδείσθω τῶν ποδῶν τῶν ἀκουόντων, καὶ καταπασ-
σέσθω τέφραν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ αἰσχυ-
νέτω τῇ κόνει τὸ πρόσωπον, καὶ παρακαλείτω
πάντας ὀρέξαι χεῖρα, καταλλέτω τὴν πο-
C λιάν, τάχα ἡμῖν καλῶς ὁ κατήγορος ἀπηκρι-
βώσατο, πρὸς τὸ τοὺς ἀκούοντας ἐμπρῆσαι ἅ-
παντας, καὶ πεῖσαι κατὰ κρημνῶν τοὺς τὰ τοιαῦ-
τα ἐργασαμένους ἐκβαλεῖν. διὰ γὰρ τοῦτο
πρὸς ἄκρον ἁπασῶν τῶν αἰτιῶν τὸν λόγον ἤ-
γαγον, ἵνα τούτου τοῦ ὄντως κατασκευασθέντος,
ἡττηθέντος ὑφ' ἡμῶν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, μηδεὶς
τοῖς λοιποῖς γένοιτο λόγος. τοῦ γὰρ πάντα ὁμοῦ
ἔχοντος ταῦτα ἐπιστομισθέντος, ὁ μὴ πάντα ἔ-
χων ὁμοῦ· οὐδὲ γὰρ πάντα οἷόν τε συνελ-
θεῖν· εὐκόλως ἡμῖν παραχωρήσει τῆς νίκης λοι-
D πόν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ταῦτα λεγέτω. ἐγὼ δὲ πα-
ραιτήσομαι τοὺς δικάζοντας, μὴ νῦν ἐλεεῖν τὸν
γέροντα τοῦτον. ἀλλ' ὅταν αὐτὸν δείξωμεν πεν-
θοῦντα τὸν υἱὸν, δεινὸν μὲν οὐδὲν πεπονθότα,
τῶν δὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντα, καὶ
ὧν ἐπέκεινα ἕτερον οὐκ ἔστιν εὑρεῖν. τότε γὰρ ὄντως
ἄξιος ἐλέου, καὶ δακρύων ἂν εἴη, μηδὲ συνι-
δεῖν τὴν εὐπραγίαν δυνάμενος τοῦ παιδὸς,
ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχων αὐτῆς ὡς καὶ ἐπὶ μεγί-

στοις θρηνεῖν τοῖς κακοῖς. πόθεν οὖν ἀρξόμεθα τοῦ λόγου τοῦ πρὸς αὐτόν; ἀπὸ τοῦ πλούτου, καὶ τῶν χρημάτων. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τοῦτο μάλιστα πάντων ὀδύρεται, καὶ πᾶσι τοῦτο αὐτῷ εἶναι δοκεῖ τὸ δεινότατον, εἰ πλουτοῦντες παῖδες ἐπὶ τοῦτον ἕλκοιντο τὸν βίον. Εἰπὲ οὖν μοι, τίνα μακαρίζομεν ἅπαντες, καὶ ζηλωτὸν εἶναί φαμεν· τὸν ἐν δίψῃ καθεστῶτα ἀεὶ, καὶ πρὶν ἢ τὰς προτέρας ἐμφορηθῆναι κύλικας, δεόμενον πάλιν ἑτέρας, καὶ ἐν τούτῳ ὄντα διηνεκῶς, ἢ τὸν ἀνωτέρω καθεστῶτα τῆς ἀνάγκης ἐκείνης, καὶ ἄδιψον ἀεὶ μένοντα, καὶ οὐδέποτε εἰς τὴν τοῦ πόματος τούτου καθελκόμενον χρείαν; οὐχ ὁ μὲν πυρέττοντι προσέοικε, καὶ χαλεπωτάτην ἀνάγκην ἔχοντι, κἂν ἐκ πηγῶν ἀρύεσθαι ἔχῃ τὰ νάματα, ὁ δὲ ἐλεύθερός τε ἐστι τὴν ὄντως ἐλευθερίαν, καὶ ὑγιαίνει τὴν ὄντως ὑγίειαν, καὶ μείζων ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην γέγονε φύσιν. τί δαί; εἴ τις γυναικὸς ἐρᾷ, συγγένοιτο μὲν αὐτῇ διηνεκῶς, μειζόνως δὲ μετὰ τὴν συνουσίας φλέγοιτο ταύτης, ἕτερος δὲ ταύτης ἐκτὸς τῆς μανίας ἑστήκοι, καὶ μηδὲ ὄναρ ἁλίσκοιτο τῷ κακῷ. τίς πάλιν ὑμῖν ζηλωτὸς, καὶ μακάριος; οὐχ οὗτος; τίς δὲ ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος; οὐχ ὁ νοσῶν τὸν καινὸν ἐκεῖνον ἔρωτα, καὶ μηδαμοῦ σβεσθῆναι δυνάμενον, ἀλλὰ τοῖς ἐπινοουμένοις φαρμάκοις ἐπιτεινόμενος μᾶλλον; Εἰ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις μακαρίζῃ μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ νόσῳ, καὶ μήτε αὐτὸς ἐκείνης τῆς ἀνάγκης ἀπαλλάττεσθαι βούλοιτο, τοῖς τε ἀπηλλαγμένοις τοῦ πάθους ἀποδύροιτο, ὥσπερ οὗτος νῦν, οὐχὶ ταύτῃ πάλιν ἐλεεινότερος ἔσται, καὶ ἀθλιώτερος, μὴ μόνον νοσῶν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδὼς, ὅτι νοσεῖ, καὶ διὰ τοῦτο μήτε ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος, καὶ τοὺς ἀπηλλαγμένους θρηνῶν; ἀγάγωμεν δὴ τὸν λόγον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, καὶ ὀψόμεθα τίς ὁ ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος. ἐκείνων μὲν γὰρ τῶν ἐρώτων σφοδρότερος οὗτός ἐστι, καὶ μανικώτερος. οὐκοῦν καὶ πλείονα ὀδύνην δύναιτ' ἄν· οὐ τούτῳ μόνον ὅτι τὴν λαμπάδα δριμυτέραν ἔχει. ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἐπινοουμένην παραμυθίαν ἀνένδοτός ἐστι, καὶ

A mis profectibus tanquam in ſummis eius malis lamentetur. Quodnam ergo erit noſtræ orationis exordiũ, aut vnde potiſſimũ inchoabimus? Ab ipſis planè opibus atque pecunijs. Nam & ipſe maxime omnium hoc vnum lamentis omnibus, omnique cõploratione proſecutus eſt, idque ipſi videtur eſſe acerbiſſimum, ſi diuites filij pertrahantur ad hanc duritiam vitæ atque propoſiti. Dic ergo, quæſo te, vtrum omnes beatum dicimus, atque inuidioſum, & planè feliciſſimum: eúmne qui ſiti ſemper æſtuat, quique antequam priorem ca-
B licem ſorbuerit, rurſus alio indiget, atque ſemper in hoc perſeuerat ſtatu: an eum qui ſuperior ea neceſſitate conſtitutus, ſine ſiti ſemper durat, nec vlla vnquam potationis neceſſitate conſtringitur? Nónne alius quidem his qui graui febrium ardore cruciantur, ſimillimus videtur, atque violentiſſimæ neceſſitati addictus, etiamſi ex fontibus haurire puriſſimos atque vbertimos latices poſſit: alius vero vera profectò libertate liber eſt, veráque ſanitate ſanus, ipſámque naturam excedit humanam? Quid illud? Si quis ada-
C maret mulierem, eique congrederetur iugiter, verum maiore poſt cõcubitum illum flagraret ardore: alius vero perſiſteret hac inſania liber, & ne in ſomnijs quidem vnquam hoc malo caperetur: vter rurſus felix & beatiſſimus videretur? nónne iſte? Vter contrà infelix & miſerrimus? nónne is qui nouo hoc amore languet, qui nunquã poſſit prorſus extingui, quinimo excogitatis quoque remedijs magis magiſque ſuccenditur? Sin autem præter iſta, quæ dicta ſunt, etiam ex ipſo morbo ſuo ſe beatum dicat, nec curet ipſe, nec velit
D ea neceſſitate liberari: quin eos quoq; lamentetur & lugeat, qui iam ea peſte liberati ſunt, vt iſte nunc facit: nónne hic quoque miſerabilior erit, atque infelicior, non tantum quòd morbo illo & peſte detinetur, verum quòd ne idipſum quidem quòd langueat nouit, proptereáque nec ipſe liberari valet, & eos qui iam liberati ſunt, luget? Reducamus igitur hanc orationem noſtram ad pecuniarum poſſeſſionem, & quis re vera miſer, quis infelix ſit, videbimus. Illorum nempe amorum iſte & vehementior, & inſaniæ propior eſt: ideóque maiorem poteſt dolorem afferre, non idcirco tantum quòd moleſtiores habet faces, verum quòd ad excogitata quæque ſolatia inflexus perdurat, duriórque ex illis atque

acerbior efficitur. Citius quippe hi qui & potum, & corpora amant, & poſtquam his potiti fuerint, ſatietatem ſumunt, quàm qui diuitiarum inſanis amoribus flagrant. Quocirca illos noſtra oratione effingere neceſſe fuit, quòd non facile ſit, neque in promptu illorum documentum: huius autem peſtis multa poſſumus exempla afferre. Num, quæſo te, idcirco lamentaris, & luges filium tuum, quòd hac tanta veſania, támq; deſperato morbo liber euaſit? quòd hoc irremediabili inſanóque amore caruit? quòd bello hoc, & pugna manſit immunis? At id nunquam paſſus ille fuiſſet, inquies, neque plura concupiſſet: verũ his quæ haberet contentus, nihil inquiſiſſet amplius. Rem quidem dicis impoſſibilem, ipſique (vt ita dixerim) naturæ contrariam. Verum ſi iſtud quoque concedamus fieri potuiſſe, vt ea eſſet moderatione animi, vt his quę haberet nihil vellet adijcere, nec vllo vnquam eiuſmodi mœrore caperetur: ego ſic quoque illum maiori modo in quiete ac voluptate cõmorari doceo. Quid enim leuius aut tranquillius eſſe cenſebimus, tantiſne, tantarúmque rerum curis implicari, eiuſmodique cuſtodię, ac ſeruituti obnoxium, & obſtrictum fieri, quotidiéque ſolicite metuere, ne quid rei familiaris pereat: an vero his curis atque vinculis omnino expediri? Nam etſi ſarcinas alias non appetat, vt interim id concedamus: nónne multo melius, multóque præſtantius eſt, iam impoſitas abijcere, quàm ab eis ipſis opprimi? Denique ſi, vt in confeſſo eſt, maximũ bonum dicitur, plurimis non indigere, minimíſque contentum eſſe: neceſſitate omni celſiorem euadere, maioris profectò felicitatis erit. Is enim qui neque ſitit vnquam, neque amat (nihil enim me prohibet rurſus ad eadem exempla redire) multo profectò beatior, multóque glorioſior eſſe monſtratus eſt, non modo eis qui ſemper ſitiunt, ac ſemper amant: ſed eis quoque qui quantumlibet parum id paſſi ſunt, ſuæque concupiſcentiæ ſatisfecerunt, cùm ipſe nunquam eiuſmodi neceſſitati ſe ſubdiderit. Percontabor autem te rurſus, ſi diuitijs vltra omnes eminere cunctiſq; eis malis eximi, quæ ſolent illæ parere, liceret: ergóne non incredibiliter optares ea pace ac tranquillitate frui, vt non inuidiam, non calumnias, non inſidias, non curas, non quicquam aliud eiuſmodi ab vllo prorſus hominum patereris, aut

A σκληρότερος πλέον ἐκείνων. μᾶλλον γὰρ οἱ πότου, καὶ σωμάτων ἐρῶντες, μετὰ τὴν ἀπόλαυσιν λαμβάνονται κόρου, ἢ οἱ περὶ πλοῦτον μαινόμενοι. ὅθεν ἐκείνους μὲν καὶ τῷ λόγῳ συμπλάσαι ἠναγκάσθημεν, διὰ τὸ μὴ ταχέως ἐπὶ τῆς πείρας ὁρᾶν αὐτὸ φαινόμενον· τούτου δὲ τοῦ νοσήματος, ἀπὸ τῶν πραγμάτων πολλὰ ἔχομεν παραγαγεῖν τὰ ὑποδείγματα. διὰ ταῦτα οὖν εἰπέ μοι θρηνεῖς τὸν υἱόν, ὅτι μανίας, καὶ τοσαύτης ἀμηχανίας ἀπηλλάχθη, ὅτι ἔρωτα ἀνίατον οὐκ ἐρᾷ; ὅτι τοῦ πολέμου, καὶ B τῆς μάχης ταύτης ἔστηκεν ἐκτός; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔπαθε τοῦτό φησιν. οὐδ' ἂν ἠράσθη τοῦ πλείονος, ἀλλ' ἀπέχρησεν ἂν αὐτῷ τῶν παρόντων ἡ ἀπόλαυσις. μάλιστα μὲν πρᾶγμα λέγεις ἐναντίον, ὡς εἰπεῖν τῇ φύσει. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔστω, καὶ συγκεχωρείσθω τῷ λόγῳ, μὴ ἂν αὐτὸν ἐθελῆσαι προσθεῖναι τοῖς οὖσι, μηδὲ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἁλῶναι ἐκείνης· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν καὶ οὕτως ἐπιδείξω ἐν μείζονι νῦν ὄντα ἀδείᾳ, καὶ ἡδονῇ. τί γὰρ κουφότερον ὑπὲρ τοσούτων φροντίζειν, καὶ τοιαύτῃ προσδεδέσθαι φυλακῇ, καὶ δουλείᾳ, καὶ δεδοικέναι, μὴ C παραπόληταί τι τῶν ὄντων, ἢ καὶ τούτων ἀπηλλάχθαι τῶν δεσμῶν; κείσθω γάρ, αὐτὸν μὴ ἐπιθυμεῖν φορτίων ἑτέρων, ἀλλὰ πολλῷ βέλτιον καὶ τῶν ἐπιτεθέντων ἤδη καταφρονεῖν. εἰ γὰρ τὸ, μὴ δεῖσθαι πλειόνων ὡμολόγηται, μέγιστον ὂν ἀγαθόν, τὸ καὶ τῆς τῶν ὄντων χρείας ἐξώτερον εἶναι, μείζονος εὐπραγίας ἂν εἴη. ὁ γὰρ ἄδιψος ἐκεῖνος, καὶ ἀνέραστος, οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθεῖν ὑποδείγματα, οὐ τῶν ἀεὶ διψώντων μόνον, οὐδὲ τῶν ἐρώντων ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν βραχεῖ τοῦτο παθόντων, D καὶ πληρωσάντων τὴν ἐπιθυμίαν πολλῷ μακαριώτερος ὢν ἀποδέδεικται· ὡς μηδὲ εἰς πεῖραν ἐμπεσὼν τῆς τοιαύτης ἀνάγκης. ἐρήσομαι δέ σε πάλιν, εἰ καὶ ὑπερβαλέσθαι τῷ πλούτῳ πάντας, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πλούτου κακῶν ἀπαλλαγῆναι ἐξῆν, ἆρα οὐκ ἂν μυριάκις ταύτην εἵλου τὴν περιουσίαν, ὥστε μήτε βασκανίας, μήτε συκοφαντίας, μήτε φροντίδος, μήτ' ἄλλου μηδενὸς τῶν τοιού-

τὸν ἀνέχεσθαι; ἂν τοίνυν καὶ τοῦτο ἔχοντα δείξωμεν τὸν υἱὸν, καὶ μειζόνως εὐπορώτερον ὄντα σοῦ, παύσῃ θρηνῶν πάντως καὶ ὀλοφυρόμενος οὕτω πικρῶς; ὅτι μὲν οὖν φροντίδων ἀπήλλακται, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν ἐπισυρομένων τῷ πλούτῳ κακῶν, οὐδὲ αὐτὸς ἀντερεῖς. διὸ οὐδὲ ἡμῖν περὶ τούτων ἀνάγκη πρὸς σὲ διαλέγεσθαι. ζητεῖς δὲ μαθεῖν πῶς εὐπορώτερος τοῦ τοσαῦτα ἔχοντός σου, τοῦτο δή σε διδάξομεν, καὶ δείξομεν, ὅτι ὅπερ ἡγῇ ἐκεῖνον νῦν εἶναι ἐν πενίᾳ τῇ ἐσχάτῃ, τοῦτο αὐτὸς πρὸς ἐκεῖνον ἐξεταζόμενος πέπονθας, καὶ μή τι νομίσῃς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμᾶς ἐρεῖν ἀγαθὰ, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν χερσὶ τέως ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν. σὺ μὲν οὖν τῶν σαυτοῦ κύριος εἶ μόνον; ἐκεῖνος δὲ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁπάντων. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, δεῦρό σε ἀναγάγωμεν εἰς αὐτὸν, καὶ πείσωμεν αὐτὸν κατελθόντα ἀπὸ τοῦ ὄρους, μᾶλλον δὲ ἐκεῖ μένοντα σημᾶναί τινι τῶν σφόδρα πλουτούντων, καὶ εὐλαβῶν, πέμψαι χρυσοῦ σταθμὸν, ὅσον ἐθέλεις· μᾶλλον δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἀνέξεται, δοῦναι δὲ τῷ δεῖνι δεομένῳ κελευέτω, καὶ προθυμότερον ὄψει τὸν πλουτοῦντα ὑπακούοντα, καὶ ἐγκωμιάζοντα ἢ τῶν οἰκονόμων ἕνα τῶν σῶν. οὗτος μὲν γὰρ ὅταν ἀναλίσκειν κελεύηται, κατηφής τέ ἐστι καὶ σκυθρωπός. ἐκεῖνος δὲ, ὅταν μὴ ἀναλίσκῃ, τότε δέδοικε μή ποτε προσκεκρουκὼς ᾖ, ἅτε τοιοῦτον ἐπιταττόμενος οὐδέν. καὶ πολλοὺς ἐπιδεῖξαι ἔχω σοι τῶν εὐδοκίμων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐτελεστέρων, τοσαύτην ἔχοντας δύναμιν. καὶ σοῦ μὲν ἂν οἱ οἰκονόμοι ἀναλώσωσι τὰ πιστευθέντα, οὐκ ἔχεις ἀπαιτῆσαι ἕτερον. ἀλλ' εὐθέως σοι εἰς πενίαν ὁ πλοῦτος μεταπεσεῖται ὑπὸ τῆς κακουργίας ἐκείνων· περὶ δὲ τὸν παῖδα τὸν σὸν, τοῦτο οὐκ ἔστι τὸ δέος. ἂν γὰρ οὗτος γένηται πένης, ἐπιτάξει πάλιν ἑτέρῳ· κἂν ἐκεῖνος πάθῃ τι τοιοῦτον, ἐφ' ἕτερον μεταβήσεται, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων πηγὰς πρότερον ἐπιλιπεῖν εἰκὸς, ἢ τῶν ταῦτα ὑπακουσομένων τινά. καὶ εἰ μὲν τὰ ἡμέτερα ἐφρόνεις, διηγησάμην ἄν σοι πολλὰ, καὶ μεγάλα διηγήμα-

A pati formidares? Quòd ſi filium tuum hæc omnia habere monſtrauero, atque longe etiam eſſe ditiorem: deſineſne tandem te lamentis ac ſuſpirijs adeo amaris conficere, tamque diris gemitibus abſtinebis? Nempe abſolutū eum curis illis ac malis reliquis quæ ſolent opes è veſtigio ſubſequi, ne tu quidem ipſe negabis. Idcirco nec nos ad te de ea re verba facere neceſſe eſt. Studes autem id magis addiſcere, quonam modo ille diues ſit, ac te ipſo qui tam multa poſſides, longe opulentior: hoc ego modo te docebo, oſtendamque te B ſi illi compateris, id pati, quod illum pati arbitraris, atque extrema in paupertate degere. Nec modo me cœleſtia bona perſecuturum putes, quæ nobis poſt huius exceſſum vitæ reddenda ſunt: ex his quæ ſunt in manibus, quæ tenentur, te interim docebo. Nempe enim tu eorum tantum, quæ poſſides, dominus es: ille vero omnium quæ ſunt in toto orbe terrarum. Sin vero tu minus credis, age te ad illum adducamus, ac perſuadeamus, vt de monte deſcendens magis autem illic reſidens, alicui ex his qui & diuites valde, & re- C ligioſi ſunt, mandet, ſibi mittat auri pondus, quantum ipſe vis: ſiue quia iſtud nō pateretur, illi vel illi indigenti dare iubeat: videbis diuitem illum ſibi deuotius, alacrius, promptius obaudientē, quàm faceret nutu tuo quiuis ex diſpenſatoribus tuis. Nam hic quidem cum aliquid iubetur impendere, mœrens, triſtis, demiſſus id facit: cōtrà ille cum non impenderit, tunc demum maxime trepidat, atque anxius eſt, ne fortè in aliquo offenderit, quòd ſibi eiuſmodi nihil imperetur. Atque ego plurimos tibi poſſem oſtendere, non D modo ex eis qui excellentiores ſunt, verum ex humilioribus quoque, qui tanta hac poteſtate ſunt præditi. Atqui tu ſiquidem villici tui ſibi credita male abſumpſerint, alium non habes à quo petas, verùm illorum peruerſitate ex diuite continuo pauper efficeris: at filius tuus nil eiuſmodi metuit. Siue enim ille cui prius imperauerat, diuitijs excidat, imperabit alteri: ſiue is quoque aliquid tale paſſus fuerit, ad alterum ſe conuertet. Prius denique deficient fontium latices atque ſiccabuntur, quàm qui nato tuo non obtemperet imperanti. Quòd ſi nobiſcum in religione concordares, enarraſſem tibi profecto multas ac longas, nouáſque & veteres eiuſmodi hiſtorias:

Cap. V.

Digitized by Google

A verum quia te Gentilē profiteris, Gen-
tiliúmque doctrinis acquieſcis, ne hinc
quidem exempla deerunt. audi deniq.
apud Platonem quid ad Socratem lo-
« quatur Crito: Tibi quidem ſunt meæ
« pecuniæ, vt equidem reor, ſatis multæ:
« ſin vero tu quòd mei curam geras, id-
« circo re mea tibi abſtinendū cenſes: at
« hi qui adſtant, ſuā quiſque impendere
« parati ſunt. Intulit quippe in hoc ipsū
« pecuniam ingentem Simmias Theba-
« nus paratus eſt Cebes quoque alij item
« permulti: itaque vt antea dicebā, noli
« vllo horum metu laceſſere, tuámque
« ſalutem quin tuearis, negligere. Neque
B « vero id quod paulo ante in iudicio di-
« cebas, moleſtiam tibi vllam, aut curam
« pariat, quòd ſcilicet profectus à nobis,
« non haberes, quo te ipſum verteres.
« Multis enim & alijs in locis, quocum-
« que tu tandem proficiſcare, amabunt
« te, atque obſeruabunt plurimi. Sin au-
« tem volueris & in Theſſaliam pergere,
« ſunt mihi plerique illic hoſpites, qui &
« te plurimi facient, & tutum ab omni
« iniuria præſtabunt: ſic vt nihil tibi in
« Theſſalia deſit. Quid hac opulentia
iucundius dici poſſit, aut gratius? Verū
C iſta quidem, vt ad hominem ſeculo ob-
noxium ſunt dicta: quòd ſi ſubtilius
atque diligentius nati tui opes diſcu-
tere velimus, tu quidem fortaſſe non
aſſequêris intellectu quæ dicimus, ea
tamen ad iudices neceſſariò dicenda
ſunt. Tantæ enim ſunt virtutis opes at-
que copiæ, adeóque quàm veſtræ dul-
ciores atque amœniores: vt qui has ha-
buerint, nunquā eas velle poſſint, cum
vniuerſa terra cōmutare, ne ſi illa qui-
dem aurum fiat cum mari & flumini-
bus, & montibus, Ac ſi fieri id poſſet,
didiciſſes profecto ex ipſo experimen-
D to, quòd non iactātię & leuitatis verba
loquimur: ſed maiores quoque illi, co-
pioſioréſque diuitias negligerent ac
ſpernerent, vt eas poſſent adipiſci, nun-
quam prorſus iſtis illas commutarent.
Et quid ego dico commutarent? Ne
cum illis quidem has habere vellent.
Et certe ſi qui vobis vnà cum pecunijs
virtutis conferret opes, obuijs eas ſu-
piniſque manibus ſuſciperetis. Adeo
ipſi quoque eas diuitias & magnas &
admirabiles eſſe confitemini. Contrà,
iſti ne cum ſuis quidē opes veſtras ha-
bere dignabuntur, adeo rem eſſe contemptibilem ac penitus abiectam norunt: atque
hoc ipſum rurſus exēplis veſtris perſpicuū faciam. Quantū enim pecuniarū Alexan-

A τα· ἐπεὶ δὲ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύεις, οὐδ' ἐκεῖθεν ἀπορήσω τοῦ παραδείγματος. ἄκουσον γὰρ τί πρὸς τὸν Σωκράτην ὁ Κρίτων φησί. σοὶ δὲ ὑπάρχει τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἐγὼ οἶμαι ἱκανά· ἔπειτα δὲ καὶ εἴ τι ἐμοῦ κηδόμενος οὐκ οἴει δεῖν ἀναλίσκειν τἀμά, ξένοι οὗτοι ἐνθάδε ἕτοιμοι ἀναλίσκειν. εἰσκεκόμικε δὲ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀργύριον ἱκανὸν Σιμμίας ὁ Θηβαῖος. ἕτοιμος δὲ καὶ Κέβης, καὶ ἄλλοι πολλοί. ὥστε, ὅπερ ἔλεγον, μὴ ταῦτα φοβούμενος, ἀποκάμῃς σῶσαι σαυτόν, μήτε ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικαστηρίῳ δυσχερές σοι γενέσθω. ὅτι οὐκ
B ἂν ἔχοις ἐξελθὼν, ὅτι χρῷο σαυτῷ. πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε ὅπου ἂν ἀφίκῃ, ἀγαπήσουσί σε. ἐὰν δὲ βούλῃ εἰς Θετταλίαν ἰέναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἵ σε περὶ πολλοῦ ποιήσονται, καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται. ὥστε σοι μηδὲν ἐλλείπειν τῶν κατὰ Θετταλίαν. τί ταύτης τῆς εὐπορίας ἥδιον; ἀλλὰ, ταῦτα μὲν ὡς πρὸς ἄνδρα βιωτικόν· εἰ δὲ φιλοσοφώτερον αὐτοῦ τὸν πλοῦτον ἐξετάζειν ἐθέλοιμεν, σὺ μὲν ἴσως οὐ παρακολουθήσεις τῷ λόγῳ· ἐμοὶ δὲ ἀναγκαῖον διὰ τοὺς δικάζοντας εἰπεῖν. το-
C σοῦτος γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτός ἐστιν, οὕτως ἡδίων, οὕτω ποθεινότερος τοῦ παρ' ὑμῖν, ὡς μηδ' ἂν ποτε ἐθελῆσαι τοὺς ἔχοντας αὐτὸν τὴν ἅπασαν γῆν, εἰ χρυσὸς γένοιτο μετὰ τῶν ὀρῶν, καὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν ποταμῶν ἀντ' ἐκείνου λαβεῖν. καὶ εἴγε ἦν δυνατὸν τοῦτο γενέσθαι, ἔμαθες ἂν ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς, ὡς οὐκ ἀλαζονείας τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πολλῷ πλείω, καὶ μείζω εὑρόντες καταφρονήσουσιν ἐκείνου, καὶ οὐκ ἂν ποτε αὐτὸν ἀλλάξαιντο τούτου. καὶ τί λέγω ἀλλάξαιντο; οὐδὲ μετ' ἐ-
D κείνου μὲν οὕτω λαβεῖν αὐτὸν, ἕλοιντο ἄν· καίτοι ὑμῖν εἴ τις ἐδίδου τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦτον μετὰ τῶν χρημάτων, ὑπτίαις ἂν ἐδέξασθε χερσίν. οὕτως ὁμολογεῖτε μέγαν τινὰ ἐκεῖνον, καὶ θαυμαστόν· οὗτοι δὲ οὕτω ἂν ἕλοιντο τὸν ὑμέτερον μετὰ τοῦ οἰκείου. οὕτως ἴσασιν, ὅτι πρᾶγμά ἐστιν εὐκαταφρόνητον· καὶ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῶν ὑμετέρων παραδειγμάτων ποιήσω φανερόν. πόσα γὰρ οἴει χρήματα τὸν Ἀλέξαν-

δρον τοῦ

δρον τοῦ Διογένει εἴ γε ἤθελε δέξασθαι, δοῦναι ἄν; ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν· ἐκεῖνος δὲ ἐφιλονείκει, καὶ πάντα ἔπραττε, ὥστε δυνηθῆναί ποτε ἐπὶ τὸν πλοῦτον ἐλθεῖν τὸν τούτου. βούλει δὲ καὶ ἑτέρωθέν σου τὴν πενίαν ἰδεῖν, καὶ τοῦ παιδὸς τὴν εὐπορίαν τοῦ σοῦ; οὐκοῦν ἄπελθε, καὶ ἀφελοῦ αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, ὅπερ ἔχει μόνον, καὶ τῆς καλύβης ἐξάγαγε, καὶ καθελε τὸ καταγώγιον, καὶ οὐδὲ οὕτως ὄψει δυσχεραίνοντα, οὐδὲ ἀλγοῦντα, ἀλλά σοι καὶ χάριν εἴσεται τούτων, ὅσον πρὸς φιλοσοφίαν πλέον αὐτὸν ὠθεῖς· σοῦ δὲ ἄν τις δέκα δραχμὰς ἀφέληται μόνον, θρηνεῖς, καὶ ὀδυρόμενος οὐ διαλείψεις ποτέ. τίς οὖν εὔπορος, ὁ τοῖς μικροῖς δακνόμενος, ἢ ὁ πάντων τῶν ὄντων καταφρονῶν, καὶ μὴ τοῦτο ποιήσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας ἁπάσης ἀπέλασον, καὶ ὄψει γελῶντα ἐπὶ τούτοις, καθάπερ ἐπὶ παιδίου παίζοντος. σὺ δὲ ἂν τῆς πατρίδος ἀπελάσῃ τις μόνον, τὰ δεινότατα πείσῃ, καὶ οὐδὲ οἴσεις τὴν συμφοράν. ἐκεῖνος δὲ ἀπὸ πάσης τῆς γῆς οὔσης αὐτοῦ, καὶ τῆς θαλάσσης, οὕτως εὐκόλως καὶ ἀλύπως ἐφ' ἕτερα μεταστήσεται. καθάπερ σὺ διὰ τῶν οἰκείων ὁδεύων ἀγρῶν· μᾶλλον δὲ καὶ εὐκολώτερον. σοὶ μὲν γὰρ εἰ καὶ διὰ τῶν σῶν βαδίζειν ἔξεστιν, ἀλλ' ὅμως καὶ δι' ἀλλοτρίων ἀνάγκη· ἐκεῖνος δὲ διὰ πάσης τῆς αὐτοῦ πορεύσεται γῆς· καὶ ποτὸν μὲν αὐτῷ πανταχόθεν δαψιλὲς παρέχουσι λίμναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ πηγαί. τροφὴ δὲ αὐτῷ λάχανα, καὶ βοτάναι, καὶ ἄρτοι δὲ πολλαχόθεν. οὔπω γάρ σοι λέγω, ὅτι καὶ τῆς γῆς ἁπάσης καταφρονεῖ, πόλιν ἔχων τὸν οὐρανόν, κἂν τελευτῆσαι δέῃ, τῆς τρυφῆς ὑμῶν ἥδιον οἴσει τὴν τελευτήν, καὶ εὔξεται οὕτως ἀποθανεῖν μᾶλλον, ἢ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς πατρίδος, καὶ τῆς εὐνῆς· ὥστε καὶ πλάνον, καὶ φυγάδα, καὶ ἀλήτην τὸν πόλιν ἔχοντα, καὶ οἰκίαν οἰκοῦντα, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον εἴποι τις ἂν τὸν πάντων τούτων ἀπηλλαγμένον. οὔτε γὰρ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξαγαγεῖν δυνήσῃ, ἕως ἂν μὴ ἐξαγάγῃς τῆς γῆς ἁπάσης. τέως γὰρ οὕτως εἰρήσθω. ἐπεὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, τότε μάλιστα αὐτὸν εἰς τὴν πατρίδα ἀποπέμψεις, ὅταν ἀπὸ τῆς γῆς ἐξαγάγῃς· ἀλλ' οὔπω τοῦτο πρός σε τὸν

A drum Diogeni datum fuiſſe putas, ſi quidem ille voluiſſet accipere? Sed noluit. At ille nixibus totis contendebat, cunctáque moliebatur, vt ad huius diuitias propius accederet.

CAP. VI. Viſne aliunde quoque & tuam inopiam, & nati tui copias cognoſcere? proficiſcere ad illum, eiúſque pallium quod ſolum habet, illi aufer. Educ item ex cellula, atque ipſum eius tugurium deſtrue, ne ſic quidem illum indignantem, aut dolore aliquo commotum penitus videbis: verum aget tibi gratias, idque tanto magis, quanto B illum ad philoſophiã amplius impellis. Abs te vero ſi quis vel decẽ drachmas tulerit, ingemiſcere, flere, lamentaríque non deſines. Vter ergo diues exiſtimandus eſt, vter beatus? iſne qui vel minimis mordetur, an qui mortalia cuncta ſimul deſpicit? Neque id tantum facias quod dixi, verũ omni quoque illum prouincia deturba, videbis lætum, hilarem, atque ita ridentem, ac ſi ludens puſio ſe feriret. Te ſi quis vel ſola patria & genitali ſolo exturbet, acerbiſſima perpeſſum conquereris, neque eam calamitatem ferre poteris. C Enimuero ille, quippe terræ maríſque dominus, ita facile, ſicque ſine mœrore & gemitu migrabit ad alia, vt facis tu cum per agros tuos incedis, quin lõge etiã facilius. Nam tibi etſi per tua licenter incedis, tamen per aliena quoque neceſſario incedẽdum eſt: at vero terram ille omnem vt propriam obambulat, eique potum vndique largiſſimum ſuppetunt ſtagna, fontes, amnes: cibum vero & olera, & virentes herbæ, multíſquo ex locis panes aduecti ſuppeditant. Nondum enim id dico, quòd terram ipſam omnem aſpernatur, ha- D bens in cœlo ciuitatem. Sin autem ipſi moriendum fuerit, lætius atque iucundius feret obitum, quàm vos delicias veſtras: atque ita mori magis optabit peregre, quàm vos in patria & lecto. Sicque ille erit planè vagus, fugitiuus, palabundus, qui vrbem incolit, & domum habet, non qui his omnibus liber euaſit. Neque enim illum vnquam de patria poteris educere, niſi ex terra prius vniuerſa propuleris. Ita enim interim loquamur. Nam vt veriſſima ratione conſtat, tunc eum maxime in patriam reduces, cum è terra penitus deduxeris: verum id nondum ad te loquemur,

neque ſic agemus tecum, qui nihil eis quæ videntur, amplius noſti. Neque vero nudum eum poteris oſtendere, donec amictus fuerit virtutis indumentis: neque fame vnquam perimes, quandiu qui ſit verus cibus, agnouerit. Cæterum his omnibus diuites capiuntur facile, atque perturbantur. Itaque iſta quoque ratione non peccabit, qui hos quidem pauperes, ac prorſus inopes dixerit: illos vero etiam ad omnem copiam locupletes. Nam cui cibus & potus, & domus, & requies vbique ſuppetit, nec modo in eiuſmodi non ingemiſcit, aut mœret, verumetiam quam vos in veſtris iucundius degit: liquet prorſus eum vobis omnibus diuitibus eſſe ditiorem, qui iſta in ædibus veſtris tantum inuenire poteſtis. Quocirca nec inopiam ille vnquam

CAP. VI. lugebit. Neque vero iſta victus facilitate, & copia, & voluptate tantum diuitiæ iſtæ præſtantiores ſunt, verum ob hoc ipſum quoque, quod neque capi aduerſis vllis poſſunt, neque in paupertatem aliquando decidere, neque ſubiectæ ſunt incertis vllis caſibus, neque curis anguntur, neque liuore capiuntur, ſed admirationem omnem & laudes ac famam præſtantiſſimam merentur. Atqui in vobis contraria his penitus aſpicimus. Non modo enim vos non laudant diuitiarum gratia, verum hac maxime ex cauſa & oderunt, & execrantur, & inuident vobis atque inſidiantur plurimi: hic verò quod veris diuitijs beatus ſit, idcirco ſummæ admirationi omnibus eſt, nec propterea inuidia vel inſidijs vllis appetitur. Porrò ad ſanitatem vter aptior? nonne qui virtuti ſtudet, eiuſque diuitijs beatus eſt, agreſtium inſtar animantium viget, ac vegeto corpuſculo eſt: quippe qui & puriſſimo fruitur aëre, & ſaluberrimis vndis, & pratis, & floribus, & odore integerrimo atque gratiſſimo: hic vero veluti in cœno iacens, & mollior eſt & imbecillior & morbis omnibus magis obnoxius? Sin autem in ſanitate primas iſte partes tenet, liquet profectò quòd & in voluptate. Vtrum enim tu magis exiſtimas in delicijs degere, eúmne qui ſuper viridi accumbit atque altiſſima herba, pone fontem limpidiſſimum, ſub vmbra denſarum comantiúmque arborum, oculóſque paſcit obtutu, puriorem ipſo cœlo nitidiorémque animum poſſidens,

A οὐδὲν πλέον τῶν ὁρωμένων εἰδότα, οὐδὲ γυμνὸν δεῖξαι δυνήσῃ, ἕως ἂν τὰ τῆς ἀρετῆς ἱμάτια περικείμενος ᾖ· οὔτε λιμῷ διαφθερεῖς, ἕως ἂν εἰδῇ τὴν ὄντως τροφήν. ἀλλὰ πᾶσι τούτοις οἱ πλουτοῦντες εἰσὶν ἁλώσιμοι. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τούτους μὲν πένητας προσειπὼν, καὶ σφόδρα πένητας, εὐπόρους δὲ ἐκείνους ἀκριβῶς. ὁ γὰρ καὶ τροφῆς, καὶ ποτοῦ, καὶ οἰκίας, καὶ ἀναπαύσεως πανταχοῦ δυνάμενος εὐπορεῖν, καὶ οὐ μόνον μὴ ἀλύων, ἀλλὰ καὶ ἥδιον ἐν τούτοις, ἢ ὑμεῖς ἐν τοῖς ὑ-
B μετέροις διάγων, εὔδηλον ὅτι πάντων ὑμῶν τῶν πλουτούντων ἐστὶν εὐπορώτερος τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας μόνης τούτων δυναμένων εὐπορεῖν. ὅθεν οὐδὲ πενίαν οἶδεν ἐκεῖνος θρηνῆσαί ποτε. οὐδὲ γὰρ τῇ ἀφθονίᾳ μόνον ἐστὶν ὁ πλοῦτος βελτίων, οὐδὲ τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνάλωτος εἶναι, καὶ εἰς πτωχείαν μὴ μεταβαλεῖν ποτε, μηδὲ ὑποκεῖσθαι ταῖς τοῦ μέλλοντος ἀδήλοις, μηδὲ φροντίδας ἔχειν, μηδὲ βασκανίᾳ χειροῦσθαι, ἀλλὰ θαῦμα, καὶ ἔπαινον, καὶ εὐφημίαν κεκτῆσθαι πᾶσαν· καί τοι γε ἐφ' ὑμῶν τοὐναντίον ἐστὶν ἰδεῖν. οὐ γὰρ μόνον ὑμᾶς οὐκ
C ἐπαινοῦσι διὰ τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ μισοῦσι, καὶ ἀποστρέφονται, καὶ βασκαίνουσι δὲ ὑμῖν, καὶ ἐπιβουλεύουσιν οἱ πολλοί· οὗτος δὲ ἐπειδὴ πλουτεῖ πλοῦτον τὸν ἀληθῆ, διὰ τοῦτο θαυμάζεται μάλιστα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φθονεῖται, οὐδὲ ἐπιβουλεύεται· ἀλλ' ἄρα πρὸς ὑγείαν τίς ἐπιτηδειότερος, οὐχ ὁ μὲν ἐκεῖνον ἔχων καθάπερ τὰ ἄγρια τῶν ζώων εὐσωματεῖ, καὶ σφριγᾷ, ἅτε ἀέρος ἀπολαύων καθαροῦ, καὶ ναμάτων ὑγιεινῶν, καὶ ἀνθῶν, καὶ λειμώνων, καὶ εὐωδίας εἰλικρινοῦς, οὗτος δὲ, ὥσπερ ἐν
D βορβόρῳ κείμενος, μαλακώτερός τέ ἐστι, καὶ μᾶλλον ἐπίνοσος; εἰ δὲ ἐν ὑγείᾳ τὰ πρωτεῖα παρὰ τούτῳ δηλονότι, καὶ ἐν ἡδονῇ. τίνα γὰρ οἴει μᾶλλον τρυφᾷν, τὸν ἐπὶ βαθείας κατακεκλιμένον πόας, παρὰ πηγὴν καθαρὰν, ὑπὸ σκιὰν δένδρων ἀμφιλαφῶν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἑστιῶντα τῇ θέᾳ, καθαρωτέραν ἔχοντα τοῦ οὐρανοῦ τὴν ψυχὴν,

καὶ ταραχῆς, καὶ θορύβου πόῤῥω καθήμενον, ἢ τὸν ἐν οἰκίσκῳ κατακεκλεισμένον; οὐ γὰρ δὴ τοῦ ἀέρος τὰ μάρμαρα καθαρώτερα. οὐδὲ τῆς σκιᾶς τῆς ἀπὸ τῶν δένδρων ἡ ἀπὸ τῆς ὀροφῆς ἡδίων, οὐδὲ αἱ ψηφῖδες ἐδάφους ἄνθεσι καλλωπιζομένου ποικίλοις. καὶ τούτων αὐτοὶ ὑμεῖς οἱ πλουτοῦντες μάρτυρες, οἷς εἴγε ἐνῆν ἐπὶ τῶν ὀροφῶν δένδρα ἔχειν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λειμώνων παραμυθίας, μᾶλλον ἂν εἴχετε τῆς στέγης τῆς χρυσῆς, καὶ τῶν τοίχων τῶν θαυμαστῶν. ὅταν γοῦν ἐκ πολλῶν πόνων πρὸς ἄνεσιν ἑαυτοὺς ἀφεῖναι ἐπιθυμήσητε, ταῦτα ἀφέντες, πρὸς ἐκεῖνα βαδίζετε. ἀλλ' ὑπὲρ δόξης ἴσως θρηνεῖς, τῆς πολλῆς ἐκείνης, καὶ μεγάλης οὐδαμοῦ φαινομένης ἐνταῦθα; τὰ γὰρ βασίλεια τῇ ἐρημίᾳ παραβάλλων, καὶ τὰς ἐλπίδας τὰς ἐκεῖθεν ταῖς ἐντεῦθεν ἐξ αὐτοῦ οἴει τοῦ οὐρανοῦ καταπεπτωκέναι τὸν υἱόν. οὐκοῦν τοῦτο δεῖ πρότερον μαθεῖν, ὡς οὔτε ἡ ἐρημία ἄτιμον ποιεῖ, οὔτε λαμπρὸν, καὶ περιφανῆ τὰ βασίλεια, καὶ πρὶν ἐπὶ λογισμοὺς ἐλθεῖν ἐκ παραδειγμάτων σε ἀπαλλάξω τῆς ὑποψίας παραδειγμάτων, οὐ τῶν παρ' ἡμῖν ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων. Διονύσιον ἴσως ἀκούεις τὸν Σικελίας τύραννον, ἀκούεις δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν Ἀρίστωνος. τίς οὖν εἰπέ μοι λαμπρότερος γέγονε; τίς δὲ ᾄδεται καὶ ἐν τοῖς τῶν πολλῶν κεῖται στόμασιν; οὐχ ὁ φιλόσοφος τοῦ τυράννου μᾶλλον; καίτοι ὁ μὲν τῆς τε Σικελίας ἁπάσης ἐκράτει, καὶ ἐν τρυφῇ διῆγε, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πλούτου, καὶ τῶν δορυφόρων, καὶ τῆς ἄλλης φαντασίας διετέλεσε ζῶν· ὁ δὲ ἐν τῷ τῆς Ἀκαδημίας κήπῳ διέτριβεν ἄρδων τε, καὶ φυτεύων, καὶ ἐλαίας ἐσθίων, καὶ εὐτελῆ παρατιθέμενος τράπεζαν, καὶ πάσης ἐκείνης τῆς φαντασίας ἐκτὸς ὤν. καὶ οὐ τοῦτό πω θαυμαστόν· ἀλλ' ὅτι καὶ δοῦλος γενόμενος, καὶ κατὰ τὴν τοῦ τυράννου γνώμην ἀπεμποληθεὶς, τοσοῦτον ἀπέσχεν ἀτιμότερος ἐκείνου φανῆναι διὰ ταῦτα, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ τυράννῳ ἐκ τούτου φανῆναι αἰδέσιμος. τοιοῦτόν ἐστιν ἀρετή· οὐδ' ὧν ἐργάζεται μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν πάσχει κακῶς, οὐχ ἑαυτὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ποιοῦντας οὐκ ἀφίησι κρύπτεσθαι, καὶ λανθάνειν. τί δὲ ὁ τούτου διδάσκαλος Σωκράτης; πόσῳ Ἀρχελάου λαμπρότερος ἦν;

A ab omniúmque rerum perturbatione ac tumultu longiſſime remotus. an vero eum qui domi incluſus manet? Profecto enim nec nitenti aëre puriora ſunt marmora, nec vmbra tecti frondeis vmbris eſt gratior, nec lapilli vlli vel lateres ſolo varijs veſtito floribus amœniores: atque horũ omnium vos diuites teſtes eſtis, qui ſi fieri poſſet, in ipſis tectis habere arbores cupitis, & prata, & penſiles hortos, horúmq; ſolatia profecto malletis, quàm aurea tecta, parietéſque mirabiles. Denique quoties ex laboribus in re- B quiem relaxare animos cupitis, his omnibus omiſſis, ad illa properatis. Verum tu fortaſſe pro gloria quereris ingenti illa atque ſingulari, quaſi nuſquam hic locum habere videatur. Regiam enim ſolitudini conferens, atque ſpem rei vtriuſque componens, è cœlo ipſo filium tuum decidiſſe arbitraris. Id igitur in primis oſtendendum & docendum, vt neque ſolitudo faciat ignobilem, neque regia clarum & illuſtrem: atque antequam ad rationes veniamus, exemplis iſtis hac te ſuſpicione liberabo, exemplíſque po- C tiſſimum veſtris. Dionyſium fortaſſis accepiſti Siciliæ tyrannum, audiſti & Platonem Ariſtonis filium. Vter igitur inſignior fuit, aut clarior? vter vbique canitur, ac per cunctorum ora celebratur? Nónne philoſophus tyranno amplius? atqui ille quidem inſulæ totius potiebatur, atque in delicijs degebat, ingentibus copijs, lictorum agminibus ſtipatus, reliquo quoque cum apparatu regio diutius vixit: hic autem Academiæ in hortis morabatur, plantans, inſerens, aquas irriguas ducens, oleáſque comedens, D ac viliſſimam apponens menſam, omnique ſplendore regij illius apparatus immunis. Quod cum ſit profecto mirabile, id omnino mirabilius eſt, quòd ſeruus affectus, atque ad tyrãni ſententiam venditus, intantum abfuit vt illo propterea aut abiectior appareret aut vilior, vt ipſi quoque tyranno ex hoc viſus ſit veneratione dignus. Adeo virtus non ex his modo quæ geſſerit, ſed ex eis quoque quæ perpeſſa fuerit, non ſeipſam, non eos denique qui eam exercent, permittit occultari, ac eſſe incelebres. Quid vero præceptor eius Socrates? quanto is Archelao fuit illuſtrior, & glorioſior?

at ille in plurimis opibus, ingentíque gloria & ſplendore degebat: hic autem morabatur in Lyceo, nihilque præter vnum pallium habebat, quo & hyberno & æſtiuo tempore, omnibúſque horis anni vtebatur, nudis ſemper pedibus incedens, ac ſine cibo toto die perſeuerans, panémque tantummodo in cibum ſumens, atque is erat ei & pulmentum, & eſculentum: ne iſtam quidem menſam ex rebus ſuis, ſuáque ex domo apponebat, ſed ab alijs accipiebat. Sicque cum ſumma paupertate vitam degens, adeò rege ipſo fuit illuſtrior, vt cum eum ille frequenter ad ſe inuitaret, noluerit Lyceo dimiſſo ad illius opes proficiſci. Et ex ea quoque quæ nunc obtinet exiſtimatione, quid potius, quid excellentius ſit apparet. Namque horum quidem nomina & celeberrima ſunt, & plurimis nota: illorum vero obſcura, & ferrè omnibus ignota. Diogenes vero rurſus hic alius philoſophus tanto & his & eiuſmodi alijs innumeris regibus opulentior fuit: pannis vilibus amictus, vt cum Alexāder Philippi filius exercitū in Perſas duceret, omnibus dimiſſis ad illum pergeret viſendum, rogarétque cominus per ſe ipſum, vllâne re indigeret, & an aliquid iuberet. Cui ille nihilo ſe egere reſpondit. Num iam exemplorum ſatis habes, an vis alia quoque memoremus? Nempe iſti non modo his, qui in regia inſignes ſunt, ſed ipſis quoque regibus fuere clariores, quòd ſimplicem, quòd priuatam, quòd quietam vitam delegere, atque nunquam ad rempublicam ſe conferre voluerunt. Sed enim in ipſa quoque reipublicæ adminiſtratione, ſi diligenter inſpicias nō illi eminent aut excellunt, qui diuitijs ac delicijs, rerúmque omnium copia ſtipati degunt: verum qui in paupertate & vilitate vitam ab omni faſtu alienam ducunt. Nam apud Athenienſes Ariſtides ille, quem etiam mortuum ſepeliuit ciuitas, Alcibiade, (cum is opibus, delicijs, generis nobilitate, orationis vi & copia, corporis ſpecie & robore, cæteríſque eiuſmodi vinceret,) tanto fuit inſignior, quanto vili aliquo puſione philoſophus mirabilis. Apud Thebanos vero Epaminondas, cum in concionem vocaretur, ac propterea proficiſci non valeret, quòd veſtem lauiſſet, nec aliam haberet qua operiri poſſet:

A καί τοι ὁ μὲν βασιλεὺς ἦν, καὶ ἐν πολλῷ πλούτῳ διῆγεν· ὁ δὲ ἐν Λυκείῳ διέτριβε, καὶ ἑνὸς ἱματίου πλέον εἶχεν οὐδέν· καὶ τοῦτο μόνον καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους περιβεβλημένος ἐφαίνετο. ἀνυπόδητός τε ἔζη διαπαντός, καὶ ἄσιτος ἅπασαν διεκαρτέρει τὴν ἡμέραν, ἄρτου τε ἐσιτεῖτο μόνον. καὶ τοῦτο ἦν αὐτῷ ὄψον, καὶ σιτίον. καὶ οὐδὲ ταύτην οἴκοθεν παρετίθετο τὴν τράπεζαν· ἀλλὰ παρ' ἑτέρων λαμβάνων· οὕτως ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ· καὶ τοσοῦτον ἦν B τοῦ βασιλέως λαμπρότερος, ὡς πολλάκις αὐτοῦ καλοῦντος ἐκεῖνον πρὸς ἑαυτόν, μὴ θελῆσαι τὸ Λύκειον ἀφεῖναι, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον ἐλθεῖν. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης, δόξης δὲ τῆς κρατούσης νῦν, καὶ τὰ πρότερα φαίνεται. τούτων μὲν γὰρ τὰ ὀνόματα πολλοῖς γνώριμα, ἐκείνων δὲ, οὐδενί. ὁ δὲ Σινωπεὺς πάλιν ἕτερος οὗτος φιλόσοφος. τοσούτῳ καὶ τούτων, καὶ ἑτέρων μυρίων τοιούτων βασιλέων εὐπορώτερος ἦν, καὶ ταῦτα ῥακίοις συζῶν, ὡς τὸν Φιλίππου τὸν Μακεδόνα στρατιὰν ἐπὶ Πέρσας ἄγοντα, πάντα ἀφέντα, ἰδόντα αὐτόν, ἀπελθεῖν, C καὶ ἐρέσθαι δι' ἑαυτοῦ, μή τινος δέοιτο. καὶ εἴ τι κελεύοι· αὐτὸν δὲ οὐδὲν ἀπαγγεῖλαι. ἆρά σοι τῶν παραδειγμάτων ἅλις, ἢ βούλει, καὶ ἑτέρων ἐπιμνησθῶμεν. οὗτοι γὰρ οὐχὶ τῶν ἐν βασιλείοις μόνον λαμπρῶν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ βασιλεύοντος γεγόνασι λαμπρότεροι τὸν ἰδιωτικὸν ἑλόμενοι βίον, καὶ ἀπράγμονα, καὶ πολιτείας οὐδὲ ἐγγὺς βουληθέντες ἐλθεῖν. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ πολιτείᾳ, οὐκ ἐκείνους ὄψει λαμπροὺς τοὺς ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ περιουσίᾳ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν πενίᾳ τοὺς ἐν εὐτελείᾳ, D τοὺς ἐν ἀτύφῳ ζῶντας βίῳ. παρὰ μὲν Ἀθηναίοις, Ἀριστείδης, ὃν καὶ τελευτήσαντα ἡ πόλις ἔθαψε, καὶ πλούτῳ, καὶ γένει, καὶ τρυφῇ, καὶ δυνάμει λόγων, καὶ ῥώμῃ σώματος, καὶ εὐμορφίας, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, Ἀλκιβιάδου κρατοῦντος, τοσοῦτον λαμπρότερος ἦν, ὅσον παιδίου τινὸς εὐτελοῦς, φιλόσοφος θαυμαστός, παρὰ δὲ Θηβαίοις Ἐπαμινώνδας ἄνθρωπος εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυνάμενος ἐλθεῖν, ἐπειδὴ αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον ἔτυχε πλυνόμενον·

καὶ ἕτερον περιβλέπεσθαι οὐκ εἶχε, πάντων τῶν γεγονότων αὐτόθι στρατηγῶν ἐπισημότερος ὤν. μὴ τοίνυν μοι τὴν ἐρημίαν εἴπῃς, μηδὲ τὰ βασίλεια. οὐ γὰρ ἐν τόποις τὰ τῆς λαμπρότητος, καὶ τῆς περιφανείας, οὐδὲ ἐν ἱματίοις, οὐδὲ ἐν ἀξιώματι, οὐδὲ ἐν δυναστείᾳ, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ ψυχῆς, καὶ φιλοσοφίας μόνον. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ παραδείγματα οὐ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σοῦ παιδὸς ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν. εὑρήσομεν γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον λαμπρότερον ὄντα νῦν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνα τιμιώτερον, δι' ἅπερ ἄτιμον εἶναι φὴς, καὶ εὐτελῆ. εἰ γὰρ βούλει πείσαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄρους κατελθεῖν, πείσωμεν καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, καὶ ὄψει πᾶσαν ἐπιστρεφομένην τὴν πόλιν, καὶ ὑποδεικνῦντας αὐτὸν ἀπάντας, καὶ θαυμάζοντας, καὶ ἐκπληττομένους, ὡς ἀγγέλου τινὸς ἐξ οὐρανοῦ παραγενομένου νῦν, ἢ ἕτερόν σοι τὰ τῆς δόξης τί ἐστι δοκεῖ. οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐν βασιλείοις ἔσται περιφανέστερος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸ διάδημα περικειμένου, διὰ τὰ ἱμάτια ἐκεῖνα τὰ εὐτελῆ καὶ κατατετριμμένα. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἅπαντας ἐξέπληττε χρυσοφορῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ἁλουργίδα, καὶ αὐτὸν τὸν στέφανον περικείμενος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῖς σηρικοῖς ἐπικαθήμενος στρώμασι, καὶ ὑπὸ τῶν ἡμιόνων ἑλκόμενος, καὶ τοὺς χρυσοφοροῦντας δορυφόρους ἔχων, ὡς νῦν ῥυπῶν, καὶ αὐχμῶν, καὶ παχὺ περιβεβλημένος ἱμάτιον, καὶ μηδένα ἀκολουθοῦντα ἐπαγόμενος, καὶ ἀνυπόδετος ὤν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ τοῦ βασιλέως νόμοις τε εἴρηται, καὶ τῆς συνηθείας ἐστί· καὶ διὰ ταῦτα κἂν εἴποι τις θαυμάζων τὸν βασιλέα, ὅτι στολὴν περιβέβληται χρυσῆν, οὐ μόνον οὐ θαυμάζομεν, ἀλλὰ καὶ γελῶμεν τὸ λεχθὲν, ὡς οὐδὲν ἔχον παράδοξον· περὶ δὲ τοῦ παιδίου τοῦ σοῦ εἰσελθών τις ἀπαγγείλῃ, ὅτι πλούτου καταγελάσας τοῦ πατρικοῦ, καὶ τὴν βιωτικὴν καταπατήσας φαντασίαν, καὶ τῶν κοσμικῶν ἐλπίδων ἀνώτερος γενόμενος, πρὸς τὴν ἐρημίαν μετέστη, καὶ χιτωνίσκον σαπρὸν ἐνέδυ, καὶ φαῦλον, πάντες εὐθέως δραμοῦνται, καὶ θαυμάσουσι,

A cunctis, qui eò conuenerant, ducibus inſignior ac ſpectatior fuit. Non ergo mihi ſolitudinem in medium adducas, aut regiam. Neque enim in locis claritudo, ſplendor, & gloria, non in veſtibus, non in dignitate, non in potentia, ſed in virtute tantum animi & philoſophiæ ſtudijs conſiſtit.

Cap. VII. Clariorem nunc eſſe filium Chriſtiani patris monachum.

Verum quia exempla fortaſſis apud te non vſque adeo vim atque authoritatem habent: age iam ex ipſo filio tuo rem iſtam diſcutiamus diligenter. Inueniemus illum ſanè non modo clariorem eſſe nunc, quàm fuiſſet domi: B verum ex illis ipſis rebus eam claritatem aſſecutum, quibus illum tu & vilem eſſe, & ignobilem exiſtimas. Nam ſi vis perſuadebimus illi de monte deſcendere, atque in forum irrumpere. Aſpicies protinus totius ciuitatis in illum ora conuerti, cunctóſque inuicem ſibi eum demonſtrantes, ſumma admiratione ac ſtupore & gaudio repletos, velut angelus aliquis de cœlo deſcenderit: an vero aliud quippiam tibi videtur eſſe gloria? Certe non eis modo qui in regia verſantur, ſed ipſo quoque qui diademate ornatus eſt, C profectò erit illuſtrior, idque aſſequetur ob indumenta illa viliſſima, atque conſciſſa. Nunquam enim ita miraculo ac ſtupori omnibus fuiſſet, ſi veſtibus operiretur auratis, ſi ipſam purpuram denique, ipſámque geſtaret capiti impoſitam coronam, ſi ſtratis inſideret ſericis, aureóque curru mulorum officio inueheretur, aurata lictorum turba comitatus: vt modo eſt ſqualore ac ſordibus obſitus, craſſóque amictus indumento, nullo à latere comitatus aſſecla, nudiſque pedibus incedens. Regij namque illi D apparatus & ſolemnes ſunt, & conſtituti legibus ac more definiti, atque adeo nemo regem admiratur, quòd veſtem induat aureã. Non modo enim non miramur, verum ſi quis id admirãs dixerit, ridemus: quippe qui nihil nouum, nihil mirabile locutus ſit. At ſi quis de filio tuo verba faciat, vtq; irriſerit paternas opes, omnémque ſeculi gloriã dederit peſſum, omnique mundana ſpe celſior euaſerit, atque ad ſolitudines cõmigrans tunica vili, cõſciſſa ac putri ſe induerit: ſi hæc, inquam, ille de filio tuo proſequatur, prorſus continuo concurrent omnes, applaudéntque,

atque laudabunt eius magnitudinem A animi tantã & tam illuſtrem. Contrà, cum reges innumeris quotidie maledictis impetantur, nihil aureæ veſtes quò minus id fiat, terrori ſunt: tantum abeſt, vt illæ eos venerabiles reddant. Hic autem ex ipſis quoque indumẽtis plurimas occaſiones habet admirationis & laudis. Iſte igitur amictus multo magis ipſum ſpectatum illuſtrémque facit, quàm faceret regius. Siquidem ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita indutum omnes & venerationi & ſtupori habent. Dices, quid mihi emolumẽti confert opinio vulgi? quid tan- B dem hæ laudes præſtãt? Nempe gloria nihil aliud eſt. Sed huius, inquies, amore non teneor, honores magis & potentiam cupio. At hi qui laudant, prorſus honorabunt quoque: ſin vero tu & potentiam & regimen deſideras, ea nihilominus, vt priora omnia, apud iſtos reperiemus eſſe præſtãtius, quàm apud vos: atque cum eam rem exẽplis cõfirmare facile poſſemus, ad eũ probationis modũ, qui te maxime ſolari poſſit, venire malumus, huiúſque rationis documẽta non ex alijs, ſed ex ipſo potiſſimũ filio tuo inquiremus. Quod enim C tu ſummę poteſtatis argumentũ eſſe aſſeris? Nónne vt poſſit quis & hoſtes, & omnes penitus qui ſibi infeſti ſint, vlciſci, cunctóſque qui ſe beneficijs affecerint, remunerari? Atqui hanc omnẽ ne apud regem quidẽ inuenire poteris. Namque & plurimos habet infeſtãtes inimicos, quibus vicem reddere non poteſt: & plurimos beneficos, quos facile non poſſit munerari. Plerumque enim & hoſtes qui ſe bello laceſſierint, maliſque innumeris affecerint, vlciſci cum vehementer cuperet non potuit: amiciſque item qui magna in D bello oſtenderunt fortitudinis ac probitatis indicia, non potuit paria rependere cum vellet, quòd illi prærepti fuiſſent, atque in bello ipſo occubuiſſent. Quid ſi hac potentia, qua vt aperta ratione demonſtratum eſt, ne reges quidem ipſi frui poſſunt, aliam quoque longe maiorem, atque excellentiorem filium tuum habere monſtrauero? Atqui nemo me bona cœleſtia modo dicturum putet, quibus tu non credis. Non adeo, quid receperim, oblitus ſum: verum ex his quæ hac in vita fiunt, documenta afferam. Si enim vlciſci poſſe inimicos, ea demum

C. VIII. *Potẽtes eſſe monachos ad vlciſcendum aut remunerandum.*

A καὶ κροτήσουσιν ὑπὲρ τῆς μεγαλοψυχίας αὐτόν. καὶ τῶν μὲν βασιλέων μυρία κατηγορουμένων, οὐδὲν τὰ ἱμάτια περιέστησαι τὰ χρυσᾶ. τοσοῦτον ἀπέχει θαυμαστοὺς δεῖξαι ὄντας αὐτούς. οὗτος δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἱματίων πολλὰς ἔχει τοῦ θαυμάζεσθαι τὰς ἀφορμάς. ὥστε αὕτη ἡ στολὴ τῆς βασιλικῆς μᾶλλον αὐτὸν ἀπόβλεπτον ἀπέφηνε, καὶ περιφανῆ. εἴγε δὲ ἐκείνην μὲν οὐδεὶς βασιλέα ἐθαύμασε, διὰ δὲ ταύτην ἅπαντες τὸν περικείμενον ἐκπλαγήσονται. καὶ τί μοί φησι τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας ὄφελος, B καὶ τῶν ἐπαίνων; καὶ μὴν δόξα οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ ταῦτα. ἀλλ' οὐ δέομαι φησὶ ταύτης. δυναστείαν δὲ ζητῶ, καὶ τιμήν. ἀλλ' οἱ ἐπαινοῦντες, καὶ τιμήσουσι πάντως. εἰ δὲ δυναστείαν βούλη καὶ προστασίαν, καὶ ταύτην οὐχ ἧττον τῶν προτέρων παρὰ τούτοις οὖσαν μᾶλλον εὑρήσομεν· καὶ ἔχομεν μὲν αὐτό, καὶ ἐκ παραδειγμάτων ποιεῖν φανερόν, ἐπὶ δὲ τὸν μάλιστά σε παραμυθούμενον τρόπον ἐλθόντες, οὐκ ἐπ' ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σοῦ παιδὸς τὸν λόγον ἐξετάσωμεν τοῦτον. τί γὰρ δυνάμεως τῆς μεγίστης τεκμήριον εἶναι C φής; οὐ τὸ δύνασθαι μὲν ἀμύνεσθαι τοὺς λυποῦντας, καὶ δύνασθαι τοὺς εὐεργετοῦντας ἀμείβεσθαι; καί τοί γε ταύτην ἅπασαν οὐδὲ παρὰ τῷ βασιλεύοντι ἴδοι τις ἄν. καὶ γὰρ πολλοὺς ἔχει τοὺς λυποῦντας, οὓς οὐκ ἂν δύναιτο λυπεῖν, καὶ πολλοὺς τοὺς εὖ ποιοῦντας, οὓς οὐκ ἂν εὐκόλως ἀμείψαιτο. καὶ γὰρ ἐν πολέμοις πολλάκις λυπήσαντας πολεμίους, καὶ μυρία αὐτὸν εἰργασμένους κακά, ἀμύνασθαι ἐπεθύμησε μέν, οὐκ ἴσχυσε δέ· καὶ φίλους δὲ μεγάλα ἐπιδειξαμένους ἐκεῖ κατορθώματα, D οὐκ ἔσχε τοῖς ἴσοις ἀμείψασθαι, προαναρπασθέντας τῆς ἀντιδόσεως, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ πεσόντας. τί οὖν ἂν ταύτης τῆς δυνάμεως, ἧς οὐδὲ βασιλεῖς ἀπολαύουσιν, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἑτέραν πολλῷ μείζονα τὸν υἱὸν ἔχοντα ἀποδείξωμεν τὸν σόν; καὶ μηδεὶς ἴσως τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθὰ ὑπολάβοι λεγόντων ἡμῶν εἰς ἀπιστεῖς. οὐχ οὕτως ἐπιλελήσμεθα τῶν ὑποθέσεων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα γινομένων, ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν. εἰ γὰρ δύναμις αὕτη μεγίστη, τὸ λυποῦντας δυ-

νασθαι ἀμύνεσθαι, πολλῷ μεῖζον ταύτης τὸ A τοιαύτην εὑρεῖν τοῦ βίου κατάστασιν, ἐν ᾗ μηδ' ἂν ἐθέλῃ τις, λυπῆσαι δυνήσεται. ὅτι γὰρ ἐκείνου τοῦτο μεῖζον, ἂν ἐφ' ἕτερον παράδειγμα τὸν λόγον ἀγάγωμεν, δῆλον ἡμῖν ἔσται, καὶ φανερόν. εἰπὲ γάρ μοι τί βέλτιον, οὕτως ἔμπειρον εἶναι τὰ πολεμικὰ, ὡς μηδένα τῶν τιτρωσκόντων ἱμᾶς ἀτρώτως διαφυγεῖν, ἢ σῶμα κεκτῆσθαι τοιοῦτον, ὡς μηδένα, κἂν μυρία ποιῇ, δύνασθαι πλῆξαι τὸ σῶμα; πάντη που δῆλον, ὅτι τοῦτο ἐκείνου δυνατώτερον, καὶ θειότερον, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι πολ- B λῷ τούτου ἀνώτερον. ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ φάρμακα εἰδέναι, δι' ὧν ἀφανισθήσεται τὰ τραύματα πάντα. τριῶν τοίνυν τούτων ὄντων, ἑνὸς μὲν, τοῦ δύνασθαι τοὺς ἀδικοῦντας ἀμύνεσθαι· ἑτέρου δὲ ἀνωτέρου τοῦ καὶ τὰ οἰκεῖα τραύματα θεραπεύειν. οὐ γὰρ ἕπεται τοῦτο πάντως ἐκείνῳ. τρίτου δὲ τοῦ μηδενὶ τῶν ὄντων ἀνθρώπων εὐχείρωτον εἶναι, ὃ δὴ καὶ μεῖζον φύσεως ἀνθρωπίνης ἐστὶ, τοῦτο τὸν υἱὸν τὸν σὸν ἔχοντα ἀποδείξομεν. καὶ ὅτι οὐ ψόφος ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ ταύτης τῆς μεγάλης C δυνάμεως ἑτέραν πάλιν μείζονα μεταξὺ ζητοῦντες εὑρήκαμεν. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐ δυναμένους, ἀλλ' οὐδὲ βουλομένους ἐκείνων βλάψαι τινὰς, ὄψεταί τις. ὥστε διπλᾶ τὰ τῆς ἀσφαλείας αὐτῷ. τί οὖν θειότερον γένοιτ' ἂν ταύτης τῆς ζωῆς, ἐν ᾗ μηδεὶς μήτε ἐθελήσῃ, μήτε ἂν ἐθέλῃ, δυνήσεται ποιῆσαι κακῶς; καὶ μάλιστα, ὅταν τὸ μὴ θέλειν οὐκ ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι γίνηται καθάπερ ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μηδεμίαν αἰτίαν εὑρεῖν; ἐπεὶ εἴγε τοῦτο ἦν, καθ' ἑαυτὸ, τὸ μὴ δύνασθαι λέγω, οὐδὲν τοσοῦτον ἦν· μῖσος γὰρ ἂν D ἐπήχθη πολὺ τοῖς θέλουσι μὲν οὐ δυναμένοις δὲ ἀδικεῖν. οὐ μικρὸς δὲ καὶ οὗτος μακαριότητος τρόπος· αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο ἐξετάσωμεν, εἰ δοκεῖ, πρότερον. τίς οὖν εἰπέ μοι τὸν οὐδὲν κοινὸν ἔχοντα πρὸς ἀνθρώπους οὐ συμβολαίων ἕνεκεν οὐ γῆς, οὐ χρημάτων, οὐ πραγμάτων, οὐκ ἄλλου οὐδενὸς ἐθελήσει βλάψαι ποτέ; ὑπὲρ ποίας χώρας φιλονεικήσει πρὸς

A ſuprema potētia cenſetur: multo planè erit excellentius, eiuſmodi vitæ ſtatum reperire, in quo nemo ſit, qui etſi velit, nocere poſſit. Nam quòd hoc illo maius ſit, & excellentius, tunc magis conſtabit, ſi ad exemplum aliud orationem reducamus. Dic enim quæſo, vtrum eſſe commodius cenſes, vtrum præſtantius? reine bellicæ ita quempiam peritum eſſe, vt nemo qui ſe vulneret, inuulneratus effugiat: an eiuſmodi eſſe corpore, quòd quantalibet quiſque machinetur, vulnerare non poſſit? Omnibus profectò conſtat B hoc illo & potius eſſe, & longe diuinius. Illud quoque præterea adijciendum, quòd primo illo potentiæ genere ſuperius, & extremo inferius, ac medium inter vtrumque eſt. Quódnam vero iſtud eſt? Etiam medicamenta noſſe, per quæ vulnera curentur omnia. Tribus ergo iſtis potentiæ modis conſtitutis, primo quidem, vt poſſit quis iniurias vlciſci: Altero vero qui & ſuperior & dignior eſt, vt vulnera propria curare norit: neque enim omnino illud hoc ſequitur. Tertio, vt vt à nullo prorſus hominum lædi poſ- C ſit, quòd naturam penitus excedit humanam, extremum hoc filium tuum habere monſtrabimus. At ne hæc verba ſtrepitus inanis eſſe videantur, hac ipſa ſumma potentia rurſus aliam maiorem inter quærendum inuenimus. Non modo enim non reperietur, qui nocere poſſit, ſed ne qui velit quidem. Ita duabus ex partibus ille tutus erit. Quid igitur hoc vitæ ſtatu ſingularius, quid diuinius dici, aut fingi poſſit, in quo nemo nocere velit: nec ſi velit, poſſit: Cum potiſſimum nolle nocere non ex impotentia veniat, vt in ple- D riſque contingit, ſed ex eo quòd nocendi nulla cauſa rationabilis exiſtat? Nam ſi nocere non poſſe, id tandem per ſe ſolum ſit, nihil erit cur ita admiremur. Poterunt enim etiam vehementius odiſſe hi, qui cum voluerint, nocere non poſſunt. Itaque non parum beatus iſte quoque potentiæ modus eſt. Ipſum ergo primum ſi videtur, intueamur diligenter. Quiſnam eum rogo lædere, atque iniurijs afficere velit, qui nihil habet commune cum hominibus, non tabularum, aut chirographorum gratia, non prædiorum, non pecuniarum, non negociorum, non alterius denique rei alicuius? Pro quibus aduerſus eum villis corrixabitur, pro

quibus ſeruis, pro qua gloria? quidnam metuens, quid inuidens? Aut enim inuidia, aut timore, aut ira commouemur, vt aliquem lædamus. At iſte illuſtriſſimus, & planè regius, his omnibus ſuperior euaſit. Quis enim illi inuideat, qui cuncta ea irrideat, quæ alij vehementer amant, & plurimi æſtimant? Quis illi iraſcatur, à quo nulla fuerit laceſſitus iniuria? Quis eum metuat, quem nihil ſuſpectum habet? Conſtat igitur ex his neminem eſſe, qui nocere velit, quòd autem non poſſit, ne ſi velit quidem, & hoc ſimiliter manifeſtum erit. Nullę enim ſunt occaſiones, aut cauſæ, quibus eum aliquis impedire poſſit: ſed vt aquila ſublime volans, minutarum auium laqueis non capitur: ita & hic. Vnde enim, vel ex qua cauſa nocere ei poſſit aliquis? Pecunias ille non habet, vt damnum metuat: patriam non habet, vt exilium ipſi aliquis intentet: gloriam non optat, vt dedecus timeat. Vnum reliquum eſt, mors ſcilicet, ſed eam qui intulerit, non modo illum non lædet, aut aliquo afficiet mœrore, verum ſumma quoque illi conferet emolumenta. Namque eum ad aliam tranſmittit vitam, quam ille ſummis ambit deſiderijs, cuius gratia cuncta & agit & molitur. Itaque laborum illa ipſi finis erit, non pœna, ſudorúmque abſolutio, & requies. An cupis genus aliud eius potentiæ, ac virtutis addiſcere, longe iſto excellentius, ac philoſophia dignius? Siue quis eum innumeris eum iniurijs afficiat, ſiue verberibus atterat, ſiue in vincula conijciat, corpus quidem natura infirmum violatur: cæterum animus quòd philoſophiæ intentus ſit, inuiolabilis durat: neque enim iracundia capitur, non odio peruius eſt, non inimicitias exercet. Quæ cum ſint mirabilia, id profectò mirabilius ſit neceſſe eſt, quod eos qui ſe ita vexant, ſic diligit, ſic amat, vt beneficos: & ſuorum profectuum magiſtros, bonáque illis cuncta precatur. At tu quid ei vnquam tale præſtare potuiſſes, etiamſi millies regem ipſum, ac totius orbis terrarum dominum conſtituiſſes, & decem millibus annorum imperium ei prorogaſſes? Quænà purpuræ vis, quæ claritudo, quæ gloria ſic affecto animo comparata, non vileſcat atque euaneſcat? Quidnam aliquis non libenter impenderet, vt eiuſmodi animum acciperet? Ego

A αὐτὸν, ὑπὲρ τίνων ἀνδραπόδων, ὑπὲρ ποίας δόξης; τί δεδοικώς; ὑπὸ τίνος δακνόμενος; ἢ γὰρ φθόνῳ, ἢ δέει, ἢ ὀργῇ κινούμεθα πρὸς τὸ βλάπτειν ἑτέρους. ἀλλ' ἔστιν ὁ βασιλικώτατος πάντων ἐστὶν ἀνώτερος· τίς γὰρ φθονήσει τῷ πάντων καταγελῶντι τούτων, περὶ ἃ κόπτονται ἕτεροι, καὶ σπουδάζουσι; τίς δὲ ὀργισθήσεται μηδὲν ἠδικημένος; τίς δὲ φοβηθήσεται, μηδὲν ὑποπτεύων; οὐκοῦν, ὅτι μὲν οὐ βουλήσονταί τινες ἀδικεῖν, ἐκ τούτου δῆλον. οὐ γὰρ ἔχει τὰς ἀφορμὰς, οὐδὲ τὰς λαβὰς, ὅθεν ἄν τις αὐτὸν κατάσχοι· ἀλλ' ὥσπερ ἀετὸς ὑψηλὰ
B πετόμενος παγίσι στρουθῶν οὐκ ἂν ἁλώη ποτὲ, οὕτω, καὶ οὗτος· πόθεν γὰρ αὐτόν τις βλάψαι δυνήσεται; χρήματα οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ, ἵνα ἀπειλήσῃ ζημίαν· πατρίδα οὐκ ἔχει, ἵνα τὴν ὑπερορίαν ἐπανατείνηται· δόξης οὐκ ἐφίεται, ἵνα εἰς ἀτιμίαν ἀγάγῃ· ἓν ἔστι τὸ λειπόμενον, θάνατος· ἀλλ' ἐνταῦθα μάλιστα οὐ δυνήσεται αὐτὸν λυπῆσαί ποτε, ἀλλὰ καὶ ὠφελήσει τὰ μέγιστα. πρὸς γὰρ ἑτέραν αὐτὸν πέμπει ζωὴν, τὴν ποθουμένην αὐτῷ, δι' ἣν ἅπαντα πράττει, καὶ πραγματεύεται.
C ὥστε τοῦτο ἀπαλλαγὴ πόνων ἐστὶ, καὶ οὐ τιμωρία, ἀλλ' ἱδρώτων λύσις, καὶ ἀνάπαυσις. βούλει καὶ ἕτερον τρόπον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μαθεῖν, πολλῷ τούτου φιλοσοφώτερον; κἂν γὰρ μυρία τις αὐτὸν ἐργάσηται δεινὰ, κἂν μαστίξῃ, καὶ δήσῃ, τὸ μὲν σῶμα πλήττεται διὰ τὴν φύσιν, ἡ δὲ ψυχὴ ἄπληκτος διὰ τὴν φιλοσοφίαν μένει. οὐδὲ γὰρ ἁλίσκεται θυμῷ· οὐ χειροῦται μίσει· οὐκ ἀπεχθείᾳ καταγωνίζεται. καὶ οὔπω τοῦτο μέγα, ἀλλὰ τὸ πολλῷ τούτου θαυμαστότερον· καθάπερ γὰρ
D εὐεργέτας, καὶ προστάτας, οὕτω φιλεῖ τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους· οὕτως εὔχεται πάντα αὐτοῖς γενέσθαι τὰ ἀγαθά. καί τοι τί τοσοῦτον ἔδωκας ἂν αὐτῷ, ἢ μυριάκις αὐτὸν βασιλέα τῆς οἰκουμένης ἐποίησας, καὶ μυρίοις ἔτεσι τὴν βασιλείαν ἐξέτεινας; πόσης ἁλουργίδος τοῦτο τὸ κτῆμα; πόσης ἀρχῆς, πόσης δόξης οὐ τιμιώτερον; τί οὐκ ἂν τις προήκατο, ὥστε ψυχὴν τοιαύτην λαβεῖν; ἐμοὶ

δοκεῖ καὶ τοὺς σφόδρα φιλοσωμάτους ἐλεεῖν δι' αὐτῆς τῆς ζωῆς τὴν ἐπιθυμίαν. Βούλει καὶ ἑτέρωθεν τὴν δύναμιν ἰδεῖν τοῦ ἀνδρὸς θαυμαστοτέραν, καὶ ἡδίστην, ἀπὸ μέρους ταπεινοτέρου μὲν, σοὶ δὲ μάλιστα ἡδίστου; τὰ μὲν γὰρ εἰρημένα δείκνυσιν αὐτὸν ἀχείρωτον ὄντα, καὶ ἀνάλωτον· ὅτι δὲ καὶ ἑτέρων περιέσεται, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσει πολλῇ, τοῦτο ἴσως ζητεῖς μαθεῖν. τοῦτο μὲν οὖν πρῶτόν ἐστι προστασία, ὃ καὶ ἑτέρους εἰς τὸν αὐτὸν ζῆλον ἀγαγεῖν, καὶ οὕτω ποιῆσαι ἰσχυρούς. εἰ δὲ μὴ θέλοιεν, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπινωτέραν ταύτην, καὶ γηΐνην μετέρχοιντο ζωὴν, καὶ ἐν ταύτῃ πάλιν ὄψει δύναμιν αὐτὸν ἔχοντα τοῦ πλουτοῦντός σου μείζονα τὸν μηδὲν ἔχοντα, δι' αὐτὸ τοῦτο μάλιστα ὃ μηδὲν ἔχει. τίς γὰρ μετὰ πλείονος ἐξουσίας διαλέξεται βασιλεῖ, καὶ ἐπιτιμήσει ὁ τοσαῦτα σὺ κεκτημένος, καὶ ὑποβρύχιος ὢν διὰ ταῦτα καὶ τοῖς ἐκείνου δούλοις, καὶ ὑφ' ἁπάντων τρέμων, καὶ μυρίας αὐτῷ παρέχων λαβάς; εἰ βούλοιτό σε ἀδικεῖν ὀργισθεὶς, ἢ ἔξω ὁ τῶν ἐκείνου χειρῶν ἀνώτερος ὤν; βασιλεῦσι μὲν γὰρ οὗτοι μάλιστα διελέχθησαν μετ' ἐξουσίας πολλῆς, ὅσοι πάντων ἐγένοντο τῶν βιωτικῶν ἐκτός. τίνι δὲ μᾶλλον εἴξει καὶ ἐπακούσεται ὁ ἐν δυνάμει ὢν, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις στρεφόμενος, τῷ πλουτοῦντί σοι, καὶ ὃν ὑποπτεύει ἕνεκα χρημάτων πολλὰ πολλάκις ποιεῖν, ἢ τῷ μὴ ἀνέχοντι τῶν ἐπιταγμάτων ὑπόθεσιν, τὴν εἰς τοὺς ἄλλους φιλανθρωπίαν; τίνα τιμήσει, καὶ θαυμάσεται· περὶ οὗ μηδὲν ταπεινὸν ὑποπτεῦσαι δύναιτ' ἂν, ἢ τὸν καὶ τῶν οἰκετῶν ταπεινότερον εἶναι νομιζόμενον τῶν αὐτοῦ. καθάπερ γὰρ ἐν χρήμασιν, ὅταν ἀναλίσκειν δέοι, ἐκείνοις ὑπακούουσι μᾶλλον, οὕτω καὶ προστῆναι κελεύουσιν. εἰ δὲ βούλει, μηδὲν δι' ἑτέρων ἀνυέτω, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ, καὶ τὸν κακῶς παθόντα, καὶ πρὸς τοῦτον ἀγάγωμεν, καὶ πρὸς σὲ, μᾶλλον δὲ μὴ πρὸς σὲ, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλεύοντα· εἶτα ἴδωμεν τίς μᾶλλον προνοῆσαι δυνήσεται τούτου.

A puto eos etiam qui corpori vehementer ſtudent, huius vitæ deſiderio non ſegniter moueri.

Viſne aliunde quoque viri huius potentiam addiſcere, & mirabilem & iucundiſſimam, humiliori quidem ex parte petitam, ſed tamen tibi ſummè gratam atque ſuauiſſimam? Cuncta ſanè ea quæ dicta ſunt, nec capi illum, nec violari poſſe oſtendunt: verum tu fortaſſe quonam ille modo alios quoque moderabitur, & reget, atque tutiſſimos præſtabit, quæris addiſcere. Principio quidem ipſius in eo apparet B magiſterium, quod alios quoque imitatione ſui ad idem propoſitum adducit, ſimiliſque fortitudine præditos facit. Sin vero illi noluerint, eámque vitam, quæ & fragilior eſt, & terræ propior, hominibúſque communior viuere maluerint, in eo quoque delectu vitæ, maiore illum eſſe potentia qui nihil habet, quàm te qui diues es, ídque idcirco maxime, quia nihil habet, docebo. Quis enim maiore cum fiducia ac libertate regem alloquetur, & ſi neceſſe ſit, increpabit? túne qui tanta poſſides, & propterea ſeruis quoque illius obnoxius & obſtrictus es, C prope omnibus tremis ac trepidas, occaſioneſque illi innumeras præſtas, quibus te quotidie capiat iratus: an iſte, qui illius iras potentiámque non metuit? Huiuſmodi enim potiſſimum ingenti cum libertate regibus colloquuti ſunt, quique ſe mundi negocijs penitus alienos reddiderunt. Cui vero facilius cedet, promptiúſque obtemperabit, is qui eſt in poteſtate conſtitutus, atque in regia verſatur? tibine qui diues es, quem ille pecuniarum cauſa crebro plurima ſuſpicatur facere: an ei qui vnam tantummodo habet D intentionem, cauſámque iuſſionum, humanitatem ſcilicet in omnes, atque clementiam? Quem, inquam, ille amplius amabit, obſeruabit, admirabitur, eum de quo nihil humile, nihil abiectum ſuſpicari poteſt, ante quem ſeruis quoque ſuis humiliorem arbitratur atque viliorem? Sicut enim quoties aliquid pecuniæ impendendum fuerit, illis obediunt potius, ita etiam quoties iuſſerint alicui ſubuenire. Sin autem ita vis, nihil ille per alios tranſigat, ſed per ſemetipſum omnia: Adducatur afflictus aliquis, inſigni calamitate mœſtus & ad illum & ad te, quin magis nõ ad te, ſed ad regem ipſum, tum videamus vter illum refouere & recreare magis ſua proui-

Cap. IX. *Potentiã eſſe monachum ad alios regendos.*

dentia poſſit. Primúſque & ante alios A ducatur, qui acerbiſſima omnium perpeſſus ſit. Fingamus interim aliquem habere filium vnicum, quem in ipſo flore ætatis amittat, hunc neque princeps vllus, neque rex, neque alius quiſpiam ſolari mœrentem poterit, nedum tu: nihil enim eiuſmodi ipſi dare quale amiſit, valebis. At ſi ad filium tuum ille educatur, ſtatim ex aſpectu ipſo atque habitu, itémque ex ipſo habitaculo deiectum eriget, ac perſuadebit facile nihil æſtimare res humanas, cum oratione ſua mœroris omnem nebulam fugabit & exterget. Tua vero B ex domo luctum ille & quidem acerbiorem referet. Cum enim ea viderit immunem, exortem malorum, omnibúſque ſecundis ſucceſſibus repletam, & eum qui hæreditate potiturus ſit, præ ſe ferentem, tum vero magis aduretur, atque ad luctum acrius inflammabitur. At vero inde manſuetior, & quietior redibit, philoſophiæque vicinior. Nam cum viderit filium tuum tantas opes, tantas copias ſpreuiſſe, tantámque claritudinem & gloriam, minus dolebit ſibi filium obijſſe. Quî enim morderi, aut angi poterit, C nullo ſibi ex liberis hærede ſuperſtite, cum hunc proſpexerit illa omnia ingenti magnitudine animi ſpreuiſſe? Audiet illum præterea facilius & gratius de philoſophia verba facientem, quòd operibus ille fidem verbis faciat, dictíſque res ipſæ adſtipulentur. Tu ſi vel aperire os, atque hiſcere auſus fueris, eum mœrore incredibili replebis: quippe qui alienis in malis philoſophari pergis. At ille rebus ipſis erudiēs perſuadebit facile, nihil aliud quàm ſoporem mortē eſſe: neque enim plurimos enumerabit patres perpeſſos ea- D dem, ſed ſe ipſum oſtendet diebus ſingulis in corpore mortem meditantem, ac ſe ad eam obeundam ſemper præparantem. Atque illum reſurrectionis admonens, magna perſuadendi vi, ita ab ſe dimittet maxima parte mœroris amputata: multóq; amplius valebunt huius verba rebus ipſis aſſerta ad leuādum animi dolorem, quàm contubernalium, ſodalium ac ſequeſtrium. Et iſtum quidem ita forſitan ſanabit: adducatur autem ad illum rurſus alius, qui iugi ex morbo oculos amiſerit: quis illius dolori medebitur, quiſve melius curare eum poterit? Nempe enim iſte certa ratione monſtrabit, nihil mali illum eſſe paſſum,

A καὶ πρῶτος ἀγέσθω τῶν ἄλλων, ὁ πάντων δεινότατα πεπονθώς. ἔστω γάρ τις υἱὸν ἔχων μονογενῆ, καὶ ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας αὐτὸν ἀποβαλέτω. τοῦτον οὔτε ἄρχων, οὔτε βασιλεὺς, οὔτε ἄλλος τις ὠφελῆσαι δυνήσεται· μή τί γε σύ. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ δοῦναι τοιοῦτον, οἷον ἀπολώλεκεν. ἐὰν δὲ πρὸς τὸν υἱὸν ἀγάγῃ τὸν σὸν, πρῶτον μὲν αὐτὸν ἀπό τε τῆς ὄψεως, ἀπό τε τοῦ σχήματος, ἀπό τε τῆς οἰκήσεως ἀναστήσει ταχέως, καὶ πείσει μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα. ἔπειτα δὲ καὶ λόγοις ἀπελάσει τὸ νέφος B εὐκόλως. ἀπὸ δὲ τῆς σῆς οἰκίας, καὶ πλεῖον ἕξει τὸ πένθος ἐκεῖνος. ὅταν γὰρ ἴδῃ ταύτην καθαρὰν οὖσαν κακῶν, καὶ πολλῆς εὐπραγίας γέμουσαν, καὶ κληρονόμον ἔχουσαν, μᾶλλον καταχανήσεται· ἐκεῖθεν δὲ ἡμερώτερος ἔσται, καὶ φιλοσοφώτερος. ὁρῶν γὰρ τοσαύτης μὲν οὐσίας ὑπεροφῶντα τὸν σὸν υἱὸν, τοσαύτης δὲ δόξης, καὶ λαμπρότητος, οὐκ ἀλγήσει τῷ πλουτῆσαι τοσοῦτον. πῶς γὰρ αὐτὸν δήξεται τὸ μηδένα κληρονόμον ἔχειν τῶν αὐτοῦ, ὅταν ἴδῃ τούτων πάντων καταφρονοῦντα ἕτερον. καὶ τοὺς περὶ φιλοσοφίας δὲ λόγους εὐ- C κολώτερον παρ' ἐκείνου ἀκούσεται τοῖς ἔργοις ἐπαληθεύοντος; σὺ δὲ ἂν χάναι τολμήσῃς μόνον, καὶ ἀθυμίας αὐτὸν ἐμπλήσεις πολλῆς· ἅτε ἐπ' ἀλλοτρίοις φιλοσοφῶν κακοῖς. ἐκεῖνος δὲ αὐτὸν διὰ τῶν πραγμάτων διδάσκων, πείσει ῥᾳδίως, ὅτι οὐδὲν ὕπνου πλέον ὁ θάνατος ἔχει. οὐ γὰρ πολλοὺς ἀριθμήσει πατέρας τὰ αὐτὰ πεπονθότας ἐκείνῳ· ἀλλ' ἑαυτὸν δείξει καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ σώματι μελετῶντα τὴν τελευτὴν, καὶ πρὸς ταύτην παρεσκευασμένον ἀεὶ, καὶ περὶ τοὺς τῆς ἀναστά- D σεως λόγους πιστοτέρους ποιήσας, οὕτως ἀποπέμψει τὸ πολὺ τῆς ὀδύνης ἀποθέμενον βάρος, καὶ τῶν συνδείπνων, καὶ περιδείπνων, πολλῷ μᾶλλον τὰ τούτου ῥήματα, καὶ ἡ διὰ τῶν πραγμάτων ἐπίδειξις, ῥᾷον τὸν παθόντα διαθεῖναι δυνήσεται. καὶ τοῦτον μὲν, οὕτως ἰάσεται· ἀγέσθω δὲ πρὸς αὐτὸν καὶ ἕτερος, εἰ βούλει, νόσῳ μακρᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκοπεὶς, τί τούτου δυνήσῃ περισσῆναι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ δείξεις, ὅτι οὐδὲν τοῦτο δεινὸν καταχεκλεισ-

A μένος τε ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ, καὶ πρὸς ἕτερον ἐπειγόμενος φῶς, καὶ τὸ παρὸν οὐδὲν μέγα πρὸς ἐκεῖνο ἡγούμενος, παιδεύσει γενναίως τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἐπηρεαζομένους πεῖσαι δυνήσῃ φιλοσοφεῖν οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἐνοχλήσεις μᾶλλον. τὰ γὰρ οἰκεῖα κακὰ ἐν τοῖς τῶν πέλας ἀγαθοῖς, ἀκριβέστερον εἰώθαμεν καθορᾷν. ὁ δὲ υἱὸς ὁ σὸς, καὶ τούτοις εὐκολώτερον ἀπαντήσεται. παρίημι τὴν ἀπὸ τῶν εὐχῶν βοήθειαν, πολλῷ τούτων ἁπάντων οὖσαν μείζονα· παρίημι δὲ, ἐπειδὴ πρὸς σέ μοι νῦν ὁ λόγος ἐστίν. B Εἰ δὲ τιμᾶσθαι βούλει διὰ τὸν υἱὸν, καὶ μὴ καταφρονεῖσθαι· εἰκὸς γάρ σε καὶ τούτων ἐρᾷν, οὐκ οἶδα πῶς ἂν ἑτέρως μᾶλλον ἔτυχες τούτου, ἢ παῖδα κτησάμενος τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντα φύσιν, καὶ λαμπρὸν οὕτω πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης φαινόμενον, καὶ μετὰ τῆς εὐδοκιμήσεως ταύτης οὐδὲ ἐχθρὸν ἕνα ἔχοντα. ἐν ἐκείνῃ μὲν γὰρ ὢν δυναστείᾳ, πολλοῖς μὲν αἰδέσιμος, πολλοῖς δὲ καὶ μισητὸς ἦν· ἐνταῦθα δὲ πάντες αὐτὸν οἱ τιμῶντες μεθ' ἡδονῆς τοῦτο πράττουσιν· εἰ γὰρ ταπεινοὶ, καὶ ἐκ ταπεινῶν ὄντες C τινὲς ἀγροίκων υἱοὶ, καὶ χειροτεχνῶν ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν ταύτην ἐλθόντες, οὕτως ἐγένοντο πᾶσιν, ὡς μηδένα τῶν ἐν τοῖς μεγάλοις ὄντων ἀξιώμασιν αἰσχυνθῆναι πρὸς τὸ καταγώγιον τούτων ἐλθεῖν, καὶ λόγων μεταχεῖν, καὶ τραπέζης, ἀλλ' ὥσπερ μεγάλων τινῶν ἀγαθῶν, ὅπερ οὖν καὶ ἐστὶν, ἀπολαύσοντας οὕτω διατεθῆναι, πολλῷ μᾶλλον, ὅταν ἀπὸ λαμπροῦ μὲν ὁρμώμενος γένους, λαμπρᾶς δὲ οὐσίας, τοσούτων δὲ ἐλπίδων πρὸς ἐκείνην ἴδωσιν ἐλθόντα τὴν ἀρετὴν τοῦτο ἐργάσονται. D ὥστε ὃ μᾶλλον πενθεῖς, τὸ ἐκ τοιούτων ἐπ' ἐκεῖνα βαδίσαι, τοῦτό ἐστιν ὃ μάλιστα πάντων αὐτὸν εὐδόκιμον ποιεῖ, καὶ πάντας οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὡς ἀγγέλῳ τινὶ προσέχειν ἀναπείθει λοιπόν. οὐ γὰρ δὴ ταῦτα ἃ περὶ τῶν ἄλλων ὑποπτεύουσιν, ὑπονοήσουσι καὶ περὶ τούτου, ὅτι τιμῆς ἐρῶν, καὶ χρημάτων ἐφιέμενος, καὶ λαμπρὸς ἐκ ταπεινοῦ γενέσθαι ἐπιθυμῶν, ταύτην εἵλετο τὴν ὁδόν. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα ψευδῆ τέ

A breui cellula incluſus, atque ad lucem aliam properans, præſentemque, ſi illi comparetur, & breuem, & obtuſam eſſe arbitrans: ſicque admonebit eum caſum & conſtāter & fortiter perferre. Sed num tu male aliquibus affectis, vt philoſophari velint, perſuadere poteris? Minime vero, quin etiam magis irritabis, atque perturbabis. Namque triſtia noſtra in proximorum ſecundis rebus melius atque diligentius conſueuimus inſpicere. Tuus porrò filius hos quoque facilius recreabit, & refouebit. Omitto precum ſuffragia longe B his omnibus & grauiora, & maiora. Hæc autem ideo omitto, quoniam ad te mihi nunc ſermo eſt. Sin autem honorari cupis ex filio, nec vllis eſſe contemptui; par enim eſt his quoque te moueri, atque ea cupere: neſcio quo pacto id vberius conſequi poſſis, quàm vt eum habeas filium, qui naturam excedat humanam, quique in toto terrarum orbe illuſtris & clariſſimus habeatur, eúmque ſit tanta virtute & poteſtate, neminē habeat inimicum. Nam ſi veſtra hac potentia præditus fuiſſet, habuiſſet quidem plurimos qui vere- C rentur, verum nec pauciores qui odiſſent: at hic illum omnes & iucundè, & cum voluptate honorāt. Si enim nonnulli humili loco nati, agreſtiúmque atque operariorum filij, cum ad hanc ſe philoſophiam cōtuliſſent, adeo cunctis fuere venerabiles, vt ne hi quidem qui in ſummis dignitatibus agebant, erubeſcerent proficiſci ad illorum tuguria, & cum eis colloqui, menſæque participes fieri: quin ita fuere affecti, ac ſi bonis maximis, id quod erat veriſſimum, potiti fuiſſent: multo ſanè magis id facient, cum viderint hunc il- D luſtriſſimo ex genere, clariſſimiſque diuitijs, ſumma illa ex ſpe ad eā ſe virtutem cōtuliſſe. Itaq; quod tu maxime quereris ex his eum ad illa tranſiſſe, id in primis eſt quod illum maxime omnium vt probatum & ſpectatum facit, omnes vt in illū intueātur inducit, non planè quaſi hominem, ſed iam penitus vt Angelum. Neque enim quæ de alijs opinari ſolent, ea de filio quoque ſuſpicabuntur tuo, quòd ille ſcilicet vel honoris ambitione captus, vel pecunias deſiderans, vel inſignis ex humili fieri cupiens, hanc elegit viam, huicque propoſito ſe addixit. Quæ profectò verba, etſi cum de alijs dicuntur, mendacia

CAP. X. *Honorē acquiri patribus ex filijs monachis.*

ſimul & iniqua ſunt: in ipſo tamen tuo nato, ne obſcuræ quidem ſuſpicioni locum dare potuerunt. Et ne tu putes iſta tantum contingere regibus pietatem colentibus, etiáſi imperium transferatur, & Imperatores infideles fiant, tum quoque nati tui virtus illuſtrius clareſcet. Neq; enim vt apud Gentiles, ita fit apud nos: neque principum edictis, & ſententijs iniuſtis acquieſcimus, neque eas ſequimur: verũ ſua cuique virtus immota inuiolabiliſq; perdurat, túncq; apparet maxime, cum maxime oppugnatur. Nam & is miles, qui in pace probatus fuerit, longe erit ſpectatior, ſi belli terror increpuerit. Itaq; & ſub regibus Gentilibus erit tibi æquus honor, imò vero maior quoque atque auctior. Nam qui filium tuum in pace verẽtur, multo amplius id facient, cum præliantem viderint, ſummâque confidentia & conſtantia vtentem, & plurima probitatis inſignia præ ſe ferentem. Viſne illa etiam quæ pertinent ad te, diligenter inquiramus, an id quoque ſuperfluum videtur? Is enim qui cæteris ita blandus & mitis eſt, vt querelæ occaſionem nulli præbeat, multo magis patrem reuerebitur, atque in ſummo habebit honore, longéque amplius fouebit ac tuebitur obſequio, quàm nunc. Atqui ſi in ſummo fuiſſet magiſtratu, incertum eſt, an ipſum quoque patrem contemptui habiturus eſſet: nunc vero eam elegit vitam, per quam cum rege ipſo ſit illuſtrior & clarior, cunctorum tamen vitæ humilitatem & officio erga te ſuperare perſeueret: quippe eiuſmodi apud nos obtinet philoſophia, quæ ea quæ videntur contraria, celſitudinem & humilitatem in vnam animam cogat. Et tum quidem, quippe pecuniarum cupidus, tuum etiam fortaſſis optaſſet occubitum: nunc vero vt quàm longiſſima tibi vita prorogetur orat, vt ex hoc etiam coronis clarioribus donetur. Non enim exigua merces eis propoſita eſt, qui parentes honorauerint, cũ eos ex legis inſtituto vereri iubeamur vt dominos, verbóq; ſimul & operibus colere, dum tamen in nullo pietas ac religio lædatur. quid enim tale, inquit, illis reddes, quale ipſi tibi? Conſidera denique quàm ſit rationi conſentaneum, eum qui in cæteris ad ſummum virtutis verticem prouectus ſit, id officium quoque ſumma intentione ſeruare. Nam etſi moriendum ipſi fuerit pro

Cap. XI. *Patres à filijs monachis maiori coli reuerentia.*

A ἔστι καὶ πονηρίας ῥήματα, ἐπὶ τοῦ σοῦ παιδὸς, οὔτε ὑποψίαν δυνήσεται παρασχεῖν. καὶ μή τοι νομίσῃς βασιλέων ὄντων εὐσεβῶν ταῦτα γίνεσθαι μόνον· ἀλλὰ κἂν μεταπέσῃ τὰ τῆς ἀρχῆς, καὶ οἱ κρατοῦντες ἄπιστοι γένωνται, καὶ τότε τὰ τοῦ παιδὸς ἔσται λαμπρότερα. οὐ γὰρ δὴ οἷα τὰ τῶν Ἑλλήνων, τοιαῦτα καὶ τὰ παρ' ἡμῖν, οὐδὲ ταῖς τῶν κρατούντων ἕπεται γνώμαις, ἀλλ' ἕστηκεν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἰσχύος, καὶ τότε μάλιστα φαίνεται, ὅταν μάλιστα πολεμῆται. ἐπεὶ καὶ ὁ στρατιώτης εὐδόκιμος μὲν ἐ-
B στὶ καὶ οὔσης εἰρήνης, λαμπρότερος δὲ ἔσται καταλαβόντος πολέμου. ὥστε καὶ Ἑλλήνων κρατούντων, ὁμοίως ἔσται σοι, καὶ μειζόνως τὰ τῆς τιμῆς. οἱ γὰρ δὴ τότε τὸν υἱὸν αἰδούμενοι τὸν σὸν, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ποιήσουσιν, ὅταν αὐτὸν παραταττόμενον ἴδωσι, καὶ πλείονι κεχρημένον τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ πολλὰς τῆς εὐδοκιμήσεως ἔχοντα τὰς ἀφορμάς. Βούλει καὶ τὰ πρὸς σὲ ἐξετάσωμεν, ἢ περιττὸς ἐστὶν ὁ λόγος; ὁ γὰρ πρὸς ἑτέρους οὕτως ἥμερος ὢν, καὶ πρᾶος, ὡς μηδενὶ λαβὴν παρασχεῖν, πολλῷ μᾶλλον ἐν πολλῇ τὸν πατέρα ἕξει τιμῇ, καὶ θεραπεύσει πολλῷ
C πλέον, ἢ εἰ δυναστείαν μετῆλθε κοσμικήν· ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ μεγάλῃ γενόμενος ἄδηλον, εἰ μὴ καὶ τοῦ πατρὸς ἔμελλεν ὑπερορᾷν. νῦν δὲ βίον εἵλετο, δι' ὃν καὶ τοῦ βασιλέως βασιλικώτερος ὢν, πάντων ἔσται πρὸς σὲ ταπεινότερος. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρ' ἡμῖν φιλοσοφία, τὰ δοκοῦντα ἐναντία εἶναι μετριοφροσύνην, καὶ ὕψος, συνάγει εἰς μίαν ψυχήν, καὶ τότε μὲν ἅτε χρημάτων ἐρῶν, καὶ εὐξάμενος ἂν σου τὴν τελευτήν· νῦν δὲ καὶ εἰς μῆκος ἐκταθῆναί σοι τὴν ζωὴν εὔχεται, ὥστε καὶ ἐν τούτῳ λαμ-
D προτέρους αὐτῷ γενέσθαι τοὺς στεφάνους· οὐ γὰρ δὴ μικρὸς ἡμῖν κεῖται μισθὸς τοῖς τοὺς γεγεννηκότας τιμῶσιν· ἀλλ' ὡς δεσπότας αὐτοὺς ἡγεῖσθαι κελευόμεθα, λόγῳ τε, καὶ ἔργῳ θεραπεύειν, ὅταν μηδὲ τὰ τῆς εὐσεβείας παραβλάπτηται. τί γὰρ, φησὶν, αὐτοῖς ἀνταποδώσεις καθὼς αὐτοὶ σοί; ἐννόησον οὖν τὸν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρὸς ἄκρον ἥκοντα τῆς ἀρετῆς, πῶς εἰκὸς καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς φυλάξεσθαι τῆς ὑπερβολῆς τὸ καλόν. κἂν γὰρ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τῆς

σῆς δίοι κεφαλῆς, οὐ παραιτήσεται, ἅτε οὐ A μόνον διὰ τὸν τῆς φύσεως κελεύοντα νόμον θεραπεύων σε, καὶ τιμῶν, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων διὰ τὸν θεὸν, δι' ὃν καὶ πάντων τῶν ἄλλων ὁμοῦ κατεφρόνησεν. ὅταν οὖν καὶ εὐδοκιμώτερος, καὶ μᾶλλον σοῦ δοῦλος, ἢ πρότερον μετὰ τῆς τοσαύτης μεγαλονοίας, τίνος ἕνεκεν εἰπέ μοι θρηνεῖς; ὅτι καθ' ἑκάστην οὐ τρέμεις τὴν ἡμέραν, μή ποτε ἐν πολέμῳ πέσῃ; μή ποτε προσκρούσῃ βασιλεῖ; μή ποτε βασκανία τῶν συστρατευομένων ἑλῷ, ἢ οὐχὶ καὶ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα δεδοίκασι τῶν εὐδοκιμούντων B οἱ πατέρες; καθάπερ γὰρ οἱ παιδίον ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστῶτες τόπου τρέμειν ἀναγκάζονται, μὴ καταπέσῃ· οὕτω καὶ οἱ πρὸς μεγάλην ἀρχὴν ἀνάγοντες τοὺς υἱεῖς. ἀλλ' ἔχει τινὰ ἡδονὴν ἡ ζώνη, καὶ ἡ χλαμὺς, καὶ ἡ τοῦ κήρυκος φωνή; καὶ μέχρι πόσων ἡμερῶν ταῦτα εἰπέ μοι; μέχρι τριάκοντα, καὶ ἑκατὸν, καὶ δὶς τοσούτων; καὶ τί μετὰ ταῦτα; οὐχ ὥσπερ ὄναρ; οὐχ ὥσπερ μῦθος; οὐχ ὥσπερ σκιὰ πάντα διῆλθον ἐκεῖνα; νῦν δὲ αὐτῷ μέχρι τέλους τὰ τῆς τιμῆς, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν, καὶ πολλῷ πλείω τότε, καὶ ταύτην αὐτὸν C οὐδεὶς ἀφαιρήσεται τὴν ἀρχὴν, ἅτε οὐχ ὑπὸ ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπ' αὐτῆς χειροτονηθέντα τῆς ἀρετῆς. ἀλλ' ἐβούλου πολυτελῆ φοροῦντα ἱμάτια, καὶ ἐφ' ἵππου φερόμενον ὁρᾷν, καὶ πλῆθος ἔχοντα οἰκετῶν, καὶ παρασίτους τρέφοντα, καὶ κόλακας; τίνος ἕνεκεν ταῦτα ἤθελες; οὐχ ἡδονὴν αὐτῷ διὰ τούτων ἁπάντων κατασκευάζων; ἂν οὖν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος· ἡμῖν γὰρ ἴσως οὐ πείσῃ· ὅτι τῶν ἐν τρυφῇ ζώντων, καὶ πορνείαις, καὶ μουσικῇ, καὶ παρασίτοις, καὶ κόλαξι, καὶ τῇ ἄλλῃ βλακείᾳ D τοσούτῳ τὸν βίον ἡγεῖται τοῦτον ἡδίω, ὡς ἑλέσθαι μυρίους θανάτους πολλάκις, εἴ τις κελεύοιτο ταύτην τὴν ἡδονὴν ἀφέντα πρὸς ἐκείνην μεταπηδῆσαι, τί πρὸς ταῦτα ἐρεῖς;

Οὐκ οἶδας ὅσην ὁ ἀπράγμων βίος ἔχει τὴν ἡδονήν; τάχα οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς, ἅτε μηδέπω ταύτης γευσάμενος καθαρῶς.

A tuo capite, non abnuet, non recuſabit: quippe qui nō tantum naturali te lege colit, obſeruat, honorat: verum multo magis, vt Dei iuſſis obtemperet, propter quem cuncta ſimul penitus deſpexit & reliquit. Cum igitur ille nunc illuſtrior ſit, & opulentior, potentior, & liberalior, cúmque hac tanta magnitudine animi ſeruus tuus ſit longe amplius, quàm fuerit prius, cuius rei gratia quereris? quid ingemiſcis? An quia quotidie non metuis, ne forte in bello moriatur, ne quando animum Imperatoris offendat, ne quando commilitonum inuidię pateat? Nónne & hæc, B & his plura etiam illuſtribus filijs metuunt patres? Vt enim qui infantem puerum in ſublimi aliquo loco ſtatuerint, ne tandem is decidat, metuere coguntur: ita & hi qui filios ad excelſum aliquem dignitatis gradum prouehendos curant, illis omnia timere ſolent. At habet aliquam voluptatem baltheus, & paludamentum, & præconis vox. Et iſta tandem quot dierum ſpacio tenduntur? Num triginta, aut centum, aut bis etiam totidem? Quid poſtea? Nónne tranſierūt omnia vt fu- C mus, vt ſomnium, vt vmbra, vt fabula? At nunc illi vſque in finem honor iſte permanet, imò vero poſt mortem quoque, & quidem tunc multo cumulatior: atque hunc honorem, hoc imperium, nemo vnquam ab illo poterit auferre: quippe cum iſta non ille ab homine acceperit, verum à virtute ipſa. Sed enim tu illum malles precioſa amictum veſte procedentem, inſignique vectum equo, clientum ſtipatū multitudine, paraſitos adulatoréſq; nutrientem videre. Cuius tandem rei gratia id velles? Num vt illi voluptatē aliquam D ex his omnibus parares? At ſi audieris illum dicentem, ne nobis fortaſſe minus fidem habeas, tanto ſe vitam iſtam ea quam degunt, qui in delicijs viuunt, qui formoſis meretricibus vtuntur, qui ſe muſicæ, paraſitis, aſſentatoribus omnique id genus laſciuiæ addixerunt, iucundiorem ac dulciorem exiſtimare, vt malit millies emori, quàm ijs obtemperare, qui iubent hac illum omiſſa voluptate ad illam ſe conferre, quid ad hæc dicturus es? Num ignoras quantum voluptatis, quid iucunditatis ea vita pariat, quæ à ſtrepitu negociorum remota penitus quietem agit? Fortaſſe nec vllus id hominum nouit, quippe qui eam vitam nunquam perfecte guſtauit.

CAP. XII. *Quanta ſit iucunditas vitæ monaſticæ.*

Cum itaque nec claritudo deſit, atque hæc quæ ſibi miſceri vix poſſunt, ſecuritas & gloria in vnum coëant: quid hac vita præſtabilius dici aut fingi poteſt? Dices, quid tu iſta mihi ingeris, qui ſum à philoſophia remotiſſimus? Cur ergo natum tuũ quoque ad eam propius accedere non ſinis? Satis ſit iſto te incõmodo affectum eſſe. Nonne ſummum eſſe detrimentum arbitraris, quando ad extremam prouecti ſenectutẽ, vt qui in priori ætate nihil boni, nihil emolumenti fueritis lucrati, moleſtiſſime eam ætatem fertis? At ideo, inquit, eam moleſte ferimus, quòd magna nobis contulit iuuentus commoda. Quænã magna? Da ſenem, qui magna iſta commoda habeat. Si enim illa habuiſſet, perſeueraſſent vtique cum illo, nec modo vt his orbatus atque deſtitutus, ita lamentaretur: ſin vero illa auolauerunt, & marcida euanuerunt, quónam modo fuerunt magna quæ ſic cito extincta ſunt? Atqui filius tuus nunquam prorſus id patietur: ſed ſi ad longiſſimam quoque ſenectutem ipſi protendantur anni, non illum videbis indignantem, aut iniquo animo ferentem, vt vos facitis: verum gaudentem, geſtientem, exultantem, triumphantem. Tunc enim bona eius vigent amplius, & florẽt: veſtræ autem diuitiæ etſi bona habeant innumera, in primo ſtatim ætatis flore facient illa contractiora. Non autem iſta ita faciunt, ſed vſque ad ſenectutem durant, excedentéſque è vita comitantur: idcirco vos cum tantam diuitiarum copiam præparatam in ſenectutem habeatis, plurimæque vobis & deliciarum & gloriæ occaſiones ſuppetant, iraſcimini & indigne fertis, quòd ætas non ſufficiat vt eis frui valeatis: idcirco mortem quoque perhorreſcitis, vóſq; tunc potiſſimum miſerabiliores omnibus eſſe confitemini, cum maximè floretis. Contrà, ille tunc inſigni requie fruetur, cum ſenuerit, quippe qui ad portum venire properat, habétque eam iuuentutem, quæ viget ſemper ac viret, nullúmque metuit ſenectutis occaſum. Verum enim tu filium tuum eis delicijs, eiſque hauriendis voluptatibus inſtare voluiſſes, quarum illum millies pœnituiſſet, tæduiſſétque cum ad ſenectutem perueniſſet. Sed ab eiuſmodi delicijs nos & ipſos quoque inimicos noſtros liberet Deus. verum ego quid ſenectutem memoro, quandoquidem die vno voluptas illa omnis extinguitur? imò ne die quidem integra vel hora vna illa perdurat:

A ὅταν δὲ καὶ λαμπρότης προσῇ, καὶ τὰ ἄμικτα ταῦτα πάλιν συνέρχηται, ἀσφάλειά τε, καὶ εὐδοκίμησις· τί ταύτης βέλτιον γένοιτ' ἂν τῆς ζωῆς; ἀλλὰ τί μοι ταῦτα διαλέγῃ, φησὶ, πόῤῥω φιλοσοφίας ἑστῶτι; τί οὖν καὶ τὸν υἱὸν κωλύεις γενέσθαι ταύτης ἐγγύς; ἀρκεῖ μέχρι σοῦ στῆναι τὰ τῆς ζημίας. οὐχ ἡγῇ μεγίστην εἶναι ζημίαν, ὅταν πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐλάσαντες, ἅτε μηδὲν ἐπὶ τῆς προτέρας ἡλικίας καρπωσάμενοι χρηστὸν, δυσχεραίνητε πρὸς τὸ γῆρας; καὶ μὴν διὰ τοῦτο φησὶν αὐτὸ δυσχεραίνομεν, ὅτι μεγάλα ἡμᾶς ὤνησεν ἡ B νεότης. ποῖα μεγάλα; δεῖξον ἔχοντα τὸν γέροντα τὰ μεγάλα ἐκεῖνα; εἰ γὰρ εἶχεν αὐτὰ, καὶ μεμαθήκει διατηρεῖν, οὐκ ἂν ὡς ἔρημος ὢν ἁπάντων τούτων οὕτως ὠδύρετο· εἰ δὲ ἀπέπτη, καὶ ἐμαράνθη, ποῖα μεγάλα τὰ οὕτω ταχέως σβεννύμενα; ἀλλ' οὐχ ὁπότε τοῦτο πείσεται ὁ σός· ἀλλ' εἴ ποτε εἰς γῆρας ἔλθοι μακρὸν, οὐκ ὄψει ταῦτα ἀποδυσπετοῦντα, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, ἀλλὰ χαίροντα καὶ γαννύμενον, καὶ ἀγαλλόμενον. τὰ γὰρ ἀγαθὰ αὐτοῦ τότε ἀκμάζει μᾶλλον· ὁ δὲ πλοῦτος ὁ ὑμέτερος, κἂν μυρία C ἀγαθὰ κεκτημένος ᾖ, ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτὰ συνέστελλεν ἡλικίας· ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μένει καὶ ἐν γήρᾳ. καὶ ὑμεῖς μὲν πολλὰς καὶ δόξης, καὶ τρυφῆς ὑποθέσεις ἔχοντες ἐπηρεάζεσθε, ἅτε οὐκ ἀρκούσης τῆς ἡλικίας πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν· διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν τελευτὴν φρίττετε, καὶ πάντων ἐλεεινότεροι εἶναι φατὲ τότε μάλιστα, ὅταν εὐδοκιμῆτε· ἐκεῖνος δὲ τότε ἀναπαύσεται μάλιστα, ὅταν γηράσῃ, ἅτε εἰς λιμένα ἐπειγόμενος ἐλθεῖν, καὶ νεότητα μὲν ἔχων ἀεὶ ἀκμάζουσαν, D εἰς γῆρας δὲ οὐδέποτε ἐπείγουσαν. σὺ δὲ τοιαύτῃ τρυφῇ τὸν υἱὸν ἐβούλου τρυφᾷν, δι' ἣν ἂν μετενόησε μυριάκις, καὶ ἤλγησεν ἐν γήρᾳ γενόμενος· ἀλλὰ μὴ γένοιτο, μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἡμετέρους τοιαῦτα τρυφῆσαί ποτε. καὶ τί λέγω τὸ γῆρας; ἐν γὰρ ἡμέρᾳ μιᾷ σβέννυται τὰ τῆς ἡδονῆς ἐκείνης· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ, οὐδὲ ἐν ὥρᾳ,

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ ἐν μικρᾷ, καὶ ἀκαριαίᾳ ῥοπῇ; τί γάρ ἐστιν ἡδονή; οὐ τὸ γαστρίζεσθαι, καὶ Συβαριτικὰς παρατίθεσθαι τραπέζας, καὶ γυναιξὶν ὡραίαις συγγίνεσθαι καθάπερ τινὰς χοίρους ἐν βορβόρῳ κυλινδουμένους; ἀλλὰ γὰρ μήπω τοῦτο· τὴν δὲ ἡδονὴν ἐξετάσωμεν τέως, εἰ μὴ ψυχρά τίς ἐστι, καὶ εὐτελής, καὶ εἰ βούλει προτέραν τὴν ἡδίω δοκοῦσαν εἶναι τὴν τῆς τρυφῆς. δεῖξον οὖν μοι ταύτης χρόνον, καὶ πόσον κατέχειν ὑμᾶς δύναιτ' ἂν μέρος ἡμέρας; τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ὀφθῆναι καλῶς. ἅμα τε γὰρ ἐνεπλήσθη τις, καὶ τὴν ἡδονὴν ἔσβεσε, B καὶ πρὸ τῆς πλησμονῆς δὲ ῥεύματος θᾶττον παρέρχεται, πρὸς αὐτὸν ἀφανιζομένη τὸν λαιμόν, καὶ οὐδὲ τοῖς σιτίοις ἀρκοῦσα συγκατελθεῖν· ὁμοῦ γὰρ παρῆλθε τὴν γλῶτταν, καὶ συγκατέλυσε τὴν ἰσχύν. καὶ σιωπῶ τὰ λοιπὰ κακά, καὶ ὅσος ἀπὸ ταύτης γίνεται τῆς τρυφῆς ὁ χειμών. οὐ γὰρ μόνον ἡδίων ὁ μὴ τρυφήσας, ἀλλὰ καὶ κουφότερος, καὶ ῥᾷον διαγίνεται τοῦ διασπασθέντος ὑπὸ τῆς πλησμονῆς. ὕπνος γάρ φησιν ὑγιείας ἐν σπλάγχνῳ μετρίῳ. τί δεῖ λέγειν τὰς νόσους, τὰς ἀηδίας, τὰς συμφοράς, τὰς δαπάνας τὰς εἰκῇ; ὅσαι αἱ αἰτιάσεις, ὅσαι αἱ C ἐπιβουλαί, ὅσαι καὶ ἀπὸ τούτων ἐπήρειαι τῶν συμποσίων βλαστάνουσιν; ἀλλὰ τὸ πόρναις γυναιξὶν ὁμιλεῖν ἡδύ; καὶ ποίας μετὰ τοσαύτης αἰσχύνης ἡδονὴ γένοιτ' ἄν; μάλιστα δὲ μηδὲ ἐνταῦθα τοῦτο ἐξετάζωμεν τέως, μηδὲ τὰς ἐκ τῶν ἐραστῶν μάχας, μηδὲ τοὺς ἐκ τῶν ἀντεραστῶν πολέμους, μηδὲ τὰς κατηγορίας· ἀλλ' ἔστω τις μετ' ἐξουσίας ἀπολαύων τῆς ἀσελγείας ἐκείνης, καὶ μήτε ἀντεραστὴν ἐχέτω, μήτε ὑπεροράσθω παρὰ τῆς ἐρωμένης, τότε, χρήματα ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἀνα- D λισκέτω, καίτοι οὐδαμοῦ ταῦτα συμβεβηκέναι πάντα δυνατόν· ἀλλὰ δεῖ τὸν μὲν μὴ μέλλοντα ἔχειν ἀντεραστήν, τὴν οὐσίαν καταλῦσαι πᾶσαν, νικῶντα τῇ φιλοτιμίᾳ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, τὸν δὲ μὴ βουλόμενον ἀπορεῖν, ὑπεροράσθαι παρὰ τῆς πόρνης, καὶ διαπτύεσθαι πάλιν. πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἔστω τούτων, ἀλλὰ πάντα αὐτῷ κατὰ νοῦν παραχωρείτω,

A ſed breuiſſimo temporis momento. Quid enim eſt voluptas? Nónne ventri ſe dedere, cibóſque delicatos parare, & ſpecioſis mulieribus congredi, porcorum inſtar ſe in cœno volutantium? Sed iſta poſt videbimus. Interim voluptatem ipſam quæ ſit indagemus, atque videamus, annõ planè leuiſſima ſimul & viliſſima ſit, atque illam, ſi placet, primum inſpiciamus, quæ cæteris iucundior videtur, delicatæ nimirum educationis voluptatem. Dic oro illius tempus, quantúmque nos illa continere poſſit: profectò partem tem- B poris adeo breuem, vt ne plenè quidem qualis ſit videri poſſit. Nam ſimul ac quiſque impletus fuerit, voluptatem etiam omnem extinxit. Atque antequam illa impleatur, fluenti vnda citius pertranſiens, ad ipſas fauces deficit & euaneſcit, nec tamdiu durare poteſt, dum cibus ad interiora deſcendat: ſimul enim atque linguã pertranſijt, vim etiam omnem amiſit. Omitto mala illa & incommoda quæ ſolent eiuſmodi delicijs gigni, quantum illæ rixarum, quantúmque tumultuum excitent. Non modo autem iucundior C & lætior eſt, qui eas delicias ſpernit, quàm is qui ſaturitate diſtenditur: verum leuior quoque, facilior, gratior. Somnus enim, inquit, ſanitatis in viſcere moderato. Quid me dicere neceſſe eſt morbos, mœrores, clades, inanéſque ſumptus? quæ controuerſiæ, quæ lites, quæ inſidiæ, quæ ex hiſce commercijs odia, rixæque pullulant? Eccli. 31. 24

C. XIII. *Non eſſe maiore voluptatem ex mulierum cõgreſſu vitæ monaſticæ ſuauitate.*

At habet quiddam dulcedinis ac ſuauitatis meretricibus mulieribus congredi. Et quæ poteſt eſſe voluptas in tanta turpitudine? Sed hæc interim indagare omittamus, nec amatorum D pugnas proſequamur, nec bella inter ſe riualium, nec accuſationes & crimina: verum ſit aliquis qui licenter, ſummáque cum libertate obſcœna illa libidine fruatur, neque riualem vllum habeat, nec à ſpecioſa illa muliere contemnatur: pecuniarum præterea tanta illi ſit copia, vt eas veluti ex manãtibus fontibus hauriat, & largiſſime impendat, quãquam impoſſibile eſt hæc omnia ſimul conuenire. Cæterum ei qui riualem habiturus eſt, omne patrimonium exhauriẽdum erit, vt alios omnes largitate munerum ſuperet: rurſúmque qui noluerit ad extremam inopiam deduci, is demum à meretrice ſpernetur, abijcietur, reſpuetur. Cæterum vt concedamus nihil horum fore impedimento quo minus ipſi omnia ſuperfluant, atque ex ſententia proueniant:

quam tu tandem nobis voluptatem his potes oſtendere? Num in ipſo congreſſus tempore apparet? At quiſque ſimul ac impleuit coitus rem, voluptatem etiam extinxit omnem: qui autem adhuc in congreſſu eſt, non ſanè in voluptate agit, verùm in tumultu, & perturbatione ingenti, in ardentibus aculeis, in inſania, in cõcuſſione & feruore vehementi. Atqui non eiuſmodi noſtra voluptas eſt. Abſit id penitus, verùm & quietum ſemper animum ab omni perturbatione ſeruat, & metum nullum aut concuſſionem inducit, ſed puriſſimam quandam præſtat integerrimamque lætitiam, eamque glorioſiſſimam, & quæ ſine nullo cõcludi poſſit: longéque illa vehementior, quàm veſtra, & potentior eſt. Atque id oſtendere quatenus noſtra ſit quàm veſtra iucundior, ſecurior, gratior, difficile non eſt. Veſtram enim voluptatem metus comprimere ac fugare poteſt. Nam ſi rex mittat, qui minetur mortẽ, complures ita affectos ea voluptas deſeret: eis vero qui noſtra iſta voluptate potiuntur, ſi quis millies mortem inferat, non modo non perſuadebit, vt eam negligant, verum irridebitur magis: adeo noſtra gratior & dulcior & violentior quàm veſtra eſt, prorſúſque nulla eſt vtriuſque comparatio. Ne igitur inuideas filio, cũ ſe à fluxis bonis, & quæ ne ſunt quidẽ ad ea quę & ſunt, & in ęternum perſeuerant, cõfert: neque lugeas eum qui beatiſſimus meretur dici: ſed eum luge, qui non eiuſmodi eſt, quiq; in præſenti vita, tanquam in concitatiſſimo circumfertur euripo.

C. XIV. *Peroratio & conclusio libri, quo Gentilẽ alloquitur.* Atque vt iam ad ſummam veniamus: tu enim etſi Gentilis ac infidelis es, noſtram tamen hanc perorationem ſuſcipies. Audiſti profectò Cocytos, & Pyriphlegethontas fluuios, & Stygis vndam, & Tartarum tanto inferiorem terra, quantum hæc ipſa diſtat à cœlo, plurimóſque ſuppliciorum modos. Etſi enim hæc illi explicare, prout erant, non potuerunt, quippe Gentiles & cogitationibus proprijs inſtincti, noſtra quàm longius odorati, futuri tamen iudicij vmbram quandam atque imaginem expreſſerunt. Denique inuenies & poëtas, & philoſophos, & oratores, atque omne ſcriptorum genus de dogmatibus huiuſmodi philoſophantes. Audis enim & Elyſium campum, & beatorum inſulas, & prata virentia, & myrtos, & auram tenuem, odorémque ſuauiſſimum cuncta replentem,

A ποίαν τὴν ἐκ τούτων ἡδονὴν ἐπιδεῖξαι ἔχεις ἡμῖν; οὐδὲ γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς μίξεως φαίνεται καιρῷ· ἀλλ' ὁ μὲν πληρώσας τὴν συνουσίαν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἔσβεσεν· ὁ δὲ ἐν τῇ μίξει ὢν, οὐκ ἔστιν ἐν ἡδονῇ, ἀλλ' ἐν θορύβῳ, καὶ ταραχῇ, καὶ οἴστρῳ, καὶ κλόνῳ πολλῷ, καὶ βρασμῷ. ἀλλ' οὐχ ἡ παρ' ἡμῖν ἡδονὴ τοιαύτη· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ διαπαντὸς ἀχείμαστον τηρεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ θόρυβον οὐδένα, οὐδὲ κλόνον ἐπάγει· καθαρὰν δέ τινα εὐφροσύνην, καὶ εἰλικρινῆ, καὶ ἔνδοξον, καὶ τέλος οὐκ ἔχουσαν, δυνατωτέραν πολλῷ, καὶ σφοδρο- B τέραν τῆς παρ' ὑμῖν. ὅτι γὰρ ἡδίων αὕτη ἡ ἡδονὴ, τὴν μὲν ὑμετέραν ἱκανὸς ἀποστῆσαι φόβος. κἂν γὰρ βασιλεὺς γράμματα καταπέμψῃ, θάνατον ἀπειλοῦντα, ὃ πλείους τῶν ἀνθρώπων ἐκστήσονται ταύτης τῆς ἡδονῆς· ἐκείνης δὲ, κἂν μυρίους θανάτους τις ἐπιφέρῃ, οὐ πείσει καταφρονῆσαι, ἀλλὰ γελασθήσεται μᾶλλον, οὕτω τυραννικωτέρα τίς αὕτη ἐστὶν ἐκείνης, καὶ ἡδίων, καὶ οὐδ' ἂν σύγκρισιν δέξεται πρὸς ἐκείνην. μὴ δὴ βασκήνῃς τῷ παιδὶ, ἀπὸ τῶν ῥεόντων ἀγαθῶν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ C ὄντων, ἐπὶ τὰ ὄντα, καὶ μένοντα διαβαίνοντι, μηδὲ θρήνει τὸν μακαρίζεσθαι ἄξιον· ἀλλ' εἴ τις μὴ τοιοῦτος, κατάκλαε ἐν εὐρίπῳ τῷ παρόντι βίῳ φερόμενος. καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον, εἰ γὰρ ἄπιστος σὺ καὶ Ἕλλην, ὅμως κἂν τοῦτον παράδεξαι τὸν λόγον, ἀκούεις Κωκυτοὺς πάντως, καὶ Πυριφλεγέθοντας ποταμοὺς, καὶ Στυγὸς ὕδωρ, καὶ Τάρταρον τοσοῦτον ἀπέχοντα τῆς γῆς, ὅσον αὕτη τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πολλοὺς κολάσεων τρόπους. εἰ γὰρ καὶ μετὰ ἀληθείας, ὡς ἔχει, ταῦτα εἰπεῖν, οὐκ D ἠδυνήθησαν Ἕλληνες ἅτε ἀπὸ λογισμῶν κινηθέντες καὶ τῶν παρ' ἀκουσμάτων τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως εἰκόνα τινὰ κρίσεως ἔλαβον, καὶ ποιητὰς, καὶ φιλοσόφους, καὶ λογοποιοὺς, καὶ πάντας εὑρήσεις ὑπὲρ τούτων φιλοσοφοῦντας τῶν δογμάτων. ἀκούσεις δὲ καὶ Ἠλύσιον πεδίον, καὶ μακάρων νήσους, καὶ λειμῶνας, καὶ μυρσίνας, καὶ λεπτὴν αὔραν, καὶ εὐωδίαν πολλὴν,

Digitized by Google

καὶ χοροὺς ἐκεῖ διατρίβοντας, καὶ λευκὴν περιβεβλημένους στολὴν, χορεύοντάς τε, καὶ ᾄδοντας ὕμνους τινὰς, καὶ ὅλως καὶ πονηροῖς, καὶ ἀγαθοῖς ἀποκειμένην ἀντίδοσιν, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. πῶς οὖν οἴει μετὰ τοιούτων βιοῦντας λογισμῶν τούς τε ἀγαθοὺς, τούς τε οὐ τοιούτους; οὐχ οἱ μὲν ταῦτα στρέφοντες κἂν ἀλύπως αὐτοῖς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὰ τοῦ παρόντος παραχωρῇ βίου, καθάπερ ὑπό τινος ἐλαύνονται μάστιγος τοῦ συνειδότος καὶ τῆς προσδοκίας τῶν δεξομένων αὐτοὺς δεινῶν· οἱ δὲ ἀγαθοὶ κἂν μυρία πάσχωσι κακὰ, κατὰ Πίνδαρον, ἐλπίδα χρυσόπτερον ἔχουσιν οὐκ ἀφιεῖσαν τῶν παρόντων κακῶν αἴσθησιν λαβεῖν; ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μείζων ἐκείνη ἡ ἡδονή. πολλῷ γὰρ βέλτιον, ἀπὸ πόνων προσκαίρων ἀρξάμενον, πρὸς ἀνάπαυσιν ἄπειρον τελευτῆσαι, ἢ τῶν δοκούντων εἶναι ἡδίστων ἐν βραχεῖ γευσάμενον, ἐπὶ τὰ πικρότερα, καὶ φορτικώτερα λῆξαι κακά. ὅταν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ ὡμολογημένον ᾖ, ὅτι καὶ ἐνταῦθα ἐστὶν ὁ βίος ἡδίων, οὐχὶ τοῦτο ὅπερ ἀρχόμενος ἔφην, ἀνάγκη νῦν ποιεῖν, ἐλεεῖν τοὺς τὰ τοιαῦτα δακρύοντας ἀγαθά; οὐ δὴ θρήνων ἄξιος ὁ παῖς ὁ σὸς, ἀλλὰ κρότων, καὶ στεφάνων, ἐπὶ τὴν ἀκύμαντον ζωὴν, καὶ τὸν εὔδιον λιμένα ἐλθών· ἀλλ' ὀνειδίζουσί σε πατέρες πολλοὶ υἱοὺς ἔχοντες ἐν τῷ παρόντι στεφανουμένους βίῳ, καὶ δακρύουσί σε, ὅταν ἴδωσιν ἕτεροι, καὶ γελῶσιν ἄλλοι. διὰ τί δὲ μὴ τούτους σὺ μᾶλλον καταγελᾷς, καὶ πενθεῖς; μὴ γὰρ δὴ τοῦτο σκοπῶμεν, εἰ σκώπτουσιν ἡμᾶς, ἀλλ' εἰ καλῶς, καὶ δικαίως. κἂν μὲν τοῦτο ᾖ, καὶ μὴ γελώντων ἐκείνων ἡμεῖς δακρύωμεν· ἐὰν δὲ ἀδίκως τοῦτο πράττωσι, κἂν ἅπαντες γελῶσιν, ἡμεῖς μὲν ἑαυτοὺς μακαρίζωμεν, ἐκείνους δὲ θρηνῶμεν, ἅτε πάντων ἀθλιωτέρους ὄντας, καὶ τῶν μαινομένων οὐδὲν διαφέροντας. ὁ γὰρ γελῶν τὰ πολλῶν ἐπαίνων ἄξια, καὶ στεφάνων, μαινομένων ἐστὶ, καὶ τῶν αὐτὰ νοσούντων αὐτοῖς. Εἰπὲ γάρ μοι, εἰ περὶ τὴν τῶν ὀρχουμένων, καὶ τὴν ἡνιόχων μανίαν ἐπτοημένου τοῦ παιδὸς ἐπῄνουν σε, καὶ ἐθαύμαζον ἅπαντες,

A & choros ibi cōmorantes, amictos ſtola candida tripudiantes, atque hymnos quoſdã concinentes, proſuſque poſt vitæ exceſſum, & malis & bonis repoſitam pro meritis mercedem. Quonam ergo tu tandem in ſtatu animi eos, ſiue bonos ſiue malos, viuere exiſtimas, qui iugiter eiuſmodi ſecum cogitationes verſant? Nonne alij quidẽ, etſi præſens eis vita per cuncta blãdiatur, degantq; alias ſine mœrore, ſummáque cum voluptate, quaſi quodam conſcientiæ flagello ſemper impelluntur, & exagitantur, atque perterrentur, futurorúmque B malorũ expectatione cruciantur: boni vero etſi malis innumeris vexẽtur, iuxta Pindarũ ſpem habent, qua recreentur, quæ mala præſentia ipſos nec ſentire ſinit? Itaque in hoc quoque maior voluptas noſtra, quàm veſtra eſt. Multò enim profectò melius, multóque præſtantius eſt, à temporalibus & momentaneis laboribus incipere, atque in infinitam requiem deſinere, quam his, quę videntur eſſe iucundiſſima, breuiter guſtatis, in ſumma & grauiſſima incōmoda decidere. Cum igitur id conceſſum ſit, hic etiam vitam illam vir- C tuti deditam eſſe iucundiſſimam: non id quod initio dixi faciendum eſt, atq; eos miſerandum, qui in talibus tantiſque bonis lacrymantur & gemunt? Non igitur lamẽtationibus dignus eſt filius tuus, verum plauſibus coroniſq; clariſſimis, qui ex tantis mundanorum fluctuum motibus, ad trãquilliſſimam vitam, portúmque tutiſſimum ſe recepit. At exprobrant tibi patres plurimi filios florentes opibus habentes ac ſeculo addictos, teq; digito denotant, & ſibi inuicem oſtendunt alij cum vident, atque irrident alij. Cur nõ tu eos D magis & irrides, & miſeraris? Neque enim id intuendum eſt, an irrideant & obiurgent nos, ſed an rectè & iuſtè id faciant. Quòd ſi digni fuerimus qui irrideamur, etiamſi non illi rideant, nos tamen lugere merito debebimus. ſin vero id iniuſtè & iniquè faciãt, etiamſi omnes rideant, nos tamen beatos eſſe ſentiamus: illorum vicem doleamus, quippe qui cunctis infœliciores ſunt, & nihilo inſanis meliores. Inſanorum enim eſt, & eiuſmodi morbo laborantium, eum qui plurimis & coronis & laudibus ſit dignus, irridere. Dic enim oro, ſi quòd filius tuus ſaltatorum inſaniæ, vel aurigarum ſe omnino addixiſſet, inde te laudarent atque admirarentur vniuerſi,

beatiſſimúmq; eſſe faterentur: nonne irriſionem hanc, & quidem mordacem eſſe exiſtimares? Quid illud? ſi quid ſtrenuum aliquid, ac forte, dignúmq; laudibus egiſſet, propterea te omnes irriderent, probriſque reſpergerent: nónne illos amentes, inſanos, furioſóſque proclamares? Atqui hoc nunc quoque faciamus, neq; opinioni multitudinis acquieſcamus: verum diligentiſſimo rationis examini de filio tuo ferendam ſententiã permittamus: videbis profectò ridiculoſos iſtos homines viliſſimorum potius mancipiorum, quàm liberorum parentes eſſe filiorum, ſi filio tuo illi cõparati fuerint. Verumenimuero tu necdum iſta conſpicari, aut perpendere vales nimio excæcatus affectu: cum vero te modicum collegeris atque requieueris, filiúſque tuus plurima de ſe virtutis documenta dederit, non iam tibi verbis opus erit: & ipſe enim hæc atque his plura etiam ad alios loqueris. Quæ ſanè ego omnia non tibi ſine certa ratione prænuncio, ſed loquor quæ expertus ſum. Amico enim quodam & ſodali vſus ſum, qui patrem habebat infidelem, diuitem, ſpectatum, & vndecũque clariſſimum. Is primum quidẽ concitauit principes, & intẽtauit carcerem, parauit vincula, ipſúmque omnibus exutum, & neceſſarijs etiam alimentis indigentem, in alienum dimiſit ſolum, hac illum arte ſibi acquieturũ putans, atque ad ſeculi latiores vias redditurũ: poſtquàm vero illum in nullo ſibi cedere peruidit, neq; penitus moueri loco, victus tandè manus dedit, & palinodiam cecinit: nunc in honore habet filium, illúmque amplius quã ſi pater eſſet, colit, obſeruat, reuetetur. Cúmq; plures alios habeat liberos ſpectatos in ſeculo viros, eos ne dignos quidem qui ſerui huius ſint, arbitratur, atque ex eo ipſo filio longe clariſſimus eſt. Hæc eadem in tuo nato etiã perſpiciemus, atque me vera proſequutum ex rebus ipſis addiſces diligenter: idcirco ipſe quoq; iam loquendi finem faciam id tantum orans atque obſecrans, vt annũ vnum expectes, aut minus etiã. Neque enim ea quæ apud nos in ſtudio eſt virtus, multis diebus vt perficiatur opus habet, quippe quæ diuina gratia germinat, & mature ad frugem peruenit: inſpiciéſque iſta omnia quæ dicta ſunt, rebus ipſis impleta. Nec modo facta laudabis, verum ipſe quoq; ſi te parum colligere volueris, citius ipſius æmulus atque imitator eris, ducem & magiſtrum habens virtutis atque probitatis filium.

A καὶ μακαριστὸν εἶναι ἔλεγεν· οὐχὶ χλεύην εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐνόμισας; τί δὲ εἰ γενναῖόν τι, καὶ ἐπαίνων ἄξιον πράττοντος ἐγέλων ἐκεῖνοι, καὶ ὠνείδιζον, οὐχὶ παραπαίειν αὐτοὺς ἂν ἔφης; τοῦτο δὴ ποιῶμεν καὶ νῦν, μὴ τῇ τῶν πολλῶν ὑπονοίᾳ, ἀλλ' ἀκριβεῖ λογισμῶν ἐξετάσει, τὴν περὶ τοῦ παιδὸς ἐπιτρέποντες ψῆφον, καὶ ὄψει τοὺς γελῶντας ἀνδραπόδων μᾶλλον, ἢ ἐλευθέρων ὄντας παίδων πατέρας, ὅταν πρὸς τὸν υἱὸν ἐξετάζωνται ἐκεῖνοι τὸν σόν. νῦν μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πάθους σκοτούμενος οὐδὲ δια-

B βλέψαι πρὸς ταῦτα δυνήσῃ· ὅταν δὲ μικρὸν ἀναπαύσῃ, καὶ ὁ υἱὸς πολλὴν ἐπιδείξηται τὴν ἀρετὴν, οὐκέτι σοι λόγων δεήσει, ἀλλὰ ταῦτα σὺ πρὸς ἑτέρους ἐρεῖς καὶ πλείονα τούτων. καὶ οὐχ ἁπλῶς σοι ταῦτα μαντεύομαι, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς. καὶ γὰρ ἐμοὶ γέγονεν ἑταῖρος, πατέρα ἄπιστον ἔχων πλουτοῦντα, καὶ εὐδόκιμον, καὶ πάντοθεν λαμπρόν· καὶ οὗτος ὁ πατὴρ, τὸ μὲν πρῶτον καὶ ἄρχοντας ἐκίνησε, καὶ δεσμὰ ἠπείλησε, καὶ πάντων αὐτὸν ἀποδύσας, ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας εἴασε γῆς,

C καὶ τῆς ἀναγκαίας δεόμενον τροφῆς, ὡς ταύτῃ πείσων πρὸς τὴν βιωτικωτέραν ζωὴν ἐπανελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ εἶδε πρὸς οὐδὲν τούτων ἐνδόντα, ἡττηθεὶς, παλινῳδίαν ᾖσε, καὶ νῦν τιμᾷ τὸν υἱὸν, καὶ αἰδεῖται μᾶλλον πατρός· καὶ πολλοὺς ἔχων ἑτέρους παῖδας εὐδοκιμοῦντας, οὐδὲ δούλους ἐκείνους τούτου φησὶν εἶναι ἐπιτηδείους· καὶ αὐτὸς δὲ πολλῷ λαμπρότερός ἐστι διὰ τὸν υἱόν. ταῦτα, καὶ ἐπὶ τοῦ παιδὸς ὀψόμεθα τοῦ σοῦ, καὶ ὅτι οὐ ψευδόμεθα, διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν εἴσῃ καλῶς. διὸ σιγήσομαι λοιπὸν, τοσοῦτόν σου δεηθεὶς, ἐνιαυτὸν ἀνάμεινον

D μόνον, ἢ καὶ ἐλάττονα χρόνον· οὐδὲ γὰρ δεῖται πολλῶν ἡμερῶν ἡ παρ' ἡμῖν ἀρετὴ, ἅτε δὴ θεία βλαστάνουσα χάριτι, καὶ ὄψει πάντα τὰ εἰρημένα ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν δεικνύμενα. καὶ οὐ μόνον ἐπαινέσεις τὰ γεγενημένα, ἀλλὰ κἂν μικρὸν διαναστῆναι θελήσῃς, ταχέως καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἥξεις ζῆλον ἐκείνῳ, διδάσκαλον ἔχων τῆς ἀρετῆς τὸν υἱόν.

A

ΠΡΟΣ ΠΙΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ.

ΦΕΡΕ δὴ λοιπὸν καὶ τὸν πιστὸν πατέρα διδάξωμεν, ὅτι τοῖς ἐπάγουσιν αὐτοῦ τὸν υἱὸν πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν πολεμεῖν οὐ B χρή. καίτοι γε κινδυνεύει λοιπὸν καὶ οὗτος ἡμῖν ἐκ περιουσίας ὁ λόγος γίνεσθαι, καὶ τοὐναντίον ἐκβαίνειν, ὅπερ ἔμπροσθεν ἔλεγον. τότε μὲν γὰρ ἔφην, ὅτι με τοῦ ἀγῶνος τούτου ὁ νόμος οὐκ ἀναγκάζει πρὸς τὸν Ἕλληνα ἀποδύσασθαι, ἀλλὰ τοὺς ἔσω κρίνειν μόνον κελεύσας ὁ ἀπόστολος Παῦλος τῆς πρὸς τοὺς ἔξωθεν μάχης ἀφῆκεν ἐλευθέρους ἡμᾶς. νυνὶ δὲ, ὡς ἔοικεν οὐδὲ τούτων ἐσμὲν ἐλεύθεροι τῶν παλαισμάτων. εἰ γὰρ καὶ πρὸ τούτου πρὸς τὸν Χριστιανὸν ὑπὲρ τούτων διαλέγεσθαι αἰσχρὸν εἶναι ἐδόκει, πολλῷ μᾶλλον νῦν. πῶς γὰρ C οὐ καταδύσεται ὁ πιστὸς ὑπὲρ τούτων δεόμενος παραινέσεως, ὑπὲρ ὧν οὐδὲν ἂν ἡμῖν ἀντειπεῖν ὁ ἄπιστος ἔχοι; τί οὖν; σιγήσομεν διὰ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἐροῦμεν; οὐδαμῶς. εἰ γὰρ ἦν τις ὁ τὸ μέλλον ἐγγυησόμενος, καὶ καταστήσων δῆλον ἡμῖν, ὡς οὐδεὶς ἔσται λοιπὸν ὁ τὰ τοιαῦτα τολμήσας, καὶ ἡμᾶς ἔδει τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τοῖς παρελθοῦσι χαρίσασθαι τὸ λαθεῖν· ἐπειδὴ δὲ οὐδένα τούτων ἀξιόπιστον ἔχομεν ἐγγυητὴν, ἀναγκαῖον λοιπὸν ἡ τῶν λόγων παραίνεσις. ἂν μὲν γὰρ εὕρῃ τοὺς ταύτην νοσοῦν- D τας τὴν νόσον, ἐργάσεται τὸ αὐτῆς· ἂν δὲ μηδεὶς τῇ ἀρρωστίᾳ περιπέσῃ, ὅπερ εὐχόμεθα γέγονε. καὶ γὰρ τοῖς ἰατροῖς μετὰ τὸ παρασκευάσασθαι τοῖς ἀρρωστοῦσι τὰ φάρμακα, εὐχῆς ἔργον ἐστὶ μηδὲ εἰς χρείαν αὐτῶν καταστῆναι τὸν κάμνοντα, καὶ ἡμεῖς τοίνυν εὐχόμεθα μὲν μηδένα τῶν ἀδελφῶν τῶν ἡμετέρων χρείας ταύτης γενέσθαι τῆς παραινέσεως· εἰ δὲ ἄρα γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, ὁ δεύτερος κατὰ τὴν πα-

AD PATREM FIDELEM, Liber tertius.

AGE, iam fidelem quoque patrem doceamus quàm illi non expediat, vtque integrum nõ ſit eos oppugnare, qui filium ſuum, vt Dei monita & conſilia implere pergat, hortantur. Quan- Cap. I.
B quam periculum eſt, ne iſte quoque ſermo ſuperfluè à nobis inſtituatur, contráq; ac ſuperiori libro dixeramus, contingat. Tunc enim diximus, per legem certaminis noſtri nos aduerſus Gentilẽ dimicare nõ cogi, eóſq; tantũ, qui interius ſunt iudicare, Apoſtolum 1.Cor.5.12
Paulũ iubere, omnique aduerſus eos, qui foris ſunt, pugna immunes eſſe ac liberos ſinere. Nunc autẽ, vt mihi quidem videtur, ne ab iſtis quidẽ dimicationibus ſumus immunes. Nã ſi priore libro Chriſtiano de his verba facere oportere turpe eſſe videbatur, multo id
C magis nunc. Qui enim non erubeſcet, is qui fidelis eſt, ſi de his admoneri opus habeat, in quibus ne infidelis quidem quicquam nobis cõtradicere aut reluctari poſſit? Quid igitur? tacebimúſne propterea, nihilque loquemur? Minime vero. Nam ſi quidem eſſet aliquis qui in futurũ ſponſor, & fideiuſſor accederet, nobiſq; perſpicuũ, & planè manifeſtũ faceret, fore poſthac neminem qui eiuſmodi facinora auderet: nos quoque ipſi quietẽ ageremus, eiſque qui præteriſſent, ſilentio noſtro vt latere poſſent, concederemus. Quoniã
D vero neminem eiuſmodi tenemus idoneum fideiuſſorem, neceſſaria penitus videtur verborum admonitio. Si enim aliquos inuenerit hoc morbo laborantes, operabitur profectò quod ſuũ eſt: ſin vero nemo in hanc malam valetudinem incidit, actum eſt vt volumus, & vehementer optamus. Quippe & medici etiam poſteaquam infirmis medicamenta parauerint, maximè cupiunt nihil eis opus eſſe languenti: itaque & nos optamus quidem votis omnibus, neminem eſſe ex fratribus noſtris, cui iſta admonitione opus ſit: ſin vero, quod tamen abſit, fuerint aliqui eiuſmodi, vel ſecundæ nauigationis reme-

dium nō illos effugiat. Fingamus ergo iam fidelem quoque talem eſſe qualis infidelis fuerat, eique per cuncta ſimillimum, præterquā in cultu Dei & religione. Lamentetur & lugeat ſimiliter, prouoluatur omnium pedibus, prętendat canos, & ſenectutē, & ſolitudinem, cunctáque illa proſequatur, quæ Gentilis dixerat, & quantū vult iracundiæ iudicibus moueat: quanquam in hoc aduerſus iſtum certamine iudiciū iam hominibus permittēdum non eſt. Audiuit enim profecto quæcumque ſummi apud nos viri, diuino ſpiritu repleti, de terribili horrēdóque iudicio, quod poſt huius exceſſum vitæ ſequitur, philoſophati ſunt. Atque ante omnia admonendus eſt diei illius, ac pernicioſiſſimi fluminis in morem decurrentis ignis, eiúſque flammæ quæ nunquam extinguitur, cum ſolis tollentur radij, lunæque ſpendor occultabitur, cum ſtellis decidentibus cœliſq; conuolutis virtutes commouebuntur, cum vndiq; concuſſa, & liqueſcente humo, terribilis alternúſque ſonitus tubarum concrepabit: cum percurrentibus orbem vniuerſum Angelis, aſſiſtentibúſq; regi millibus, & millibus milliū miniſtrantibus, aduenientibúſq; cum ipſo iudice ad eius obſequium paratis exercitibus, ante caſtra ipſa cœleſte ſignū elucebit, cum ſolium parabitur, & aperientur libri, maieſtáſq; illa reuelabitur inacceſſa, atque ineffabilis: cum vox illa iudicantis audietur horribilis & metuēda, alios quidem in ignē paratum diabolo & angelis eius ire præcipientis: alias vero poſt ingentem illam exercitationē, virginitatiſq; labores ipſis thalami ianuis arcentis, miniſtrorúmq; alijs zizania colligere, atq; in fornacē immittere iubentis: alijs item alios nonnullos compeditos, vinctóſque poſt terga manus in exteriores tenebras abducere, atque horrifico dentium ſtridori addicere: cum hunē quòd impudice tantū aſpexerit, illum quòd intempeſtiuo ſe riſui dederit, alium quòd maledixerit duntaxat, vehemētiſſima atque grauiſſima animaduerſione plectet. Nā quòd iſtos quoq; pœna acerbiſſima maneat, ipſum iudicem audias licet, qui & hęc, & eiuſmodi ſupplicia intētat. Ad hunc nobis iudicem prorſus eundem eſt, atquediem illum metuendum in quo nuda & patefacta erunt omnia, non tantum opera & verba, verum ipſæ quoque cogitationes & intentiones animi.

Quibus de rebꝰ admonēdus Chriſtianus monachi pater, ac primum de die iudicij.

A ἐρημίαν αὖθις οὐ διαφεύξεται πλοῦς. Διαπλαττέσθω τοίνυν καὶ ὁ πιστὸς ἡμῖν ἤδη τοιοῦτος, οἷος ὁ ἄπιστος, καὶ πάντα ἐκείνῳ παρεοικέτω, πλὴν τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης, καὶ θρηνείτω ὅμοια, καὶ προσκυλινδείσθω τοῖς ποσὶ τῶν ἁπάντων, καὶ τὴν πολιὰν προβαλλέσθω, καὶ τὸ γῆρας, καὶ τὴν ἐρημίαν, καὶ πάντα ἐκεῖνα λεγέτω, καὶ κινείτω πρὸς ὅσον βούλεται ὀργῆς τοὺς δικάζοντας· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς τοῦτον οὐκέτι ἡμῖν ἐπ' ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ δίκη. ἤκουσε γὰρ ὅσα ἐφιλοσόφησαν περὶ ἡμῖν οἱ τοῦ θείου πληρωθέντες πνεύματος ἄν-
B θρωποι περὶ τοῦ φρικτοῦ, καὶ φοβεροῦ δικαστηρίου, τοῦ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν. καὶ δεῖ παρὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐκείνης αὐτὸν ἀναμνῆσαι τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ποταμηδὸν ῥέοντος πυρὸς, τῆς οὐδέποτε σβεννυμένης φλογὸς, τῆς ἀφανιζομένης ἀκτῖνος, τῆς κρυπτομένης σελήνης τῶν πιπτόντων ἄστρων, τῶν ἐλαυνομένων οὐρανῶν, τῶν κλονουμένων δυνάμεων, τῆς τηκομένης πανταχόθεν καὶ ἀναβρασσομένης γῆς τῆς φοβερᾶς καὶ ἐπαλλήλου τῶν σαλπίγγων ἠχῆς τῶν διατρεχόντων τὴν
C οἰκουμένην ἀγγέλων, τῶν παρεστηκυιῶν χιλιάδων, τῶν λειτουργουσῶν μυριάδων, τῶν μετ' αὐτοῦ τοῦ κριτοῦ παραγινομένων τῶν στρατοπέδων, τοῦ ἔμπροσθεν λάμποντος σημείου, τοῦ ἑτοιμαζομένου θρόνου, τῶν ἀνοιγομένων βίβλων, τῆς ἀπορρήτου δόξης, τῆς φοβερᾶς, καὶ φρικτῆς τοῦ δικάζοντος φωνῆς, τοὺς μὲν εἰς τὸ πῦρ πέμποντος τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τὰς δὲ τὰς θύρας ἀποκλείοντος, μετὰ τὸν πολὺν τῆς παρθενίας πόνον, καὶ τῶν διακόνων αὐτοῦ, τοὺς μὲν ἐπι-
D τάττοντος τὰ ζιζάνια δῆσαι, καὶ εἰς τὴν κάμινον ἐμβαλεῖν, τοὺς δὲ ἄλλους τινὰς συμποδίσαι, καὶ τὼ χεῖρε στραγγαλῶσαι, καὶ ἀπαγαγεῖν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τῷ ἀνηκέστῳ παραδοῦναι τῶν ὀδόντων βρυγμῷ, καὶ τὸν μὲν ὑπὲρ ἀκολάστων ὀφθαλμῶν μόνον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἀκαίρου γέλωτος, τὸν δὲ, ὅτι τὸν πλησίον κατεδίκαζεν ἀνεξετάστως. τοῦ δὲ, ὅτι μόνον κακηγόρησε σφοδροτάτῃ, καὶ χαλεπωτάτῃ μετιόντος κολάσει. ὅτι γὰρ καὶ τούτων κεῖται τιμωρία,

A αὐτοῦ τοῦ μέλλοντος ἐπάγειν τὰ βασανιστήρια ἔστιν ἀκοῦσαι λέγοντος, καὶ ἀπειλοῦντος. πρὸς τοῦτον ποιοῦντας ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ἀνάγκη τὸν δικαστὴν, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἰδεῖν, καθ᾽ ἣν γυμνὰ, καὶ τετραχηλισμένα πάντα, οὐ τὰ πράγματα λέγω, οὐδὲ τὰ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ νοήματα. Καὶ γὰρ τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν νῦν, τότε φοβερὰς ὑφεξόμεθα τὰς εὐθύνας. οὕτως ὁ κριτὴς μετὰ τῆς αὐτῆς ἀκριβείας, τήν τε ἡμετέραν, καὶ τὴν τῶν πλησίον ἡμῶν ἀπαιτεῖ σωτηρίαν. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος πανταχοῦ παραινεῖ, μὴ τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστον. διὰ B τοῦτο καὶ Κορινθίοις σφόδρα ἐπιτιμᾷ, ὅτι μὴ προενόησαν, μηδὲ ἐπεμελήσαντο τοῦ πεπορνευκότος, ἀλλ᾽ ὑπερεῖδον αὐτοῦ τὸ τραῦμα ἐπιτριβόμενον. καὶ Γαλάταις δὲ ἐπιστέλλων, ἔλεγεν· ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον. καὶ Θεσσαλονικεῦσι δὲ περὶ τούτων, τὰ αὐτὰ ταῦτα παραινεῖ λέγων, ὥστε παρακαλεῖτε εἰς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. καὶ πάλιν· νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν C ἀσθενῶν. ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ· τί μοι καὶ τῆς τῶν ἄλλων προνοίας; ὁ ἀπολλύμενος ἀπολλύσθω, καὶ ὁ σωζόμενος σωζέσθω· οὐδὲν τούτων πρὸς ἐμὲ, τὰ ἐμαυτοῦ σκοπεῖν ἐπιτέταγμαι. ἵνα μή τις ταῦτα λέγῃ, τὴν θηριώδη ταύτην, καὶ ἀπάνθρωπον ἔννοιαν ἀναιρῶν, ἐπετείχισεν αὐτῇ τούτους τοὺς νόμους, πολλὰ τῶν οἰκείων κελεύων παρορᾶν, ὥστε τὰ τῶν πλησίον ἱστᾶν, καὶ βίου ταύτην ἀκρίβειαν πανταχοῦ εἶναι διορίζεται. καὶ Ῥωμαίοις δὲ γράφων, πολλὴν τοῦ μέρους τούτου κελεύει ποιεῖσθαι πρόνοιαν, τοὺς ἰσχυροὺς τοῖς ἀσθενέσιν, ὥσπερ πατέρας ἐφιστὰς, καὶ μεριμνᾶν ἀναπείθων D τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα μὲν ἐν παραινέσεως τάξει, καὶ συμβουλῆς ταῦτα φησίν· ἑτέρωθι δὲ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος τὰς τῶν ἀκουόντων κατασείει ψυχάς. τοὺς γὰρ ἀμελοῦντας τῆς τῶν ἀδελφῶν σωτηρίας, εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνειν φησὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τοῦ θεοῦ κατασκάπτειν τὴν οἰκοδομήν. καὶ ταῦτα οὐ παρ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ διδασκάλου μαθὼν ἔλεγε. καὶ γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς διδάξαι βουλόμενος, ὡς ἀναγκαῖον τοῦτο ἐστὶ τὸ ὄφλημα, καὶ τοὺς μὴ βουλομένους αὐτὸ κατα-

A Nam eorum quoque delictorũ quæ videntur eſſe leuia & nulla, terribiles tunc pœnas expendemus. Adeo iudex ipſe pari & eadem ferè diligentia & noſtram, & proximorum noſtrorum ſalutem requirit à nobis: idcirco Paulus quoque ſemper & vbique monet ſingulos, non quæ ſua ſunt quærere, ſed quæ proximorum: ideo in Corinthios vehementer inuehitur, quòd nullam prouidentiam, nullámque curam habuerant eius, qui in grauiſſimũ crimen fornicationis inciderat, ſed magis eius vulnus tumidum obduratúmque con- B tempſerant. Galatis quoque eadẽ ſcribens aiebat: Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, eiuſmodi inſtruite. Theſſalonicenſibus item eadem monita edebat, dicens: Itaq; exhortamini inuicem ſicut & facitis. Itémque, Corripite indiſciplinatos, cõſolamini puſillanimes, ſuſtinete infirmos. Ne quis enim diceret, quid mea intereſt etiam aliorum curare ſalutem? qui perit, pereat: & qui ſeruatur, ſeruetur: nihil horũ pertinet ad me, mei ipſius curam C habere mihi imperatum eſt. Ne quis, inquam, iſta diceret, immanem hanc, & prorſus inhumanam cogitationem iugulans, legibus iſtis illam ſepſit, & has ei leges oppoſuit, quibus plurima iuberet noſtrorum commodorum negligere, vt proximorum ſaluti conſuleremus, atque omnibus in locis vitæ eandem diligentiam habendam definiuit. Romanis quoque cum ſcriberet, ingentem illis curam huiuſmodi procurationis impoſuit, multúmque in ea parte voluit eſſe ſolicitos, fortes imbecillibus patrum loco eſſe iubens, eorúmque ſalutem curæ illis eſſe admo- D nens. Sed iſta in eo loco hortantis atq; conſulentis voce magis quàm imperantis authoritate mandauit: alio vero in loco ſumma cum vehementia auditorum animos perterruit, eos qui fratrum ſalutem negligerent, in ipſum Chriſtum peccare aſſeuerans, deique ædificiũ diruere. Quæ quidem omnia, non vt à ſe inuenta afferebat, verum à magiſtro didicerat. Namque vnigenitus Dei filius docere nos cupiens, quàm iſtud debitum neceſſarium ſit, vtque hi qui illud reddere negligunt,

CAP. II. *Neglectus ſalutis proximi punitur.*

Gal. 6. 1.

1. Theſſ. 5.

Rom. 15.

Matt. 18. 6.

ſummis afficiatur incommodis, aiebat: A Quicumque ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria circa collum eius, & de- *Matth. 18. 14.* mergatur in profundum maris. Atque is qui talentum attulerat, non quòd aliquid ex ſuis contempſiſſet, ſed quòd proximi ſalutem neglexiſſet, & increpitus & ſupplicio affectus eſt: itaque etſi vitam omnem noſtram diligentiſſime compoſitam & inſtructam egerimus, hac non euitata negligentia, nihil conſequemur emolumēti, cum ea talis ac tanta ſit, quæ ſola in gehennæ profunda poſſit immergere. Si enim is, qui B proximum in eis rebus quæ ad corpus pertinent, adiuuare noluerit, nulla ratione excuſari poterit: verum etſi virginitatem ille ſeruauerit, extra ſponſi thalamū proijcietur: is qui quod multo maius eſt omiſerit, (quippe longe maximum eſt animarum gubernatio & regimen) cur non mala omnia perpeti merito digniſſimus exiſtimetur? Hominem enim nō vt ſibiipſi tantum prodeſſet creauit Deus, ſed vt multis. *Phil. 2. 15.* Idcirco Paulus quoque fideles homines luminaria appellat, ex ipſa appellatione manifeſtans, oportere fideles C cæteris quoque vſui eſſe. Luminare quippe quādiu ſeipſum tantummodo illuminat, luminare profectò non eſt. Quocirca Gentilibus quoque ipſis deteriores eſſe ait, qui proximorum ſalu- *1. Tim. 5. 8.* tem negligerent, ſic dicens: Si quis autem ſuorū, & maxime domeſticorum prouidentiam nō gerit, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior. Quid enim hoc loco prouidentiæ nomine ſignificari putas? an fortaſſis neceſſariorū largitionem? Equidē reor ipſum hoc nomine curā animæ ſignificare voluiſſe. ſin vero tu contētioſe ſenſum tuum af- D ferre malueris, ſic quoq; ſententia mea firmior ac validior manebit. Nam ſi de corpore hæc dixit, eúmque qui vilem hunc & quotidianum cibum non præbet, tantis cruciatibus addixit, Gentilibúſque deteriorem eſſe ait: quónam tandem in loco ſtatuemus eum, qui id quod longe maius & dignius eſt, magiſque neceſſarium, contemnit?

Cap. III. Quod graue ſit peccatū proximorū contemptus. Age itaque colligamus peccati noſtri magnitudinem, ac paulatim aſcendentes oſtendamus, quantum peccata omnia exuperat proximorum cōtemptus & neglectio, vtque ad ſummum malignitatis verticem euadit. Eſt igitur primus malitiæ & iniquitatis gradus, amicos aſpernari.

θῆναι μεγάλα ἐνδείξεται κακὰ, ἔλεγεν· ὃς ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης. καὶ ὁ τὸ τάλαντον δὲ προσενεγκὼν, οὐχ ὅτι τῶν οἰκείων τι παρεῖδεν, ἀλλ' ὅτι τῆς τῶν πλησίον σωτηρίας ἠμέλησεν, ἐκείνῃ τῇ τιμωρίᾳ κολάζεται. ὥστε κἂν ἅπαντα ἡμῖν καλῶς ᾖ διηκριβωμένα τὰ κατὰ τὸν ἡμέτερον βίον, οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν, ταύτης τῆς ἁμαρτίας ἱκανῆς οὔσης ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς γεέννης καταποντίσαι πέλαγος. εἰ γὰρ τοὺς ἐν τοῖς σωματικοῖς μὴ βουληθέντας βοηθεῖν τῷ πλησίον οὐδεὶς ἐξαιρήσεται λόγος, ἀλλὰ κἂν παρθενίαν ἠσκηκότες ὦσιν, ἔξω που ῥιφήσονται νυμφῶνος, ὁ τὸ πολλῷ μεῖζον ἐκλελοιπώς· πολλῷ γὰρ μεῖζον ἡ τῆς ψυχῆς προστασία, πῶς οὐκ εἰκότως ἅπαντα πείσεται τὰ δεινά; τὸν γὰρ ἄνθρωπον οὐχ ἑαυτῷ μόνον αὐταρκεῖν κατεσκεύασεν ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πολλοῖς. διὰ τοῦτο καὶ φωστῆρας ὁ Παῦλος καλεῖ τοὺς πιστοὺς, ἐνδεικνύμενος, ὅτι καὶ ἑτέροις χρησίμους εἶναι δεῖ αὐτούς. ὁ γὰρ φωστὴρ, ἕως ἂν ἑαυτὸν φωτίζῃ μόνον, οὐκ ἂν εἴη φωστήρ. διὰ τοῦτο, καὶ Ἑλλήνων εἶναι χείρους φησὶ, τοὺς τῶν πλησίον ἀμελοῦντας οὑτωσὶ λέγων. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων, καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται· καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. τί γὰρ βούλει τὴν πρόνοιαν ἐνταῦθα δηλοῦσθαι, ἆρα τὴν τῶν ἀναγκαίων χορηγίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸν οἶμαι τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν λέγειν. εἰ δὲ φιλονεικοίης, καὶ οὕτω τὸ ἐμὸν στήσεται μᾶλλον. εἰ γὰρ περὶ σώματος ταῦτα φησὶ, καὶ τὸν μὴ παρέχοντα τὴν ἐφήμερον ταύτην τροφὴν, τοσαύτῃ κολάσει παραδέδωκε, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἔφησεν εἶναι χείρω, ποῦ κείσεται ὁ τὸ μεῖζον, καὶ ἀναγκαιότερον παρορῶν; φέρε δὴ συλλογισώμεθα λοιπὸν τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν τὸ μέγεθος, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναβαίνοντες, δείξωμεν, ὅτι πάντων ἐπέκεινα τῶν ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἡ περὶ τοὺς πέλας ὀλιγωρία, καὶ πρὸς αὐτὴν ἥκει τῆς πονηρίας τὴν κορυφήν. ἔστι τοίνυν πρῶτος κακίας, καὶ πονηρίας βαθμὸς καὶ ὠμότητος, τὸ τοὺς φίλους πα-

A εἰσορᾷν· μᾶλλον δὲ κατωτέρω τὸν λόγον ἀγάγωμεν. τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως μικροῦ δεῖν με παρέλαθεν, ὅτι ὁ πρότερος νόμος, ὁ τοῖς Ἰουδαίοις δοθεὶς, οὐδὲ τὰ ὑποζύγια τῶν ἐχθρῶν ἀφίησι παρορᾷν, οὔτε πεπτωκότα, οὔτε πλανώμενα. ἀλλὰ τὰ μὲν ὁδηγῆσαι, τὰ δὲ συνδιαναστῆσαι κελεύει· ἔστιν οὖν πρῶτος κάτωθεν ἀναβαίνων κακίας, καὶ ὠμότητος βαθμὸς, τὸ, τὰ τῶν ἐχθρῶν κτήνη, καὶ θρέμματα κακῶς πάσχοντα περιορᾷν. δεύτερος δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀνώτερος, τὸ τῶν ἐχθρῶν ἀμελεῖν. ὅσῳ B γὰρ ἄνθρωπος ἀλόγου τιμιώτερος, τοσούτῳ μείζων ἐκείνης αὕτη ἡ ἁμαρτία. τρίτος δὲ μετὰ τοῦτον, τὸ τῶν ἀδελφῶν καταφρονεῖν, κἂν ἀγνῶτες ὄντες τυγχάνωσι. τέταρτος, τὸ τοὺς οἰκείους περιορᾷν. πέμπτος, ὅταν μὴ σώματος αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς ἀπολλυμένης καταφρονῶμεν. ἕκτος ὅταν μὴ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων ἡμῶν διαφθειρομένων ὀλιγωρῶμεν. ἕβδομος, ὅταν μηδὲ ἑτέρους τοὺς ἐπιμελουμένους ζητῶμεν. ὄγδοος, ὅταν καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τοῦτο βουλομένους ποιεῖν κωλύωμεν, καὶ ἀπείργωμεν. ἔνατος, ὅταν μὴ κωλύωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολεμῶμεν. ὥστε εἰ C ἐν τῷ πρώτῳ, καὶ τῷ δευτέρῳ, καὶ τρίτῳ τῆς κακίας ταύτης βαθμῷ τοσαύτη κόλασις ἕπεται, τῷ πάντας ἀναβεβηκότι τούτους, τούτῳ δὴ τῷ ὑμετέρῳ, πόσον ἅψεται πῦρ ἐννάτῳ μετ' ἐκεῖνον τυγχάνοντι; μᾶλλον δὲ οὐκ ἔνατον μόνον, οὐδὲ δέκατον, ἀλλὰ καὶ ἑνδέκατον οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοῦτον προσειπών. τί δή ποτε; ὅτι οὐ τῇ φύσει πολλῷ μεῖζον τὸ ἁμάρτημα τῶν προειρημένων ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου χαλεπώτερον. τί δὲ τοῦτό ἐστι τὸ ἀπὸ τοῦ χρόνου; ὅτι τὰ αὐτὰ ἁμαρτά- D νουσιν ἡμῖν, νῦν τοῖς ἐν τῷ νόμῳ οὐ τὰ αὐτὰ κείσονται βασανιστήρια, ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ μείζονος ἀπελαύσαμεν δωρεᾶς, καὶ τελεωτέρας διδασκαλίας μετέσχομεν, καὶ πλείονι τετιμήμεθα τιμῇ. ὅταν οὖν καὶ τῇ φύσει, καὶ τῷ χρόνῳ σφοδρὸν οὕτω τὸ ἁμάρτημα γένηται τοῦτο, ἐννόησον, ὅσην οἴσει τὴν φλόγα, ἐπὶ τὴν τῶν τολμώντων αὐτὸ κεφαλήν· καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ταῦτα συλλογίζομαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιδείξω τοῦ συμβάντος· ἵν' εἰδῆτε, ὅτι κἂν τὰ ἡμέτερα ἡμῖν ἅπαντα ᾖ διω-

quin vt ad inferiora ſermonem reducamus: (neſcio enim quo pacto id me penè effugerat:) prior illa lex Iudæis tradita, ne iumenta quidem inimicorum deſpici permittit: ſed ſiue illa deciderint, ſimul erigere: ſiue aberrauerint, reducere iubet. Eſt itaque primus malitiæ & crudelitatis gradus ab infimis aſcendendo, iumenta & pecora inimicorum & errantia vel lapſa negligere. Secundus illo ſuperior, inimicos ipſos negligentius curare. Quanto enim homo mutis animantibus ad honorem præſtat, tanto peccatum iſtud maius quā illud eſt. Tertius deinceps, fratres aſpernari, licet fuerint ignoti. Quartus familiares quoque deſpicere. Quintus, cum non ſolum corpore, verum anima quoque fratrum pereunte deſidemus. Sextus, ſi non familiaribus modo, verum ipſis quoque liberis noſtris pereũtibus negligimus. Septimus, cum nec alios quibus illi curæ eſſe poſſint prouidemus. Octauus, cum & eos qui id à ſeipſis facere inſtituunt, arcemus atque prohibemus. Nonus, cum non tantum illos prohibemus, verum oppugnamus quoque. Itaque ſi primus & ſecundus, & tertius eiuſce facinoris gradus tanto ſupplicio afficiendus eſt: quātos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus aſcendit? Quod profectò modo vos facitis, qui nonum illum à primo gradum tranſcendiſtis: quinimò ſi quis eum nō tantum nonum, verum & decimum & vndecimū dixerit, profectò non peccabit. Cur id? Quia non natura ſolum id peccatum multo maius eſt, verum ex ipſa quoque ratione temporum durius multo & grauius fit. Quid ita? Quia eadem modo peccantibus nobis, quæ vetus lex damnat, non eadem ſupplicia debentur: verum tanto acerbiora & diriora, quanto maiori gratia potiti, excellentioriſque doctrinæ participes effecti, maioribus item honoribus affecti ſumus. Cum igitur & natura, & tempore ſcelus hoc adeo immane ſit & vehemens, conſidera iam quantas flammas, quantóſque cruciatus in eorum capita, qui id perpetrare non metuunt, exaggerabit: verum ne ſine certa ratione computando hæc dixiſſe videar, ex re ipſa documenta afferam, vt ſciatis, quia etſi vitam noſtram omnem ſumma cum diligentia & cura diſpo-

Exod. 23. Deut. 22.

namus, extrema animaduerſione puniemur, ſi liberorum ſalutem neglexerimus. Rem autem vobis enarrabo, non à meipſo inuentam, ſed in diuinis literis traditam. Sacerdos quidē apud Iudæos fuit vir in primis moderatus ac probus, Heli nomine, huic duo cum eſſent liberi, viderétque illos vitijs deditos, non corripuit, aut coërcuit: ſiue, vt verius loquar, corripuit illos quidem, & cohibuit, verum nō omni cum ſtudio & vehementia id fecit: horū hæc autem fuere crimina, ventris ingluuies,
1.Reg.1. & fornicatio. Edebant enim, inquit, antequā ſanctificarentur ſacræ carnes, priuſquam offerretur Deo ſacrificium. Quibus compertis pater nō illos pœna affecit, cæterum verbis tantum caſtigare, lenique admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatus eſt, atq; huiuſcemodi verba iugiter ad illos loquebatur: Nolite filij, nolite ſic facere; non enim bona fama eſt quam ego audio de vobis, vt faciatis populum non ſeruire Domino. Si delinquens peccauerit vir in virum, orabunt pro illo Dominum: ſin autem Domino peccauerit vir, quis pro illo orabit? Et certe plena ſunt grauitatis, reuerentię, ac ponderis hęc verba, & quæ recuperare, atque ad ſtatum vitæ melioris reuocare poſſent eum qui penitus excors & amens non eſſet. Quippe ſceleris immanitatem indicant, & quàm ſit metuēdum & cauendum admonent, & quæ illud pœna ſubſequebatur oſtendunt, grauiſſima ſcilicet & intolerabilis. Verum quia non omnia quęq; fuerāt agenda, vt ea reſecarentur vitia, molitus eſt, & ipſe cum illis vnà perijt. Namque & minas ille addere debuerat, & à ſuo eos conſpectu amouere atq; abdicare etiam & verberibus afficere, multóque illis grauius & durius inſtare. Quia igitur nihil horum egit, verborúmq; tantū monitis contentus fuit, & illis & ſibiipſi Deum aduerſum, infeſtúmque conſtituit: cúmque improbè & intempeſtiuè filijs parceret, & ſuam ſimul & illorum ſalutem perdidit. Audi ergo quid dicat illi Deus: imò vero non iam illi: neque enim illum reſponſo dignum amplius iudicauit, ſed tanquam famulum à quo grauiſſimè offenſus fuiſſet, mala, quæ ipſum oppreſſura erant, alterius opera docet. Audi denique quid ad diſcipulum de magiſtro locutus ſit Deus:

A κηδόμενα, τῆς γοῦν τῶν παίδων ἀμελοῦντες σωτηρίας, τὴν ἐσχάτην τίσομεν δίκην. ἐρῶ δὲ ὑμῖν ἵνα λόγον οὐκ ἐμὸν, ἀλλ' ἐν ταῖς θείαις κείμενον γραφαῖς. ἱερεύς τις ἦν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, μέτριος ἄνθρωπος, καὶ ἐπιεικὴς, Ἡλεὶ τούτῳ ὄνομα ἦν. οὗτος ὁ Ἡλεὶ γίνεται δύο παίδων πατήρ· καὶ ὁρῶν αὐτοὺς ἐπὶ κακίαν βαδίζοντας, οὐ κατεῖχεν, οὐδὲ ἐκώλυε· μᾶλλον δὲ κατεῖχε μὲν, καὶ ἐκώλυσεν, οὐ μετὰ πάσης δὲ τοῦτο ἐποίει σπουδῆς. τὰ ἐγκλήματα δὲ τῶν παίδων τούτων ἦν, πορνεία τε, καὶ γαστριμαρ-
B γία. ἤσθιον γάρ φησι πρὸ τοῦ καθαγιασθῆναι τὰ κρέα τὰ ἱερὰ, καὶ τὴν θυσίαν ἀνενεχθῆναι τῷ θεῷ. ταῦτα δὲ ἀκούων ὁ πατὴρ τιμωρίαν μὲν οὐκ ἐπέθηκε, λόγῳ δὲ καὶ παραινέσει ἐπειρᾶτο τῆς πονηρίας ταύτης ἀπάγειν αὐτοὺς, καὶ τοιαῦτα συνεχῶς πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε ῥήματα· μὴ τέκνα, μὴ ποιεῖτε οὕτως, οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ, ἣν ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν τοῦ ποιεῖν τὸν λαὸν μὴ λατρεύειν τῷ κυρίῳ. ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἀνὴρ εἰς ἄνδρα, προσεύξονται περὶ αὐτοῦ πρὸς κύριον· ἐὰν δὲ τῷ κυ-
C ρίῳ ἁμάρτῃ ἄνθρωπος, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; καί τοι πολλὴ ἡ τῶν ῥημάτων βαρύτης, καὶ ἐντροπὴ, καὶ τὸν νοῦν ἔχοντα ἱκανὴ ἀνακτήσασθαι. τό τε γὰρ ἁμάρτημα ἐπῆρε, καὶ φοβερὸν ἔδειξε, τήν τε ἐπικειμένην δίκην ἀφόρητον ἀπέφηνε, καὶ φρικτήν. ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ πάντα ὅσα ἐχρῆν ἐπεδείξατο, καὶ αὐτὸς μετ' ἐκείνων ἀπώλετο. καὶ γὰρ ἀπειλὰς προσθεῖναι ἐχρῆν, καὶ ἐξ ὄψεως ποιῆσαι τῆς ἑαυτοῦ, καὶ μάστιγας ἐπιθεῖναι, καὶ βαρύτερον πολλῷ γενέσθαι, καὶ χαλεπώτερον. ἐπειδὴ οὖν τούτων οὐδὲν ἐποίησεν, ἑαυτῷ τε κἀκείνοις ἐξεπολέμωσε τὸν θεὸν, καὶ
D φεισάμενος αὐτοῦ τῶν παίδων ἀκαίρως, μετὰ τῶν παίδων καὶ τὴν ἑαυτοῦ προσαπώλεσε σωτηρίαν. ἄκουσον γοῦν τί φησι πρὸς αὐτὸν ὁ θεὸς, μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτὸν μὲν οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἀποκρίσεως αὐτὸν ἄξιον ἔκρινεν εἶναι λοιπόν· ἀλλ' ὥσπερ τινὰ οἰκέτην τὰ μέγιστα προσκεκρουκότα δι' ἑτέρου ποιεῖ μαθεῖν τὰ καταληψόμενα αὐτὸν κακά. τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ θεοῦ τότε ὀργή. ἄκουσον γοῦν τί φησι πρὸς τὸν ἐκείνου μαθητὴν, περὶ τοῦ διδασκάλου· καὶ γὰρ καὶ τῷ μαθητῇ, καὶ

ἑτέρῳ

Digitized by Google

καὶ γὰρ καὶ τῷ μαθητῇ, καὶ ἑτέρῳ προφήτῃ, καὶ πᾶσιν ὑπὲρ τῶν ἐκείνου μᾶλλον διελέγετο κακῶν, ἢ ἐκείνῳ. οὕτως αὐτὸν εἰς τέλος ἀπεστράφη. τί δὴ οὖν φησι τῷ Σαμουήλ; ἔγνων, ὅτι κακολογοῦντες θεὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐνουθέτει αὐτούς. καὶ οὐχ οὕτως. καὶ μὴν ἐνουθέτει. ἀλλ' οὐδὲ νουθεσίαν εἶναι τοῦτό φησιν ὁ θεός· οὕτως αὐτῆς κατέγνω, ἐπειδὴ τὸ σφοδρὸν οὐκ εἶχε, καὶ ἐπιτεταμένον. ὥστε κἂν προνοώμεθα τῶν παίδων, οὐδὲ πρόνοια τοῦτό ἐστιν, ὥσπερ οὖν οὐδ' ἡ τοῦ Ηλεὶ νουθεσία. εἰπὼν δὲ τὸ ἔγκλημα, καὶ τὴν κόλασιν, ἐπάγει μετὰ πολλῆς ὀργῆς. B ὤμοσα γάρ φησι τῷ οἴκῳ Ηλεὶ, εἰ ἐξιλασθήσεται ἁμαρτία Ηλεὶ ἢ ἐν θυμιάμασιν, ἢ ἐν θυσίαις ἕως τοῦ αἰῶνος. εἶδες ἀγανάκτησιν ἐπιτεταμένην, καὶ ἀσύγγνωστον κόλασιν; πάντως αὐτόν φησιν ἀπολέσθαι χρή· καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον οὐδὲ τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν ἅπασαν μετ' ἐκείνου. καὶ οὐδὲν ἔσται φάρμακον, ὃ τὴν πληγὴν ταύτην ἰάσεται. καί τοι πλὴν τῆς εἰς τοὺς παῖδας ῥᾳθυμίας, οὐδὲν ἕτερον εἶχεν ἐγκαλεῖν ὁ θεὸς τῷ πρεσβύτῃ τότε ἐκείνῳ· ἀλλ' ἦν ἄπαντα τὰ ἄλλα θαυμαστός, C καὶ τὴν φιλοσοφίαν αὐτοῦ πᾶσαν, οὐκ ἐκ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν κατὰ τὴν συμφορὰν ταύτην ἐπισυμβάντων ἔστιν ἰδεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ ἐπειδὴ ταῦτα πάντα ἤκουσε, καὶ πρὸς ἐσχάτην τιμωρίαν ἥκοντα εἶδεν ἑαυτὸν οὐκ ἀπεδυσπέτησεν, οὐκ ἐδυσχέρανεν. οὐκ εἶπέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς τοὺς πολλούς. μὴ γὰρ ἐγὼ τῆς ἑτέρων κύριός εἰμι γνώμης; τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ὀφείλω δίκας· οἱ παῖδες δὲ ἡλικίαν ἔχουσι, καὶ αὐτοὶ ἂν εἶεν δίκαιοι κολάζεσθαι μόνοι. τούτων οὐδὲν οὔτε εἶπεν, οὔτε ἐνενόησεν. D ἀλλ' ὥσπερ οἰκέτης εὐγνώμων, καὶ ἓν μόνον εἰδὼς τὰ παρὰ τοῦ δεσπότου εὐκόλως φέρειν, κἂν λυπηρὰ ὄντα τύχῃ, οὕτω τὰ πολλῆς γέμοντα φιλοσοφίας ἐφθέγξατο ῥήματα. κύριος γάρ φησιν αὐτός, τὸ ἀρεστὸν ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσει. καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν ἔστιν αὐτοῦ ἀρετὴν κατιδεῖν. πολέμου γὰρ καταλαβόντος τοὺς Ιουδαίους, ἐπειδή τις ἐλθὼν ἐπήγγειλε τὰς ἐν τῷ πολέμῳ συμφοράς,

A quippe & diſcipulo, & prophetæ alteri, & cunctis penitus eius clades reuelare & loqui, quàm illi maluit, adeo illū ad extremum auerſatus eſt. Quid ergo inquit Samuel? Nouerat quòd maledicerent filij eius Deo, & non corripiebat eos: certe corripuerat, ſed hanc Deus pro correptione non ſuſcipit: adeo illū quòd vehemētia & inuectione caruiſſet, reprehendit. Itaq; etſi prouidētiam habeamus filiorū, nō autem quantum neceſſe id faciamus: profectò nec ea prouidentia dicenda eſt, ſicut nec fuit illa correctio Heli. Cum vero crimen B proſecutus fuiſſet, tum demū ingenti cum iracundia cruciatū adiecit: Iuraui enim, inquit, domui Heli, ſi peccatum iſtud de domo Heli expiabitur, ſiue incenſo, ſiue ſacrificijs vſque in æternū. Vidiſtine ingentem indignationem, cruciatúmque vehementiſſimum, & omnino ſpe veniæ excluſum? Prorſus, inquit, illum perire neceſſe eſt, nec ipſum modo vel eius filios, verum cum illo domum quoque vniuerſam, nullúmque medicamētum erit, quod vulnus iſtud curare poſſit: quanquam ſeni illi præter filiorum neglectionem, nihil C quod crimini daret, habuit Deus. Erat enim admirandus in cæteris, eiúſque philoſophiam omnem, cum ex alijs locis intueri licet, tum ex ipſa quoque calamitate caſuum ſuorum. Primum enim cum iſta omnia audiſſet, ſéque ad ſupremum cruciatum perueniſſe conſpiceret, non acerbe, non grauiter, non indignanter tulit. Non dixit tale quid quale plurimi: num enim ego dominus ſum aliorum voluntatis? Peccatorum meorum pœnas perſoluere debeo. Filij ætatem habent, ipſique ſoli merentur cru- D ciari. Nihil omnino horum dixit, ne cogitauit quidem: cæterum vt ſeruus fidelis & gratus, & qui vnum tantum ſibi obſeruandum nouit, vt quæque dominus ſuus ei intulerit, æquanimiter & faciliter ferat, quantumlibet illa triſtia & acerba ſint, ita pleniſſima philoſophiæ verba edidit: Dominus, enim inquit, ipſe: quòd gratum eſt in conſpectu ſuo faciet. Non ſolum autem ex loco iſto, verum ex alio quoque virtus eius animaduerti poteſt: nam cum bello finitimorum laceſſerentur Iudæi profectúſque ad illum quidam belli clades enunciaſſet, 1 Reg. 4. 18

vtque turpiter & miſerabiliter illius liberi in ea dimicatione corruiſſent, hactenus quidē agebat quietem: verum cum illæ tantæ huic cladi arcam Dei direptam ab hoſtibus fuiſſe adieciſſet, tum vero præ mœroris magnitudine obtenebratus ſenior, cecidit de ſella retro iuxta ianuam, & contritum eſt dorſum eius. Senex enim erat & grandæuus, & honorabilis, & ipſe iudicauit Iſraël viginti annis. Quod ſi ſacerdotē ſenem, qui ſine querela genus Hebræorum rexerat, qui eis temporibus conuerſatus eſt, quæ non magnam vitæ diligentiam requirebant, nihil excuſare potuit, quo minus quia illi cura non fuerat & diligentiſſima, & vehemens ſalutis liberorum, & miſere & infœliciter periret: contemptúſque illius ſcelus inſtar fluctus tetri & ingentis, virtutes eius cunctas trāſiliuit, vniuerſaque recte facta ſua magnitudine operuit: qua tandem nos animaduerſione puniemur, qui & eo tempore nati ſumus, quo longe maior à nobis philoſophiæ fructus poſtulatur, & ſenis huius virtute non parum inferiores ſumus: quippe qui non tantum ipſi liberos noſtros non moderamur, neque ad virtutem dirigimus: verum eos quoque qui id facere voluerint, & inſidijs appetimus, & hoſtium vice oppugnamus, barbariſq; omnibus immaniores erga natos noſtros ſumus? Illorum enim atrocitas & feritas vſque ad ſeruitium duntaxat, & captiuitatem, & vaſtitatem patriæ, corporiſque incommoda & mala ſæuit: vos autē ipſum animum in ſeruitutem abducitis, & veluti captiuum quendam vincientes, ita demum nequiſſimis & ferociſſimis dæmonibus traditis, eorúmque libidinibus & ludibrijs exponitis: cum enim neque ipſi aliquid, quod ad ſpiritum pertineat, monetis, neque alios id facere permittitis, nihil profecto agitis. Nec id mihi modo aliquis obijciat, quòd plerique circa filiorum curam longe quàm Heli negligentiores, nihil tale perpeſſi ſunt, quale Heli. Multi enim ſæpenumero multa ob id facinus acerbiora paſſi ſunt, & diriora. Nam vnde acerbæ & intempeſtiuæ mortes, vnde morbi perpetui, atque grauiſſimi plerumque nobis, & liberis noſtris inferuntur? vnde damnis & incommodis afficimur? vnde caſus varios, vnde calumnias, vnde mala innumera quotidie perpetimur? Nónne quòd filios noſtros malos aſpicimus, & eos emendare negligimus?

A καὶ πῶς οἱ παῖδες αὐτοῦ κατεκόπησαν ἀθρόως, καὶ ἐλεεινῶς ἐν τῇ μάχῃ. ταῦτα μὲν οὖν ἀκούων ἡσύχαζεν. ὡς δὲ προσετέθηκεν ἐκεῖνος τῇ σφαγῇ ταύτῃ τῆς κιβωτοῦ τὴν ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ πολεμίων γενομένην, τότε δὴ σκοτωθεὶς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ὁ γέρων, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ δίφρου εἰς τὰ ὀπίσω ἐχόμενα τῆς πύλης, καὶ συνετρίβη ὁ νῶτος αὐτοῦ. ὅτι πρεσβύτης ἦν, καὶ βαρύς, καὶ ἔνδοξος, καὶ αὐτὸς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ εἴκοσιν ἔτη. εἰ δὲ τὸν ἱερέα τὸν πρεσβύτην, τὸν ἔνδοξον, τὸν εἴκοσιν ἔτη προστάντα ἀ-
B λείπτως τοῦ τῶν Ἑβραίων γένους, τὸν ἐν χρόνοις πολιτευόμενον, οὐ πολλὴν ἀπαιτοῦσιν ἀκρίβειαν, οὐδὲν τούτων ἴσχυσε παραιτήσασθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν παίδων οὐκ ἐπεμελήθη μετὰ ἀκριβείας σφόδρα, καὶ ἐλεεινῶς ἀπώλετο, καὶ τῆς ὀλιγωρίας ταύτης ἡ ἁμαρτία, καθάπερ κῦμα ἄγριον, καὶ μέγα πάντα ὑπερέσχεν ἐκεῖνα, καὶ τὰ κατορθώματα ἔκρυψεν ἅπαντα, τίς ἡμᾶς λήψεται δίκη τοὺς ἐν χρόνοις γενομένους πολλῷ μείζονα ἀπαιτοῦσι φιλοσοφίαν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἀποδέοντας τῆς ἐκείνου, καὶ τῶν παίδων οὐ μόνον οὐ προϊσταμένους, ἀλλὰ καὶ τοῖς βου-
C λομένοις τοῦτο ποιεῖν ἐπιβουλεύοντας καὶ πολεμοῦντας, καὶ βαρβάρων πάντων χαλεπώτερον διὰ τὰ ἔκγονα προσκειμένους; ἡ μὲν γὰρ ἐκείνων ὠμότης μέχρι δουλείας, καὶ ἀναστατώσεως, καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἔστηκε κακῶν· ὑμεῖς δὲ αὐτὴν καταδουλοῦντες τὴν ψυχήν, καὶ καθάπερ τινὰ αἰχμάλωτον δήσαντες, οὕτω δαίμοσι πονηροῖς, καὶ ἀγρίοις, καὶ τοῖς ἐκείνων παραδίδοτε πάθεσιν· ὅταν γὰρ μήτε αὐτοὶ παραινῆτέ τι πνευματικόν, μήτε ἑτέρους βουλομένους τοῦτο ποιεῖν ἀφίητε, οὐδὲν ἕ-
D τερον ἢ τοῦτο ἐργάζεσθε. καὶ μή μοι λεγέτω τις ὅτι πολλοὶ μειζόνως τοῦ Ἠλεὶ τῶν οἰκείων ἀμελήσαντες παίδων, οὐδὲν ἔπαθον οἷον ὁ Ἠλεί. ἔπαθον μὲν γὰρ καὶ πολλοὶ πολλάκις καὶ χαλεπώτερα τούτων, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν. πόθεν γὰρ ἄωροι θάνατοι; πόθεν νόσοι χαλεπαί, καὶ συνεχεῖς, καὶ ὑμῖν, καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῖς; πόθεν ζημίαι, πόθεν περιστάσεις; πόθεν ἐπήρειαι; πόθεν τὰ μυρία κακά; οὐκ ἐκ τοῦ μοχθηροὺς ὄντας τοὺς παῖδας περιορᾶν;

καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τοῦτό ἐστιν, ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ τοῦ πρεσβύτου πιστώσασθαι πάθη. ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ λόγον ὑπὲρ τούτων ἐρῶ σοφοῦ τινος ἀνδρὸς τῶν παρ' ἡμῖν. περὶ γὰρ παίδων ἔστι διαλεγόμενος, οὕτω πως φησί. μὴ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν. εἰ μὴ ἔστι φόβος μετ' αὐτῶν θεοῦ, μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν. στενάξεις γὰρ πένθει ἀώρῳ, καὶ ἐξάπινα αὐτῶν συντέλειαν γνώσῃ. πολλοὶ μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, πολλὰ τοιαῦτα πεπόνθασιν· εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, ἀλλ' ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς· πικροτέραν γὰρ ἀπελθόντες ἐκεῖ δώσουσι δίκην. τίνος γὰρ ἕνεκεν φησὶν οὐκ ἐνταῦθα πάντας κολάζει τοὺς; ὅτι ἔστησεν ἡμέραν ὁ θεός, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην· αὕτη δὲ οὔπω πάρεστιν ἡ ἡμέρα. καὶ ἄλλως δὲ τοῦτο εἰ ἐγίνετο, πάλαι ἂν ἀνάλωτο καὶ παρανήρπαστο ἡμῶν ἅπαν τὸ γένος· ἀλλ' ἵνα μήτε τοῦτο συμβῇ, μήτε ῥαθυμότεροι πολλοὶ γίνωνται τῇ μελλήσει τῆς κρίσεως, λαμβάνων τινὰς ὑπευθύνους ἁμαρτήμασιν ὁ θεός, καὶ κολάζων ἐνταῦθα διδάσκει τοὺς λοιποὺς δι' ἐκείνων, τὰ μέτρα τῶν κειμένων αὐτοῖς τιμωριῶν, ἵνα ἐπίστωνται ὅτι κἂν ἐνταῦθα μὴ δῶσι δίκην, ἀπελθόντες ἐκεῖ δώσουσι πάντως χαλεπωτέραν. μὴ γὰρ ἐπειδὴ προφήτην οὐ πέμπει νῦν, οὐδὲ προαγορεύει τὴν τιμωρίαν, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Ἡλεί, διὰ τοῦτο ἀναισθητῶμεν. οὐ γάρ ἐστι προφητῶν χρεός, μᾶλλον δὲ πέμπει καὶ νῦν. πόθεν δὲ ἡμῖν τοῦτο δῆλον; ἔχουσι, φησί, Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας. τὰ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἰρημένα, οὐχ ἧττον καὶ πρὸς ἡμᾶς εἴρηται. καὶ οὐχὶ τῷ Ἡλεὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνουσιν ἐκείνῳ, δι' ἐκείνου, καὶ τῶν ἐκείνου διαλέγεται παθῶν. οὐδὲ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ θεός, οὐδὲ ὁ τὸν ἐλάττονα ἁμαρτόντα οὕτω πανέστιον ἀνατρέψας, τοὺς χαλεπώτερα πεπλημμεληκότας ἀτιμωρήτους ἀφήσει. καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐ πολὺς αὐτῷ τοῦ πράγματος ὁ λόγος. πολλὴν γὰρ ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων ἀνατροφῆς ποιεῖται σπουδήν. ἐπιθυμίαν γὰρ τοσαύτην τῇ φύσει διὰ τοῦτο ἐνέσπειρεν, ἵνα ὥσπερ εἰς ἀνάγκην τινὰ ἄφυκτον τῆς περὶ τὰ τεχθέντα προνοίας

A Atque quòd iſta inanis coniectura non ſit, ſatis quidem ſenis huius caſus & euentus confirmare nos poterat: cæterum ego dictum ex noſtris cuiuſdam ſapientis viri de hac re loquar. Cum enim is de filijs diſſereret, ita ferè inquit: Ne læteris in filijs impijs, & niſi fuerit in illis Dei timor, ne confidas illorum vitæ: ingemiſces enim acerbo luctu,& confeſtim illorum ſcies conſummationem. Plurimi igitur,vt dixi, eiuſmodi multa perpeſſi ſunt. Sin vero aliqui effugere fortaſſe viſi ſunt, iſti nō in finem penitus, ſed in capitis ſui ma- B lum effugerunt: acerbiores enim ac longe diriores cum exceſſerint è vita, pœnas luent. Cur autem, inquies, non hic potiſſimum omnes, qui ſunt eiuſmodi, ſupplicijs afficiuntur? Quia profectò Deus diem ſtatuit, in qua iudicaturus eſt orbem vniuerſum, hęc autem dies nondum adeſt. *Act. 17. 31.* Præterea ſi iſtud fieret, iam diu abſumptum defeciſſet, ac præreptum fuiſſet omne mortalium genus: cæterum vti ne iſtud contingat, neu plurimi ex dilatione ac tarditate iudicij pigriores fiant, aſſumit quoſdā interim Deus peccatis obnoxios, eóſq; C hic pœnis excrucians, per illos admonet reliquos, quęnam ipſos quantáque ſupplicia maneant: vtque addiſcant, quòd etſi hac in vita nulla animaduerſione plectantur, poſt eius tamen exceſſum punientur, & quidē longe grauius ac durius. Neq. enim quòd prophetas nūc non mittit Deus, per quos pœnam peccantibus denūciet vt Heli tēpore, idcirco deſides eſſe & ſtolidi debemus. Nō enim prophetarum hoc tēpus eſt, imò vero eos nunc quoque mittere non deſinit. Vnde autem id nobis conſtat? Habent, inquit, Moſem & pro- D phetas. *Luc. 16. 29.* Ea quippe quæ ad illius temporis viros dicta ſunt, ad nos quoq; dici ſimiliter manifeſtum eſt: nec modo Heli, ſed omnibus prorſus eadem peccātibus, per illum pérque illius clades intentans loquitur Deus. Nec enim perſonas accipit, vt qui minora peccātem cum domo tota funditus euertit & deleuit, is eos qui longe maiora & grauiora deliquerint, impunitos eſſe permittat. Nec id quidē dicere poſſumus, quòd non illi ſumma ſit huius rei ratio & cura: ſummum enim optime educandorum liberorum ſtudium inducit, adeóque ingens eius rei deſiderium naturæ præterea inſeruit, vt veluti neceſſitatem quandam ineuitabilem prouidentiæ

Cap. IV. Studium rectè educādi liberos eſt à Deo.

& curæ habendæ filiorum parentibus conſtituiſſe videatur. Leges item poſtmodum intulit de cura pro liberis gerenda. Nam cum dies feſtos agi ſtatueret, filijs ſuis eiuſce celebrationis rationes & cauſas vt aperirent, imperauit. Denique cum de Paſcha loqueretur, adiecit: Et annunciabis filio tuo in die illa dicẽs: Idcirco fecit Deus mihi hęc, cum exirem de Ægypto. Quod ibidem facit tempore legis Moſaicæ. Cum enim de primogenitis præcepta ediſſet, rurſus adiecit: Si poſt hæc interrogauerit te filius tuus, dicẽs: Quid hoc eſt? dices ad eum: Quia in manu valida eduxit nos Dominus de Ægypto ex iugo ſeruitutis. Cum vero obduraretur Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenitis hominum vſque ad primogenita iumentorum: idcirco ego immolo Domino omne maſculinum adaperiens uuluam. Atque per omnia vt illos ad Dei notitiam adducant, monet & iubet. Sed & ipſis quoque filijs plurima de his, qui ſe genuerunt, officioſiſſime tractandis imperat, eos quidẽ qui parentes fouerint, atque omnibus beneuolentiæ officijs proſecuti fuerint, honorans: reliquos vero, quique fuerint ingrati, ſupplicijs afficiens. Hac autẽ rurſus ratione chariores illos ac iucundiores parentibus facit. Nam ſi quis cuiuſquam nos conſtitueret dominos, honore iſto ſummã nobis neceſſitatem videretur imponere, ne illum negligeremus: etſi enim nihil aliud, certe vel id nos exorare poſſet, quòd illius omnia noſtris in manibus conſtituta eſſent, nec ita nobis crediti ſalutem facile prodere ſuſtineremus. Cum vero præterea Deus vnà iraſcatur, ampliúſque quàm hi qui iniurijs & contumelijs fuerint affecti, indignetur, grauiſſimóſque cruciatus addat, hinc quoque vberiorem parentum ad filios amorem elicit. Tertium vero deinceps à natura ipſa neceſſitudinis & charitatis vinculum adiunxit: ſin autem ita mauis, primum. nam ne illius de educandis liberis monita patres aſpernarentur, naturalem addidit neceſſitatem. Ne autem illa ipſa naturæ neceſſitudo filiorum tandem iniurijs offenſa imbecillior fieret, aut deflueret, aut rumperetur, inobedientes liberos & ipſe per ſeipſum punit, & patribus coërcendos puniendóſque permiſit: ſicque eos ſumma cura parentum ditioni ſubijciens.

Exod. 13. 14.

A καταστήσῃ τοὺς φυτευσαμένους αὐτῶν, νόμους τε εἰσήνεγκεν ὕστερον ὑπὲρ τῆς τούτων ἐπιμελείας διαλεγόμενος ἡμῖν. καὶ ἑορτὰς δὲ θεὶς, κελεύει τὰ παιδία αὐτῶν διδάσκειν τὴν ὑπόθεσιν. περὶ γὰρ τοῦ Πάσχα διαλεχθεὶς, ἐπήγαγε· καὶ ἀπαγγελεῖς τῷ υἱῷ σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγων· διὰ τοῦτο ἐποίησεν ὁ θεός μοι, ὡς ἐξεπορευόμην ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐπὶ τοῦ νόμου δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. περὶ γὰρ τῶν πρωτοτόκων εἰπὼν προστίθησι πάλιν· ἐὰν δὲ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός σου μετὰ ταῦτα λέγων, τί B τοῦτο; ἐρεῖς πρὸς αὐτόν· ὅτι ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ἡμᾶς κύριος ἐξ Αἰγύπτου ἐξ οἴκου δουλείας. ἡνίκα δὲ ἐσκλήρυνε Φαραὼ ἐξαποστεῖλαι ἡμᾶς, ἀπέκτεινε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου ἀπὸ πρωτοτόκων ἀνθρώπων ἕως πρωτοτόκων κτηνῶν. διὰ τοῦτο ἐγὼ θύω κυρίῳ πᾶν διανοῖγον μήτραν ἀρσενικόν· διὰ πάντων εἰς θεογνωσίαν κελεύων ἄγειν αὐτούς. καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς παιδίοις πολλὰ περὶ τῶν γεγεννηκότων αὐτοὺς διατάττεται· τοὺς μὲν εὐνοϊκῶς διακειμένους τιμῶν, κολάζων δὲ τοὺς ἀγνώμονας, καὶ C ταύτῃ πάλιν αὐτοὺς ποθεινοτέρους τοῖς φυτευσαμένοις ποιῶν. ὅταν γὰρ τινος ποιήσῃ ἡμᾶς κυρίους, μεγίστην ἡμῖν ἀνάγκην τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ προνοίας ἐπιτίθησι τὴν τιμήν. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν ἡμᾶς δυσωπῆσαι ἱκανὸν, ὃ πάντα τὰ ἐκείνου ἐν ταῖς ἡμετέραις κεῖσθαι χερσὶ, καὶ οὐκ ἂν ἀνασχοίμεθα προδοῦναι ταχέως τὸν οὕτως ἐμπιστευθέντα ἡμῖν· ὅταν δὲ μετὰ τοῦτο, καὶ συνοργίζηται, καὶ ἀγανακτῇ πλέον τῶν ὑβρισμένων αὐτῶν, καὶ χαλεπὸς γίνηται τιμωρὸς, καὶ ταύτῃ πολὺ πλέον ἐφέλκεται. ὅπερ οὖν ἐποίησε καὶ ὁ θεός. πρὸς D τούτοις, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς φύσεως τρίτον ἐπήγαγε δεσμόν· εἰ δὲ βούλει πρῶτον. καὶ ἵνα μὲν τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ μὴ καταφρονῶσιν οἱ πατέρες, κελευόμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας, τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως ἐπέθηκεν ἀνάγκην. ἵνα δὲ μή ποτε ταῖς τῶν παίδων ὕβρεσιν ἀσθενεστέρα γινομένη αὕτη διαρρήγνυται, τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν παρ' αὐτῶν τῶν γεννησαμένων ἐπετείχισε τιμωρίαν, καὶ τούτοις μετ' ἀκριβείας ὑποτάσσων πολλῆς,

κἀκείνων ταύτῃ διεγείρων τὸν πόθον. οὐ ταύτῃ A δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ τετάρτῳ τρόπῳ σφοδρῶς ἡμᾶς, καὶ μετ' ἀκριβείας αὐτοῖς συνέδησεν. οὐ γὰρ τοὺς παῖδας μόνον κακοὺς μὲν ὄντας περὶ τοὺς γεγεννηκότας κολάζει, γνησίους δὲ ἀγαθοὺς ἀποδέχεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖ, κολάζων μὲν πικρῶς τοὺς ἀμελοῦντας αὐτῶν· τιμῶν δὲ καὶ ἐπαινῶν, τοὺς ἐπιμελουμένους. καὶ γὰρ τὸν πρεσβύτην τοῦτον, καίτοι τἆλλα ὄντα λαμπρὸν, ἀπὸ ταύτης τῆς ὀλιγωρίας ἐτιμωρήσατο μόνης, καὶ τὸν πατριάρχην δὲ τῶν ἄλλων B οὐχ ἧττον ἀπὸ ταύτης ἐτίμησε τῆς προνοίας. λέγων γὰρ τὰς πολλὰς, καὶ μεγάλας δωρεὰς ἐκείνας, ἃς ὑπέσχετο δώσειν αὐτῷ καὶ τὴν αἰτίαν τιθεὶς, ταύτην ἐτίθει· ἤδειν γάρ φησιν, ὅτι συντάξει Ἀβραὰμ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς κυρίου τοῦ θεοῦ, ποιεῖν δικαιοσύνην, καὶ κρίσιν. ταῦτα δέ μοι εἴρηται νῦν, ἵνα μάθωμεν, ὅτι οὐκ οἴσει πρᾴως ὁ θεὸς ἀμελουμένων τῶν οὕτω περισπουδάστων αὐτῷ. οὐδὲ γὰρ ἔστι τοῦ αὐτοῦ τοσαῦτα μὲν ὑπὲρ τῆς τούτων πραγματεύεσθαι σωτηρίας, καταφρονουμένων C δὲ αὐτῶν τούτων παρορᾷν. οὐ τοίνυν περιόψεται, ἀλλὰ καὶ ἀγανακτήσει, καὶ ὀργιεῖται σφοδρῶς, καθάπερ ἀποδέδεικται διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος παρακινεῖ συνεχῶς λέγων· οἱ πατέρες ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀγρυπνεῖν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν κελευόμεθα ὡς λόγον ἀποδώσοντες, πολλῷ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ γεννησάμενος, ὁ θρεψάμενος, ὁ συνοικοῦντα ἔχων διαπαντός. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ D τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων οὐκ ἔχει καταφυγεῖν εἰς ἀπολογίαν, καὶ συγγνώμην, οὕτως οὐδὲ ὑπὲρ τῶν τοῖς παισὶν ἁμαρτανομένων. καὶ τοῦτο πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος κατέστησε φανερόν. νομοθετῶν γὰρ ὁποίους τινὰς εἶναι χρὴ τοὺς ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἐρχομένους ἀρχὴν, μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἀναγκαίως αὐτοῖς ὀφειλόντων προσεῖναι, καὶ τὴν τῶν παίδων ἐπιμέλειαν ἀπαιτεῖ, ὡς οὐκ οὔσης ἡμῖν συγγνώμης διαστραφέντων ἐκείνων, καὶ μάλα εἰκότως.

A prorſus ne ab illis negligerētur, effecit. Non autē hinc ſolum, verum alia quoque quarta ratione ſumma nos illis cura diligentiáque coniūxit. Non modo enim malos atque ingratos erga parentes liberos pœna afficit, bonóſque ac beneuolos ſuſcipit: verum in ipſis quoque parentibus identidem facit, liberorum quidem negligentes diriſſime puniēs: eos vero qui ſtudioſius illorum curam gerunt, collaudans, ſummíſque honoribus afficiens. Namque ſenem iſtum, tametſi aliàs illuſtrem ac virtute ſingulari præditum, ex huiuſmodi ta- B men negligentia puniuit. Patriarcham vero cum ex virtutibus reliquis, tum ex hac in primis diligentia & cura laudauit atq; honorauit. Cum enim dona illa plurima & maxima proſequeretur, quæ ſe illi daturum pollicebatur, cauſam quoq; adiecit, & dixit: Noui enim, inquit, quòd conſtituet Abraham filijs ſuis, & domui ſuæ poſt eum, & obſeruabunt vias domini Dei, vt faciant iuſtitiam & iudiciū. Iſta nunc à me ideo commemorata ſunt, vt oſtenderem, quàm non ſit æquanimiter laturus Deus, ſi eos negligentius tractemus, C qui tantæ ipſi curæ ſunt. Neque enim eiuſdem eſt, vt liberi ſalui fiant, tanta moliri, atque ſi illi negligantur, ira non commoueri. Non itaque filios negligi permittet, verum vt ex rebus ipſis declaratum eſt, indignabitur, & vehementiſſimo furore concitabitur. Quocirca beatus Paulus iugiter admonet, dicens: Patres, educate filios veſtros in diſciplina, & correptione Domini. Si enim noſipſi quoq; vigilare iubemur, tanquam pro animabus illorum rationem reddituri, id profectò multo magis pater, qui genuit, qui educauit, D qui cum illo domi ſemper conuerſatur. Vt enim in ſuis proprijs delictis non valet quiſque ſe ad excuſationis remedia cōferre, ita ne in his quidem, quæ filij deliquerint. Idque rurſus beati Pauli probatur teſtimonio. Cum enim ille ſanciret cuiuſmodi eſſe deberent, qui ad aliorum magiſterium & regimen aſſumerentur, inter cætera quæ illis ineſſe neceſſario debere teſtatus eſt, etiam filiorū curam & diligentiam annumerat, quaſi nulla iā reliqua ſit veniæ ſpes, ſi peruerſi illi fuerint. Et nimirum id quidem conuenienter.

Gen. 18. 19

Epheſ. 6. 4.

1. Tim. 3. 4.

Nam ſi à natura ipſa vitia homines haurirent & acciperent, poſſet aliquis excuſationis ſe velamine obtegere: quoniam vero ſponte atque ex propoſito & probi & improbi efficimur, quã tandem ille probabilem excuſationem poterit obtendere, qui quem omnium maxime diligit, & charum habet, peruerti & nequiſſimum ac perditiſſimum fieri permittit? an quod noluerit eum probum reddere? ecquis ex patribus vnquam hoc dixerit, cum ex naturali affectu iugiter ad profectum liberorum auidiſſimè expetendum excitetur? an vero quod non potuerit? nihil eſt quod illi minus conceſſerim. Nam quòd eum tenerũ acceperit, primúſq; ac ſolus omnem eiuſce inſtruendi facultatem nactus ſit, ſempérque domi ſecum continuerit: & belliſſime illum, & facillime imbuere ac moderari potuit. Itaque nulla alia ex ratione peruerſi vt fiant liberi contingit, niſi quòd eorum patres circa vitæ præſentis commoda æquo amplius incũbunt, & ferè dixerim inſaniunt. Cum enim illa ſolummodo inquirunt, nihilque illis præferendum cenſent, & ſuam pariter, & liberorum animã negligere coguntur. Hos ego patres, quod nemo tamen me commotius dicere, quàm verius exiſtimet, parricidis ipſis immaniores, ſceleratioréſque dixerim. Illi enim corpus ab anima ſeparant, iſti & animam & corpus æternis ignibus tradunt. Atque is quidem qui corpore occiditur, neceſſario naturali lege, etiamſi necatus non fuiſſet, moreretur: hic vero ſempiternam mortem vitare potuiſſet, niſi hanc illi paterna negligentia cõſciuiſſet. Præterea corporis mortem ſuperueniens protinus reſurrectionis gloria delere poterit facillime: animæ vero interitum nihil ſolari poterit, cum ipſi nulla iam ſit reliqua ſalutis ſpes, verum immortales cruciatus luere cogatur. Itaque non iniuria parentes eiuſmodi deteriores parricidis eſſe diximus. Non enim ita crudele facinus videtur, gladium acuere, & armare dexterã, atque in ipſum filij guttur immergere, vt animam perimere, atque corrumpere: nihil enim huic ad honorem & dignitatem ſimile habemus. Quid igitur is qui ciuitatem habitat, qui domum habet & vxorem, ſaluus eſſe non poterit? Primum quidem non vna ſalutis via, nec vnus modus eſt, verum permulti, ac differentes. Quod quidem Chriſtus indefinitè

CAP. V. *Nam ſalui fieri poſſint qui verſantur in ſeculo.*

Ioan. 14.

A Εἰ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ἡ κακία τοῖς ἀνθρώποις προσῆν, εἰκότως ἄν τις πρὸς ἀπολογίαν ἀπέφυγεν. ἐπεὶ δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ φαῦλοι γινόμεθα, καὶ σπουδαῖοι, τίνα ἂν λόγον ἔχειν εὐπρόσωπον εἴποι ὁ τὸν μάλιστα πάντων ποθούμενον διαφθαρῆναι, καὶ γενέσθαι πονηρὸν ἀφείς; ὅτι οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι χρηστόν; ἀλλ' οὐδεὶς ἂν τοῦτο εἴποι πατήρ. ἡ γὰρ φύσις ἐφέστηκε πρὸς τοῦτο διεγείρουσα συνεχῶς. ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. καὶ γὰρ τὸ ἁπαλὸν ὄντα ἔτι λαβεῖν, καὶ τὸ πρῶτον, καὶ μόνον τὴν ἐξουσίαν ἐγχειρισθῆναι τὴν ἐκείνου, B καὶ τὸ διαπαντὸς ἔχειν ἔνδον, ῥᾳδίαν αὐτῷ, καὶ σφόδρα εὔκολον ποιεῖ τὴν προστασίαν· ὥστε οὐδαμόθεν τὴν διαφθορὰν γίνεσθαι τῶν παίδων, ἀλλ' ἐκ τῆς περὶ τὰ βιωτικὰ μανίας. τὸ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα μόνον ἀποβλέπειν, καὶ μηδὲν τούτων ἐθέλειν προτιμᾶν, καὶ τῶν παίδων μετὰ τῆς αὐτῶν ψυχῆς ἀναγκάζονται ἀμελεῖν. τούτους ἐγὼ τοὺς πατέρας, καὶ μή τις θυμοῦ τὸ λεγόμενον εἶναι νομιζέτω, καὶ αὐτῶν τῶν παιδοκτόνων χείρους εἶναι φαίην ἄν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διιστῶσιν· οὗτοι δὲ ταύτην C μετ' ἐκείνου φέροντες εἰς τὴν τῆς γεέννης ἐκβάλλουσι πυράν. κἀκεῖνον μὲν ἀνάγκη τὸν θάνατον καὶ παρὰ τῆς φύσεως δέξασθαι πάντως· τοῦτον δὲ ἐνῆν, καὶ διαφυγεῖν, εἰ μὴ ἡ τῶν πατέρων αὐτὸν ἐπήγαγε ῥαθυμία. πρὸς τούτοις, τὴν μὲν τοῦ σώματος τελευτὴν ἀνάστασις ἐπελθοῦσα, ταχέως ἀφανίσαι δυνήσεται· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἀπώλειαν, οὐδὲν ἔτι παραμυθήσεται. οὐ γὰρ σωτηρίαν αὐτὴν διαδέχεται λοιπόν, ἀλλ' ἀθάνατα ἀνάγκη κολάζεσθαι. ὥστε οὐκ ἀπεικότως τῶν παιδοκτόνων D τοὺς τοιούτους πατέρας χείρους ἂν εἴποι μέν τις εἶναι. οὐδὲ γάρ ἐστιν οὕτω δεινὸν ἀκονῆσαι ξίφος, καὶ δεξιὰν ὁπλίσαι, καὶ εἰς αὐτὸν τοῦ παιδὸς βαπτίσαι τὸν λαιμόν, ὡς τὸ ψυχὴν ἀπολέσαι, καὶ διαφθεῖραι. ταύτης γὰρ ἡμῖν ἴσον οὐδέν. τί οὖν; πόλιν οἰκοῦντα, καὶ οἰκίαν καὶ γυναῖκα ἔχοντα οὐκ ἔνι σωθῆναι φησί; μάλιστα μὲν οὐχ εἷς σωτηρίας τρόπος, ἀλλὰ πολλοί, καὶ διάφοροι. καὶ τοῦτο λέγει μὲν ἀορίστως ὁ Χριστὸς πολ-

Digitized by Google

λιάς εἶναι μονὰς ἀποφαινόμενος παρὰ τῷ πατρί. λέγει δὲ μετὰ διορισμοῦ τινὸς ὁ Παῦλος, οὕτω γράφων· ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. οἱ μὲν ὡς ἥλιος λάμψουσιν, οἱ δὲ ὡς σελήνη· οἱ δὲ ὡς ἀστέρες. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις πολλὴν δείκνυσιν εἶναι τὴν διαλλαγήν, καὶ τοσαύτην, ὅσην ἐν ἀριθμῷ τοσούτῳ συμβαίνειν εἰκός. ἀστὴρ γάρ φησιν ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ἐννόησον τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μεγέθους πρὸς τὸν ἔσχατον πάντων ἀστέρα ὁδεύων, πόσους ἀξιωμάτων βαθμοὺς καταβαίνειν εἰκός. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, εἰ μὲν εἰς βασιλέα τὸν υἱὸν ἄγεις, ἅπαντα ποιεῖν τε, καὶ πάσχειν, κἀκεῖνον ἀναπείθων ὁμοίως, ὥστε αὐτὸν ἐγγὺς ποιῆσαι τοῦ βασιλέως, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολογίζεσθαι, μὴ δαπάνην, μὴ κίνδυνον, μὴ θάνατον αὐτόν· περὶ δὲ τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς στρατείας προκειμένης ἡμῖν τῆς σκέψεως, μὴ ἀλγεῖν, εἰ τὸν ἔσχατον λάβοι τόπον, καὶ πάντων ὕστατος γένοιτο. πλὴν ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἴδωμεν, εἰ δυνατὸν τὸν ἐν μέσῳ στρεφόμενον ταύτην γοῦν τὴν λῆξιν λαβεῖν. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Παῦλος ἀπεφήνατο ἐν βραχεῖ περὶ τούτου, καὶ τοὺς τὰς γυναῖκας ἔχοντας οὐκ ἔφησεν ἄλλως δύνασθαι σώζεσθαι, πλὴν εἰ μὴ οὕτως αὐτὰς ἔχοιεν ὡς οὐκ ἔχοντες, καὶ τῷ κόσμῳ μὴ παραχρῷντο. ἡμεῖς δὲ αὐτό, εἰ βούλει, καὶ τῷ λόγῳ ἐπέλθωμεν. ἔχεις οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἢ σοῦ συμβουλεύοντος ἤκουσεν ὁ υἱός, ἢ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ συνεῖδέ ποτε, ὅτι τὸν ὀμνύοντα, κἂν εὐορκεῖ παροξύνειν ἔτι θεῷ. τί δὲ ὅτι τὸν μνησικακοῦντα σωθῆναι οὐκ ἔνι; ὁδοὶ γάρ φησι μνησικάκων εἰς θάνατον. ἀλλ᾽ ὅτι τὸν κατήγορον οὕτως ἠτίμωσεν ὁ θεός, ὡς καὶ τῆς ἀναγνώσεως ἀπεῖρξαι τῶν θείων λόγων; τί δὲ ὅτι τὸν ἀλαζόνα, καὶ ὑβριστὴν ἐξέβαλε τῶν οὐρανῶν, καὶ τῷ τῆς γεέννης παρέδωκε πυρί; τί δὲ ὅτι τὸν ἀκολάστοις ὁρῶντα ὀφθαλμοῖς, ὡς ἀπηρτισμένον οὕτως ἐκόλασε μοιχόν; ἀλλὰ

A dicit, cũ multas eſſe apud patrẽ manſiones aſſerit. Paulus vero ſub diſtinctione quadam idem loquitur, ſic ſcribens: *1. Cor. 15. 41.* Alia claritas ſolis, alia lunæ, & alia ſtellarum: ſtelláque item à ſtella differt in claritate. Quod autem dicit, eiuſmodi eſt: Alij quidẽ fulgebunt ſicut ſol, alij vt luna, & alij vt ſtellæ. Nec iſta differentia contẽtus, maiorem longe varietatem intulit, tantámque, quantam in tanto ſtellarum numero cõtingere par eſt. Stella enim, inquit, à ſtella differt in claritate. Diligenter igitur perpẽde, per quot dignitatum ac meritorũ gra-
B dus deſcendes, ſi à ſolis magnitudine ad vltimam & minimam ſtellarum deuoluaris. Perquàm igitur iniquum & indignum eſt, ſi filiũ tuum ad regiam & ad regem introducens, vt ipſum familiariſſimum regi chariſſimúmq; conſtituas, omnia & facis & pateris, cunctáq; moliris, nihil penitus, dum id aſſequaris, omittens aut ſubterfugiens, non ſumptus, non pericula, non vlla incommoda, nõ mortem ipſam denique: cœleſtis vero militiæ, cœleſtiúmque munerum optione propoſita, non doleas, neque lamenteris, ſi extremum ſortia-
C tur locum, ſitque omnium nouiſſimus? Verum hoc ipſum altius inſpiciamus, fierine poſſit, vt qui in medijs ſeculi curis ac negocijs verſatur, vel extremus electorũ eſſe dignus habeatur. Paulus quidem de huiuſmodi breuem ſententiam tulit, eóſque qui habent vxores, non aliter ſaluos eſſe poſſe declarauit, quàm ſi eas ita haberent, tanquam non habentes, mundóque iſto non abuterẽtur. Nos autem, ſi placet, id quoque *1. Cor. 7. 29.* paulo altius ac diligentius intueamur. Potéſne ipſe gloriari, filium tuũ vel te admonente didiciſſe, vel à ſeipſo fuiſſe
D cõſpicatum, quòd is qui iurat, etſi non ſine ratione iuret, in Deũ peccare conuincitur? Quid vero? Num illud didicit abs te, quòd is qui memoriã iniuriarũ retinet, ſaluus eſſe nõ poteſt? Vię enim, *Prou. 12. 19* inquit, illorum qui non obliuiſcuntur iniurias in mortem. An fortè id abs te audiuit, quod maledicum ita dehoneſtauit Deus, vt ipſa quoque ſcripturæ ſacræ lectione prohiberet? Quid vero? Nunquid hoc illi proteſtatus es, quòd ſuperbum & iniurioſum de cœlis deiecit, ac gehennæ tradidit ignibus? Num illud tandem eum docuiſti, quod qui impudicis tantum oculis aſpicit, tanquam qui conſummarit adulterium, ſit puniendus? An *Matth. 5.*

vero leue iſtud, vt videtur, promptúmque delictum iudicare proximos, grauiſſimis cruciatibus afficiendum, vt fugeret, eum aliquando monuiſti, Chriſtique de huiuſmodi, conſtituas leges illi vnquam legiſti? Fortaſſe ne tu quidem, quænam iſta ſint noſti: quónam ergo modo poterit ea filius perficere, quorum nec pater ipſe, qui illum erudire debuerat, leges nouit? Atq; vtinã hoc tantum culpa eſſet, nihil vtile parentes liberis cõſulere, poſſet id, etſi ſit grauiſſimũ, aliqua fortaſſe ratione tolerari: nunc vero illos ad ea, quæ ſaluti ſuæ ſunt aduerſiſſima omni, ſtudio impellitis: denique audias patres, cum liberos ſuos ad ſtudia literarum hortantur, huiuſmodi verba illis iugiter inſuſurrare: Ille, inquit, humilis, humiliq; loco natus, quia dicendi facultatẽ conſecutus eſt, ſummos magiſtratus, maximaque imperia adminiſtrauit, opes acquiſiuit ingẽtes, vxorem accepit diuitem, cõſtruxit præclaras ædes, omnibus terrori eſt, ſummáque in gloria verſatur. Alius rurſus: Ille, inquit, Latina lingua eruditus, in regia clariſſimus eſt, cunctáq; intus ipſe adminiſtrat. Alius item alium in medium adducens proponit ad imitandum, cunctique penitus inſignes & claros in ſeculo viros memorãt: cœleſtis vero cõuerſationis, cœleſtiúmque bonorũ nulla omnino fit mentio. Cæterum ſi quis aliquid eiuſmodi memorare voluerit, vt qui cuncta peruertat, ita reijcitur, exagitatur, affligitur. Cum ergo hac doctrina teneros illorũ animos imbuitis, atque hiſce verbis rudes adhuc aures excantatis, profecto nihil eos aliud, quàm materiam malorum omniũ docetis, duos iſtos illis violentiſſimos amores inſerentes, pecuniarum ſcilicet, & qui longe pernicioſior eſt, leuiſſimæ atque inaniſſimæ gloriæ: horũ vero cum ſeorſum quilibet cuncta peruertere vi ſua ſufficiat, quid tandem ambo facturi exiſtimãtur, ſi ſimul coëant, ſicque in iuuenis animum irruant molliſſimũ atque tenerrimum? Nónne veluti torrentes quidam coniuncti, bona ſimul omnia corrumpunt & perimunt, tantum ſpinarum, tantum arenæ numerum, tantámque materiæ vim intus congerentes, vt animũ illum ſterilem, bonorúmque omnium infœcundũ faciant? Qua in re ipſi quoque externę philoſophiæ authores nobis teſtimonio ſunt. Alterum enim horum vitiorum non coniunctum, ſed ſeparatum ac ſolum, vnus

Auaritia & ſuperbia duo mala grauiſſima.

A ὃ πρόχειρον τοῦτο πᾶσιν ἁμάρτημα, ὃ κρίνειν τοὺς πλησίον, καὶ χαλεπωτέραν ἐπισπᾶσθαι τὴν κόλασιν, παρῄνεσάς ποτε φυγεῖν, καὶ τινὰς τοῦ Χριστοῦ περὶ τούτων κειμένους νόμους ἀνέγνως αὐτῷ, ἢ οὐδὲ οἶδας, ὅτι ποτὲ ταῦτά ἐστι; πῶς οὖν αὐτὰ δυνήσεται κατορθοῦν ὁ υἱὸς, ὧν οὐδὲ τοὺς νόμους οἶδεν ὁ μέλλων αὐτὸν διδάξειν πατήρ; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, τὸ μηδὲν τῶν χρησίμων συμβουλεύειν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἦν· νυνὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρὸς τἀναντία ὠθεῖτε. οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι τῶν πατέρων ἐστὶν ἀκοῦσαι διαλεγομένων πρὸς τοὺς B παῖδας, ὅταν αὐτοὺς παρακαλῶσιν ὑπὲρ τῆς τῶν λόγων σπουδῆς, ἀλλ᾽ ἢ ταυτὶ τὰ ῥήματα. ὁ δεῖνα, φησὶ, ταπεινὸς, καὶ ἐκ ταπεινῶν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων κτησάμενος δύναμιν, ἦρξε μεγίστας ἀρχὰς, πλοῦτον ἐκτήσατο πολὺν, γυναῖκα ἔλαβεν εὔπορον, οἰκίαν ᾠκοδόμησε λαμπρὰν, φοβερός ἐστιν ἅπασι, καὶ ἐπίδοξος. πάλιν ἕτερος· ὁ δεῖνα φησὶ τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν ἐκπαιδευθεὶς, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστὶ λαμπρὸς, καὶ πάντα ἄγει, καὶ φέρει τὰ ἔνδον, καὶ ἕτερος ἕτερον δείκνυσι πάλιν, πάντες δὲ τοὺς ἐ-C πὶ γῆς εὐδοκίμους, τῶν δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐδὲ ἅπαξ τις μέμνηται, ἀλλὰ κἂν μνησθῆναι ἕτερος ἐπιχειρήσῃ, ὡς πάντα ἀνατρέπων ἐλαύνεται. ὅταν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ταῦτα ἐπᾴδητε, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ᾽ ἢ τὴν ὑπόθεσιν αὐτοῖς πάντων διδάσκετε τῶν κακῶν, δύο τοὺς τυραννικωτάτους ἐντιθέντες ἔρωτας, τὸν τῶν χρημάτων λέγω, καὶ τὸν τούτων παρανομώτερον, τὸν τῆς δόξης τῆς κενῆς, καὶ ματαίας. τούτων δὲ ἑκάτερος, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν μὲν πάντα ἀνατρέψαι ἱκανός· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ συνελθόντες D εἰς τὴν τοῦ νέου ψυχὴν ἁπαλὴν οὖσαν ἐμπέσωσι, καθάπερ τινὲς χείμαρροι συναφθέντες, ἅπαντα διαφθείρουσι τὰ καλὰ, τοσαύτην ἄμμον, τοσοῦτον ἐπισυνάγοντες τὸν φορυτὸν, ὡς ἄκαρπόν τε, καὶ ἄγονον τῶν ἀγαθῶν πάντων ἐκείνων ἐργάσασθαι τὴν ψυχήν. καὶ μαρτυρήσαιεν ἂν ἡμῖν ὑπὲρ τούτων καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν λόγοι. τούτων γὰρ τῶν παθῶν θάτερον, οὐχὶ συνημμένον, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ, ὁ μὲν

ἀκρόπολιν, ὁ δὲ κεφαλὴν προσεῖπε τῶν κακῶν. εἰ δὲ κεχωρισμένον ἀκρόπολίς ἐστι, καὶ κεφαλή, ὅταν τὸ χαλεπώτερον πολλῷ προσλάβῃ, καὶ δυνατώτερον τὴν δοξομανίαν λέγω, καὶ μετ' ἐκείνου φερόμενον ἐμπέσῃ, καὶ ῥιζωθῇ, καὶ προσκαταλάβῃ τὴν τοῦ νέου ψυχήν, τίς λοιπὸν ταύτην ἀναμοχλεύσαι τὴν νόσον δυνήσεται, καὶ μάλιστα ὅταν καὶ οἱ πατέρες μὴ μόνον ὅπως διασαλευθείη, ἀλλ' ὅπως καὶ πάγια γένηται τὰ πονηρὰ ταῦτα φυτά, καὶ ποιῶσι πάντα, καὶ λέγωσι; τίς οὖν οὕτως ἀνόητος, ὡς μὴ ἀπογνῶναι τῆς σωτηρίας τοῦ τὰ τοιαῦτα παιδευομένου παιδός; ἀγαπητὸν γὰρ τῶν ἐναντίων ἀπολαυοῦσαν ψυχὴν διαφυγεῖν πονηρίας· ὅταν δὲ πανταχοῦ χρήματα τὰ ἔπαθλα ᾖ, καὶ ἄνδρες ἐναγεῖς εἰς ζῆλον προκείμενοι, ποία σωτηρίας ἐλπίς; τοὺς γὰρ χρημάτων ἐραστὰς καὶ βασκάνους, καὶ κακοήθεις, καὶ πολυόρκους, καὶ ἐπιόρκους, καὶ θρασεῖς, καὶ λοιδόρους, καὶ κλέπτας, καὶ ἀναισχύντους, καὶ ἰταμούς, καὶ ἀγνώμονας, καὶ πάντα ἀνάγκη εἶναι τὰ κακά. καὶ μάρτυς τούτων ἀξιόπιστος ὁ μακάριος Παῦλος, ῥίζαν τῶν ἐν τῷ βίῳ κακῶν τὴν φιλαργυρίαν εἰπών. καὶ πρὸ τούτου δὲ ὁ Χριστὸς αὐτὸ τοῦτο ἐδήλωσεν, ἀποφαινόμενος μὴ εἶναι δυνατὸν τῷ θεῷ δουλεύειν, τὸν ἐκείνῳ τῷ πάθει δουλεύοντα. ὅταν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ νέος ἐπὶ ταύτην ἄγηται τὴν δουλείαν, πότε δυνήσεται γενέσθαι ἐλεύθερος, πότε ἀναδῦναι τοῦ κλυδωνίου, πάντων ὠθούντων, πάντων καταδυόντων, καὶ εἰς πολλὴν τοῦ καταβαπτίζεσθαι καθιστώντων ἀνάγκην αὐτόν; εἰ γὰρ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, εἰ πολλῶν ὀρεγόντων χεῖρα ἀναστῆναι δυνηθείη, καὶ διαβλέψαι, καὶ τὴν ἅλμην ἀπονίψασθαι τῆς κακίας, οὐκ ἀγαπητόν; εἰ γὰρ πολλῷ τῷ χρόνῳ ταῖς θείαις ᾠδαῖς ἐπᾳδόμενος ἰσχύσειε τὰ προσανεσόντα ἀπελάσαι νοσήματα, οὐκ ἐπαινεῖν αὐτὸν δεῖ, καὶ στεφανοῦν μυριάκις; δεινὸν γὰρ συνήθεια, δεινὸν κρατῆσαι, καὶ ἑλεῖν ψυχήν, καὶ μάλιστα, ὅταν αὕτη μὲν ἡδονὴν ἔχῃ συμπράττουσαν, ἐκείνη δὲ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα, καὶ μεθορμίσασθαι σπεύδομεν, πολλοὺς παρέχῃ τοὺς πόνους ἡμῖν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεὸς

A quidem arcem: alius vero caput malorum appellauit. Sin vero ſeparatū arx malorum, & caput eſt: quid tandem erit, ſi alterum quoque ſibi acceſſerit immanius longe, atque potentius? gloriæ ſcilicet inſanus amor, atque cum illo violenter irruens firmiſſimis radicibus nitatur, iuueniſque occupet animum? Quis iam eiuſmodi impetum poterit obtūdere, quis eam perniciem reſtringere, cū præcipue parentes cuncta ea & faciant & moliantur, non quibus hæc iniquiſſima germina vellātur, verū quibus firmiora & ſolidiora fiant? B Quis igitur adeo ſtultus, atque amens ſit, quin ita imbuti & inſtructi deſperet ſalutem? Boni conſulendum fuerit, ſi anima, quæ ita cōtrarijs rebus imbuta ſit, perniciem extremā poſſit euadere: Cum vero præterea vndique illiciant pecuniarum præmia, vbique ſcelerati homines ad imitandum proponantur: quænam iam ſalutis ſpes relinquitur? Qui enim pecuniæ amore rapiuntur, inuidi quoque, nequā multùm iurātes, periuri, temerarij, audaces, maledici, fures, inuerecundi, impudētes, ingrati, mala denique omnia ſint neceſſe eſt. C Atque horum omnium teſtis fideliſſimus eſt beatus Paulus, qui radicē omnium vitæ malorum pecuniæ immodicam cupiditatem eſſe ait. *1.Tim. 6. 10.* Quod ipſum Chriſtus antea manifeſtauerat, cum *Mat. 6.* impoſſibile eſſe aſſereret, eum ſeruire Deo, qui illi vitio eſſet obnoxius. Cum igitur initio iuuenis ad hanc ſtatim adducatur ſeruitutem, quando iam liber eſſe, quando vndarum moles poterit euadere, cunctis impellentibus atque mergentibus, extremóque in ſubmerſionis periculo illum ſtatuētibus? Nam ſi nullo perturbante, ſi plurimis porri- D gentibus manum, exurgere ille, atque emergere potuerit, cunctámq; perturbationum ac vitiorum amaritudinem diluere: nónne congratulādum atque cnngaudendum illi erit? Si, inquam, longo tempore diuinis excantatus carminibus, inolitas paſſiones abijcere valuerit: nónne & laudandus millies, & coronandus erit? Dura enim, dura ac penitus acuta & violenta res conſuetudo eſt ad vincendam capiendámque animā, cum in primis iſta voluptatem adiutricem habeat: ea vero virtus, ad quam feſtinamus, & ad quam tranſferri atque applicari ſtudemus, ingentes nobis præbeat labores. Quocirca Deus ipſe

Num. 11. quoque cum Hebræis, eorum quæ in Ægypto didicerát, malorũ vetus conſuetudo deponenda eſſet, ſeorſum illos in ſolitudinẽ quam longiſſime ab illis, à quibus corrumpebantur abduxit, & tanquam in monaſterio illorũ formabat animos, viam omnem medicinæ, & curationis tentans aſperiorem atque leniorem, nihilque penitus omittens ex his quæ viderentur eorum ſalubritati profutura. Et ne ſic quidem vitia illi effugerunt, ſed cum manna cœleſti cibo alerentur, cepas tamen & allia & cætera Ægypti mala prꝗferebát, atque requirebant. Adeo graue malum eſt cõſuetudo. Si autem Iudæi cum tanta diuinæ diligentiæ cura fruerentur, ducémque præſtantiſſimũ, & adeo egregium, cui niterentur haberent, metuq; præterea & cõminatione & beneficijs & cruciatibus, modis denique omnibus erudirentur, tantáque & tam illuſtria miracula viderent, in nullo meliores euaſerunt: tu filium tuum iuuenem in Ægypto media, ſiue magis in media dimicatione verſantẽ, nullúmque qui quod vtile eſſe poſſit, conſulat audientem: cunctos vero ad ea quæ contraria ſaluti ſunt ſe exhortari inſpicientem, atque eos omnium maxime, qui ſe genuerunt & educauerunt, diaboli laqueos euadere poſſe arbitraris? Vnde quæſo? Num ex his quæ tu illum doces? Atqui tu ad ea quæ omnino contraria ſaluti ſunt, hortaris, cum philoſophiæ ne per ſomnium quidem permittis illum meminiſſe, cunctáque ſeculi iſtius infrà ſupráque voluens commoda maximis fluctibus iactari, ſummíſque in periculis vitę verſari, tuis adhortationibus inducis. Num fortè à ſemetipſo? Maxime quidem iuuenis ſibiipſi non ſufficiet ad virtutem conquirendam atque exercendam: ſed & ſi quid ex ſeipſo ſtrenuum atque illuſtre conceperit, priuſquã id germinet, verborum tuorum perpetuo imbre ſuffocabitur. Vt enim corpus ſi ſalubribus cibis non fruatur, inſalubribúſque nutriatur, longo tempore ſubſiſtere & durare non poteſt: ita & anima quæ eiuſmodi doctrinis fuerit imbuta, nihil vnquam altum, nihil magnum cogitare poterit, ſed eiuſmodi neceſſe eſt languidã & mollem, vitiíſque velut peſte quadam iugiter infectam, ita demum in æternos ignes, atque immortales cruciatus proijci.

A τῶν Ἑβραίων τοὺς παῖδας, ἐπειδὴ ἔδει τὴν παλαιὰν τῶν κακῶν ἀποθέσθαι συνήθειαν, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ λέγω, λαβὼν καταμόνας αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐρημίας, καὶ τῶν διαφθειρόντων ἀποστήσας, ὡς πορρωτάτω καθάπερ ἐπὶ μοναστηρίου τινὸς διέπλαττεν αὐτῶν τὰς ψυχάς, πᾶσαν ὁδὸν ἰατρείας κινῶν, καὶ τραχυτέραν, καὶ προσηνεστέραν, καὶ οὐδὲν ὅλως παραλιμπάνων τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν θεραπείαν κατασκευασθῆναι τὴν ἐκείνων. καὶ οὐδὲ οὕτως διέφυγον τὴν κακίαν, ἀλλὰ μεταξὺ τοῦ μάννα, κρόμμυα, καὶ σκόροδα, καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ B πάντα ἐζήτουν κακά. τοσοῦτόν ἐστι συνήθεια κακόν. εἶτα Ἰουδαῖοι μὲν, τοσαύτης ἀπολαύοντες ἐπιμελείας, τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ δημαγωγὸν ἔχοντες οὕτως ἄριστον, καὶ γενναῖον, καὶ φόβῳ, καὶ ἀπειλῇ, καὶ εὐεργεσίᾳ, καὶ κολάσει, καὶ παντὶ τρόπῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ τοσαῦτα ὁρῶντες θαύματα, οὐκ ἐγένοντο βελτίους· σὺ δὲ τὸν υἱὸν τὸν σὸν νέον ὄντα ἐν Αἰγύπτῳ μέσῃ, μᾶλλον δὲ ἐν μέσῃ τῇ παρατάξει τοῦ διαβόλου στρεφόμενον, οὐδενός τι χρήσιμον συμβουλεύοντος ἀκούοντα, πάντας ἐπὶ τἀναντία C αὐτὸν ἄγοντας ὁρῶντα, καὶ πάντων μᾶλλον τοὺς γεννησαμένους, καὶ θρεψαμένους οἴει δυνήσεσθαι διαδῦναι τὰς τοῦ διαβόλου παγίδας; πόθεν; ἀφ᾿ ὧν σὺ παραινεῖς, ἀλλ᾿ ἐπὶ τἀναντία παρακαλεῖς, φιλοσοφίας μὲν οὔτε ὄναρ μεμνῆσθαι συγχωρῶν, ἄνω δὲ καὶ κάτω τὸν παρόντα βίον, καὶ τὰ τούτου στρέφων, μειζόνων κινδυνίζεσθαι παρασκευάζεις. ἀλλ᾿ οἴκοθεν, καὶ παρ᾿ ἑαυτοῦ; μάλιστα μὲν οὐχ ἱκανὸς ἑαυτῷ ὁ νέος πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς κατόρθωσιν· εἰ δ᾿ ἄρα τι καὶ τέκοι γενναῖον, ταῖς τῶν λόγων D ἐπομβρείαις τῶν παρὰ σοῦ πρὶν ἢ βλαστῆσαι ταχέως ἀποπνιγήσεται. ὥσπερ γὰρ σῶμα ὑγιεινῶν μὲν οὐκ ἀπολαῦον σιτίων, τοῖς δὲ νοσώδεσιν ἐντρεφόμενον, οὐκ ἂν πρὸς μακρὸν γοῦν ἀρκέσαι χρόνον· οὕτως οὐδὲ ψυχὴν τοιαῦτα παιδευομένην, γενναῖόν τι, καὶ μέγα ἐννοῆσαί ποτε, ἀλλ᾿ ἀνάγκη τὴν τοιαύτην ἀσθενοῦσαν, καὶ μαλακιζομένην, καθάπερ τινὶ φθόῃ τῇ κακίᾳ συνεχομένην διηνεκῶς, οὕτως ὕστερον εἰς τὴν γέενναν καταστρέψαι, καὶ τὴν ἀπώλειαν τὴν ἐκεῖ.

Εἰ δὲ μὴ φῂς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ δυνατὸν εἶναι καὶ ἐν μέσῳ στρεφόμενον ταῦτα κατορθοῦν τὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ μὴ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων ἀληθῶς, ταῦτα λέγεις, μὴ κατοκνήσῃς ἡμᾶς διδάξαι τὸ καινὸν τοῦτο, καὶ παράδοξον μάθημα. οὐδὲ γὰρ βούλομαι πράγματα εἰκῇ τοσαῦτα ἔχειν, οὐδὲ τοσούτων ἀπέχεσθαι μάτην. ἀλλὰ γὰρ οὐ δύναμαι τοῦτο μαθεῖν. οὐ γὰρ ἐᾶτε ὑμεῖς, καὶ δι' ὧν λέγετε, καὶ δι' ὧν ποιεῖτε, ἀντιφθεγγόμενοι ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ τἀναντία παιδεύοντες. ὥσπερ γὰρ ἐξεπίτηδες ἀπολέσθαι σπουδάζοντες τοὺς υἱεῖς, οὕτως ἅπαντα κελεύετε ποιεῖν, ἃ τοὺς ποιοῦντας σωθῆναι οὐκ ἔνι. ὅρα δὲ ἄνωθεν· οὐαί φησι τοῖς γελῶσιν· ὑμεῖς δὲ πολλὰς αὐτοῖς παρέχετε γέλωτος ἀφορμάς. οὐαὶ τοῖς πλουτοῦσιν· ὑμεῖς δὲ ὅπως χρηματίσαιντο, πάντα πράττετε. οὐαί, ὅταν καλῶς εἴπωσιν ὑμᾶς πάντες οἱ ἄνθρωποι. ὑμεῖς δὲ καὶ οὐσίας ὁλοκλήρους ὑπὲρ τῆς τῶν δήμων εὐφημίας ἐκενώσατε πολλάκις. πάλιν δὲ ὁ τὸν ἀδελφὸν ὑβρίζων ὑπεύθυνός ἐστι τῇ γεέννῃ· ὑμεῖς δὲ καὶ ἀνάνδρους εἶναι νομίζετε, καὶ δειλούς, τοὺς σιγῇ τὰς παρὰ τῶν ἑτέρων φέροντας ὕβρεις. μάχης κελεύει, καὶ δίκης καταφρονεῖν ὁ Χριστός· ὑμεῖς δὲ αὐτοὺς ἐν τούτοις στρέφετε τοῖς κακοῖς διαπαντός. τὸν ὀφθαλμὸν πολλάκις ἐξορύττειν ἐκέλευσεν, ὅταν βλάπτῃ· ὑμεῖς δὲ τούτους μάλιστα ποιεῖτε φίλους, ὅσοι περ ἂν δύνωνται χρήματα δοῦναι, κἂν τὴν ἐσχάτην παιδεύωσι κακίαν. ἐκβαλεῖν γυναῖκα οὐκ ἀφῆκε, πλὴν ἐπ' αἰτίᾳ μόνῃ πορνείας· ὑμεῖς δὲ ὅταν ἐξῇ χρήματα λαβεῖν, καὶ ταύτης καταφρονεῖν κελεύετε τῆς ἐντολῆς. τὸν ὅρκον ἀπεῖρξε παντελῶς· ὑμεῖς δὲ ἂν ἴδητε φυλαττόμενον, καὶ γελᾶτε. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, φησιν, ἀπολέσει αὐτήν. ὑμεῖς δὲ αὐτοὺς πάντοθεν εἰς ταύτην ἐμβάλλετε τὴν φιλίαν. ἐὰν μὴ ἀφῆτε, φησι, τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὁ οὐράνιος· ὑμεῖς δὲ καὶ ὀνειδίζετε, ὅταν τοὺς ἠδικηκότας μὴ θέλωσιν ἀμύνεσθαι, καὶ εἰς τὴν δύναμιν αὐτοὺς ταύτην ταχέως ἐπείγεσθε ἀγαγεῖν. τοὺς δόξης ἐρῶντας, πάντα εἰκῇ ποιεῖν ἀπεφήνατο ὁ Χριστός, κἂν νηστεύσωσι, κἂν εὔξωνται, κἂν ἐλεῶσιν· ὑμεῖς δὲ ὅπως ταύτης

A Sin vero tu iſta non ita ſe habere contenderis, eſſéque poſſibile medijs in rerum perturbationibus virtutē omnem aſſequi, affirmare perrexeris, ne quæſo pigeat nouam hanc atque inauditam nos docere diſciplinā. Nolo enim ſine cauſa, ſi fieri poſſit, tantum mihi negocij aſſumere, nec fruſtrà ſeculi læta reſpuere. Sed enim hoc addiſcere non poſſum: neque enim permittitis vos, huic ſententiæ & verbis & operibus contradicentes, atque omnia contraria docentes: veluti enim dedita opera liberos veſtros omni ſtudio perdere cu- B retis, ita vniuerſa illos facere iubetis, quę qui faciunt, ſalui eſſe non poſſunt. Id ſi placet aliquanto altius conſideremus, cœleſtibus euangelium vocibus intonans: Væ, inquit, ridentibus: vos illis quotidie innumeras riſus occaſiones præbetis. Væ diuitibus: vos contrà, vt illi pecunioſiſſimi fiant, vniuerſa molimini. Væ cum vobis benedixerint omnes homines: vos autem & quidem ſæpe, vt laudes fauoréſque populares conſequamini, omne patrimonium effunditis. Rurſúſque qui fratrem contumelijs affecerit, ſempiternis ignibus C obnoxius fit: vos autem & imbecilles eſſe putatis, & timidos, qui tacite ſibi illatas contumelias fuerunt. Imperat Chriſtus pugna & vltione abſtinere vitæ cœleſtis æmulos: at vos in eiuſmodi peſtibus illos ſemper enutritis. Oculum ille ſi noceat crebro, eruēdū iubet: vos eis maximè amicis vtimini, qui pecunias dare ampliſſimas potuerint, etiā ſi ſupremum vitiorū omnium doceant. Dimittere ille vxorem non permittit, præterquā in ſola cauſa adulterij: vos autē modo pecunias accipere amplio- D res liceat, hoc etiam præceptum vt illi aſpernentur, imperatis. Iuſiurandū ille penitus prohibuit: vos ſi quē id ſeruare videritis, etiā ridetis. Qui amat, inquit animam ſuam, perdet eam. Vos ad huiuſmodi amorē ſemper illos hortamini. Si non remiſeritis, inquit, hominibus peccata illorū, nec pater veſter cœleſtis remittet vobis: vos quoties eos qui vos iniurijs laceſsūt, vlciſci noluerint, ignauiā illis exprobratis, vtq; maturè ſe vlciſci poſſint, curā omnē adhibetis. Rurſus gloriæ inanis cupidos cuncta ſine mercedis fructu gerere, ſententia ſua Chriſtus docuit, ſiue illi ieiunauerint, ſiue orauerint, ſiue miſerti fuerint: vos

Cap. VI. Ex praua educatione liberorū in ſeculo oſtendit virtutē eos non docere.

Luc. 6.

Matt. 5.29.

Ioan. 12.

Matth. 6.

frui valeant, nihil omittitis. Et quid me neceſſe eſt vniuerſa perſequi, cum iſta quoque quæ dicta ſunt, gehennas innumeras inferre idonea ſint, non modo ſi cuncta ſimul coëant, verũ & ſeorſum ſingula? Cæterum vos ſimul vniuerſa congeritis, & imponentes peccatorum onus intolerabile, ita demũ in fluuium igneum immittitis. Quando itaq; ſeruari poterunt qui tanta ferunt igni nutriměta? Neque iſtud ſolum iniquum & indignũ eſt, quòd Chriſti præceptis contraria docetis, verũ quòd fauorabilibus appellationibus vitia obducitis. Quippe Circenſibus ludis, & reliquis ſpectaculis intereſſe iugiter, vrbanitatem & facetias vocatis: diuitijs affluere, liberalitatem: gloriam amare, magnanimitatem: arrogantiã, confidentiam: prodigalitatẽ, clementiã: iniuſtitiam, fortitudinem eſſe aſſerẽtes. Tum verò quaſi non hæc ſufficiat decipula, virtutem quoque contrarijs nominibus obnubitis, ruſticitatem quidẽ pudicitiam vocantes: formidinem, modeſtiã: imbecillitatẽmque, iuſtitiã: contẽptúmq; faſtus & glorię ſeruilis eſſe animi exiſtimantes, malorúmq; tolerantiã, ignauiã & infirmitatẽ: tanquã profectò metuẽtes, ne ſi tandẽ veram & propriã harum rerum appellationẽ ab alijs audierint, effugiant eiuſmodi perniciẽ filij. Neq; enim parum cõfert ad euitationẽ mali, nudas ipſas & proprias vitiorũ proferre appellationes, verum tantũ habet momenti & roboris ad eos qui peccant feriendos, vt plurimi nonnunquam turpiſſimis flagitijs inſignes, cum id quod ſint, ſe vocari audiunt, modeſtè ferre non poſſint: ſed vt qui acerbiſſima ſint perpeſſi, ita ſæuiunt atque efferantur. Deniq; ſi quis vel mulierẽ adulteram, vel ſtupratũ puerum ex actu ipſo fœdiſſimo vocauerit, vt qui maximis iniurijs affecerit, irreconciliabilis efficitur repentè inimicus. Nec iſtos ſolum, ſed & cupidum quẽque, & ebriũ & elatum, ac tumidũ, omnéſq; penitus qui graue aliquid peccauerint, videas non tam opere ipſo nefario, multitudiniſq; opinione morderi ac dolere, vt appellationibus proprijs operũ ſuorum. Atq; ego cõplures iſto correptionis genere emẽdatos noui, factóſq; ipſis exprobrationibus moderatiores ac meliores. Verũ enim vos iſtud quoq; ſolatiũ, ac remediũ ſuſtuliſtis: quódq, grauius eſt, non

A ἐπιτύχοιεν, ἅπαντα πραγματεύεσθε. καὶ τί δεῖ πάντα ἐπιέναι; ὅταν γὰρ καὶ τὰ εἰρημένα μυρίας ἱκανὰ παρασκευάσαι γεέννας ᾖ, οὐχὶ πάντα ὁμοῦ συνελθόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον; ὑμεῖς δὲ πάντα ὁμοῦ συμφορήσαντες, καὶ τὸ ἀφόρητον τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιθέντες φορτίον, οὕτως εἰς τὸν τοῦ πυρὸς πέμπετε ποταμόν, πότε σωθῆναι δυνήσονται, τοσαύτην κομίζοντες τῷ πυρὶ τὴν τροφήν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινόν, ὅτι τἀναντία τοῖς τοῦ Χριστοῦ παραινεῖτε προστάγμα-
B σιν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ προσηγορίαις εὐφήμοις περιστέλλετε τὴν κακίαν. τὸ μὲν ἱπποδρομίαις, καὶ θεάτροις προσκεῖσθαι διατριβάς, ἀστειότητα καλοῦντες, τὸ δὲ πλουτεῖν, ἐλευθερίαν, τὸ δὲ δόξης ἐρᾶν, μεγαλοψυχίαν, τὴν δὲ ἀπόνοιαν, παρρησίαν, καὶ τὴν μὲν ἀσωτίαν, φιλανθρωπίαν· τὴν δὲ ἀδικίαν, ἀνδρείαν. εἶτα, ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης ταύτης τῆς ἀπάτης, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐναντίοις καλεῖτε ὀνόμασιν, ἀγροικίαν μὲν τὴν σωφροσύνην· δειλίαν δὲ τὴν ἐπιείκειαν, ἀνανδρίαν δὲ τὴν δικαιοσύνην ὀνομάζοντες· καὶ τὸ
C μὲν ἄτυφον, δουλοπρεπές· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, ἀσθένειαν, καθάπερ δεδοικότες μὴ παρ᾽ ἑτέρων τὴν ἀληθῆ τούτων προσηγορίαν ἀκούσαντες, φύγωσι τὴν λύμην οἱ παῖδες ὑμῶν. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὴν τῶν κακῶν ἀποτροπήν, τὸ γυμνὰς αὐτὰς, καὶ κυρίας τῶν κακῶν προσφέρεσθαι τὰς ὀνομασίας· ἀλλὰ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν πρὸς τὸ πλῆξαι τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὡς πολλοὺς πολλάκις ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ὄντας περιφανεῖς μὴ φέρειν πρᾴως καλουμένους τοῦτο, ὅπερ εἰσίν, ἀλλ᾽ ἀγριαίνειν, καὶ ἐκθηριοῦσθαι, ὡς τὰ δεινότατα πάσχοντας. τὴν γοῦν ἐπιμοιχευκυῖαν γυναῖκα, καὶ τὸν
D πεπορνευμένον παῖδα ἂν καλέσῃ τις, ἀπὸ τῆς αἰσχίστης πράξεως ταύτης, ἀκατάλλακτος γέγονεν ἐχθρός, ἅτε τὰ μέγιστα ἠδικηκώς. καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πλεονέκτην, καὶ τὸν μέθυσον, καὶ τὸν ἀλαζόνα, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τὰ δεινότερα ἐργασαμένους, ἴδοι τις ἂν οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ πράττειν αὐτά, καὶ τῇ παρὰ τῶν πολλῶν δόξῃ δακνομένους, καὶ ἀλγοῦντας, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν οἰκείων ἔργων ὀνόμασι. πολλοὺς δὲ καὶ σωφρονισθέντας οἶδα τούτῳ τῷ τρόπῳ, καὶ γενομένους τοῖς ὀνείδεσιν ἐπιεικεστέρους. ἀλλ᾽ ὑμεῖς καὶ ταύτην ᾐρήκατε τὴν παραμυθίαν. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐ διὰ τῶν ῥημάτων

Digitized by Google

ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ταύτην αὐτοῖς ποιεῖσθε τὴν παραίνεσιν, οἰκίας οἰκοδομοῦντες λαμπράς, ἀγροὺς ὠνούμενοι πολυτελεῖς, τὴν ἄλλην περιβάλλοντες φαντασίαν, καὶ διὰ πάντων πυκνῷ τινι νέφει συσκιάζοντες αὐτῶν τὴν ψυχήν. πόθεν οὖν δυνήσομαι πεισθῆναι, ὅτι σωθῆναι οἷοί τε τούτους, ὅταν ἴδω πρὸς ταῦτα παρακαλουμένους, ἃ τοὺς ποιοῦντας ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο πάντως ἀπολέσθαι· ὅταν θεάσωμαι τῆς μὲν ψυχῆς αὐτῶν, ὥσπερ τινὸς παρέργου καταφρονοῦντας ὑμᾶς, τῶν δὲ ὄντως περιττῶν, ὡς ἀναγκαίων, καὶ προηγουμένων φροντίζοντας; ὅπως μὲν γὰρ οἰκέτης ἔσται, καὶ ὅπως ἵππος, καὶ ὅπως ἱμάτιον τῷ παιδὶ κάλλιστον, πάντα ποιεῖτε· ὅπως δὲ αὐτὸς γένοιτο καλός, οὐδὲ ἐννοῆσαί ποτε ἀνέχεσθε· ἀλλὰ καὶ ξύλον, καὶ λίθον μέχρι τούτου προάγοντες, τὴν ψυχὴν οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἀξιοῦτε μέρους. ἀλλ' ἵνα μὲν ἄγαλμα ἐπὶ τῆς οἰκίας ἑστήκοι θαυμαστόν, καὶ ἡ στέγη γένηται χρυσῆ, πάντα ὑποδύεσθε· ὃ δὲ πάντων τιμιώτερον ἄγαλμα ἡ ψυχὴ ὅπως γένηται χρυσῆ, οὐδὲ φροντίζειν ἐθέλετε.

Ἀλλ' οὔπω τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν εἶπον, οὐδὲ τὸ κεφάλαιον ἐξεκάλυψα τῆς συμφορᾶς. πολλάκις μὲν ἐζήτουν εἰπεῖν, καὶ ἐρυθριάσας πολλάκις δὲ καὶ αἰσχυνθείς. τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; τολμητέον γὰρ ἤδη, καὶ λεκτέον αὐτό. καὶ γὰρ ἀνανδρίας ἂν εἴη πολλῆς, μέλλοντάς τι κακὸν ἐξαίρειν, μηδὲ φωνὴν ἀφιέναι τολμᾶν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς τῆς σιγῆς αὐτομάτως ἰασομένης τὴν νόσον. οὐ τοίνυν σιγήσομεν, κἂν μυριάκις αἰσχυνθῆναι μέλλωμεν, καὶ ἐρυθριᾶν. οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς μέλλων σηπεδόνα καθαίρειν, παραιτήσεται μεταχειρίσασθαι σίδηρον, καὶ καθεῖναι δακτύλους εἰς αὐτὸν τοῦ τραύματος τὸν πυθμένα. οὐκοῦν οὐδὲ ἡμεῖς τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον παραιτησόμεθα, ὅσῳ καὶ χαλεπωτέρα ἡ σηπεδών. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ κακόν; ἔρως καινός τις, καὶ παράνομος εἰς τὸν ἡμέτερον εἰσεκώμασε βίον· νόσημα ἐπέπεσε χαλεπόν, καὶ ἀνίατον· λοιμὸς κατέσκηψε πάντων λοιμῶν χαλεπώτερος· καινή τις παρανομία ἐπενοήθη, καὶ ἀφόρητος. οὐ γὰρ οἱ θετοὶ μόνον,

A ſed operibus ipſis quoque hęc illis monita datis, dum ædes præclaras inſtruitis, dum emitis precioſiſſimas villas, dum apparatus alios magnificos quæritis, prorſuſq; veluti atra quadam nebula illorum animos obnubitis. Vnde igitur mihi perſuaderi poterit, eiuſmodi poſſe ſaluos fieri, cum eos omni ſtudio ad illa cõpelli conſpiciam, quæ qui faciunt, Chriſtus perire omnes apertis vocibus docuit? cum videam vos illorum animas, vt vile aliquid ac ſuperfluum negligere: eorum autem, quæ & ſuperflua re vera & indigna ſunt, veluti B ea neceſſaria ſint & principalia, curam gerere ingentem? Nempe enim vt ſeruus, vt equus optimus, veſtiſq; precioſiſſima filio ſit, omnia facitis: vt autem ipſe bonus & probus fiat, ne cogitare quidem vnquam vultis. Cæterum ad ligna vſque & lapides hoc ſtudium perducitis: animam vero nec minima quidem huius diligentiæ parte dignam iudicatis. Cúmque vt in domo ſtatua antiquo opere admirãda cõſiſtat, & tecta aurea rutilent, cuncta moliamini: precioſiſſimam omnium ſtatuarum animam, quatenus auream efficiatis, nul- C lam curam gerere vultis. Atqui nondum ſupremum verticem, & culmen malorum omnium dixi, necdum ſummã totius calamitatis reuelaui: quam cum ſæpe dicere inſtituerem, verecundiæ ac ruboris magnitudine ſuperatus deſtiti. Quid vero iſtud eſt? Audẽdum enim iam, ac dicendum eſt. Nam eſſet profecto incredibilis ignauiæ & imperitiæ, ſi peſtem aliquã reſecare cupientes, ne mutire quidẽ aduerſus illam auderemus, ſilentióque noſtro morbum illum vltro ſanatum iri putaremus. Non itaque ſilebo amplius, etiamſi D millies & pudendum mihi & erubeſcendum fuerit. Neque enim medicus cum putredinem exprimere & extergere parat ex vulnere, ferrum manibus arripere deuitat, atq; in ipſum, vt ita dixerim, vulneris fundũ digitos demittere. Et nos itaque, etſi ſit iſta longe grauior & moleſtior putredo, nõ tamẽ de hiſce loqui recuſabimus. Quod ergo tandẽ iſtud malum eſt? Amor quidam nouus & nequiſſimus noſtra ætate in noſtrum genus irrupit, & late dominatur: morbus irruit acerbus atq; inſanabilis: peſtis teterrima, atque omni pernicie immanior & grauior inuecta eſt: ſcelus quoddã nouum & intolerabile excogitatũ eſt. Non enim ſcriptæ & conſtitutæ modo,

Cap. VII. In nefandũ Sodomiticũ inuehitur ſcelus, quo iuuẽtus corrumpitur.

verum ipſæ quoque naturæ peruertuntur leges. Nihil iam ferè ad impudicitiæ rationē fornicatio eſſe exiſtimatur. Cæterum vt in doloribus, cum paſſio incumbit violentior, prioris doloris ſenſum omnē ſua magnitudine intercipit: ſic huius quoque magnitudo flagitij facit, vt quòd ſuapte natura tolerabile non eſt, non iam videatur eſſe intolerabile, obſcœna ſcilicet cum mulieribus libido. Optandum enim iam votis omnibus videtur, poſſe huiuſmodi retia effugere, periclitaturq; iam ſuperfluo effectus ſexus muliebris, adoleſcentibus vices eius omnes implentibus. Quod cum per ſe eſt acerbiſſimum: facit id profectò, vt deterius & tetrius ſit, quòd tantum ſcelus, tam nefarium facinus incredibili audacia, ſummâq; iam cum libertate admittitur, flagitiúmque lex factum eſt. Nemo iam metuit, nemo perhorreſcit, nullus continetur verecundia, nullus rubore ſuffunditur. Cæterum iſta impudentia ſe ornari putant, & faceti videri ex ſcelere volunt. Inſanire iam videntur, qui pudicitiæ ſtudent: & eſſe demētiſſimi, qui monitis peccantes caſtigant. Qui ſi quidem imbecilliores fuerint, verberibus quoque conciduntur: ſin vero potentiores, ſpernuntur, irridentur, & probris reſperguntur innumeris. Nihil iam leges, nihil iudicia valent: non pædagogi, non parentes, non magiſtri, non aſſeclæ obſiſtere iam valent: alios enim pecunijs voluere corrumpere, eos ſcilicet qui ſolam ad mercedem ſpectāt. Porrò ſi qui fuerint modeſtiores, eorúmque, qui ſibi crediti ſunt, ſalutem curare perſtiterint: alij quidem circumueniuntur facile, reliqui vero flagitioſorum potentia & metu perterriti ſuccumbunt: facilius enim is qui tyrannidem ſibi parare moliatur, ſi ſuſpectus fuerit, ſeruabitur, quàm ſceleſtorū illorū nequiſſimorúmq; hominū manus poſſit effugere, qui illis fuerit infenſus: adeo medijs in ciuitatibus veluti in ſolitudine ingēti maſculi in maſculos turpiter deſæuiūt, horrendúmq; flagitium in alteutrum cōmittunt. Si qui tamen hos laqueos effugere potuerint, opinione ſaltē quòd ſint eiuſmodi, difficile vitabunt. Primum quidem quòd ſint ipſi admodum pauci, ſicque facillime operiūtur improborum multitudine. Secundò, quòd flagitioſi illi atque nequiſſimi dæmones, cum eos qui ſe ſpernunt, & execrantur, non poſſint aliter vlciſci, vel hac in parte illos violare ſtudent. Quia enim

A ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τῆς φύσεως ἀνατρέπονται νόμοι. μικρὸν εἰς ἀσελγείας λόγον πορνεία λοιπόν. καὶ καθάπερ ἐν ταῖς ὀδύναις ὁ τυραννικώτερον πάθος τοῦ προτέρου τὴν αἴσθησιν ἔκρυψεν ἐπελθόν, οὕτω καὶ ἡ τῆς ὕβρεως ταύτης ὑπερβολὴ οὐκέτι ἀφόρητον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸ ἀφόρητον, τὴν περὶ τὴν γυναῖκα ἀσέλγειαν. ἀγαπητὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ δυνηθῆναι τὰ δίκτυα ταῦτα διαφυγεῖν, καὶ κινδυνεύει λοιπὸν περιττὸν εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν γένος, τῶν νέων ἀντ' ἐκείνων πάντα τὰ ἐκείνων πληρούντων. καὶ οὐ τοῦτό πω δεινόν· ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ B πολλῆς τολμᾶται τῆς ἀδείας μῦσος τοσοῦτον, καὶ νόμος γέγονεν ἡ παρανομία. οὐδεὶς δέδοικεν, οὐδὲ τρέμει λοιπόν· οὐδεὶς αἰσχύνεται, οὐδὲ ἐρυθριᾷ· ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται τῷ γέλωτι τούτῳ, καὶ μαίνεσθαι δοκοῦσιν οἱ σωφρονοῦντες, καὶ παραπαίειν οἱ νουθετοῦντες· κἂν μὲν ἀσθενέστεροι τύχωσιν ὄντες, συνεκόπησαν ταῖς πληγαῖς· ἂν δὲ δυνατώτεροι, χλευάζονται, γελῶνται, μυρίοις πλύνονται σκώμμασιν. οὐδὲν ὄφελος δικαστηρίων, οὐδὲ νόμων, οὐδὲ παιδαγωγῶν, οὐ πατέρων, οὐκ ἀκο- C λούθων, οὐ διδασκάλων. τοὺς μὲν γὰρ ἴσχυσαν διαφθεῖραι χρήμασιν, οἱ δὴ ὅπως αὐτοῖς μισθὸς γένοιτο μόνον ὁρῶσι. τῶν δὲ ἐπιεικεστέρων, καὶ φροντιζόντων τῆς τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτοῖς σωτηρίας οἱ μὲν κλέπτονται ῥᾳδίως, καὶ ἀπατῶνται· οἱ δὲ καὶ δεδοίκασι τῶν ἀκολάστων τὴν δύναμιν· ῥᾷον γὰρ ἄν τις ὑποπτευθεὶς ἐπὶ τυραννίδι διασωθείη, ἢ τῶν μιαρῶν ἐκείνων ἀπάγειν πειραθεὶς, τὰς ἐκείνων διαφύγοι χεῖρας ποτέ· οὕτω καθάπερ ἐπ' ἐρημίας πολλῆς, ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἄῤῥενες ἐν ἄρ- D σεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργάζονται. εἰ δὲ τινὲς ταύτας διέφυγον τὰς παγὰς, τὴν γοῦν πονηρὰν τῶν τὰ τοιαῦτα ὑβριζομένων δυσκόλως διαφεύξονται δόξαν. πρῶτον μὲν, ὅτι ὀλίγοι σφόδρα εἰσὶ, καὶ ταύτῃ ῥᾳδίως ἂν τῷ τῶν πονηρῶν κρύπτοιντο πλήθει. δεύτερον, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μιαροὶ, καὶ ἐναγεῖς ἐκεῖνοι δαίμονες, οὐκ ἔχοντες ἑτέρως ἀμύνεσθαι, τοὺς ὑπερορῶντας αὐτοὺς, ταύτῃ σπουδάζουσιν ἀδικεῖν. ἐπειδὴ γὰρ

οὐκ ἴσχυσαν καιρίαν δοῦναι πληγὴν, οὐδ᾽ αὐτῆς καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸν γοῦν ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον ῥυπῶσαι κόσμον ἐπιχειροῦσι, καὶ τὴν εὔκλειαν ἅπασαν ἀνελεῖν. ὅθεν καὶ πολλῶν θαυμαζόντων ἤκουσα, πῶς οὐδέπω καὶ τήμερον ὄμβρος ἕτερος κατηνέχθη πυρός; πῶς οὐδέπω τὰ τῶν Σοδόμων ἔπαθεν ἡμῖν ἡ πόλις, τοσούτῳ χαλεπωτέρας ἀξία κολάσεως οὖσα, ὅσον μηδὲ τοῖς ἐκείνων ἐσωφρονίσθη κακοῖς; ἀλλὰ καί τοι τῆς χώρας ἐκείνης ἐν δισχιλίοις λοιπὸν ἔτεσι, φωνῆς λαμπρότερον διὰ τῆς ὄψεως πρὸς ἅπασαν βοώσης τὴν οἰκουμένην μηδὲν τοιοῦτον τολμᾶν, οὐ μόνον οὐκ ὀκνηρότεροι περὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἰταμώτεροι, καθάπερ φιλονεικοῦντες τῷ θεῷ, καὶ διὰ τῶν ἔργων δεῖξαι σπουδάζοντες, ὅτι τοσούτῳ τοῖς κακοῖς ἐπιθήσονται τούτοις, ὅσῳ περ ἂν αὐτοῖς μειζόνως ἀπειλῇ. πῶς οὖν οὐδὲν γέγονε τοιοῦτον· ἀλλὰ τὰ μὲν Σοδόμων ἁμαρτήματα τολμᾶται, τὰ δὲ Σοδόμων οὐ γίνεται πάθη; ὅτι πῦρ αὐτοῖς ἕτερον χαλεπώτερον μένει, καὶ κόλασις οὐκ ἔχουσα τέλος. καὶ γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ διαφθαρέντων, πολλῷ μιαρώτερα τολμησάντων ἐκείνων, τῶν μετὰ ταῦτα λέγω, οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου γέγονεν ὄμβρος τοιοῦτος. κἀνταῦθα δὲ πάλιν αἰτία ἡ αὐτή. ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν οἱ μὲν περὶ τὴν ἀρχὴν γενόμενοι, ὅτε οὔτε δικαστήρια ἦν, οὐδὲ ἀρχόντων ἐπέκειτο φόβος, οὐ νόμος πρῶτον ἀπειλῶν, οὐ προφητῶν χορὸς ῥυθμίζων, οὐ προσδοκία γεέννης, οὐ βασιλείας ἐλπὶς, οὐκ ἄλλη φιλοσοφία, οὐ τὰ θαύματα τὰ καὶ λίθους ἀναστῆσαι δυνάμενα. πῶς οὗτοι μὲν οἱ μηδενὸς τούτων ἀπολαύσαντες, ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον τοσαύτην ἔδωκαν δίκην· οἱ δὲ πάντων τούτων μετεσχηκότες, καὶ μεταξὺ τοσούτου ζῶντες φόβου, καὶ θείων δικαστηρίων, καὶ ἀνθρωπίνων, οὐδέπω καὶ τήμερον τὰ αὐτὰ ἔπαθον ἐκείνοις, χαλεπωτέρας ὄντες ἄξιοι κολάσεως; ἆρ᾽ οὐχὶ καὶ παιδὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι σφοδροτέρα τηροῦνται δίκη; εἰ γὰρ ἡμεῖς ὀργιζόμεθα οὕτως, καὶ ἀγανακτοῦμεν, ὁ θεὸς ὁ πάντων μάλιστα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους κηδόμενος, καὶ τὴν κακίαν σφόδρα ἀποστρεφόμενος, καὶ μισῶν, πῶς ἀνάσχοιτο ταῦτα τολμᾶσθαι ἀτιμωρητί;

A lethale illis vulnus infligere nō valent, ipſamque animam vel penetrare vel polluere, exteriorem ſaltem ornatum quo illi amicti ſunt, maculare nitũtur, omnémque illis honeſtatis gloriam eripere. Quocirca cōplures audiui, cum ſe mirari dicerent, quòd nondum hodiéque imber alius igneus eruperit, quòd non ſimilia Sodomis vrbs veſtra paſſa ſit: tanto ſanè grauiore digna cruciatu, quanto ne aliorũ quidem cladibus emēdata corrigitur. Verum quanquam ipſa quoque regione, iam poſt duo annorum millia ipſa ſua facie cla- B rius clamāte quàm ſi voce loqueretur, atque orbem vniuerſum admonente, ne quid eiuſmodi præſumat, nō modo timidiores aut ſegniores ad hoc audendum facinus facti non ſunt, verum longe impudentiores: tanquam profecto aduerſus Deum contendentes, atque operibus ipſis oſtendere ſtudentes, tanto ſe cumulatius his malis adiecturos, quanto maiora ille ſupplicia intentauerit. Cur ergo nihil factum eſt eiuſmodi, ſed cum admittantur Sodomorum ſcelera, non tamen contingunt Sodomorum clades? Quia manet iſtos C ignis alius lōge illo grauior: cruciatúſque finē nullũ habens. Nam cũ multo grauiora ſcelera, quàm hi qui diluuij aquis periere, plurimi poſtea admiſerint, nullus tamen imber eiuſmodi poſtmodum factus eſt. Atque in hoc facto eadem rurſus controuerſia eſt. Cur enim hi quidem qui initio ſeculi fuere, cum neque iudicia eſſent, nec magiſtratuum metus immineret, non legis comminatio terreret, non prophetarum adeſſet chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehennæ, non cœleſtis regni ſpes, non miracula D ipſa denique lapides ipſos quoque excitare valentia, cur inquam, iſti qui nullo horum potiti ſunt, pro his quæ peccauerunt, tanta animaduerſione puniti ſunt: qui autē horum omnium participes fuere, atque inter metũ diuinorum humanorũmq; iudiciorum degunt, hodiéque non eadem quę illi patiũtur, cum ſint longe grauiori ſupplicio digniſſimi? Nónne puero cuiuis cōſtabit, quòd acerbiori atque vehementiori pœnæ reſeruantur? Nam ſi noſipſi quoq; ſuper his & iraſcimur & indignamur, Deus cui omnium maxime totius mortalium generis cura incumbit, qui vitia vehementer & auerſatur & odit, quando iſta impune admitti ſcelera paſſurus eſt?

A & paſſus fueris in pædagogi ordinē deſcendere, ſumptóque puero ad nos venire. Meum erit perſuadere patri, quòd ſi militarē quoque vitam ille voluerit eligere, perutilis erit dicendi vis, & copia per ſtudia liberalia quæſita. Hæc ego, inquam, ſi efficere potuero: iam illum tu ſeorſum, atque in alieno ſolo tecum habens, vbi nec pater, nec propinquorū aliquis impedire ac perturbare poſſit, ſumma illū cum facilitate formare poteris, moréſque illius ad id componere, vt veluti in monaſterio ita tecum viuat. Cæterum tu mihi hac in B parte conſenti, mecúmq; ſalubrē iſtam functionem ſimulaturū pollicere. non parua res agitur, non pro minimis deprecor, de filij mei anima certamen eſt atque periculū: non ergo ſpernas cunctorum amantiſſimum, mihíque luce ipſa chariorē periclitantem: eripe illū laqueis vndique iam paratis & poſitis, educ ex procella & tempeſtate & turbine. Sin vero tu gratiam præſtare nolueris, Deum iam mediū noſtrum appello, & teſtem voco, me quidem nihil eorum omiſiſſe, quæ ad huius pueri ſalutē pertinere videbantur, mundámq; C me eſſe à ſanguine pueri iſtius. quòd ſi quid illum eiuſmodi contigerit pati, quale vt patiatur fieri vehementer poteſt, quippe iuuenis, & in tantis delicijs degens, tantáque vitæ negligentia: abs te & de tuis manibus requiret Deus animam pueri iſtius. His plura etiā adijciens, miſerabilitérque & vehementer illacrymans, perſuaſit tandem vt hoc negocium ſuſciperem, atque cum his mandatis à ſe dimiſit. Nec ſanè inanis fuit iſta machinatio, nec religioſo matris voto diuina pietas defuit. Ita enim puerum illum breui egregius ille pędagogus D exercuit, tantámq; in eo flāmam deſiderij cœleſtis accendit, vt cuncta ſimul repente abijceret, atq; ad ſolitudinem cōuolaret: alióq; rurſus indigeret fræno, quod illū ab intempeſtiua illa & vehementi exercitatione ad moderatiorem poſſet commodiorémque conuertere. Namq; metuendū valde videbatur, ne repentino hoc & immaturo ſtudio rem ipſam totā reuelaret, matrique & pædagogo, & omnibus vbique monachis grauiſſimū bellū excitaret. Si enim fugam iſtam ſubitámque mutationem præſenſiſſet pater, nunquam profectò deſtitiſſet omnia moliri & facere, vt ſanctos illos fugaret atq; affligeret: nec eos modo qui illum recepiſſent, ſed alios quoque vniuerſos. Hunc ergo puerum aſſumens ego,

hæcq; & his pura illi allegans, cœleſtis quidē philoſophiæ deſideriū in eo durare permiſi, & prçterea vt caut⁹ fieret, curaui: vrbem tamen vt habitaret, ſtudiáque liberalia vti cœperat, perſequeretur, induxi, ita eum coæuis quoque maximo emolumēto futurum perſuadens & rem patri ignotā futurā. Quod quidem operçpreciū eſſe videbatur, nō modo ſanctorum illorū, aut matris, aut pędagogi gratia, ſed pueri ipſius quoq;. Si enim initio ſtatim in illum irruiſſet pater, timendum ſatis erat, ne philoſophiæ plantas cōmoueret, vel etiam penitus conuelleret, quippe teneras & recenter poſitas: ſin vero proceſſu temporis optimis ille, firmiſſimíſque radicibus niteretur, vehementer confidebam quantalibet pater ageret, nunquā illum mouendū loco, neque vlla omnino ratione ceſſurū: quod & factum eſt, nec me ſpes mea fefellit. Pater enim longo poſt tēpore illum adorſus, vehementique cum impetu irruens, non ſolum in nullo ædificium inclinauit, aut læſit: verū firmius quoq; validiuſque monſtrauit. Condiſcipulorū vero plurimi tantum ex illius cōtubernio familiari profecerunt, vt eiuſdem inſtituti fierēt æmuli: habebat quippe ille domi qui ſe perpetuo moderaretur, ac veluti ſtatua iugiter ſub artificis manu conſtituta, ornatior indies euadebat, ingentémque animo decorem aſſidue adjiciebat. Et quod eſt profectò mirabilius, exteriori quidem cultu nihil à cæteris differre videbatur. Nō enim agreſtibus vel incōptis erat moribus, non comæ negligentia, nō amictus vilitate nobilis: ſed erat cōmunis habitu, voce, aſpectu, & cęteris omnibus. Quibus ex rebus factū eſt, vt facilius plurimos cōtubernaliū inter retia ſua includeret, cum haberet intrinſecus incredibilem latentem ſapientiam. Denique ſi quis illum domi vidiſſet, vnū ex eis eſſe putauiſſet, qui mōtes & deſerta incolunt. Domus enim ita illi diſpoſita & parata erat, vt in nullo monaſterij diligentiam deſideraret, nihilque neceſſarijs amplius habebat. Tempus autē omne in diuinorum librorum lectione conterebat. Erat enim ingenio celeri, atq; ad percipiēdas diſciplinas acutiſſimo. Itaque externæ illi eruditioni breuiſſimā diſtribuens diei partem, reliquum tempus omnē perpetuis orationibus, diuiniſque literis inſtabat, ac ſine cibo tota perſeuerabat die. Imò vero nō vnum, aut duos tantum,

A καὶ ταῦτα καὶ τὰ τούτων πλείονα εἰπὼν, τὴν μὲν ἐπιθυμίαν τῆς φιλοσοφίας πάσης εἴασα μένειν, καὶ ἐπιτείνειν δὲ πλέον, τὴν δὲ πόλιν οἰκεῖν ἠξίουν, καὶ τῆς τῶν λόγων ἔχεσθαι σπουδῆς. οὕτω γὰρ καὶ τοὺς ἡλικιώτας ὠφελήσειν τὰ μέγιστα, καὶ τὸν πατέρα λήσειν. ἀναγκαῖον δὲ τοῦτο εἶναι ἐνόμιζον, οὐ τῶν ἁγίων μόνον ἕνεκεν ἐκείνων, οὐδὲ τῆς μητρὸς, οὐδὲ τοῦ παιδαγωγοῦ, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ παιδός. ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ἐπιτιθέμενον αὐτῷ τὸν πατέρα, καὶ διασαλεῦσαι εἰκὸς ἦν τὰ τῆς φιλοσοφίας φυτὰ, ἁπαλά τε B ὄντα, καὶ ἄρτι τεθέντα· εἰ δὲ χρόνος ἐγγένηται πολὺς, καὶ ῥιζωθείη καλῶς, σφόδρα ἐθάῤῥουν, ὅτι οὐκ ἂν οὐδ᾽ εἴ τι οὖν γένηται, δυνήσεται παρασαλεῦσαι τὸν υἱὸν ἐκεῖνος. ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος. ὅτε γὰρ πατὴρ αὐτοῦ προσορμῶν ὕστερον χρόνου παρελθόντος πολλοῦ, καὶ μετὰ σφοδρᾶς ἐνσείσας τῆς ῥύμης, οὐ μόνον οὐκ ἔκλινέ τι τῆς οἰκοδομῆς, ἀλλὰ καὶ ἰσχυροτέραν ἀπέφηνε, τῶν τε συμφοιτώντων αὐτῷ πολλοὶ τοσαῦτα τῆς ὁμιλίας ἀπώναντο τῆς ἐκείνου, ὡς καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν αὐτῷ ζῆλον ἐλθεῖν. ἔχων γὰρ οἴκοι διαπαντὸς τὸν ῥυθμίζοντα, C καθάπερ ἄγαλμα συνεχῶς ἀπολαύον τῆς τοῦ τεχνίτου χειρὸς, οὕτω προσθήκην καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐλάμβανε τοῦ κατὰ ψυχὴν κάλλους. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ἔξω μὲν φαινόμενος, οὐδὲν διαφέρειν ἐδόκει τῶν πολλῶν. οὔτε γὰρ ἦθος εἶχεν ἠγριωμένον καὶ κατεσκληκὸς, οὔτε ἐξηλλαγμένην στολὴν, ἀλλ᾽ ἦν κοινὸς καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῇ φωνῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὅθεν καὶ πολλοὺς τῶν ὁμιλούντων αὐτῷ, εἴσω τῶν αὐτοῦ δικτύων ἠδυνήθη λαβεῖν, πολλὴν ἔνδον ἔχων ἐγκεκρυμμένην τὴν φιλοσοφίαν. οἴ- D κοι δὲ εἴ τις αὐτὸν εἶδεν, ἐνόμισεν ἂν ἕνα εἶναι τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι καθημένων. καὶ γὰρ ἡ οἰκία αὐτῷ πρὸς ἀκρίβειαν μοναστηρίου πάντως διέκειτο, οὐδὲν ἔχουσα τῶν ἀναγκαίων πλέον. καὶ ὁ καιρὸς δὲ αὐτῷ ἅπας, εἰς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἁγίων ἀνηλίσκετο βιβλίων. καὶ γὰρ ὢν ὀξὺς μαθήματα προσλαβεῖν, τῇ μὲν ἔξωθεν παιδεύσει βραχὺ τῆς ἡμέρας ἀπένεμε μέρος· τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν, εὐχαῖς συνεχέσι, καὶ βιβλίοις ἀνέκειτο θείοις, καὶ ἄσιτος ἅπασαν διετέλει τὴν ἡμέραν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μίαν, οὐδὲ δύο μόνον,

ἀλλὰ καὶ πλείους. καὶ νύκτας δὲ αὐτῷ ταῦτα συνήδεσαν δάκρυα, καὶ εὐχὰς, καὶ τὴν τοιαύτην ἀνάγνωσιν, ἅπερ ἡμῖν ἅπαντα ὁ παιδαγωγὸς λάθρα ἀπήγγειλε. καὶ γὰρ ἦν ἀφόρητος ὁ παῖς, εἴ τι τούτων ᾔσθετό ποτε ἐξενεχθέν. ἔλεγε τοίνυν οὗτος, ὅτι καὶ ἱμάτιον αὐτῷ ἀπὸ τριχῶν κατεσκεύαστο, καὶ τούτῳ τὰς νύκτας ἐγκαθεύδει, τέχνην τινὰ μηχανώμενος τοῦ ταχέως ἐξανίστασθαι ταύτην εὑρών. καὶ τὰ ἄλλα δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῶν μοναχῶν ἀπήρτιστο, καὶ τὸν θεὸν ἐδόξαζε συνεχῶς ἐκεῖνος, τὸν οὕτω κοῦφα τῆς φιλοσοφίας ταύτης ἐνθέντα αὐτῷ τὰ πτερά. ὥστε εἴ τίς μοι ψυχὴν καινὴν ἐδείκνυ τοιαύτην, καὶ παιδαγωγὸν παρεῖχε τοιοῦτον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὁμοίως ἐπιμελεῖσθαι ἐπηγγείλατο, μυριάκις ἂν ηὐξάμην τοῦτο γενέσθαι μᾶλλον τῶν γεγεννηκότων αὐτῶν. ἡ γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ θήρα πλείων ἐγένετο, καὶ διὰ τὸν βίον, καὶ τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὴν συνεχῆ διατριβὴν, τῶν τοιούτων δυναμένων τοὺς ἡλικιώτας θηρᾶν. ἀλλὰ γὰρ οὐδείς ἐστιν ὁ ταῦτα ὑποσχησόμενος, οὐδὲ ποιήσων. οὐκ ὄντος δὲ, μυρίας ὠμότητος ἂν εἴη τὸν οὐδὲν ἑαυτῷ δυνάμενον ἀμῦναι, ἀλλὰ κείμενον, καὶ μυρία δεχόμενον τραύματα, καὶ τοὺς ἄλλους ἀσθενεστέρους ποιοῦντα, τοῦτον ἐν τῷ μέσῳ κατακόπτεσθαι ἐᾶν, δέον ἐξέλκειν ἀπὸ τῆς μάχης. καὶ γὰρ καὶ στρατηγὸν ὁμοίως ἄν τις ἐκόλασε, τὸν τούς τε δυναμένους πολεμεῖν ἀπάγοντα τῆς παρατάξεως, τούς τε τρωθέντας, καὶ κειμένους, καὶ τοὺς ἄλλους συνταράσσοντας κελεύοντα κεῖσθαι διαπαντὸς ἐν τῷ μέσῳ. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῶν πατέρων ἕκαστος ἔγκειται τὸν υἱὸν ἐπιθυμῶν ἐν λόγοις ζῶντα ὁρᾷν ὡς ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι πρὸς τὸ τέλος πάντως ἥξει τῶν λόγων, ὑπὲρ τούτου μὲν μὴ φιλονεικῶμεν, μηδὲ ὅτι διαμαρτήσονται λέγωμεν. ἀλλὰ δῶμεν τῷ λόγῳ, καὶ προέσθαι πάντως αὐτὸν τῆς σπουδῆς, καὶ πρὸς ἄκρον ἀφίξεσθαι. ἔστω δὲ αἵρεσις ἡμῖν προκειμένη διπλῆ, καὶ εἰς διδασκάλους μὲν φοιτᾷν, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἐχέτω τὸν ἀγῶνα, εἰς δὲ ἐρημίας ὑπὲρ τῆς μαθήσεως, ποῦ βέλτιον εἰπέ μοι κρατεῖν; ἂν μὲν γὰρ ἑκατέρωθεν συμβαίνῃ, κἀγὼ βούλομαι· ἂν δὲ θάτερον λείπηται),

A ſed plurimos interdum dies ſine cibo vllo tranſigebat. Noctes preterea totas in eiuſmodi conſumebat ſtudijs, lacrymis orationibus, ſacriſque lectionibus vacans. Hæc autem omnia pædagogus ille nobis clàm annunciabat. Indignabatur enim puer ille vehementer, ferréque vix poterat, ſi quid eiuſmodi efferri cognouiſſet. Dicebat ergo veſtem illum ſibi ex cilicio paraſſe, eáque noctibus veſtiri ſolitum, eo ſcilicet conſilio, vt celerius euigilãs ſurgeret, aliáq; prorſus omnia ad imitationem monachorum illi diligẽtiſſime parata erant, B atque egregius ille inſtitutor Deum iugiter ingenti cum lætitia benedicebat, quod adeò leues hui⁹ philoſophiæ pennas puero largitus eſſet. Itaque ſi quis mihi nunc quoque eiuſmodi animum ac pædagogum daret, aliáque ſimiliter ſe polliceretur curaturum, incredibile eſt quã id fieri optarẽ etiam amplius longe quàm parentes ipſi. Sic enim profecto copioſiori ex lucro magis gauderemus, cum poſſent eiuſmodi, & per vitam, & per ætatem, & per iuge contubernium coæuos etiam lucrari. Verum enim nullus eſt qui hæc ſe ſpõ- C deat exhibiturũ. Cum vero nullus ſit, incredibilis ſanè immanitatis eſſet, cũ qui nec ſibiipſi auxiliari poſſet, & iacẽs vulneribus innumeris confoderetur, alióſque impeditores faceret, in medio concidi permittere, quum deberet ex media dimicatione ſubmoueri. Namq; meritò ſimiliter in eũ ducem animaduertẽdum eſſet, qui alacres & pugnare valentes milites ex prælio abduceret, & qui eos qui ſaucij iacerent, aliiſque perturbationi & impedimento eſſent, ſic ſemper iacere in medio iuberet.

Verum quia plurimi parentum in- D ſtant vehementius, liberóſque ſuos & eruditos diſertos ſinguli videre cupiũt, veluti certum & planè exploratum habeant, ad ſummũ illos eloquentiæ culmen prouehendos: aduerſus iſtos nolo equidem contendere, nec dicam illos ſpe ſua deſtituendos, ídq; interim concedam, & eminentiſſimos illos in ea re fore, & ad ſummum prouehendos. Sit autẽ nobis duarum rerũ optio propoſita, vt vel ad magiſtros proficiſcentes, eruditionem aſſequi contendant, vel abeũtes ad ſolitudines, virtutes animi, ſalutémque perpetuam conquirere decertent: vtro igitur in ſtudio obtinere præſtat? Nam ſi quidem in vtroque valeamus, & ego id volo: ſin vero alterum ſit eligendum,

CAP. XI. *De ſtudijs eloquentiæ, quibus florere liberos cupiunt parentes.*

ſatius erit quod præſtabilius eligere. Ita ſane,inquiunt, ſed hoc ipſum vnde nobis conſtare poterit quòd ſtabit ille, perſeuerabit, neque propoſito decidet omnino? Multi enim exciderũt. Et ego tibi reſpõdebo? Vnde vero tibi conſtat, quod nõ perſiſtet, neque perſeuerabit? Multi enim ſunt qui perſeuerauerunt, & quidẽ longe plures, quã qui exciderunt. Itaque iſtorũ gratia magis confidendum eſt, quàm illorũ metuendum. Cur autẽ in ipſis liberalibus ſtudijs hoc ipſum nõ metuis, vbi maxime timendũ eſt? Namq; apud monachos quidem ex ingẽti multitudine vix pauci lapſi ſunt: in ſchola vero liberaliũ diſciplinarũ ex plurimis vix pauci ad ſummã peritiam prouecti ſunt. Nec ſolum iſtis rationibus, verũ alijs quoque plurimis meritò id magis metuendũ videatur. Quippe & pueri obtuſum ingeniũ, & magiſtrorum imperitia, & pædagogi negligẽtia, & patris occupatio, & ſumptuum mercedumq; defectio, & diſſimilitudo morum, contubernaliũmque atque in diſcendo ſociorũ nequitia, & inuidia, & liuor, aliáque plurima, quo minus ad finem deſtinati ſtudij pertingat, nõnunquam impedimento ſunt. Neque iſta ſolum quæ diximus, verum poſt ipſorum quoque ſtudiorum finem, alia etiam quæ impediant, imminent. Quũ enim illa omnia impedimenta prætervectus, ad ipſum eruditionis culmen euaſerit, nec vllo eorũ retardatus fuerit, aliæ rurſus illic inſidiæ ſunt poſitæ. Namque & principis odium, & inuidia eiuſdem artis ſociorum & conſortum, & difficultates temporum, & amicorum ſolitudo, & ipſa ſæpenumero rei familiaris inopia, ab ipſo fine excluſerunt atque abiecerunt. Atqui in monachorum inſtitutis nihil horum videas: illic enim vna tantum re opus eſt, nobili ſcilicet atque eximia alacritate animi. hæc ſi adſit, nihil quo minus quiſque ad ſummam virtutem perueniat, impedire poterit. Quam igitur iniquum ſimul & indignum eſt, vbi quidem ſunt ſpei optimę pleraque indicia manifeſta & viciniora, ibi deſperare & tremere: vbi vero ſpes ipſa & longinquior eſt & tantis impedimentis intercipitur, illic non deſperare, imò vero rei difficillimæ ſpes ſibi maximas proponere? Quod ſanè faciunt, qui in ipſis eloquentiæ ſtudijs, non ea quæ ſæpius contingunt triſtia, ſed quæ perraro læta conſiderant. Cúmque in monachorum vita & inſtituto, vbi ſpes optima & certiſſima eſt, ad ea ſolum quæ triſtiora ſunt, inclinentur, in ipſis liberalibus ſtudijs, vbi maxime

A βέλτιον ἑλέσθαι τὸ κρεῖττον. ναί φησιν· αὐτὸ δὲ τοῦτο πόθεν ἡμῖν ἔσται δῆλον, ὅτι στήσεται, καὶ μενεῖ, καὶ οὐ μεταπεσεῖται; πολλοὶ γὰρ οἱ πεσόντες. πόθεν δῆλον, ὅτι οὐ στήσεται, οὐδὲ μενεῖ; πολλοὶ γὰρ οἱ συστάντες, καὶ τῶν πεπτωκότων πλείους. ὥστε διὰ τούτους μᾶλλον θαῤῥεῖν χρή, ἢ δι' ἐκείνους φοβεῖσθαι. τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἐπὶ τῶν λόγων αὐτὸ τοῦτο οὐ δέδοικας, ἔνθα μάλιστα δεδοικέναι ἐχρῆν; παρὰ μὲν γὰρ τοῖς μοναχοῖς ἐκ πολλῶν ὀλίγοι διήμαρτον· ἐν δὲ ταῖς τῶν λόγων διατριβαῖς, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι κα-
B τώρθωσαν, καὶ οὐκ ἀπὸ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑτέρων πλειόνων, εἰκότως ἄν τις ἐκεῖνα μᾶλλον φοβοῖτο. καὶ γὰρ παιδὸς ἀφυΐα, καὶ διδασκάλων ἀμαθία, καὶ παιδαγωγῶν ῥαθυμία, καὶ πατρὸς ἀσχολία, καὶ δαπανῶν, καὶ μισθῶν ἔλλειψις, καὶ τρόπων διαφορά, καὶ συμφοιτητῶν κακία, καὶ φθόνος, καὶ βασκανία, καὶ πολλὰ ἕτερα πρὸς τέλει λυμαίνεται. καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ τέλος τούτων ἕτερα πλείονα. ὅταν γὰρ ἅπαντα ὑπερβὰς πρὸς αὐτὸ τῆς παιδείας τὸ ἄκρον ἀφίκηται, μηδενὶ τούτων ὑποσκελισθεὶς· ἕτερα
C πάλιν κεῖται ἔνεδρα ἐκεῖ. καὶ γὰρ ἄρχοντος δυσμένεια, καὶ φθόνος τῶν ὁμοτέχνων, καὶ καιρῶν δυσκολία, καὶ φίλων ἐρημία, καὶ πολλάκις τοῦ τέλους ἐξέκρουσεν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν μοναχῶν οὕτως, ἀλλ' ἑνὸς δεῖ μόνου, προθυμίας γενναίας, καὶ ἀγαθῆς. κἂν τοῦτο προσῇ, οὐδὲν τὸ κωλῦον πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν τῆς ἀρετῆς. πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, ἔνθα μὲν τὰ τῶν χρηστῶν ἐλπίδων δῆλά τέ ἐστι, καὶ ἐγγύτερα, ἀπογινώσκειν, καὶ τρέμειν· ἔνθα δὲ τὰ τῶν ἐναντίων μακρότερα, καὶ ὑπὸ πολλῶν
D κωλυμάτων ἀνακοπτόμενα, μὴ ἀπογινώσκειν, εἰς δὲ τὰ τῶν δυσχερῶν σαφέστερα, καὶ μᾶλλον πλείονα θαρσοῦν, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν λόγων, μὴ πρὸς τὰ πολλάκις συμβαίνοντα λυπηρά, ἀλλὰ πρὸς τὰ σπανίως ἐκβαίνοντα χρηστὰ ἀφορᾷν, ἐπὶ δὲ τῶν μοναχῶν τοὐναντίον ποιεῖν, καὶ ἔνθα μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες πολλαί, πρὸς τὰ λυπηρὰ ἀποκλίνειν μόνον· ἔνθα δὲ αἱ

τὴν ἐναντίαν, τὰς χρηστὰς ἀναλογίζεσθαι μόνας; καὶ τί γε ἐκεῖ μὲν ὅταν ἅπαντα συνέλθῃ τὰ ὀφείλοντα συνδραμεῖν, πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει πολλάκις θάνατος ἄωρος προσπεσὼν ἀπήνεγκεν ἀστεφάνωτον τὸν ἀθλητὴν μετὰ τοὺς μυρίους ἱδρῶτας· ἐνταῦθα δὲ κἂν ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶσι τοῦτο γένηται, τότε δὴ μάλιστα λαμπρὸς, καὶ ἐστεφανωμένος ἄπεισιν ἐστί· ὥστε εἰ τὸ μέλλον δέδοικας, ἐπὶ τῶν λόγων δεδοικέναι μᾶλλον ἔδει, ἔνθα πολλὰ τὰ κωλύματα πρὸς τὸ πέρας ἐλθεῖν. σὺ δὲ ἐκεῖ μὲν κάθῃ χρόνον ἀναμένων μακρὸν, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν μέσῳ δαπανημάτων λέγω, καὶ ταλαιπωριῶν, καὶ τὸ ἄδηλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος μόνον ὁρᾷς· ἐνταῦθα δὲ οὔπω τῶν προθύρων τοῦ παιδὸς ἐπιβάντος, οὐδὲ ἁψαμένου τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας, δέδοικας, καὶ τρέμεις ἀθρόως, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλεις τὸν λογισμόν; καὶ μὴν αὐτὸς ἔμπροσθεν ἔλεγες. τί γάρ; πόλιν οἰκοῦντα, καὶ οἰκίαν ἔχοντα σωθῆναι οὐκ ἔνι; οὐκοῦν εἰ μετὰ τῆς πόλεως, καὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῆς γυναικὸς σωθῆναι δυνατὸν, πολλῷ μᾶλλον χωρὶς γυναικὸς, καὶ τῶν ἄλλων τούτων. οὐ γάρ ἐστι τοῦ αὐτοῦ νῦν μὲν θαρρεῖν, καὶ εἰ ἐν τοῖς βιωτικοῖς ᾖ πράγμασιν ἐνδεδεμένος, οὐ δυνατῆς καὶ οὕτως τῆς σωτηρίας οὔσης· νῦν δὲ κἂν τούτων ἀπηλλαγμένος ᾖ, τρέμειν, καὶ δεδοικέναι, ὡς οὐδὲ τούτων χωρὶς εὐδοκιμῆσαι ἐνόν. εἰ γὰρ πόλιν οἰκῶν ἠδύνατο σώζεσθαι, ὡς ἔφης, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐρημίαν καταλαβών. πῶς οὖν τὸ ἀδύνατον ἐνταῦθα δέδοικας, ἐκεῖ μὴ φοβηθεὶς, ἔνθα μᾶλλον ἐχρῆν; οὐ γάρ ἐστι φησὶν ἴσον βιωτικὸν ὄντα διαμαρτεῖν, καὶ καθάπαξ ἀναθέντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ. οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὕψους ἀμφότεροι καταπίπτουσιν, ὅθεν οὐδὲ τὰ τραύματα αὐτοῖς ἴσα. σφόδρα ἀπατᾷς σεαυτὸν, καὶ σφάλλεις, εἰ ἄλλα μὲν οἴει τὸν βιωτικὸν, ἕτερα δὲ ἀπαιτεῖσθαι τὸν μοναχόν. ἡ γὰρ διαφορὰ τούτοις ἐν τῷ γαμῆσαι, καὶ μή· τῶν δὲ ἄλλων ἕνεκεν ἁπάντων, κοινὰς ὑπέχουσι τὰς εὐθύνας. καὶ γὰρ ὁ ὀργιζόμενος

A difficultates ſunt, meliorem tantum ſpem in an animo verſant. Quanquam illic nonnũquam cum ea ſimul omnia conuenerint, quæ debent neceſſario concurrere, ad ipſum iam finem immatura mors irruens, poſt innumeros labores illos, ſudoréſq; frequentiſſimos, athletam ipſum ſine coronis abripuit: quæ ſi in medio monaſtici certaminis contingat, tum vero bellator ipſe hinc maxime illuſtris & coronatus proficiſcitur. Itaq; ſi futuri vereris incertum, id in primis in ſtudijs humanitatis faciendum eſt, vbi ne ad extremum perB ueniatur, plurima ſunt impedimento. Tu vero illic quidẽ reſides, & tempora expectas longiora, nihil eorum quæ in medio ſunt, cogitans, non ſumptus, non ærumnas, non incertum euentum, ſed ad finem tantummodo reſpiciens: hic vero cum necdũ veſtibulum ipſum filius ingreſſus ſit, necdum decoram iſtam honeſtiſſimámq; philoſophiam attigerit, iam metuis, iam trepidas, iam cogitando deſperas. Atqui ipſe paulò antè dicebas: Quid enim? Is ne qui vrbem habitat, qui domum habet & vxorem, ſeruari non poteſt? An vero ſi C cum vrbe & vxore & familia & domo ſeruari quis poteſt, nõ longe id facilius, aptius, melius poterit, ſi fuerit is liber ab vxore atq; ab alijs rebus iſtis? Neque enim eiuſdem eſt, nunc quidem ſaluti cuiuſpiã confidere, quãlibet ille ſeculo obſtrictus fuerit, quaſi ſic etiam acquiri ſalus poſſit: nunc vero quantumcumque liber omnibus euaſerit, vereri & metuere, quaſi ne ſic quidem ad virtutem & probitatẽ aſpirare poſſit. Nam ſi is qui vrbem habitat, ſic indubie ſeruari poteſt, vt tu modo dicebas: multo ſane magis poterit, ſi ſe ad ſolitudines D contulerit. Quid eſt ergo cur ibi ſalutem deſperes, vbi minime debueras: ibique non metuas, vbi maxime pauere debuiſti?

Cap. XII. *An grauiori pœna plectenda ſint peccata religioſorum.*

At, inquies, eiuſdem criminis non eſt, eum qui ſeculo addictus ſit peccare, & eum qui ſemel ſe ac penitus Deo deuouerit. Neque enim ambo eadem ex altitudine decidunt, ita nec eadem quidem vulnera ſuſcipiunt. Fallis teipſum prorſus ac decipis, ſi putas aliud à ſecularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc enim ferè ſola eſt in vtroque genere vitæ differentia, quod illi quidẽ matrimonij ſe vinculis conſtringunt, hi vero his liberi perdurant. In reliquis vero communis, atque eadem ab vtriſque vitę totius ratio requiritur, eiſdẽ pro culpis pœna vna omnibus debetur. Nã qui fratri ſuo

iraſcitur ſine cauſa, ſiue ille ſecularis, ſiue monachus fuerit, Deum ſimiliter offendit. Atque is qui mulierem reſpicit, & cõcupiſcit eam, quolibet in vitæ ſtatu fuerit, eadem adulterij plectetur pœna. Imò vero vt aliquid ex nobis addere, quòd rationi conſentaneum videatur audeamus, magis ſine vlla ſpe veniæ peccabit, qui ex ſeculo id ſcelus admiſerit. Neque enim par facinus admittere videtur, qui vxoris ſolatio ſubnixus, decore mulieris irretitur, atque is qui eiuſmodi auxilio, & infirmitatis remedio deſtitutus hac interdum peſte corripitur. Rurſus qui iurat, ſiue hoc, ſiue illud fuerit, pari omnino pœnæ ſubiacebit. Neque enim Chriſtus cum de his monita ederet, legéſque ſtatueret, ita diſtinxit, vt diceret, ſi quidem is qui iurat monachus ſit, à malo iuſiurandum eſt: ſin vero monachus non fuerit, non iam à malo eſt: ſed abſolutè

Matt. 5. omnino dixit: Ego autem dico vobis,

Luc. 6. ne iuretis penitus. Rurſúmque cum diceret, Væ ridentibus: non addidit, monachis, ſed abſolutiſſimam ſententiam de omnibus tulit. Atque idem in cæteris mandatis ſuis maximis & ad-

Matt. 5. mirandis facit. Cum enim dicit, Beati pauperes ſpiritu, beati qui lugent, beati mites, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, beati miſericordes, beati pacifici, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, beati qui & fanda, & infanda propter me & meum nomen ab his, qui ſunt foris, patiuntur: nec monachi, nec ſecularis nomen adiecit: cæterum iſta diſtinctio ex hominum æſtimatione introducta eſt. Sacræ vero literæ nihil horũ penitus nouerunt, ſed omnes monachorum vita & inſtituto viuere volunt, etiam ſi vxoribus fuerint adiuncti. Audi denique quid Paulus moneat, quem cum nomino, rurſus Chriſtum prædico. Hic itaque cum ſcriberet vxoratis hominibus, filióſque nutrientibus, omnem ab illis monaſticę vitę diligentiā requirit. Namq; delicias omnes penitus abſcindens, ſiue quæ ad cultũ veſtiũ, ſiue quę ad cibos pertinẽt, his verbis admonet:

Tit. 2. Mulieres in habitu ornato, cum pudore & caſtitate ſemetipſas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte precioſa. & rurſus, Quæ

1. Tim. 5. autẽ in delicijs degit, viuẽs mortua eſt.

A τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ εἰκῆ, κἂν τε βιωτικὸς, κἂν τε μοναχὸς ᾖ, τοῦ θεοῦ προσκρούσειν ὁμοίως· καὶ ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἄν τε τοῦτο, ἄν τε ἐκεῖνο τυγχάνῃ, ὁμοίως ὑπὲρ τῆς μοιχείας τιμωρηθήσεται ταύτης. Εἰ δὲ χρὴ καὶ ἀπὸ λογισμοῦ προσθεῖναι, ὁ βιωτικὸς ἀσυγγνωμονέστερος τοῦτο παθών. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, γυναῖκα ἔχοντα, καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα παραμυθίας, κάλλει προσπλακῆναι γυναικὸς, καὶ ἁπάσης ταύτης ἀπεστερημένον τῆς βοηθείας, ἁλῶναι τοῦ δεινοῦ. πάλιν ὁ ὀμνὺς

B ἄν τε τοῦτο ἄν τε ἐκεῖνο ᾖ, ὁμοίως καταδικάζεται. οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς, ὅτε περὶ τούτων διετάττετο, καὶ ἐνομοθέτει, τοῦτον ἐποιήσατο τὸν διορισμόν. οὐδὲ εἶπεν, ἐὰν μὲν μοναχὸς ὁ ὀμνύων ᾖ, ἐκ τοῦ πονηροῦ ὁ ὅρκος· ἐὰν δὲ μὴ μοναχὸς, οὐκέτι. ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ καθάπαξ ἅπασιν ἔλεγεν· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· μὴ ὀμόσαι ὅλως. καὶ πάλιν εἰπὼν, οὐαὶ τοῖς γελῶσιν, οὐ προσέθηκε τοῖς μοναχοῖς· ἀλλ' ἁπλῶς ἐνομοθέτησεν ἅπασιν· οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἅπασιν, οὕτως ἐποίησε τοῖς μεγάλοις, καὶ θαυ-

C μαστοῖς παραγγέλμασι. καὶ γὰρ ὅτε λέγει· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ πενθοῦντες, οἱ πρᾳεῖς, οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, οἱ ἐλεήμονες, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ εἰρηνοποιοὶ, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, οἱ καὶ ῥητὰ, καὶ ἄρρητα δι' αὐτὸν παρὰ τῶν ἔξωθεν ἀκούοντες κακὰ, οὔτε βιωτικοῦ, οὔτε μονάζοντος ὄνομα τίθησιν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας οὗτος εἰσενήνεκται ὁ διορισμός. αἱ δὲ γραφαὶ οὐδὲν ἴσασι τούτων, ἀλλ' ἅπαντας τὸν τῶν μοναχῶν βούλονται βίον ζῆν, κἂν γυναῖκας ἔχοντες τυγχά-

D νωσιν. ἄκουσον γοῦν καὶ ὁ Παῦλος τί φησιν· ὅταν δὲ Παῦλον εἴπω, τὸν Χριστὸν λέγω πάλιν. οὗτος τοίνυν ἐπιστέλλων ἀνθρώποις γυναῖκας ἔχουσι, καὶ παιδία τρέφουσι, πᾶσαν τὴν τοῖς μοναχοῖς προσήκουσαν ἀκρίβειαν αὐτοὺς ἀπαιτεῖ. τὴν γὰρ τρυφὴν ἐκκόπτων ἅπασαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐδέσμασι, ταῦτα ἐπιστέλλει τὰ ῥήματα· γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ μετὰ αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς· μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. καὶ πάλιν, ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθ-

νηκε. καὶ πάλιν· ἔχοντες δὲ διατροφὰς, καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. τί τούτων παρὰ τῶν μοναζόντων πλέον ἀπαιτήσειεν ἄν τις; γλώττης δὲ παιδεύων κρατεῖν ἑτέρους, ἀκριβεῖς πάλιν τίθησι νόμους, καὶ τοιούτους, οἵους καὶ τοῖς μοναχοῖς αὐστηροῖς ἔργον ἐστίν. οὐ γὰρ αἰσχρότητα, καὶ μωρολογίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐτραπελίαν ἀναιρεῖ. οὐ θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ πικρίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κραυγὴν ἐκβάλλει τοῦ τῶν πιστῶν στόματος. πᾶς γὰρ, φησι, θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. ἆρά σοι μικρὰ ταῦτα εἶναι δοκεῖ; ἐπίσχες ἀναμείνας, καὶ τὰ πολλῷ μείζονα τούτων ἀκούσῃ, ἃ περὶ ἀνεξικακίας διαλέγεται πᾶσιν. ὁ ἥλιος, φησι, μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. ὁρᾶτε, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῶσι. ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. καὶ πάλιν· μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. εἶδες πρὸς αὐτὴν τὴν κορυφὴν ἀναβαίνουσαν τὴν τῆς φιλοσοφίας, καὶ μακροθυμίας ἐπίτασιν; ἄκουσον, καὶ ὅσα περὶ ἀγάπης διαλέγεται τοῦ κεφαλαίου τῶν ἀγαθῶν. ἐπάρας γὰρ αὐτὴν καὶ τὰ κατορθώματα αὐτῆς εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι ταύτην ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν βιωτικῶν, ἣν παρὰ τῶν μαθητῶν ὁ Χριστός. ὥσπερ γὰρ ὁ σωτὴρ τοῦτο ἔσχατον ὅρον ἔφησεν ἀγάπης εἶναι, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος τὸ αὐτὸ τοῦτο ἠνίξατο εἰπών· ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, καὶ τὴν τοιαύτην κελεύει διώκειν. ὥστε εἰ καὶ τοῦτο μόνον εἴρητο, ἱκανὸν τεκμήριον ἦν, τοῦ τὰ αὐτὰ ἀπαιτεῖσθαι τοὺς βιωτικοὺς τοῖς μοναχοῖς. ὁ γὰρ σύνδεσμος, καὶ ἡ ῥίζα τῆς πολλῆς ἀρετῆς, αὕτη ἐστί· νυνὶ δὲ καὶ κατὰ μέρος αὐτὴν τίθησι. τί τοίνυν μεῖζον ταύτης τῆς φιλοσοφίας ζητήσειεν ἄν τις. ὅταν γὰρ καὶ ὀργῆς, καὶ θυμοῦ, καὶ κραυγῆς, καὶ χρημάτων ἐπιθυμίας, καὶ γαστρὸς, καὶ πολυτελείας, καὶ δόξης κενῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βιωτικῶν ἀνώτερον εἶναι κελεύῃ, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν· ὅταν νεκρῶσαι τὰ μέλη προστάττῃ, εὔδηλον, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμᾶς ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ, ὅσην τοὺς μαθητὰς ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸς τὰ ἁμαρτήματα οὕτως εἶναι βούλεται νεκροὺς, ὡς τοὺς ἀποθανόντας, καὶ ταφέν-

A & rurſus, Habentes cibos & teguméta, his contenti ſumus. Quid amplius poſſet aliquis à monachis exigere? Rurſus vero cum alios linguam continere admoneret, ſeueriſſimas leges conſtituit, & tales leges, quales monachis ipſis implere negocij nõ minimi eſt. Non enim turpitudinẽ tantum, ac ſtultiloquium damnat, verum ipſam quoq; ſcurrilitatẽ ſeueriſſime caſtigat & iugulat. Neq; iracundiã ſolum & furorem, & amaritudinem, ſed ipſum etiam clamorem ab ore fidelium arcet & reſecat. Omnis enim, ait, iracundia, & furor, & conui- B cium tollatur à vobis cũ omni malitia. Num iſta tibi parua vidẽtur? Ergo paululum expecta, dum his longe maiora referamus, quæ de tolerãtia malorum omnibus præcipit. Sol, inquit, nõ occidat ſuper iracundiã veſtram: videte ne quis malum pro malo cuiquã reddat, ſed ſemper quod bonum eſt, perſequimini, & inuicem & in omnes. Rurſumque: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Vidiſtine philoſophię & longanimitatis magnitudinẽ ad ipſum ſupremum culmen aſcendẽtem? audi quid de charitate etiam loquatur, quæ C caput bonorũ omnium, & ſumma eſt. Cum enim illã vehementer extolleret, eiúſque merita inſignia proſequeretur, eandem ſe à ſeculi hominibus exigere oſtendit, quam à diſcipulis Chriſtus. Vt enim ſaluator hunc tandem extremum ait eſſe charitatis finem, ſi quis animã ſuã pro amicis ponat: ita Paulus quoq; idipſum ſignificauit, cũ diceret: Charitas non quærit quæ ſua ſunt, atq; eiuſmodi charitatem ſequi nos iubet. Itaque licet hoc ſolum dictũ eſſet, ſufficiens argumẽtum eſſet Deũ à ſecularibus eadem, quæ à monachis, exigere: D quippe quod vinculum & radix ſit eadem multæ virtutis. Quid igitur hac philoſophia maius, aut dignius inquirere poſſemus? Cum enim & furore, & iracundia, & clamore, & pecuniarũ cupiditate, & ventris ingluuie, & magnificentia veſtium, & inani gloria, & alijs ſeculi rebus ſuperiores eſſe nos iubeat, nihilque commune habere cum terra, cúmq; mortificare mẽbra noſtra pręcipiat, conſtat profecto ipſum non minorem à nobis vitæ diligentiã requirere, quàm requirat à diſcipulis Chriſtus, vſque adeò vero peccatis eſſe mortuos iubet, ac ſi iam & mortui, & ſepulti

1.Tim.6.8
Epheſ.4.31
1.Theſſ.5.
Rom.12.
Ioan.15.13.
1.Cor.13.

Rom.6.7. ſimus. Idcirco enim ait: Qui autem mortuus eſt, iam iuſtificatus eſt à peccato. Nonnunquã vero ad ipſius quoq; Chriſti imitationẽ ſumma vi exhortationis inducit. Cum enim nos diligere admonet, inde potiſſimũ ſumit exẽpla: ita cum ad malorum quoque tolerantiã atque ad humilitatem hortatur. Cum itaque nõ monachos tantum vel Apoſtolos, ſed ipſum etiam Chriſtum imitari nos iubeat, eiſque qui non imitantur, ſupplicia maxima intentet, qua tu tandem ratione illam dicis eſſe maiorem altitudinẽ? Eandem enim omnibus hominibus aſcendere propoſitũ, & imperatum eſt. Sed hoc planè eſt quòd euertit orbẽ vniuerſum, quòd ſumma vitæ bene agendæ diligentia monachis opus eſſe arbitramur, cæteris negligenter viuere licere. Non ita ſanè, non ita eſt, ſed eadem ab omnibus philoſophiæ ratio requiritur: atq; id equidem vehementer affirmauerim, imò vero non ego, ſed ipſe iudex omnium Chriſtus. Sin vero tu adhuc hæres, & titubas: age rurſus tibi eiſdem verbis aures repleamus, vt omnis abs te & malitia & infidelitas fugetur. Faciam autem huius rei documentũ ab ipſis cruciatibus diei illius horribilis nimiũmq; metuẽdæ. Diues profectò ille, nõ quòd monachus crudelis fuerat, idcirco vehemẽtius cruciabatur: ſed ſi quid loqui ex nobis audeamus, quod tamẽ veritati contrariũ nõ ſit, ideo exurebatur maximè, quòd ſeculo deditus cũ eſſet, & in diuitijs ac delicijs degeret, & purpura

Luc.16.19 opcriretur, Lazarũ ſuprema inopia vexatũ aſpernatus eſt. Imò neq; hoc, neq; *Matt.25.1.* illud dicã, ſed quod crudelis ſolũ eſſet: propterea grauioribus in igne cruciatibus torquebatur. Virgines itẽ, quia clemẽtia & humanitate caruerũt, ideo cœleſti thalamo excluſæ ſunt: & vt ipſe aliquid adijciã quod veriſimile exiſtimo, nõ ſolum cruciatus illis additi nõ ſunt virginitatis gratia, ſed ob eandẽ ipſam mitiores quoq; pœnas exceperũt. Neq; enim illis dictũ eſt: Ite in ignẽ æternũ, diabolo & angelis eius præparatũ: ſed ſolum, Non noui vos. Sin vero dicat aliquis, hoc idem eſſe quod illud eſt, neque ego contendam: quod enim mihi nũc maxime incũbit, id profectò eſt, vt oſtendam monachorum vitã grauiora non attrahere ſupplicia, verũ iiſdẽ quoque peccãtes ſeculi homines obnoxios

Non ſolũ monachis præcepit Deus vt à peccatis abſtineant, & rectè viuãt, ſed Chriſtianis omnibus.

A τας ἤδη. διὰ τοῦτο γάρ φησιν· ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. ἔστι δὲ ὅτε που καὶ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ ζῆλον διὰ τῆς παρακλήσεως ἡμᾶς ἄγει, οὐχὶ πρὸς τὸν τῶν μαθητῶν μόνον. καὶ γὰρ, ὅταν ἀγάπην παραινῇ, ἐκεῖθεν φέρει τὰ ὑποδείγματα, καὶ ὅταν μὴ μνησικακεῖν, καὶ ὅταν μετριάζειν. ὅταν οὖν μὴ μοναχοὺς μόνον, μηδὲ τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν μιμεῖσθαι κελεύῃ τὸν Χριστὸν, καὶ τοῖς μὴ ζηλοῦσι κόλασιν τίθησι μεγίστην, πόθεν ἐκεῖνο μεῖζον ἔφης εἶναι τὸ ὕψος; τὸ

B γὰρ αὐτὸ πάντας ἀνθρώπους ἀναβῆναι δεῖ, καὶ τὸ πᾶσαν ἀνατρέψαν τὴν οἰκουμένην, τοῦτό ἐστιν, ὅτι μείζονος οἰόμεθα δεῖν ἀκριβείας τῷ μονάζοντι μόνῳ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξεῖναι ῥαθύμως ζῆν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀπαιτούμεθά φησι πάντες φιλοσοφίαν· καὶ σφόδρα φαίην ἂν ἔγωγε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἔγωγε, ἀλλ' αὐτὸς ὁ μέλλων κρίνειν ἡμᾶς. Εἰ δὲ θαυμάζεις μένων ἔτι, καὶ διαπορεῖς, φέρε σοι πάλιν τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀναπλήσωμεν ῥημάτων, ὥστε σοι τέλεον ἐκπλυθῆναι τῆς ἀπιστίας τὴν κακίαν ἅπασαν. ποιησόμεθα

C δὲ τὴν ἀπόδειξιν, ἀπὸ τῶν κολάσεων τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὁ πλούσιος, οὐκ ἐπειδὴ μονάζων ἦν ὠμὸς, διὰ τοῦτο ἐκολάζετο μειζόνως, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ ἐφθυρέγτα εἰπεῖν, ἐπειδὴ βιωτικὸς ὢν, καὶ ἐν πλούτῳ ζῶν, καὶ ἐν πορφύρᾳ, περιεώρα τὸν Λάζαρον ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ. πλὴν οὔτε τοῦτο, οὔτε ἐκεῖνο ἐρῶ, ἀλλ' ὅτι μόνον ὠμὸς ἦν, διὰ τοῦτο ἔκειτο μειζόνως κολαζόμενος ἐν τῷ πυρί. καὶ αἱ παρθένοι δὲ, ἐπειδὴ περὶ τὴν φιλανθρωπίαν ὑστέρησαν, διὰ τοῦτο ἀπηλάθησαν ἀπὸ τοῦ νυμφῶνος· καὶ εἰ

D χρή τι καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰπεῖν, οὐ μόνον αὐταῖς οὐκ ἐπετείνετο τὰ τῆς κολάσεως διὰ τὴν παρθενίαν, ἀλλὰ τάχα καὶ ἡμερώτερα διὰ ταύτην ἐγίνετο. οὐ γὰρ ἤκουσαν, πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Εἰ δὲ λέγει τις, ταὐτὸν εἶναι τοῦτο ἐκείνῳ, οὐδὲν αἴτιον. τὸ γὰρ σπουδαζόμενόν μοι δεῖξαι νῦν, ὅτι οὐχ ὁ τῶν μοναχῶν βίος χαλεπωτέρας ποιεῖ τὰς κολάσεις, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν εἰσιν ὑπεύθυνοι, καὶ βιωτικοὶ, τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες

ἐκείνοις. καὶ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένος ἱμάτια, καὶ ὁ τὰ δηνάρια τὰ ἑκατὸν ἀπαιτῶν, οὐκ ἐπειδὴ μονάζοντες ἦσαν, ἔπαθον, ἅπερ ἔπαθον· ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τὴν πορνείαν, ὁ δὲ διὰ τὴν μνησικακίαν ἀπώλοντο. καὶ τοὺς ἄλλους δὲ εἴ τις ἐπέλθοι τοὺς ἐκεῖ κολαζομένους, ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων μόνον ὄψεται τὴν τιμωρίαν ὑπέχοντας. οὐκ ἐν ταῖς τιμωρίαις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς νομοθεσίαις τοῦτο εὕροι τις ἄν. καὶ γὰρ, ὅταν λέγῃ, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, οὐ τοῖς μονάζουσι διαλέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. καὶ ὅταν κελεύῃ διὰ τῆς στενῆς ὁδεύειν ὁδοῦ, οὐ πρὸς τούτους ἀποτείνει τὸν λόγον μόνους, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους. καὶ μισεῖν δὲ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἐπέταξεν ὁμοίως. ὅταν δὲ μὴ πᾶσι διαλέγηται, μηδὲ νομοθετῇ, δῆλον ἡμῖν αὐτὸ ποιεῖ. ὅτε γοῦν περὶ παρθενίας ἔλεγεν, ἐπήγαγεν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω, οὔτε τὸ, πᾶς, προσθεὶς οὔτε ἐν ἐπιτάγματος τάξει τοῦτο εἰσενεγκών. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος. τὸν γὰρ διδάσκαλον μιμούμενος πανταχοῦ φαίνεται, καὶ εἰς ταύτην ἐμπεσὼν τὴν ὑπόθεσιν, ἔλεγε· περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν ἴσην φθάσαι κορυφὴν, καὶ τὸν βιωτικὸν ἀνάγκη καὶ τὸν μοναχὸν, καὶ ὅτι τὰ αὐτὰ λήψονται τραύματα πεσόντες ἀμφότεροι, οὐδὲ τὸν σφόδρα φιλόνεικον, καὶ ἀναίσχυντον οἶμαι λοιπὸν ἀντερεῖν. τούτου δὲ ἀποδειχθέντος σαφῶς, φέρε δὴ κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν, τίς εὐκολώτερον, καὶ ῥᾷον πεσεῖται, ἢ ἐνταῦθα οὐδὲ ἐξετάσεως ἡμῖν δεῖ. σωφρονεῖν μὲν γὰρ ὁ γυναῖκα ἔχων, κατορθώσει ῥᾳδίως, ἅτε πολλῆς ἀπολαύων τῆς παραμυθίας· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐ σφόδρα φαίνεται, πλὴν ἀλλὰ κἀνταῦθα, πλείους ἂν ἴδοιμεν τῶν γεγαμηκότων, ἢ τῶν μοναχῶν πίπτοντας. οὔτε γὰρ τοσοῦτοι πρὸς τὸν γάμον ἀπὸ τῶν μοναστηρίων ἐκβαίνουσιν, ὅσοι πρὸς πόρνας ἀπὸ τῆς εὐνῆς ἀνίστανται τῶν γυναικῶν. εἰ δὲ ὅπου εὔκολα τὰ τῶν παλαισμάτων αὐ-

A fieri. Is etiam qui ſordidis veſtibus ami-
ctus fuit, quiq; centũ denarios ſumma Matth. 18. 28.
improbitate requiſiuit, non quòd monachi fuerũt, ea paſſi ſunt, quæ paſſi referũtur: ſed alter ob fornicationẽ, alter quòd nõ cõdonaſſet iniurias, perierũt. Sed & alios quoq; qui cũ punirentur, ſi quis inquirat diligẽtius, pro peccatorũ tantum meritis eos cruciatus perpeti animaduertet. Neque vero in inferẽdis ſolum cruciatibus, ſed etiã in ſanciẽdis legibus id Chriſtũ feciſſe reperies. Etenim cũ dicit: Venite ad me omnes qui Matth. 11. 28.
laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã
B vos: tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris: nõ monachos tantũ alloquitur, ſed & omne prorſus hominum genus. Itémq. cum iubet per anguſtã viã ingredi: non iſtos modo, ſed oẽs omnino homines hoc imperio cõuenit. Cúmq. odiſſe animã ſuã in hoc mundo, atque cętera eiuſmodi iuberet, nullum hominum genus excepit. Cum vero nõ oẽs alloquitur, neq. iura & leges omnibus cõſtituit, hoc ipſe nobis inſinuat apti⁹. Deniq. cum de virginitate loqueretur,
C adiunxit: Qui poteſt capere, capiat: ne- Matt. 19.
que, omnis, adijciẽs, neq. id in pręcepti ordine ſtatuens. Ita Paulus quoque:
nam omnibus locis magiſtrum imitari 1. Cor. 7.
deprehenditur: cum in hanc incidiſſet materiã, aiebat: De virginibus autem præceptum Domini nõ habeo. Itaque quòd ad eandem vitæ diligentiam, ſupremúmq. perfectionis faſtigium per diuinas leges pariter & ſecularis & monachus cogantur: quódque ambo ſi ceciderint, æqualia ſint excepturi vulnera, neminem iam quantumlibet ille ſit contentioſus & impudens, contradi-
D cturum exiſtimo. Hoc autem aper- C. XIII.
tiſſime oſtẽſo, age illud quoque inquiramus: ſi tamen inquiſitione opus eſt in re tam manifeſta, vtrius ſit pronior ac facilior lapſus. *Vtrius ſit pronior lapſus ſecularis an monachi.*
Pudicitiam quidem is qui vxorẽ habet, facile ſeruare poſſe videtur, quippe ſolatio non minimo ſuffultus: cæterum in reliquis nulla cõparatio eſt: verum ſic quoque plures longe videas lapſos ex coniugatorum, quam ex monachorum ordine. Neque enim tã multi ex monaſterijs ad matrimonia accedunt, quã ex iugali thoro ſe ad ſcorta recipiũt. Quòd ſi in eis certaminib⁹ quę facillima illis toleratu ſunt,

quippe thoro legitimo ſubnixis, ita ſe ſuperari facile permittunt: quid tandẽ in alijs perturbationibus acturi exiſtimantur, quibus longe amplius quàm monachi pulſantur? Nam cõcupiſcentia quidẽ, ardórque congreſſus muliebris his vehementius imminet, quippe vxorũ cõtubernio & ſolatio carẽtibus: reliquæ vero perturbationes cum his vicinius propinquare vix poſſint, illos per vim ſubijciunt, atque in ſuũ caput impellũt. Sin vero in eis ipſis in quibus bello vehementiore perturbantur, iſti magis obtinent, victoréſq; fiunt, quàm hi quibus id ineſt leuiſſimũ, & ferè nullum: cõſtat profectò longe eos facilius ea quoque vitia ſuperaturos, à quibus nihil ferè perturbationis patiũtur. Nã & pecuniæ amor, & deliciarum ac potentiæ, cęterarúmq; rerum deſiderium facilius ab his, quã à ſecularibus vinci ſubigiq; conſueuit. Vt igitur in prælio & pugna eam belli partẽ leuiorem eſſe dicimus, non ex qua alterni ac iuges mortui ſuper inuicẽ cadunt, ſed ex qua pauciſſimi & rari: ita de his quoq; ſtatuere & decernere debemus. Quippe habendi immodicã cupiditatẽ is longe facilius vincet, qui in montiũ verticibus moratur, quàm qui in medijs in rerũ perturbationibus verſatur: nã iſte quidẽ facillime capitur: cum vero qui *Ephes.5.5.* captus cupiditate iſta fuerit, in eorum numero, qui venerantur ſimulachra & colũt, numerari certũ eſt & definitum. atq; is quidẽ ſi pecunias habuerit, nunquã profectò proximos cõtemnet, ſed ipſas oẽs in illorũ vſus facillime impẽdet: ille autẽ non modo eos aſpernabitur, verũ non ſecus eos atq; alienos tractabit, iniuriiſque & incõmodis omnibus afficiet. Quod profectò genꝰ aliud eſt ſeruiendi idolis, & quidẽ priore illo deterius & grauius. Et quid me neceſſe eſt proſequi reliqua, quæ monachis quidem facillima ad ſuperãdum ſunt, ſeculi autem homines nullo negocio, ingentique facilitate deijciunt? Cur ergo nõ pauidus trepidas, cum ad eam vitam filium adducis, in qua vitijs omnibus capi facillime poſſit? An parum tibi videtur ſeruire idolis, ipſiſque infidelibus deteriorẽ eſſe, deiq; ſeruitium operibus ipſis abnegare, quæ quidem omnia multo facilius hi, qui ſeculo addicti ſunt, patientur, quàm monachi? Vidéſne vt callida tergiuerſatio metus iſte ſit? nam ſi metuendum fuiſſet, non vtique eſſet illis metuendũ, qui fluctus & procellas fugerent, atque omni ſtudio ad portũ feſtinarent:

A τοῖς, μετὰ τοσαύτης πίπτουσιν ὑπερβολῆς, τί ποιήσουσιν ἐν τοῖς ἄλλοις πάθεσιν, ἐν οἷς μᾶλλον ἐνοχλοῦνται τῶν μοναχῶν; ἡ μὲν γὰρ ἐπιθυμία τούτοις σφοδρότερον ἔπεισιν, ἅτε πρὸς γυναῖκας οὐκ ἔχουσιν ὁμιλίαν· τὰ δὲ ἄλλα τούτων μὲν οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι δύναιντ' ἄν· ἐκείνους δὲ κατὰ κράτος ἐλαύνει, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ. εἰ δὲ ἐν οἷς σφοδρότερος ὁ πόλεμος τισί, μᾶλλον τῶν μὴ τοῦτο πασχόντων κρατοῦσιν, εὔδηλον, ὅτι πολλῷ ῥᾷον τούτων ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς οὐκ ἐνοχλοῦνται, στήσονται. B καὶ γὰρ χρημάτων ἔρως, καὶ τρυφῆς ἐπιθυμία, καὶ δυναστείας, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐκολώτερον ὑπὸ τούτων ἢ τῶν βιωτικῶν ἀνύεσθαι πέφυκεν. ὥσπερ οὖν ἐν παρατάξει, καὶ μάχῃ, τοῦτο τοῦ πολέμου τὸ μέρος κουφότερον εἶναι φήσομεν, οὐχ ὅθεν ἐπάλληλοι, καὶ συνεχεῖς πίπτουσιν οἱ νεκροί, ἀλλ' ὅθεν ὀλίγοι, καὶ σπάνιοι, οὕτω καὶ περὶ τούτων ψηφίζεσθαι χρή. καὶ γὰρ πλεονεξίας οὐχ ὁ στρεφόμενος ἐν τῷ μέσῳ, ἀλλ' ὁ καθήμενος ἐν τοῖς ὄρεσιν εὐκολώτερον περιέσται. ἐπεὶ ἐκεῖνός γε, καὶ ἁλώσεται ῥᾳδίως· ἁλόντα δὲ πλεονεξίᾳ μετὰ τῶν C εἰδωλολατρῶν ἀριθμεῖσθαι ἀνάγκη, καὶ τῶν οἰκείων οὗτος μὲν οὐχ αἱρήσεται ὑπεριδεῖν, ἂν ἔχῃ χρήματα, ἀλλ' εὐκόλως αὐτοῖς πάντα προήσεται· ἐκεῖνος δὲ οὐ περιόψεται μόνον αὐτούς, ἀλλὰ καὶ ἀδικήσει τῶν ἀλλοτρίων οὐχ ἧττον· τοῦτο δὲ πάλιν ἑτέρας εἰδωλολατρείας τρόπος τοῦ προτέρου χαλεπώτερος. καὶ τί δεῖ τὰ ἄλλα πάντα λέγειν, τὰ τοῖς μονάζουσι μὲν ὄντα εὐκαταγώνιστα, τοὺς δὲ βιωτικοὺς μετὰ πολλῆς καταβάλλοντα τῆς σφοδρότητος; πῶς οὖν οὐ δέδοικας, οὐδὲ τρέμεις ἐπὶ τοῦτον ἄγων τὸν D βίον, ὅθεν ἁλώσιμος ἔσται τῇ κακίᾳ ταχέως; ἢ μικρὸν εἶναί σοι δοκεῖ εἰδωλολατρεία, καὶ τὸ τῶν ἀπίστων εἶναι χεῖρον, καὶ τὸ τοῦ θεοῦ τὴν δουλείαν διὰ τῶν ἔργων ἐξόμνυσθαι, ἅπερ ἅπαντα πείσονται εὐκολώτερον τῶν μοναχῶν οἱ τῷ βίῳ προσδεδεμένοι; ὁρᾷς, ὅτι σκῆψις ὁ φόβος ἐστίν; εἰ γὰρ δεδοικέναι ἐχρῆν, οὐχ ὑπὲρ τῶν τὰ κλυδώνια φευγόντων, ἀλλ'

Digitized by Google

ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν χειμῶνι, καὶ τῇ ζάλῃ κλυδωνιζομένων. πλείονα γὰρ ἐκεῖ τὰ ναυάγια, τῷ τε πλείονα εἶναι τὰ ἐνοχλοῦντα, καὶ ῥᾳθυμοτέρους τοὺς πρὸς ταῦτα ἵστασθαι μέλλοντας. ἐνταῦθα δὲ οὔτε τοσαῦτα κύματα, καὶ πολλὴ ἡ γαλήνη, καὶ ἡ σπουδὴ μείζων τῶν πρὸς ταῦτα μαχησομένων. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἔρημον ἕλκομεν, οὐχ ἵνα σάκκον ἁπλῶς περιβάλλωνται, οὐδ' ἵνα κλοιὰ περιθῶνται, ἀλλ' ἵνα πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων φύγωσι μὲν κακίαν, ἕλωνται δὲ ἀρετήν. τί οὖν; εἰ γεγαμηκότες φησὶν ἀπολοῦνται πάντες; οὐ τοῦτο λέγω· ἀλλ' ὅτι μειζόνων δεήσονται πόνων, εἰ μέλλοιεν σώζεσθαι, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. τοῦ γὰρ δεδεμένου μᾶλλον ὁ λελυμένος δραμεῖται. ἐκεῖνος οὖν πλείονα ἕξει τὸν μισθὸν, καὶ λαμπροτέρους τοὺς στεφάνους; οὐδαμῶς. ἑαυτῷ γὰρ ταύτην περιέθηκε τὴν ἀνάγκην ἐξὸν μὴ περιθεῖναι. ὥστε ἐπειδὴ σαφῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται, ὅτι τῶν αὐτῶν ἐσμὲν ὑπεύθυνοι τοῖς μοναχοῖς, ἐπὶ τὴν εὐκολωτέραν τρέχωμεν ὁδὸν, καὶ τοὺς υἱοὺς ἐπὶ ταύτην ἕλκωμεν, ἀλλὰ μὴ καταποντίζωμεν, μηδὲ εἰς τὰ τῆς κακίας ἕλκωμεν βάραθρα, καθάπερ ἐχθροὶ, καὶ πολέμιοι. ταῦτα γὰρ εἰ μὲν ἄλλοι τινὲς ἐποίουν, οὐκ ἦν οὕτω δεινόν. ὅταν δὲ οἱ γεγεννηκότες οἱ τῶν βιωτικῶν πεῖραν εἰληφότες πάντων, οἱ διὰ τῶν ἔργων μαθόντες αὐτῶν, ὅτι ψυχρὰ τῶν παρόντων πραγμάτων ἡ ἡδονὴ, οὕτω μαίνονται, ὡς ἑτέρους ἐπὶ ταῦτα ἕλκειν, ἐπειδὴ λοιπὸν ὑπὸ τῆς ἡλικίας αὐτοὶ κεκώλυνται· καὶ δέον ἑαυτοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ταλανίζειν, οἱ δὲ καὶ ἑτέρους ἐμβάλλουσι, καὶ ταῦτα ἐγγὺς ἑστῶτες λοιπὸν τῆς τελευτῆς, καὶ τοῦ δικαστηρίου τε τῶν εὐθυνῶν ἐκείνων, ποία αὐτοῖς ἀπολογία λελείψεται; ποία συγγνώμη; ποῖος ἔλεος; οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων δώσουσι δίκην, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῖς παισὶ τετολμημένων, ἄν τε δυνηθῶσιν αὐτοὺς ὑποσκελίσαι, ἄν τε μή. ἀλλὰ παῖδας ἴσως ἐπιθυμεῖτε παίδων ἰδεῖν. καὶ πῶς οὔπω γενόμενοι πατέρες αὐτοί; οὐ γὰρ δὴ τὸ γεννῆσαι πατέρα ποιεῖ. καὶ τοῦτο αὐτοὶ οἱ γεγεννηκότες συνομολογήσαιεν ἄν, οἱ τοὺς υἱοὺς ὅταν ἴδωσιν εἰς ἔσχατον κακίας ἐλαύνοντας,

A ſed eis qui hyeme ingẽti & turbine inuoluti iactarentur. In vita enim ſeculari & plura ſunt & paratiora naufragia: quòd & plura ſint quæ perturbent, & qui eam vitã degunt, negligẽtiores atque adeò inualidiores ſint, quàm vt aduerſus ea ſtare poſſint. In monachorũ autem vita profectò & fluctus tanti non ſunt, ſed contrà penitus ſerenitas ſumma & tranquillitas & ſtudiũ longe excellentius aduerſus eam fluctuũ rabiem pugnaturorũ. Quocirca nos eiuſmodi ad deſerta pertrahimus, nõ vt cilicio induantur, torquéſve ferreos ſibi B circũdent, aut cinerẽ ſubſternant ſolũ, ſed vt in primis vitia effugiãt eligántq; virtutes. Quid igitur? Omnéſne qui matrimonij vinculis aſtricti ſunt, peribunt? Non equidẽ id dico, ſed maioribus, vt ſeruari poſſint, laborib⁹ eis opus eſſe confirmo, ob immĩnentẽ neceſſitatem. Nam eo qui ligatus fuerit, is qui ſolutus eſt & facilius longe & expeditius curret. Nũ ergo maiore ille idcirco mercede donabitur, illuſtrioribúſq. coronis? Minime vero. Sibi enim ille hãc neceſſitatẽ cõſciuit, cũ liceret effugere, ſi vellet. Quoniã igitur vt apertis docu- C mẽtis declaratũ eſt, ijſdẽ ſum⁹ obnoxij, quibus & monachi: faciliorẽ percurramus viã, liberóſq. noſtros ad eã pertrahamus, non illos demergamus, neq. ad vitiorũ prę̨rupta, tanquã inimici & hoſtes infenſiſſimi præcipitemus. Hæc enim ſi quis alius facere tentaret, nõ eſſet adeo horrendũ & execrãdũ. At vero cum parentes ipſi, qui ſeculariũ rerum omniũ periculum fecerunt, qui rebus ipſis quã ſit friuola & nulla vitæ mortalis voluptas didicerunt, adeò inſaniãt, vt alios quoq. ad eam ipſam trahere nitantur, quia ipſi iam frui per ætatẽ pro- D hibẽtur: cúmq. ſeipſos ex his quæ antè peccauerint infelices & miſeros agnoſcere & dicere haberent, alios in eaſdẽ miſerias præcipitãt: atq. iſta cum iam mors vicina eſt & iudiciũ, horrendiq. illi cruciatus: quænam excuſatio relinquitur? quæ venia? quæ miſericordia? Neque enim ſuorũ tantum peccatorũ pœnas dabunt, ſed eorum quoque quę filij peccarunt, ſiue fallere illi filios potuerint, ſiue non potuerint.

Seculares maiori cum difficultate ſalui fiunt.

CAP. XIV. De cupiditate filios à ſe procreatos relinquendi & ſucceſſores.

At fortaſſe filiorum filios videre cupitis. Quomodo id tandem, cum ipſi nondum facti parentes ſitis? Neque enim patrem facit generatio. Quod ipſi quoque patres teſtari ſolent, qui filios cum viderint ad ſummũ vitiorũ culmen perueniſſe,

quaſi non ſint illi ſui, ſic eos à ſe abij- ciunt & abdicant: neq; generatio ipſa, neque affectus naturalis, neque aliud aliquid eiuſmodi ipſos, quo minus id faciant, continere poteſt. Itaque ne ipſi quidē patres horum digni eſſe iudicentur, quibus philoſophiæ ratione longe inferiores & deteriores ſunt. Sed cum ipſos non minus ſpiritu quàm carne genuerint, tunc etiam nepotes quærant. Nam tunc ſolùm etiam videre eos poterunt. Sunt enim, ſunt profecto illis filij, non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo ipſo generati: atque hi filij, non pecuniarum gratia luctum parentibus, aut mœſtitiā inducunt, nō matrimonij, non alterius cuiuſque rei, ſed omni illos hac cura liberos immunéſque dimittentes, maioribus longe illos, honeſtioribúſq; voluptatibus afficiunt, quam ſi eſſent illi naturales patres. Neque enim eſt eadem vtriuſque generationis ratio, neque vt carnales filij, ita ſpirituales quoque nutriuntur: ſed longe iſti excellētius & dignius, idcirco parentes quoque copioſiore lætitia afficiūt. Illud præterea adijciēdum, quòd hi qui reſurrectionis fidem non ſuſcipiunt, mirum nō eſt ſi in eiuſmodi lugeant & lamententur: quippe quibus ſola hæc poſteritatis ſpes & conſolatio reliqua eſſe videatur. Nos vero qui mortem ſoporem eſſe exiſtimamus, qui edocti ſumus præſentia omnia deſpicere, qua tandem venia digni erimus, ſi in eiuſmodi lugeamus, filióſque videre cupiamus, atque hic relinquere, vnde ipſi tranſire feſtinamus, & vbi cum ſimus ingemiſcimus? Verum iſta ad eos qui capaciores rationis ſunt diximus: ſi qui vero fuerint ſtudioſi corporis, atque huic ſeculo penitus affixi, illud inprimis dicemus, quòd incertum eſt, an ex matrimonio liberi ſint ſecuturi: ſed & ſi nati illi fuerint, maioris inde mœroris occaſio ſequetur. Neq; enim tantum ex iſta liberorum procreatione lætitiæ, quantum ex aſſidua cura & anxietate mœroris acquirimus, dum illis omnia quotidie timere cogimur. Et cui, inquies, villas, ædes, mācipia, aurúmque relinquemus? Nam & iſta illos cōquerētes audio. Ei profecto, qui hæc antea hæreditario iure poſſeſſurus erat, nuncque tanto magis, quanto hæres ipſe & ſecurior & tutior eſt. Hæc enim in vita plurima ſunt, quæ illa corrumpant & demoliantur:

A ὡς οὐκ ὄντας αὐτῶν ἐκβάλλουσι, καὶ ἀπαλλοτριοῦσι, καὶ οὔτε φύσις, οὔτε γέννησις, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, κατασχεῖν αὐτοὺς δύναιτ᾽ ἄν. μὴ τοίνυν μηδὲ πατέρες ἀξιούσθωσαν εἶναι οἱ τοιοῦτοι, ὧν πολὺ κατὰ τὸν τῆς φιλοσοφίας λείπονται λόγον. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον γεννήσωσι, τότε καὶ τοὺς ἐκγόνους ζητησάτωσαν. τότε γὰρ αὐτοὺς καὶ ἰδεῖν δυνήσονται μόνον. εἰσὶ γὰρ αὐτοῖς παῖδες εἰσὶν, οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες τοῦ
B θεοῦ. οὗτοι οἱ παῖδες οὐχ ὑπὲρ χρημάτων ἀναγκάζουσι κόπτεσθαι τοὺς πατέρας, οὐχ ὑπὲρ γάμου, οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἀλλὰ πάσης αὐτοὺς τῆς φροντίδος ἀτελεῖς ἀφέντες, τῶν φυσικῶν πατέρων μείζονι περιέχουσιν ἐντρυφᾷν ἡδονῇ. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τίκτονταί τε, καὶ τρέφονται, οἷσπερ κἀκεῖνοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ πολλῷ μείζοσι, καὶ λαμπροτέροις, διὸ μᾶλλον τοὺς γεγεννηκότας εὐφραίνουσι. χωρὶς δὲ τούτων κἀκεῖνο εἴποιμι ἄν, ὅτι τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας τῇ ἀναστάσει οὐδὲν ἀπεικὸς ὑπὲρ τούτων θρηνεῖν, ἅτε δὴ ταύτης μόνης καταλιπο-
C μένης τῆς παραμυθίας αὐτοῖς· οἱ δὲ τὸν θάνατον ὕπνον ἡγούμενοι, καὶ παιδευόμενοι τῶν ἐνταῦθα πάντων καταφρονεῖν, τίνος ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, θρηνοῦντες ὑπὲρ τούτων, καὶ παῖδας ἐπιζητοῦντες ἰδεῖν, καὶ καταλιπεῖν ἐνταῦθα, ὅθεν ἀποπηδᾷν ἐπειγόμεθα, καὶ ἐνταῦθα ὄντες στενάζομεν; καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν πρὸς τοὺς πνευματικωτέρους εἰρήσθω· εἰ δέ τινες εἶεν φιλοσώματοι, καὶ σφόδρα τῷ παρόντι προσηλωμένοι βίῳ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι πρῶτον ἄδηλον, εἰ καὶ παῖδες ἕψονται τῷ
D γάμῳ πάντως· δεύτερον, ὅτι καὶ γενομένων μείζων ἡ ἀθυμία. οὐ γὰρ τοσαύτην καρπούμεθα εὐφροσύνην, ὅσην λύπην ἀπὸ τῆς καθημερινῆς φροντίδος, καὶ τῆς ἀγωνίας, καὶ τῶν φόβων τῶν δι᾽ αὐτούς. καὶ τίνι φησὶ καταλείψομεν τοὺς ἀγροὺς, καὶ τὰς οἰκίας, τὰ ἀνδράποδα, καὶ τὸ χρυσίον; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀκούω θρηνούντων αὐτῶν. ᾧ καὶ πρὸ τούτων μέλλοντι κληρονομήσειν αὐτὰ, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον νῦν, ἢ πρότερον, ὅσῳ καὶ φύλαξ, καὶ κύριος ἀσφαλέστερος αὐτῶν ἔσται νῦν. τότε μὲν γὰρ πολλὰ ἦν αὐτοῖς τὰ λυμαινόμενα·

quidem, qui valdè philoſophi ſunt, contradixerit: verùm quoniam malè acceptos minimè in luctu, ac lacrymis omne ſuum tempus conſumere oportet, ſed vulnerum quoque curationi plurimum operæ, ſtudiique nauare, ne ſi deſpecta fuerint, maiorem ipſiſmet lacrymis afferant plagam, atque ipſo luctu vehementiorem flammam excitent; æquum profectò fuerit te eam, quæ per ſermones adhibetur, conſolationem minimè repudiare, ac lacrymarum fluuios parumper coërcentem ad breue ſaltem tempus ijs etiam, qui te conſolari aggrediuntur, te ipſam dare. Hæc enim cauſa eſt, cur & nos non in ipſo luctus vigore, neque ſimul ac fulmen decidit, obturbaremus, ſed cunctantes toto hoc intermedio tempore, ac permittentes te ſatiari fletu, quando iam à caligine illa paulùlum oculos attollere, atque aures ijs, qui te conſolari tentarent, præbere potuiſti, tunc ipſi quoque poſt ancillarum ſermones noſtra adiungeremus. Nam cùm adhuc tempeſtas magna eſt, & luctus viget, qui dolorem deponere ſuadet; is eiulatum magis prouocat atque irritat, nihilque aliud lucri reportans, quàm odium, multam ſanè materiem eiuſmodi oratione ſuppeditat igni, ſimúlque de ſe, & inimici, & ſtulti hominis affert opinionem. Verùm quando iam feruor ille deſidere cœpit, ac violentiam fluctuum ſedauit Deus, facilè orationis vela pandemus. Nam mediocri quidē tempeſtate poterit fortaſſe ars ſuum officium facere: at cùm ventorum impetus inuictus fertur, nihil loci eſt peritiæ. His adducti cauſis toto ſuperiore tēpore ſiluimus, ac vix nunc emittere vocem aggreſſi ſumus. Audiuimus enim de patruo tuo confidendū poſthac eſſe: nā & famulas, quæ paulò honoratiores ſint, audere de his reb⁹ prolixos inferre ſermones, & præter domeſticas mulieres, eas etiā, quæ aut genere tibi cognatæ, aut alia quauis ratione ad hoc munus obeundū ſint idoneæ. Quòd ſi illarum ſermones admittis: vt valde cōfidimus, ac pro certo habemus fore, vt noſtros non contemnas, ſed quietem, ac tranquillitatem, quoad poteris, ipſis audiendis adhibeas. Ac ſanè cum muliebris ſexus nunquam non procliuior quodammodo ad concipiendum

A σφόδρα φιλοσοφούντων οὐδεὶς ἀντιρεῖ· ἐπεὶ δὲ τοὺς πληττομένους, οὐκ εἰς πένθος καὶ δάκρυα τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς θεραπείας τῶν τραυμάτων πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν, ὥστε μὴ παροφθέντα μείζονα τοῖς δάκρυσι παρασχεῖν τὴν πληγὴν, καὶ τῆς ὀδύνης σφοδροτέραν τὴν φλόγα ἐργάσασθαι, καλὸν καὶ διὰ τῆς τῶν λόγων ἀνασχέσθαι παρακλήσεως, καὶ τοὺς κρουνοὺς μικρὸν ἀναχοῦσαν τῶν δακρύων, χρόνον γ' οὖν βραχὺν καὶ τοῖς παραμυθεῖσθαί σε ἐπιχειροῦσι παρασχεῖν

B σεαυτήν. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς οὐ παρ' αὐτὴν τοῦ πένθους τὴν ἀκμὴν, οὐδ' ἅμα τῷ κατενεχθῆναι τὸν σκηπτὸν ἐνωχλήσαμεν· ἀλλ' ἀναμείναντες τὸν ἐν μέσῳ τουτονὶ χρόνον, καὶ συγχωρήσαντες ἐμπλησθῆναί σε τῶν ὀδυρμῶν, ὅτε λοιπὸν καὶ διαβλέψαι μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀχλύος ἐκείνης, καὶ τὰς ἀκοὰς παρανοῖξαι δεδύνησαι τοῖς σε παρακαλεῖν πειρωμένοις, τότε καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς τῶν θεραπαινίδων λόγους, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν προστεθείκαμεν. ἔτι μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ὄντος σφοδροῦ, καὶ πολλοῦ τοῦ πένθους πνέοντος, ὁ παρακαλῶν ἀπο-

C σχέσθαι τῆς λύπης, πλέον μὲν παροξύνει πρὸς τὰς οἰμωγὰς, καὶ τὸ μισηθῆναι κερδάνας μόνον, ὕλην αὖ πολλὴν τοῖς τοιούτοις λόγοις παρέσχε τῷ πυρὶ μετὰ τοῦ καὶ ἐχθροῦ καὶ ἀνοήτου δόξαν λαβεῖν. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἤρξατο λήγειν ἡ ζάλη, καὶ τὸ τῶν κυμάτων ἄγριον κατεστόρεσεν ὁ θεὸς, εὐκόλως τοῦ λόγου τὰ ἱστία ἀναπετάσομεν. ἐν συμμέτρῳ μὲν γὰρ χειμῶνι δυνήσεται ἴσως ἡ τέχνη ποιῆσαι τὸ ἑαυτῆς· ὅταν δὲ ἄμαχος ἡ τῶν πνευμάτων ἡ προσβολὴ, τῆς ἐμπειρίας ὄφελος οὐδέν. διὰ ταῦτα πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρό-

D νον σιγήσαντες μόλις καὶ νῦν ἐπεχειρήσαμεν ῥῆξαι φωνὴν, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ θείου ἠκούσαμεν τοῦ σοῦ, ὅτι λοιπὸν χρὴ θαρρεῖν· καὶ γὰρ καὶ τῶν θεραπαινίδων τὰς ἐν τιμῇ, κατατολμᾶν ὑπὲρ τούτων μακροὺς ἀποτείνειν λόγους, τάς τε ἔξωθεν γυναῖκας, καὶ τὰς γένει προσηκούσας, καὶ τὰς ἄλλως πως ἐπιτηδείως ἐχούσας· ὅτι δὲ τοὺς παρ' ἐκείνων δεχομένη λόγους οὐκ ἀτιμάσεις τοὺς παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν καὶ ἀπραξίαν παρέξεις αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, σφόδρα θαρροῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. καὶ ἄλλως μὲν οὖν τὸ γυναικεῖον γένος ἐπιρρεπέστερόν πως ἐστὶ πρὸς

A συμπαθείας· ὅταν δὲ καὶ νεότης προσῇ, καὶ χηρεία ἄωρος, καὶ πραγμάτων ἀπειρία, καὶ φροντίδων ὄχλος πολύς, καὶ ὁ ἐν τρυφῇ καὶ εὐθυμίᾳ καὶ πλούτῳ τὸ ἔμπροσθεν ἅπαντα τετράφθαι χρόνον, πολλαπλάσιον γίνεται τὸ δεινόν, κἂν ἡ τοῦτο παθοῦσα μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃ ῥοπῆς, καὶ ὁ τυχὼν αὐτὴν λογισμὸς καταλῦσαι δυνήσεται· ὅπερ πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς πολλῆς περί σε τοῦ θεοῦ κηδεμονίας τίθεμαι εἶναι τεκμήριον. τὸ γὰρ τοσούτων συνδραμόντων ἐξαίφνης κακῶν μὴ ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ, μηδὲ τῆς κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρενός, οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς βοηθείας B ἦν, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα δυναμένης χειρός, τῆς συνέσεως ἧς οὐκ ἔστιν ἀριθμός· τῆς φρονήσεως, ἧς οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις, τοῦ πατρὸς τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεοῦ πάσης παρακλήσεως. αὐτὸς γὰρ πέπαικεν ἡμᾶς φησι, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς· πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς, καὶ ὑγιάσει ἡμᾶς. ἕως μὲν γὰρ σοι συνῆν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀπήλαυσας μὲν τιμῆς καὶ φροντίδος καὶ σπουδῆς· ἀπήλαυσας δὲ οἷα παρὰ ἀνθρώπου ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν. ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνον ἔλαβε πρὸς ἑαυτὸν ὁ θεός, ἀντ' ἐκείνου σοι γέγονεν αὐτός, καὶ οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, C ἀλλὰ τοῦ μακαρίου προφήτου Δαυΐδ· φησὶ γάρ· ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται, καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸν πατέρα καλεῖ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴν τῶν χηρῶν· οὕτω πολλὴν ὑπὲρ τούτου τοῦ γένους πολλαχοῦ ποιούμενον αὐτὸν ὁρᾷς τὴν σπουδήν. ἵνα δὲ μὴ συνεχῶς τοῦτο λεγόμενον τὸ ὄνομα στρέφῃ σου τὴν ψυχήν, καὶ συγχέῃ σου τὸν λογισμόν, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει ἐπελθόν, ὑπὲρ τούτου διαλεχθῆναι βούλομαι πρότερον, καὶ δεῖξαι, ὅτι οὐ συμφορᾶς, ἀλλὰ τιμῆς ἐστιν ὄνομα, τὸ τῆς χηρείας ὄνομα, καὶ τιμῆς τῆς μεγίστης. μὴ γάρ μοι τὴν τῶν πολλῶν δό- D ξαν τὴν πεπλανημένην εἰς μαρτυρίαν ἀγάγῃς, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, μᾶλλον δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν νομοθεσίαν. ἃ γὰρ ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐλάλει δι' αὐτοῦ, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; τί οὖν φησι; χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα. καὶ πάλιν, νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. δι' ἀμφοτέρων τοῦ πράγματος ἡμῖν τὸ μέγεθος παραστῆσαι βουλόμενος. καὶ περὶ μὲν ἐπισκόπων διαταττόμενος οὐδαμοῦ τίθησιν ἐτῶν

A dolorem eſt; tum verò, cum & iuuentus acceſſerit, & viduitas immatura, & nullus negociorũ vſus, & curarum magna moles; atque illud præterea, omne priſtinum tempus delicijs, hilaritati, diuitijs eſſe innutritum, multis partibus maior redditur calamitas; vt niſi ſupernum adſit auxilium, periculum ſit, ne à qualicumque irruente cogitatione deijciatur: quod equidẽ vel præcipuum, ac maximum diuinæ erga te curæ indicium cenſuerim. Nam quòd tot repente concurrentibus malis non te ægritudo abſorbuerit; nec de naturali B mentis ſtatu ſis deturbata; non id humani alicuius auxilij fuit, ſed omnipotentis illius manus, ſed intelligentiæ illius, cuius nõ eſt numerus, ſed prudentiæ illius, quæ inueſtigari non poteſt, ſed patris miſericordiarum, ac Dei totius conſolationis. Ipſe enim, inquit, verberauit nos, & ipſe ſanabit nos; percutiet, & curabit & ſanos faciet nos. Quamdiu enim tecum vnà viuebat beatus ille vir; capiebas quidẽ fructus honoris, procurationis, ſtudij; capiebas autem, quales ex homine capere par erat. Quoniã verò illum ad ſe vocauit C Deus; ipſe nunc illius loco ſe tibi ſubſtituit: neque hoc meum eſt, ſed beati Prophetæ Dauidis, qui ita, inquit, Pupillum & viduam ſuſcipiet; ac rurſus ipſum vocat patrem pupillorum, & iudicem viduarum, omninoque hoc hominum genus magnæ ipſi curæ eſſe videbis. Cæterùm ne hoc nomen aſſiduè vſurpatum animum tibi deijciat, ac rationem perturbet reputanti in ipſo ætatis flore illud te ſubiiſſe, de hoc mihi primum diſſerendum propoſui, atque oſtendendum, non calamitatis nomen eſſe nomen viduitatis, ſed honoris, & D honoris quidem maximi. Neque enim tu mihi vulgi deprauatam opinionem loco probationis, ac teſtimonij afferas, ſed beati Pauli, vel potius Chriſti decretum, ac legem. Quæ enim ille loquebatur, hæc per ipſum pronunciabat Chriſtus, quemadmodum & ipſe dixit, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Quid igitur, inquit? Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, & rurſus, Adoleſcentiores autẽ viduas deuita, vtroque hoc præcepto rei nobis magnitudinem indicãs. Nam de Epiſcopis quidẽ præcipiens nullibi numerũ annorũ ſtatuit,

Oſee 6.a.

Pſal.145.

Pſal.67.

2.Cor.13.

1.Tim.5.

Ibidem.

hic autem adhibet accuratione. Quid ita? non quidem propterea, quòd viduitas ſacerdotio maior ſit, ſed quoniã maiorem ipſæ, quam illi laborem ſuſtinent, multis vndique negotijs illas circumuenientibus publicis, & priuatis. Etenim quemadmodum ciuitas mœnibus non circundata proiecta eſt, atq. expoſita omnibus, quicumque capere eam voluerint; ita & puella in viduitate ætatem degens, multos habet, qui vndique inſidietur, non ſolum eos, qui pecunijs animum adiecerũt, ſed etiam qui pudicitiam ipſius violare ſtudent. Neque verò has tantum, ſed etiã alias lábendi occaſiones in ipſam incurrere inueniemus. Nam & à familiaribus contemni ſe, & rem per negligentiam perire, nec priſtinam retinere dignitatem, & æquales ſuas, quibuſcum verſari conſueuerant, florẽtes, ac lætas videre, ſæpè autem, & deliciarum cupiditas eò ipſas adduxerunt, vt ſecundis ſe nuptijs illigarent. Nec verò deſunt, quæ legitimo quidẽ matrimonio viris ſe iungere minimè velint, ſed occultè, & clàm. Id autem propterea faciunt, vt encomia viduitatis lucrentur. Ita non ignominiæ, ſed admirationis, atq. honoris plena res ipſa apud homines eſt non modo fideles, verumetiam infideles ipſos. Nam & ego aliquãdo cum eſſem iunior, doctori meo (erat autem ille omnium hominum maximè ſuperſtitioſus) animaduerti matrem meam præ multis magnam excitaſſe admirationem. Nam cum eos, qui ſibi aſſidebant, more ſuo interrogaſſet, cuius ego eſſem; ac reſponſum eſſet, me viduæ mulieris eſſe filiũ; de me quæſiuit ætatem matris, & viduitatis tempus. Cum primum verò audiuit quadraginta annos natam eſſe, vigeſimum verò iam annum agi, ex quo patrem meum amiſerit; obſtupuit planè, atque ad eos, qui aderant cõuerſus, clara voce exclamauit: En quales mulieres apud Chriſtianos ſunt. Tanta non modò apud nos, ſed etiam apud Gentiles viduitatis laus eſt, & admiratio. Quæ omnia conſiderans beatus Paulus dixit, Vidua eligatur non minus ſexaginta annorũ. Neq; verò ex hoc ſolo, quamuis graui ætatis teſtimonio, cõtinuo ſinit, vt in ſacrum hunc adlegatur chorum; ſed alia addit ita ſcibens, In operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit;

Præceptoris Gentilis de matre S. Chryſoſt. iudicium.

Ibidem.

A ἀριθμόν· ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ποιεῖται τὴν ἀκρίβειαν. τί δήποτε; οὐχ ὅτι ἡ χηρεία μείζων ἱερωσύνης ἐστὶν, ἀλλ᾽ ὅτι μείζονα αὗται πόνον ἐκείνων ἔχουσι, περισπωμένων αὐτὰς πολλῶν πολλαχόθεν πραγμάτων δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν. καθάπερ γὰρ πόλις ἀτείχιστος εἰς μέσον ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἁρπάζειν πρόκειται, οὕτω καὶ κόρη χηρείᾳ συζῶσα πολλοὺς ἔχει πανταχόθεν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ τοὺς τῶν χρημάτων αὐτῆς ἐφιεμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν σωφροσύνην αὐτῆς διαφθεῖραι σπουδάζοντας· καὶ οὐ ταύ-
B τας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πρὸς τὸ πεσεῖν αὐτὴν ἀφορμὰς προσγινομένας εὑρήσομεν. καὶ γὰρ οἰκέται καταφρονοῦντες, καὶ πράγματα ἀμελούμενα, καὶ τὸ μηκέτι ἐν τῇ προτέρᾳ εἶναι τιμῇ, καὶ τὸ τὰς ὁμήλικας ἐν τρυφώσας ὁρᾶν, πολλάκις δὲ καὶ τὸ τρυφῆς ἐπιθυμεῖν, δευτέροις αὐτὰς ἔπεισεν ὁμιλῆσαι γάμοις· εἰσὶ δὲ αἳ νόμῳ μὲν γάμου οὐκ ἐθέλουσι συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσι· λάθρα δὲ καὶ μετὰ τοῦ κρύπτεσθαι. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῆς χηρείας καρπώσωνται, οὕτως οὐκ ἐπονείδιστον, ἀλλὰ θαυμαστὸν καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πρᾶγμα παρὰ ἀν-
C θρώποις εἶναι δοκεῖ, οὐ παρ᾽ ἡμῖν μόνον τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις αὐτοῖς. καὶ γὰρ ἐγώ ποτε νέος ἔτι ὢν, τὸν σοφιστὴν τὸν ἐμὸν, πάντων δὲ ἀνδρῶν δεισιδαιμονέστερος ἐκεῖνος ἦν, οἶδα ἐπὶ πολλῶν τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν θαυμάζοντα. τῶν γὰρ παρακαθημένων αὐτῷ πυνθανόμενος, οἷα εἰώθει, τίς εἴην ἐγὼ, καί τινος εἰπόντος, ὅτι χήρας γυναικὸς, ἐμάνθανε παρ᾽ ἐμοῦ τήν τε ἡλικίαν τῆς μητρὸς, καὶ τῆς χηρείας τὸν χρόνον. ὡς δὲ εἶπον, ὅτι ἐτῶν τεσσαράκοντα γεγονυῖα εἴκοσι ἔχει λοιπὸν, ἐξ οὗ τὸν πατέρα ἀπέβαλε τὸν
D ἐμὸν, ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεβόησε μέγα, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἰδών· βαβαὶ, ἔφη, οἷαι παρὰ Χριστιανοῖς γυναῖκές εἰσι· τοσοῦτος οὐ παρ᾽ ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἔξωθεν τὸ πρᾶγμα ἀπολαύει τοῦ θαύματος καὶ τοῦ ἐπαίνου. ἅπερ ἅπαντα συνιδὼν ὁ μακάριος Παῦλος, ἔλεγε· χήρα καταλεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν χρόνων μαρτυρίαν ἀφίησιν αὐτὴν εἰς τὸν ἅγιον τοῦτον τελέσαι χορὸν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστίθησι λέγων, ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας

ἐνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. βαβαὶ τῆς δοκιμασίας καὶ τῆς βασάνου· ὅσην παρὰ τῆς χήρας ἀπαιτεῖ τὴν ἀρετὴν, καὶ πῶς ἀκριβολογεῖται. οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐποίησεν, εἰ μὴ πρᾶγμα τίμιον καὶ σεμνὸν ἔμελλεν ἐμπιστεύειν αὐτῇ. καὶ νεωτέρας δέ φησι χήρας παραιτοῦ· εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησιν. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι. διὰ τούτου γὰρ ἡμῖν τοῦ ῥήματος αἰνίττεται, ὅτι αἱ τοὺς ἄνδρας ἀποβαλοῦσαι ἀντ' ἐκείνων ἁρμόττονται τῷ Χριστῷ. ὅρα πῶς δείκνυσι τὴν ἁρμονίαν ταύτην κούφην καὶ ἐπιεικῆ, τοῦτο τίθησι· λέγω δὲ ὅ, ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι, καθάπερ τινὸς ἀνδρὸς ἐπιεικοῦς, καὶ οὐ μετ' ἐξουσίας αὐταῖς κεχρημένου, ἀλλ' ἐῶντος ἐν ἐλευθερίᾳ ζῇν. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὸν λόγον ἔστησεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθι πάλιν πολλὴν ὑπὲρ αὐτῆς τὴν φροντίδα πεποίηται λέγων· ἡ δὲ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκεν. ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη, ἤλπισεν ἐπὶ τὸν θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς ἡμέρας καὶ νυκτός. καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων φησί· μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ. εἶδες ὅσα τῆς χηρείας τὰ ἐγκώμια, καὶ ταῦτα ἐν τῇ καινῇ, ὅτε καὶ ὁ τῆς παρθενίας διέλαμψε καλὸς, ἀλλ' ὅμως, οὐδὲ τότε ταῖς μαρμαρυγαῖς αὐτῆς ἀποκρύψαι ἴσχυσεν ἡ ταύτης φαιδρότης, ἀλλὰ διαλάμπει καὶ οὕτω τὴν οἰκείαν ἔχουσα ἀρετήν. ὅταν οὖν μνημονεύωμεν μεταξὺ χηρείας, μὴ καταπέσῃς μηδὲ ὄνειδος ὁ πρᾶγμα νόμιζε· εἰ γὰρ τοῦτο ἐπονείδιστον, πολλῷ μᾶλλον ἡ παρθενία, ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι, μὴ γένοιτο. ὅπου γὰρ ταῖς ἔτι περιόντων ἀπεχομένας τῶν ἀνδρῶν θαυμάζομεν ἅπαντες, καὶ ἀποδεχόμεθα ταῖς καὶ ἀπελθόντων αὐτῶν τὴν αὐτὴν περὶ αὐτοὺς ἐπιδεικνυμένας εὔνοιαν, πῶς οὐκ ἐκπλήττεσθαι δεῖ καὶ ἐπαινεῖν; ἕως μὲν οὖν, ὅπερ ἔφθην, συνῆς τῷ μακαρίῳ Θηρασίῳ καὶ τιμῆς καὶ προνοίας ἀπέλαυσας, οἵας παρὰ ἀνθρώπου ἀπολαύειν εἰκός· νῦν δὲ εἰς τὴν ἐκείνου τάξιν ἔχεις τὸν ἁπάντων δεσπότην θεὸν, ὃς καὶ πάλαι σου προέστη, μειζόνως καὶ μετὰ πλείονος τοῦτο ποιήσει τῆς σπουδῆς νῦν, καὶ τῆς πολλῆς αὐτοῦ προνοίας οὐ μικρὸν, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, τεκ-

A ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonũ ſubſequuta eſt. O diligentiam, ac ſubtilitatem in probando. Quantam à vidua requirit virtutẽ, & quàm ſubtiliter omnia perſequitur? hanc ſanè operam non ſumpturus, niſi munus honeſtatis, ac dignitatis plenum illi commiſſurus fuiſſet. At verò cum dixiſſet, Adoleſcentiores autem viduas deuita; cauſam quoque adiungit: Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt. His enim verbis illud nobis ſignificat, mulieres, quæ viros amiſerunt, in illorum locum B aptari, & iungi Chriſto. Quò autem oſtendat hanc adiunctionem eſſe ſuauem, ac lenem; ita inquit, Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt. Quaſi de viro quodam leni, ac probo loquens, quiq. non illis pro imperio vtatur, ſed libertate frui permittat. Nec verò hactenus orationem produxiſſe ſatis habuit; ſed & aliunde rurſus magnæ ſibi illas curæ eſſe declarauit, ita ſcribens. Nam quæ in delicijs eſt, viuens mortua eſt, quæ autem verè vidua eſt, & deſolata, ſperauit in Deũ, & inſtat obſecrationibus, & orationib. *Ibidem.* C nocte ac die. Et ad Corinthios ſcribẽs inquit, Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit. *1.Cor.7.* Vides quanta viduitatis encomia. Atque hæc quidẽ in noua lege, quãdo iam Virginitatis decus ſummoperè emicuit. Verũtamen neque huius ſplendor viduitatis luminibus officere potuit, ſed & ipſa elucet adhuc ſuã habens virtutem. Quotieſcumque igitur inter dicendum viduitatis mentionem faciemus; ne animo concidas, nec rem turpem exiſtimes. Nam ſi viduitas turpis, multo turpior virginitas. Sed non eſt, non eſt; procul à nobis abſit iſta opi- D nio. Quãdo enim eas, quæ viris adhuc ſuperſtitibus continentiam ſeruant, omnes admiramur, & commẽdamus; cur non eas, quæ poſt virorum obitum eandem illis beneuolentiam præſtant, laudib⁹ & admiratione proſequamur? Donec igitur, quẽadmodum dicebam, cum beato Theraſio viuebas, eum ille tibi honorem, tuorúmq. cõmodorum ſtudiũ præſtitit, cuiuſmodi ab optimo viro expectãda erant. Nunc autẽ illius loco habes Dominum omniũ Deum; qui cum antea tibi affuit; tum verò id nũc multò impẽſius, ac cumulatius faciet. Atqui ſtudij erga te ſui, & procurationis non minimũ, quẽadmodũ antea dicebã,

indiciũ iã nobis dedit, in hoc curarum, atque ægritudinis incendio incolumẽ te præſtans, nec permittens, vt quicquã incõſiderate in te admitteres. Qui autem tanta tempeſtatis vi incumbẽte naufragiũ fieri minimè permiſit, multo magis tranquillo iam mari cuſtodiet animã tuam, & leuem reddet viduitatem, atque ea, quæ ex ipſa oriri videntur mala. Quòd ſi nõ viduitatis nomen te diſcruciat, ſed talis viri iactura: ego etiã tibi planè aſſentior in toto terrarũ orbe paucos ex viris ſecularibus extitiſſe viri tui ſimiles, tanta humanitate, probitate, modeſtia, integritate, prudentia, innocentia præditos. Verũm, ſi quidem penitus interijſſet, atque in nihilum abijſſet; mœrendum, ac dolendum erat: ſin autẽ ad quietum, placidúmq. delatus eſt portũ, atq. ad ſuum verè Regem profectus eſt; nullus hic lacrymis, ſed lætitiæ locus eſt. Etenim hæc mors non eſt mors, ſed migratio ac domicilij mutatio à deterioribus ad meliora, à terra ad cœlũ, ab hominibus ad Angelos, & Archangelos, atque adeò ipſum Archangelorum dominum. Nam hic quidem, dum in terris Imperatori militabat; multa erant expectanda diſcrimina, multæ ab inuidis inſidiæ. Quò enim magis illius exiſtimatio, & gloria augebatur; eò plures, atque acriores in ipſum excitabantur inimicitiæ. Illic autem profectò nihil eiuſmodi metuendum eſt. Quamobrem quantum luges, cùm tam commodus, ac bonus eſſet, iuſſum eſſe ad Deũ ire; tantum lętari oportet, magna illum cum ſecuritate, & gloria profectũ eſſe, & à periculorum, quæ hic imminebãt, tumultu liberum, pacatam, placidiſſimámq. vitam viuere. Quàm enim abſurdum eſt fateri quidem cœlum terra longè melius eſſe, ac tamẽ eos, qui hinc eò cõmearunt, luctu proſequi? Nam ſi beatus iſte ex illorũ hominum numero fuiſſet, qui turpiter, ac Deo minimè probati vixerunt; profectò non ſolum mortuus, ſed etiam viuens, fletu, atq. eiulatu proſequendus erat. Nunc verò, quando & ipſe vnus ex Dei amicis erat; non ſolum viuẽti, ſed etiam ſomnum ſuum dormienti gratulãdum eſt. Audiſti ſanè ex beato Paulo, faciẽdum hoc eſſe, cũ ita diceret, Phil. 1. 23. longe ſatius eſt diſſolui, & eſſe cum Chriſto. At fortè voces illius audire cupis tuóque erga

A μέγιστον ἔδειξεν ἡμῖν ἤδη, ἐν τοσαύτῃ καμίνῳ φροντίδων καὶ λύπης, ὑγιῆ καὶ ἀνέπαφόν σε διαφυλάξας, καὶ μηδὲν ἀφεὶς τῶν ἀβουλήτων παθεῖν· ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ σάλῳ μηδὲ συγχωρήσας γενέσθαι ναυάγιον, πολλῷ μᾶλλον ἐν γαλήνῃ διατηρήσει τὴν σὴν ψυχὴν, καὶ κούφην ποιήσει τὴν χηρείαν, καὶ τὰ ἐκ ταύτης δοκοῦντα εἶναι δεινά· εἰ δέ σε οὐ τὸ τῆς χηρείας ὄνομα θορυβεῖ, ἀλλὰ τὸ ἄνδρα τοιοῦτον ἀποβαλεῖν· συνομολογῶ μέν σοι κἀγὼ, πανταχοῦ γῆς ὀλίγους γεγενῆσθαι τοιούτους ἐν ἀνδράσι βιωτικοῖς, φιλοστόργους, B ἐπιεικεῖς, ταπεινοὺς, ἀφελεῖς. Ἀλλ' εἰ μὲν διελέλυτο παντελῶς, καὶ εἰς τὸ μηδὲν ἐληλύθει, ἔδει θορυβεῖσθαι καὶ ἀλγεῖν· εἰ δὲ εἰς τὸν εὔδιον κατέπλευσε λιμένα, καὶ πρὸς τὸν ὄντως αὐτοῦ βασιλέα ἀποδεδήμηκεν, οὐ πενθεῖν ὑπὲρ τούτων, ἀλλὰ καὶ χαίρειν δεῖ. οὐ γὰρ θάνατος ὁ θάνατος οὗτος, ἀλλ' ἀποδημία καὶ μετάστασίς τις ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω, ἀπὸ τῆς γῆς πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων δεσπότην. ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς στρατευόμενον βασιλεῖ, καὶ κινδύ- C νους ἦν προσδοκᾶν, καὶ πολλὰς παρὰ τῶν φθονούντων τὰς ἐπιβουλάς. ὅσῳ γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς εὐδοκιμήσεως ηὔξετο· τοσούτῳ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπλεόναζεν. ἐκεῖ δὲ ἀπελθόντα οὐκ ἔστιν ὑποπτεῦσαι τούτων οὐδέν· ὥστε ὅσον ἂν πενθῇς, ὅτι χρηστὸν ὄντα καὶ ἐνάρετον ἔλαβεν ὁ θεός· τοσούτῳ χαίρειν δεῖ, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς δόξης ἀποδεδήμηκε, καὶ τῆς ἐν τῷ παρόντι κινδύνῳ ταραχῆς ἀπαλλαγεὶς, ἔστιν ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ πολλῇ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὸν μὲν οὐρανὸν πολλῷ D βελτίω τῆς γῆς εἶναι ὁμολογεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ ταύτης ἐκεῖ μεταστάντας πενθεῖν; εἰ μὲν γὰρ τῶν αἰσχρῶς βεβιωκότων καὶ παρὰ τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἦν, ἔδει κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, οὐκ ἀπελθόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντα ἐκεῖνον. ἐπειδὴ δὲ τῶν αὐτοῦ φίλων καὶ οὗτος εἷς ἐτύγχανεν ὤν· οὐ ζῶντι μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμηθέντι συνησθῆναι χρή. καὶ ὅτι τοῦτο ποιεῖν δεῖ, τοῦ μακαρίου Παύλου πάντως ἤκουσας λέγοντος· τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· ἀλλὰ ῥημάτων ἴσως ποθεῖς ἀκοῦσαι τῶν ἐκείνου, καὶ φιλίας ἀπολαυ-

Digitized by Google

A σαι τῆς πρὸς αὐτὸν, καὶ συνήθειαν ἐπιζητεῖς, καὶ δόξαν τὴν δι' αὐτὸν, καὶ λαμπρότητα, καὶ τιμὴν, καὶ ἀσφάλειαν, καὶ ταῦτά σοι πάντα φροῦδα γενόμενα θορυβεῖ καὶ σκοτοῖ. τὴν μὲν οὖν φιλίαν τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἔξεστί σοι φυλάττειν καὶ νῦν ὁμοίως, ὥσπερ καὶ πρότερον. τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀγάπης δύναμις, οὐ τοὺς παρόντας μόνον καὶ πλησίον ὄντας ἡμῶν καὶ ὁρωμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς μακρὰν ἀφεστῶτας περιλαμβάνει, καὶ συγκολλᾷ, καὶ συνδεῖ· καὶ οὔτε χρόνου πλῆθος, οὔτε ὁδοῦ διάστημα, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ψυχῆς φιλίαν διακόψαι δύναιτ' ἂν καὶ διατεμεῖν. εἰ δὲ καὶ πρόσωπον αὐτὸν βού- B λει πρὸς πρόσωπον ἰδεῖν· τοῦτο γὰρ οἶδα ὅτι μάλιστα ποθεῖς, διαφύλαξον αὐτῷ τὴν εὐνὴν ἀνέπαφον ἀνδρὸς ἑτέρου, καὶ βίον ἐπιδείξασθαι σπούδασον ἴσον ἐκείνῳ, καὶ πάντως εἰς τὸν αὐτὸν ἀπελεύσῃ χορὸν αὐτῷ, οὐ πέντε ἔτη καθάπερ ἐνταῦθα, οὐδὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, οὐδὲ χίλια καὶ δὶς τοσαῦτα, οὐδὲ μυρία, καὶ πολλάκις τοσαῦτα, ἀλλὰ τοὺς ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας συνοικήσουσα. τοὺς γὰρ τῆς ἀναπαύσεως τόπους ἐκείνους, οὐχ αἱ συγγένειαι αἱ σωματικαὶ, ἀλλ' ἡ τῶν βίων ἰσότης κληρονομεῖν C πέφυκεν. εἰ γὰρ τὸν Λάζαρον ἀγνῶτα ὄντα τῷ Ἀβραὰμ εἰς τοὺς αὐτοὺς αὐτῷ κόλπους ἤγαγε καὶ πολλοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν μετ' ἐκείνου ἀνακλιθῆναι παρασκευάζει τὸ τῆς πολιτείας ἀπαράλλακτον· καὶ σὲ μετὰ τοῦ καλοῦ Θηρασίου ὁ τῆς ἀνέσεως ἐκδέξεται τόπος, ἂν ἐκείνῳ τὸν βίον θέλῃς ἐπιδείξασθαι τὸν αὐτόν· καὶ τότε αὐτὸν οὐκ ἐν τούτῳ τῷ κάλλει τοῦ σώματος, ὅπερ ἔχων ἀπῆλθεν, ἀπολήψῃ πάλιν, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ τινὶ μαρμαρυγῇ καὶ φαιδρότητι, μᾶλλον τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀπολαμπούσῃ. D τοῦτο γὰρ τὸ σῶμα, κἂν ἐν ὕψει τύχῃ πολλῷ, φθαρτὸν ὅμως ἐστί· τὰ δὲ σώματα τῶν εὐηρεστηκότων τῷ θεῷ τοσαύτην ἐνδύσεται δόξαν, ὅσην οὐδὲ ἰδεῖν ἔνι τούτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τούτων ἡμῖν σημεῖά τινα καὶ ἴχνη ἀμυδρὰ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ δοθῆναι παρεσκεύασεν ὁ θεός. ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πρόσωπον τοῦ Μωϋσέως, τοσαύτη κατελάμπετο δόξα ποτὲ, ὡς ἀπρόσιτον εἶναι τοῖς τῶν Ἰσραηλιτῶν ὀφθαλμοῖς· ἐν δὲ τῇ καινῇ τούτου πολλῷ πλέον ἐξέλαμψε τὸ τοῦ Χριστοῦ. εἰπὲ γάρ μοι, εἰ βα-

A illum amore frui, &conſuetudinem requiris,& gloriam, ſplendorẽ,decus,ſecuritatẽ, quæ ab illo in te redundabãt, atque hæc omnia perijſſe ægrè fers, & quaſdã quaſi tenebras mẽti tuæ offundi ſentis. Verumenimuerò tuã quidem erga illum amicitiam æquè tibi nunc, atque antea tueri licet. Talis enim eſt charitatis natura,& potentia: non ſolũ præſentes, ac proximos, quique ob os, atq. oculos verſantur, ſed eos etiã, qui longè abſunt,cõplectitur,conglutinat, coniungit: ac neque temporis longinquitas,neque locorum interualla,neq. aliud huius generis quicquã interrum- B pere; ac diſcindere animæ amicitiam poteſt. Quòd ſi præſens præſentem intueri cupis (non enim me fugit id tibi eſſe maximè in optatis) cuſtodi illi lectum alteri viro minimè peruium, incumbe in eam curã,vt eadẽ in te,atque in illo vitę, morũmq. probitas eluceat, ac ſine dubio ad eundem cum ipſo peruenies chorum, atque vnà cum eo habitabis non quinque annos, quemadmodum hic, non viginti, non centum, non mille,aut bis mille,aut decem millia, aut multò plures, ſed planè infini- C tos, & infinita ſecula. Regiones enim illas recreationis,& pacis,nõ cognationes ad corpus pertinentes, ſed vitæ ſimilitudo apta eſt, quæ hæreditate obtineat. Nam ſi eadem ſuſcepta viuendi ratio Lazarum Abrahę ignotũ in ſinum illius adduxit,multóſq. facit ab Oriente, & Occidente cum illo recumbere: profectò te quoque vna cum optimo Theraſio locus quietis excipiet, ſi eandem, atque ille, colere volueris vitam, túncque ipſum non cum hac corporis pulchritudine, qua præditus abijt iterum recipies, ſed cũ alio quodã ſplen- D dore, ac venuſtate, quæ ipſos Solis radios fulgore vincat. Etenim hoc quidẽ corpus, etiã ſi ad ſummum pulchritudinis gradũ peruenerit, mortale tamen eſt. Corpora autẽ eorum, qui Deo placuerunt, tantam induent gloriã, quantam ne intueri quidem his oculis licet. *Quanta ſit futura gloria corporũ in beatis.* Atque harum quidẽ rerum ſigna quædam ac leuiter preſſa veſtigia, & in vetere, & in nouo teſtamento nobis oſtendit Deus. Nam illic quidem Moſis *2.Cor.3.7.* facies tanta fulgebat gloria, vt eam oculi Iſraëlitarum ferre minimè poſſent. In nouo autem longe magis fulſit Chriſti facies. Quæro igitur ex te, ſi

quis tibi pollicitus eſſet ei ſe totius orbis regnum traditurũ, ſed ob hanc cauſam iuſſiſſet viginti ipſos annos te ſecedere, atque ijs tranſactis diademate, ac purpura ornatum eum tibi traditurum promiſiſſet, téq. in eodem, atque illum honoris gradu collocaturum: nónne ſeceſſionem iſtam æquo animo, & ea, quæ te decet, modeſtia tuliſſes? nónne munus præclarum, rémque omnibus votis optandã duxiſſes? Obdura igitur & nunc, non regni terreni, ſed cœleſtis cauſa, nõ vt veſte aurea, ſed immortalitate indutũ recipias, & gloria, quantam eos, qui in cœlis degunt, habere cõſentaneum eſt. Quòd ſi valde tibi intolerãda videtur temporis longinquitas, veriſimile eſt illum tibi interdum in ſomnijs adſtare, & quę conſueuerat tecum colloqui, & optatã faciem oſtendere. Hoc te loco epiſtolarum cõſoletur: quinimo id maiorem epiſtolis vim habet. In illis enim literas tantum cernere licet: hîc verò, & formam vultus, & riſum tranquillum, & figuram, & inceſſum, & ſonum audire, & amicam illam vocem agnoſcere. Cæterùm quoniam ſecuritatis præterea ratio, quæ ex illo tibi aderat, te ad fletum impellit, fortaſſe etiam ſpes illæ, quæ ſeſe oſtendebant maioris dignitatis, & amplitudinis: (audiui enim citò futurũ fuiſſe, vt ille ad conſularem thronum aſcenderet, ídq. tibi omnium acerbiſſimum viſum eſſe, ac pręcipuè animum tuum, excruciare puto) illos tibi ante oculos pone, qui cum ad maiorem, quàm ille, dignitatem euecti eſſent, valde miſerabilem vitam egerũt. Reuocabo autem

Theodorũ Siculum in memoriam reuocat.

tibi in memoriam Theodorum illum Siculum, fortaſſe audiſti, erat enim in primis notus, & celebris. Hic & pulchritudine, & magnitudine corporis, & auctoritate apud Imperatorem omnibus præſtans, qui ea poterat, quæ interiorum familiariũ nemo, proſperam illam fortunã non moderatè tulit, ſed inſidiatus Imperatori, ac deprehenſus, ipſe quidẽ valde miſerabiliter obtruncatus eſt, ipſius autem vxor neque educatione, neque genere, neque vlla alia re nobilitati tuæ concedens, omnibus repente rebus ſuis ſpoliata, ac libertate amiſſa cubicularijs ancillis adnumerata, ac nulla nõ ancilla miſeriorem, ac magis lacrymabilem vitã agere coacta eſt, hoc vno cæteras antecellens, quòd

A σιλέα τις αὐτὸν ἐπηγγέλλετο πάσης ποιῆσαι τῆς
γῆς· εἶτα ἐτῶν εἴκοσι χρόνον ἀποστῆναί σε ἐκέ-
λευσεν ὑπὲρ τούτου, καὶ μετὰ ταῦτά σοι μετὰ
τοῦ διαδήματος καὶ τῆς ἁλουργίδος ἀποδώσειν
αὐτὸν ἔλεγε, καὶ πάλιν τοῦτον εἰς τὴν αὐτὴν
τάξιν ἐκείνῳ ἥξειν, ἆρα οὐκ ἂν τὸν χωρισμὸν
πράως ἤνεγκας, καὶ μετὰ σωφροσύνης τῆς πρε-
πούσης; ἆρα οὐκ ἂν ἠσμένισας τῇ δωρεᾷ, καὶ
πρᾶγμα εὐχῆς ἄξιον εἶναι ἐνόμισας; τοῦτο τοί-
νυν ἀνάσχου καὶ νῦν, οὐχ ὑπὲρ βασιλείας τῆς
ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἐν οὐρανοῖς· οὐχ ἵνα
B ἱμάτιον χρυσοῦν φοροῦντα ἀπολάβῃς, ἀλλ'
ἵνα ἀφθαρσίαν καὶ δόξαν, ὅσην τοὺς ἐν οὐρανοῖς
διάγοντας ἔχειν εἰκός, εἰ δὲ σφόδρα ἀφορήτως
ἔχεις πρὸς τὸ τοῦ χρόνου μακρόν, εἰκὸς αὐτὸν καὶ
δι' ὀνειράτων ἐπιστῆναί σοί ποτε, καὶ διαλέγε-
σθαι τὰ ἐν συνηθείᾳ, καὶ δείξειν ὄψιν τὴν πο-
θουμένην, τοῦτό σοι ἀντὶ τῶν ἐπιστολῶν ἔστω πα-
ραμύθιον· μᾶλλον δὲ τοῦτο καὶ ἐπιστολῶν τρα-
νότερον. ἐκεῖ μὲν γὰρ γράμματα μόνον ἐστὶν
ἰδεῖν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τύπον ὄψεως, καὶ γέλωτα
προσηνῆ, καὶ σχῆμα, καὶ βάδισιν, καὶ ἠχῆς ἀκοῦ-
σαι, καὶ φωνὴν ἐπιγνῶναι τὴν φιλτάτην. ἐπεὶ
C δὲ καὶ ὑπὲρ ἀσφαλείας θρηνεῖς, ἣν δι' ἐ-
κεῖνον πάλαι ἐκέκτησο, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μεί-
ζους ἐμφαίνειν ἐλπίδας εὐδοκιμήσεως· (καὶ γὰρ
ἤκουον εὐθέως ἐπὶ τὸν τῶν ὑπάρχων θρόνον
ἥξειν αὐτόν· ὃ μάλιστα πάντων οἶμαι συστρέφει
σου τὴν ψυχὴν καὶ συγχεῖ·) ἐννόησον τοὺς ἐπὶ
μείζονος ἀξιώματος ὄντας ἐκείνου, καὶ τὸν βίον
σφόδρα ἐλεεινῶς καταστρέψαντας. ἀναμνήσω
δέ σε· Θεόδωρον ἴσως ἀκούεις τὸν ἀπὸ Σικε-
λίας, καὶ γὰρ τῶν σφόδρα ἐπισήμων ἐτύγχανεν
ὤν· οὗτος καὶ κάλλει καὶ μεγέθει σώματος, καὶ παρ-
D ῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα πάντων κρατῶν,
καὶ δυνάμενος ὅσα τῶν ἔνδον στρεφομένων οὐ-
δείς, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐπραγίαν πράως ἐ-
κείνην· ἀλλ' ἐπιβουλεύσας βασιλεῖ καὶ ἁλούς,
αὐτὸς μὲν ἀπετμήθη σφόδρα ἐλεεινῶς· ἡ δὲ
τούτου γυνή, καὶ ἀναστροφῆς καὶ γένους καὶ τῶν ἄλ-
λων ἁπάντων οὐδὲν ἔλαττον ἔχουσα τῆς εὐ-
γενείας τῆς σῆς, πάντων ἄφνω γυμνωθεῖσα τῶν
αὐτῆς, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσοῦσα ταῖς τα-
μιακαῖς ἐρίθοις ἐγκατελέγετο, καὶ πάσης θερα-
παινίδος οἰκτρότερον ζῆν ἠναγκάζετο βίον, το-
σοῦτον ἔχουσα τῶν ἄλλων πλέον, ὅσον διὰ

τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς, ἐδακρύετο παρὰ τῶν ὁρώντων ἁπάντων αὐτήν. λέγεται δὲ καὶ Ἀρτεμισία ἀνδρὸς σφόδρα εὐδοκίμου γεγαμημένη γυνή· ἐπειδὴ κἀκεῖνος τυραννίδος ἐπεθύμησεν· οὕτως εἰς ταύτην τὴν πενίαν ἐλθεῖν καὶ τὴν πήρωσιν. τό τε γὰρ μέγεθος τῆς ἀθυμίας, τό τε πλῆθος τῶν δακρύων, ἔσβεσεν αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ νῦν τῶν χειραγωγησόντων δεῖται καὶ πρὸς τὰς ἑτέρων ἀξόντων θύρας, ἵνα τῆς ἀναγκαίας οὕτως εὐπορεῖν ἔχῃ τροφῆς. καὶ πολλὰς ἂν ἑτέρας εἶχον οἰκίας εἰπεῖν οὕτω κατενεχθείσας, εἰ μὴ τήν τε εὐλάβειαν καὶ τὴν σύνεσιν τῆς σῆς ἠπιστάμην ψυχῆς, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν τῆς οἰκείας συμφορᾶς παραμυθίαν βουλομένην εὑρεῖν. καὶ τούτων δὲ, ὧν ἐμνήσθην, δι' οὐδὲν ἕτερον ἐμνήσθην νῦν, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι τὰ ἀνθρώπινα οὐδέν ἐστι πράγματα· ἀλλ' ἀληθῶς, ὡς ὁ προφήτης φησί, πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλεῖον λάμψῃ, τοσούτῳ μείζονα τὴν ἔλασιν ἐργάζεται, οὐ τὰ τῶν ἀρχομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν βασιλευόντων αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροι τις οἰκίαν ἰδιωτικὴν τοσούτων ἐμπεπλησμένην συμφορῶν, ὅσων τὰ βασίλεια γέμει τῶν κακῶν. καὶ γὰρ ὀρφανίαι ἄωροι, καὶ χηρεῖαι, καὶ θάνατοι βίαιοι, καὶ τῶν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ᾀδομένων πολλῷ πικρότεροι μάλιστα εἰς ταύτην κατασκήπτουσι τὴν ἀρχήν. καὶ ἵνα τὰ παλαιὰ ἀφῶμεν τῶν βασιλευσάντων ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ἐννέα γεγενημένων ἁπάντων, δύο μόνοι κοινῷ θανάτῳ τὸν βίον κατέλυσαν. τῶν δὲ ἄλλων, ὁ μὲν ὑπὸ τυράννου, ὁ δὲ ἐν πολέμῳ, ὁ δὲ ὑπὸ τῶν ἔνδον φυλαττόντων αὐτὸν ἐπιβουλευθεὶς, ὁ δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ χειροτονήσαντος, καὶ τὴν ἁλουργίδα περιθέντος αὐτῷ· αἱ δὲ τούτοις συνοικήσασαι γυναῖκες, αἱ μὲν ὥς φασι φαρμάκοις ἀπέθανον, αἱ δὲ ὑπὸ τῆς ἀθυμίας αὐτῆς. τῶν δὲ ἔτι περιουσῶν ἡ μὲν παῖδα ἔχουσα ὀρφανὸν τρέμει καὶ δέδοικε, μή τις αὐτὸν τῶν κρατούντων φόβῳ τῶν μελλόντων ἀνέλῃ· ἡ δὲ μόλις πολλῶν δεηθέντων, ἀπὸ τῆς ὑπερορίας ἐπανῆλθεν, εἰς ἣν αὐτὴν ὁ κρατῶν ἐξέβαλε πρότερον. τοῖς δὲ τοῖς νῦν βασιλεῦσι συνοικουσῶν ἡ μὲν ἀπὸ τῶν προτέρων ἀναπνεύσασα συμφορῶν, ἀναμεμιγμένην ἔχει πολλὴν τῇ ἡδο-

A propter non cõparabilem calamitatis magnitudinem, lacrymas eorum omnium, qui ipſam aſpicerent, eliciebat. Fertur etiã Artemiſia viro valde claro nupta, quoniam & ille tyrannidem affectauit, in eandẽ incidiſſe paupertatẽ, ac præterea oculis eſſe capta. Nam magnitudo ęgritudinis,& lacrymarũ multitudo lumina extinxit. Ac nunc quidem hominibus eget, qui deducant, atque ad alienas portas adducant; vt hoc modo neceſſarium ſibi victum comparare queat. Nec verò aliæ familiæ deſunt itidem deiectæ, ac proſtratæ, quas
B cõmemorem; niſi probitatem, ac prudentiã tuã probe noſſem, quæ minimè ex alienis malis calamitati tuę cupis ſolatium adhibere. Neq; verò hæc exempla, quę cõmemorauimus, aliã ob cauſam cõmemoraui, quàm vt intelligas res humanas nihil eſſe, veréque à Propheta eſſe dictum, Omnis gloria homi- Eſa.40.6.
nis, vt flos fœni. Quò enim altius euehuntur, atq. emicant, eò maiorẽ edunt ruinã, neq. in ijs ſolum, qui ſub alieno imperio viuũt, ſed etiã in Regibus ipſis. Neque enim facile quis inueniat priuatam domum æquè refertã calamita-
C tibus, ac Regiæ malis redundant. Nam & orphaniæ, & viduitates immaturæ, & neces violentæ, atque ijs quidẽ, quæ in tragœdijs narrãtur, multo ſceleſtiores, & acerbiores in hunc ipſum præcipuè cadunt principatum. Atque, vt vetera omittamus, ex ijs omnibus, qui noſtro tẽpore imperarunt (fuerunt autem nouem) duo ſoli cõmuni morte vitam clauſerunt. Reliquorum autẽ hic quidem à tyranno, ille verò in bello, alius domeſticorum cuſtodum inſidijs, alius autem ab illo ipſo, qui coronã, ac purpurã impoſuerat, interfectus occubuit.
D Vxores verò illorum partim, vt ferunt, veneno interierũt, partim ægritudine. Earũ vero, quæ adhuc ſuperſtites ſunt, altera quidem filium habens pupillum ttemit, ac metuit, ne quis eorum, qui rerũ potiuntur, illa metuens, quæ ferre inſequẽs tempus queat, eum de medio tollat, altera verò vix multorum precibus ab exilio redijt, quò antea ab eo, qui rerum potiebatur, miſſa erat. Cæterum ad ipſorum etiam, qui nunc regnant, vxores animũ aduerte. Alteram videbis ex priſtinis calamitatibus reſpirantem magnæ voluptati magnum habere dolorem admiſtum, eò quòd qui

rerum potitur nimis iuuenis, ac nullius
vſus eſt, multóſq. habet vndique inſi-
diãtes: Alteram verò timore exanima-
tam, & ijs, qui capite damnati ſunt mi-
ſeriorem vitam ducentem, eò quòd vir
ipſius ab eo tempore, quo diadema ſu-
ſcepit, vſque ad hodiernũ diem in bello
& prælijs verſatur, verecundiáque &
probris, quibus vndiq. afficitur, magis
quàm ex calamitatibus tabeſcit. Quod
enim antea nunquam, nunc euenit, vt
Barbari propriã relinquẽtes regionem
multa ſtadiorum millia regionis noſtrę
percurrerint, & agris incenſis, captiſq.
vrbibus domũ redeundi omnẽ cogita-
tionẽ abiecerint. Ac perinde quaſi cho
reas ducerẽt, non bellũ gererẽt, ita no-
ſtros omnes irridẽt, & quendã ex illorũ
Regibus dixiſſe ferunt, mirari ſe impu-
dentiã noſtrorum militũ, qui cùm faci-
lius quàm oues ſoleant iugulari, adhuc
victoriam ſperent, neque ex ipſorum
regione velint excedere. Nam ipſe qui-
dem dixit, ſeſe illis cædendis ſatietate
ſæpe captum eſſe. Quo igitur animo &
Imperatorẽ, & ipſius vxorem iſta verba
audientem exiſtimas eſſe? Et quoniam
huius belli mentio incidit, magnum
mihi viduarũ agmen occurrit, quarum
multæ ex virorum quidem dignitate
plurimum ſplẽdoris acceperunt, nunc
verò repente omnes nigra, ac luctui ac-
cõmodata ſtola amictæ omne ſuũ tem-
pus in lacrymis, ac querimonijs tradu-
cunt. Neque illis hoc datum eſt, quod
honorato tuo capiti. Tu enim, ô admi-
rabilis, & in lectulo iacẽtem vidiſti ho-
neſtũ illum, & ſupremã audiſti vocem,
cùm quibus modis res domeſticæ ad-
miniſtrandæ eſſent, te doceret, & teſta-
mento omnem alieni appetentibus, ac
ſycophantis aditum obſtrueret. Adde
illud, quòd iacenti mortuo ſæpe incu-
buiſti, & ſuauiata es oculos &ample-
xa es, ac luxiſti, honeſtiſſimoq. funere
elatum vidiſti: omnibus quæ decebat,
erga illum officijs functa es, & iuſta per-
ſoluiſti: & ad ſepulchrũ ſæpè accedens
nõ minimũ habes tui doloris ſolatium.
Illæ verò omnibus huiuſmodi ſolatijs
ſunt deſtitutæ, cum omnes quidem ad
bellum miſiſſent viros ſuos tanquam
rurſus ipſos recepturæ, at pro illis triſtẽ
illorum mortis acceperint nuncium.
Non enim quiſquam corpora ipſorum

A τὴν ὀδύνην, διὰ τὸ σφόδρα ἔτι νέον εἶναι
καὶ ἄπειρον τὸν κρατοῦντα, καὶ πολλοὺς πολ-
λαχόθεν ἔχειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας· ἡ δὲ ἀπο-
τέθνηκε τῷ δέει, καὶ τῶν καταδίκων ἀθλιώτερον
ζῇ διὰ τὸ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἐξ οὗ τὸ διάδημα
ἀνεδήσατο μέχρι τῆς σήμερον ἐν πολέμοις δια-
τρίβειν καὶ μάχαις, καὶ τῶν συμφορῶν πλέον ὑ-
πὸ τῆς αἰσχύνης ἀναλίσκεσθαι καὶ τοῖς παρὰ πάν-
των ὀνείδεσιν. ὃ γὰρ μηδέποτε γέγονε, συνέβη
νῦν, καὶ τὴν αὐτῶν ἀφέντες οἱ βάρβαροι μυ-
ρίοις σταδίοις τῆς ἡμετέρας καὶ πολλάκις τοσού-
B τοις ἐπέδραμον, καὶ τὰς χώρας κατακαύσαντες,
καὶ τὰς πόλεις ἑλόντες, οὐκ ἐθέλουσιν ἐπανα-
στρέφειν οἴκαδε πάλιν, ἀλλ' ὥσπερ χορεύοντες
μᾶλλον ἢ πολεμοῦντες, οὕτω καταγελῶσι τοὺς
ἡμετέρους ἅπαντας, καὶ ἕνα τῶν παρ' ἐκεί-
νοις βασιλέων φασὶν εἰπεῖν, ὅτι τῆς ἀναισχυν-
τίας ἐκπλήττοιτο τοὺς ἡμετέρους στρατιώτας, οἳ
μᾶλλον προβάτων κατασφαττόμενοι, προσ-
δοκῶσιν ἔτι νικᾶν, καὶ οὐκ ἐθέλουσιν ἐκστῆναι τῆς ἑ-
αυτῶν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἔφασκε, καὶ κόρον εἰληφέναι
πολλάκις κατακόπτων αὐτούς. ποίαν οὖν οἴει καὶ τὸν
βασιλέα καὶ τὴν τούτου γυναῖκα ταῦτα ἀκούσαντα
C τὰ ῥήματα ἔχειν ψυχήν; ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην τοῦ
πολέμου τούτου, ἑσμός μοι πολὺς χηρῶν ἐπέδρα-
μεν, αἳ πολλαὶ μὲν σφόδρα ἐπέλαμπον ἀπὸ τῆς
τῶν ἀνδρῶν τιμῆς· νῦν δὲ ἀθρόως ἅπασαι πενθήρη
καὶ μέλαιναν περιθέμεναι στολήν, θρηνοῦσι τὸν
ἅπαντα χρόνον. οὐδὲ γὰρ τοῦτο αὐταῖς ὑπῆρξεν,
ὅπερ τῇ τιμίᾳ σου κεφαλῇ· σὺ μὲν γάρ, ὦ θαυμα-
σία, καὶ κείμενον ἐπὶ τῆς κλίνης εἶδες τὸν καλὸν ἐ-
κεῖνον, καὶ ἐσχάτης ἤκουσας φωνῆς, καὶ τίνα χρὴ
πρᾶξαι ὑπὲρ τῶν πραγμάτων τῆς οἰκίας ἔμαθες
ἐπισκήπτοντος, καὶ διὰ τῆς διαθήκης ἅπασαν τοῖς
D πλεονέκταις καὶ συκοφάνταις ἀποτειχίζοντος ἔ-
φοδον· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ νεκρῷ ἔτι κει-
μένῳ πολλάκις ἐπέπεσες, καὶ κατεφίλησας ὀφ-
θαλμούς, καὶ περιεχύθης, καὶ ἐκώκυσας, καὶ προ-
πεμφθέντα εἶδες μετὰ πολλῆς τῆς τιμῆς, καὶ τὰ
περὶ τὴν ταφὴν πάντα ἔπραξας, ὡς προσῆκον,
καὶ πρὸς τὸν τάφον πολλάκις ἐρχομένη τὸν ἐ-
κείνου, παραμυθίαν ἔχεις τῆς ὀδύνης οὐ μικράν·
αὗται δὲ τούτων ἁπάντων ἐστέρηνται, ἐκπέμ-
ψασαι μὲν εἰς πόλεμον ἅπασαι τοὺς ἑαυτῶν ἄν-
δρας, ὡς πάλιν αὐτοὺς ἀποληψόμεναι, ἀντὶ δὲ ἐ-
κείνων τὴν πικρὰν τῆς τελευτῆς αὐτῶν ἀγγελίαν δεξάμεναι. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματά τις αὐτῶν κο-

μίζων

μάζων ἐπανῆλθεν αὐταῖς, ἀλλὰ ῥήματα μόνον τὸν τρόπον διηγούμενος τῆς τελευτῆς. εἰσὶ δὲ αἳ οὐδὲ ταύτης ἠξιώθησαν τῆς διηγήσεως· οὐδὲ ὅπως κατέπεσον μαθεῖν ἠδυνήθησαν, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει τῆς συμβολῆς καταχωσθέντων αὐτῶν. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ τῶν στρατηγῶν οὕτως ἀπέθανον οἱ πολλοί, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀπολειφθεὶς μετ᾽ ὀλίγων στρατιωτῶν, ἐξελθεῖν μὲν καὶ ἀντιστῆναι τοῖς ἐπελθοῦσιν οὐκ ἐτόλμησε, μένων δὲ ἔνδον, πῦρ ἐξαψάντων ἐκείνων, συγκατεφλέχθη τοῖς ἔνδον ἅπασιν οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις, καὶ δοκοῖς, καὶ τοίχοις, καὶ πάντα γέγονε κόνις; καὶ ταύτην οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως ἀπελθόντες εἰς πόλεμον, ἀντὶ τοῦ βασιλέως ἐπανῆλθον τῇ γυναικὶ φέροντες τὴν φωνήν. οὐδὲν γὰρ οὐδὲν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ γινομένων, καὶ τῆς τῶν ἠρινῶν ἀνθέων ὥρας τὰ τοῦ κόσμου λαμπρὰ διενήνοχε. πρότερον μὲν γὰρ πρὶν ἢ φανῆναι, ἀφίπταται· ἔπειτα δέ, κἂν μικρὸν ἀναμεῖναι ἀνάσχηται χρόνον, εὐθέως εὔφθαρτα γίνεται. τί γὰρ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς καὶ δόξης εὐδαιμονέστερον; τίνα ἔχει τὸν καρπόν, ποίαν τὴν ὄνησιν; εἰς ποῖον τέλος χρήσιμον ἀπαντᾷ; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν· νυνὶ δὲ πρὸς τῷ μηδὲν ἔχειν ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν καλόν, πολλὰ λυπηρὰ καὶ ἐπιβλαβῆ φέρειν ἀναγκάζεται συνεχῶς ὁ τὴν χαλεπωτάτην ταύτην δέσποιναν ἔχων. δέσποινα γάρ ἐστι τῶν ἐχόντων αὐτήν, καὶ ὅσῳπερ ἂν κολακεύηται παρὰ τῶν δούλων, τοσούτῳ πλέον αἴρεται κατ᾽ αὐτῶν καὶ σκληροτέροις αὐτοῖς κέχρηται τοῖς ἐπιτάγμασι· τοὺς δὲ διαπτύοντας αὐτὴν καὶ παρορῶντας, οὐδὲ αὐτὸν λοιπὸν ἀμύνασθαι δύναται· οὕτω καὶ τυράννου καὶ θηρὸς παντός ἐστι χαλεπωτέρα. ὁ μὲν γὰρ τύραννος καὶ τὰ θηρία τιθασσεύονται διὰ θωπείας πολλάκις· αὕτη δὲ τότε μάλιστα ἀγριαίνει, ὅταν αὐτῇ μάλιστα πειθώμεθα, κἂν εὕρῃ τὸν ἀκουσόμενον, καὶ εἰς πάντα εἴξοντα, οὐδέν ἐστιν ὃ παραιτεῖται ἐπιτάξαι λοιπόν. ἔχει δὲ καὶ σύμμαχον ἑτέραν, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι θυγατέρα αὐτῆς προσειπών. ὅταν γὰρ καὶ αὐτὴ τραφεῖσα καὶ αὐξηθεῖσα καλῶς ῥιζωθῇ παρ᾽ ἡμῖν, τότε τίκτει τὴν ἀπόνοιαν, πρᾶγμα, οὐχ ἧττον αὐτῆς δυνάμενον καταχρημνίσαι τὴν τῶν ἐχόντων ψυχήν. ταῦτα οὖν θρηνῶ, εἰπέ μοι,

A afferẽs, ſed verba tantum mortis genus narrantia ad ipſas redijt. Verùm ſunt, quæ neque hac ipſa narratione dignæ fuerint habitę, neque quomodo illi ceciderint, doceri potuerint, cum in magno cæſorum numero reliquis eſſent coaceruati. Ecquid verò mirum, ſi multi ex Ducibus hoc modo interierunt, quãdo & Imperator ipſe in vicum quendam cum paucis militibus concluſus exire quidem, & ſeſe inuadentibus opponere minimè auſus eſt, ſed intus manens accenſo ab illis igne vnà cum ijs omnibus, quos ſecum habebat,

B cõbuſtus eſt, nec viris ſolum, ſed etiam equis, & trabibus, & muris, & omnia in vnum, atque eundem cinerem abierunt? Atque hunc nuncium, is qui vnà cum Imperatore ad bellum profecti fuerãt, loco Imperatoris ipſius ad vxorem reportãtes redierunt. Nihil enim, nihil planè ea, quæ in mũdo ſplendida ſunt, ab ijs, quæ in ſcena geruntur, à vernorũ florum venuſtate differũt. Primum enim antequã appareant, euaneſcunt, deinde etiã ſi paululũ temporis maneãt, citò tamẽ ad interitum propre-

C rant. Quid enim honore, qui à vulgò exhibetur, & gloria exilius, ac vilius? quẽ fructum, quã vtilitatem afferunt? quo ſat bono exitu concluduntur? atq. vtinam nihil aliud ſubeſſet mali: nunc verò præter quã quòd nihil verè boni inde prouenit, multas etiam moleſtias, multa damna aſſiduè is ferre cogitur, qui ſe huic acerbiſſimæ dominæ ſubiecit. Domina enim eſt eorũ, qui ipſam admiſerũt, & quò maioribus blanditijs & aſſentationibus colitur à ſeruis, eò magis ſeſe contra ipſos erigit, & durioribus ipſos vrget mãdatis, eos verò, qui ipſam reijciũt, ac deſpiciunt, nõ habet

D amplius, vbi vlciſcatur. Ita & Tyrãno, & fera qualibet immitior eſt. Nam Tyrannus quidẽ, & feræ cultu, ac blanditijs ſæpe miteſcunt: hæc autẽ tunc maximè efferatur, quando ei maximè auſcultauerimus, ac ſi dicto audientẽ inuenia, tatq. ad omnia obſequentẽ, nihil eſt præterea, quod imperare omittat. Habet verò, & alterã belli ſociã, quam nõ malè fortaſſe quis ipſius filiã appellarit. Quando enim ipſa probè à nobis alta & educata creuerit, ac radices egerit, tũc arrogãtiã parit, rẽ quę nihilominus quã mater animũ quẽ cœperit, præcipite agere poteſt. Hoc igitur dic mihi

Valentinian. interitum innuit à Gothis incenſi.

Gloria humana conditionẽ exponit.

YY

luges, ac lamentaris, quòd ab hac durißima domina Deus te liberauit? quòd omnibus his peſtiferis morbis omnem obſepſit viā? Viuente enim adhuc tibi viro nullum in mentē tuam inſultandi finē feciſſent, mortuo autē nō habent, vnde in cogitationes tuas impetum faciant. Hoc igitur tibi rectè curandū, ac præſtandū poſthac eſt, vt ne illarum diſceſſum lugeas, neq. acerbū illum dominatū expetas. Nam vbi illæ vehemētius ſpirāt, omnia funditus euertunt, ac proſternunt. Et queādmodum meretrices, cum plerumq. ſuapte natura deformes ſint, ac ſqualidę, frictionibus, & fucis incautos, & ſimplices iuuenum animos illaqueant, & poſtquā in ſuam ditionē receperint, ſeruis omnibus cōtumelioſius tractant: ita & huiuſmodi affectiones, Ambitio, & Arrogantia nulla nō fæce hominum animos magis inquinant. Hinc, & multi diuitias magnum bonum duxerūt: quare qui ambitionem eiecerit, neq. à diuitijs etiam capietur. Nā quibus licuit ob paupertatem cōſequi magnam gloriam, ij diteſcere minimè voluerunt, ſed magnā auri vim ſibi oblatam contempſerunt.

Gētiles qui diuitias cōtempſerūt. Atque hos minimè ex me cognoſcere neceſſe habes: ipſa enim longe melius, quàm ego, noſti Epaminondam, Socratem, Ariſtidem, Diogenem, Cratetem, qui ſuaſmet poſſeſſiones incultas reliquit, ac depoſuit. Nam alij quidem, cum non eſſet in promptu diteſcere, exorientem ſibi ex paupertate gloriam animaduertētes, facilè in eam ſe partem dederunt. Hic autem & ea, quæ habebat, proiecit. Adeò omnes huius feræ belluæ ſibi acquirendæ cupiditate inſaniebant. Ne igitur queramur Deum ex hac turpi nos tyrannide, & ridicula, & multorum probrorum plena exemiſſe. Nomen enim ſolum ſplendidum eſt, res autem ipſa longè alios, atque appellatio ipſa polliceatur, amatores ſuos reddit, ac nemo eſt, qui gloriæ cauſa quippiam agentem non irrideat. Ille enim ſolus ſuſpiciendum ſe præbere, & gloria circumfluere poterit, qui eò minimè ſpectat. Qui autem magnum quiddam putat gloriam à multis delatam, atque illius conſequendæ cauſa omnia facit, & patitur, is potiſſimum ab ea longè abierit,

A ὅτι σε ὁ θεὸς τῆς οὕτω χαλεπωτάτης δουλείας ἀπήλλαξεν, ὅτι ταῖς λοιμικαῖς ταύταις νόσοις πᾶσαν ἀπετείχισεν ἔφοδον; ζῶντος μὲν γάρ σοι τοῦ ἀνδρὸς, οὔπω ἐπαύσαντο συνεχῶς ἐπιπηδῶσαι τοῖς τῆς ψυχῆς λογισμοῖς· τελευτήσαντος δὲ, οὐκ ἔχουσι πόθεν ἐπιλάβωνται τῆς διανοίας τῆς σῆς. τοῦτο οὖν δεῖ κατορθῶσαι λοιπὸν, τὸ μὴ θρηνεῖν αὐτῶν τὴν ἀναχώρησιν, μηδὲ τὴν δεσποτείαν ἐπιζητεῖν τὴν πικράν. ὅπου γὰρ ἂν αὗται πνεύσωσι σφοδρῶς, πάντα ἐκ βάθρων ἀνέτρεψαν, καὶ κατέστρεψαν, καὶ καθάπερ πολ-B λαὶ τῶν πορνευομένων γυναικῶν δυσειδεῖς οὖσαι κατὰ φύσιν καὶ εἰδεχθεῖς, τοῖς ἐπιτρίμμασι καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς, ἁπαλὰς οὔσας ἔτι τὰς τῶν νέων ἀναπτεροῦσι ψυχάς. καὶ ἐπειδὰν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν λάβωσι τὴν ἑαυτῶν, πάντων ἀνδραπόδων τούτοις ὑβριστικώτερον κέχρηνται, οὕτω καὶ ταῦτα τὰ πάθη, ἥτε κενοδοξία καὶ ἡ ἀπόνοια, παντὸς ἄγους μᾶλλον τὰς τῶν ἀνθρώπων μολύνουσι ψυχάς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ πλοῦτος τοῖς πολλοῖς ἔδοξεν εἶναι καλόν· ταύτης γοῦν γυμνωθείσης, οὐδὲ αὐτὸς ἔσται λοιπὸν ἐπέραστος· εἰς γοῦν ἀξίων διὰ πενίας ἐπιτυχεῖν τῆς δόξης τῆς πα-C ρὰ τῶν πολλῶν, οὐκ ἔτι εἵλοντο πλουτεῖν· ἀλλὰ πολὺ διδόμενον χρυσίον διέπτυσαν. καὶ τούτους οὐ παρ' ἐμοῦ δεήσει μαθεῖν· ἀλλ' ἀκριβέστερον ἡμῶν οἶδας αὐτὴ, τὸν Ἐπαμινώνδαν, τὸν Σωκράτην, τὸν Ἀριστείδην, τὸν Διογένην, τὸν Κράτητα, τὸν μηλόβοτον ἀφέντα τὴν χώραν τὴν αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι παρ' ὧν πλουτῆσαι οὐκ ἦν, διὰ τῆς πενίας εἶδον τὴν δόξαν περιγενομένην αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἦλθον εὐθέως· οὗτος δὲ καὶ, ἅπερ εἶχεν, ἔρριψεν, οὕτως ἅπαντες ἦσαν ἐμμανεῖς, πρὸς τὴν τοῦ χαλεποῦ τού-D του κτῆσιν θηρίου. μὴ δὴ δακρύωμεν, ὅτι ἡμᾶς ὁ θεὸς ταύτης τῆς τυραννίδος ἀπήλλαξε τῆς αἰσχρᾶς καὶ καταγελάστου, καὶ πολλὰ ἐχούσης ὀνείδη. ὄνομα γὰρ ἔχει μόνον λαμπρὸν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις τἀναντία τῇ προσηγορίᾳ τοὺς ἔχοντας αὐτὴν διατίθησι, καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὁ μὴ καταγελᾷ τοῦ πρὸς δόξαν τι πράττοντος. μόνος γὰρ ἐκεῖνος περίβλεπτος καὶ ἐπίδοξος γενέσθαι δυνήσεται ὁ μὴ πρὸς τοῦτο ὁρῶν. ὁ δὲ μεγάλην δόξαν τιθέμενος τὴν παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τοῦ ταύτης τυχεῖν ὑπομένων καὶ ποιῶν, οὗτος μάλιστα αὐτῆς ἀποτεύξεται

Digitized by Google

καὶ ἀποπεσεῖται, καὶ τῶν ἐναντίων ἀπολαύσεται πάντων, γέλωτος καὶ κατηγορίας, σκωμμάτων, ἀπεχθείας, καὶ μίσους. οὐκ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν δὲ μόνον τοῦτο συμβαίνειν εἴωθεν· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὑμῶν τῶν γυναικῶν, καὶ μάλιστά γε ἐφ' ὑμῶν. τὴν μὲν γὰρ ἄπλαστον καὶ ἐν σχήματι, καὶ ἐν βαδίσει, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ παρὰ μηδενὸς ἐπιζητοῦσαν τιμὴν θαυμάζουσιν ἅπασαι, καὶ ἐκπλήττονται, καὶ μακαρίζουσι, καὶ πάντα αὐτῇ συνεύχονται τὰ καλά· τὴν δὲ κενόδοξον ἀποστρέφονται καὶ μισοῦσι, καὶ ὥσπερ τι θηρίον ἄγριον φεύγουσι, καὶ μυρίαις ἀραῖς τε καὶ λοιδορίαις βάλλουσιν. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἀπὸ τοῦ μὴ προσίεσθαι τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν διαφεύγομεν τὰ κακά, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα πάντων κερδαίνομεν πρὸς τοῖς εἰρημένοις, παιδευόμενοι κατὰ μικρὸν ἀνιέναι καὶ μεταστῆναι πρὸς τὸν οὐρανόν, καὶ πάντων καταφρονεῖν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. ὁ γὰρ μὴ δεόμενος τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμῆς, ἅπερ ἂν πράττοι καλά, ταῦτα μετὰ ἀσφαλείας ἁπάσης πράξει, καὶ οὔτε ἐπὶ τῶν λυπηρῶν, οὔτε ἐπὶ τῶν χρηστῶν τοῦ βίου τούτου πείσεταί τι δεινόν. οὔτε γὰρ ταῦτα αὐτὸν καταπτῆσαι καὶ καθελεῖν, οὔτε ἐκεῖνα ἐξογκῶσαι καὶ φυσῆσαι δύναται· ἀλλ' ἐν πράγμασιν οὕτω μεταπτωτοῖς καὶ πεπλανημένοις, αὐτὸς μένει πάσης ἐκτὸς ὢν μεταβολῆς, ὅπερ ταχέως καὶ ἐπὶ τῆς σῆς ἔσεσθαι προσδοκῶ ψυχῆς, καὶ ἀθρόως ἁπάντων ἀποστᾶσαν τῶν βιωτικῶν, τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμῖν ἐπιδείξασθαι πολιτείαν, καὶ τῆς δόξης, ἧς θρηνεῖς νῦν, μικρὸν ὕστερον καταγελάσεσθαι, καὶ τὸ διάκενον καὶ μάταιον καταπτύσειν προσωπεῖον αὐτῆς. εἰ δὲ ἀσφάλειαν ποθεῖς τὴν δι' ἐκεῖνόν σοι γεγενημένην, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων φυλακήν, καὶ τὸ παρὰ μηδενὸς ἐπιβουλεύεσθαι τῶν ταῖς ἀλλοτρίαις ἐπιπηδώντων συμφοραῖς, ἐπίρριψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. ἐμβλέψατε γάρ φησιν εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, καὶ κατῃσχύνθη, ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτόν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν· ἢ τίς ἐνέμεινε ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτόν. ὁ γὰρ τὴν συμφορὰν τὴν οὕτως ἀφόρητον παρενεγκὼν, καὶ ποιήσας εἶναι ἐν γαλήνῃ νῦν, οὗτος καὶ τὰ ἐπερχόμενα ἀποκρούσεται· ὅτι γὰρ ταύτης τῆς πληγῆς οὐδεμίαν ἑτέραν χαλεπωτέραν λήψῃ λοιπόν, καὶ αὐτὴ συνομολογήσαις ἡμῖν.

A eiúſque expers erit; rerum vero gloriæ aduerſantium maximè particeps irriſionis, criminationis, maledictorum, offenſionis, odij: neque in viris tantum id vſu venit, ſed etiam in vobis mulieribus, atque adeò multo magis. Nam quæ & figura, & inceſſu, & veſtitu ſimplicem quandam bonitatem præ ſe fert, & à nemine honorem aucupatur, eam omnes admirantur, ſuſpiciunt, prædicant, omnibus bonis ominibus proſequũtur: vanæ autem gloriæ cupidam auerſantur, oderunt, & veluti belluam quandam agreſtem fugiunt, ſex-
B centas in illam execrationes, & contumelias conijciẽtes. Nec verò his dumtaxat malis nos eripimus vulgarem gloriam contemnentes, ſed & ea, quæ omnium maxima ſunt, lucramur, dum præter ea, quæ dicta ſunt, paulatim erudimur reſpirare, & aſpirare ad cœlum, & terrena omnia deſpicere. Nam qui delato ab hominibus honore minimè egere ſe putat, quicquid boni faciet, magna cum ſecuritate faciet, neque aut aduerſis, aut ſecundis huius vitæ rebus quicquam incommodi ſentiet, neque enim aut aduerſæ illum de-
C ijcere, atque obruere poſſunt, aut ſecundæ inflare, ac tumidũ reddere, ſed in rebus maxime caducis ac fluxis ipſe omnis mutationis expers manet. Quod celeriter, & in tuo ipſius animo euenturũ ſpero, confeſtimq. terrenis omnibus abiectis cœleſtẽ te nobis viuẽdi rationem repræſentaturã, gloriam verò, quam nunc defles, paulò pòſt irriſurã, & vanã, ac futilem illius perſonam illuſuram. Quod ſi priſtinã, qua per illum potiebaris, ſecuritatẽ deſideres, & bonorũ cuſtodiã, nec patere velis eorum inſidijs, qui alienis calamitatibus inſul-
D tant, iacta ſuper Dominũ curam tuam, & ipſe te enutriet. Inſpicite enim, inquit, in antiquas generationes, & videte ſi quis ſperauit in Domino, & confuſus eſt, vel ſi quis inuocauit illum, & deſpectus eſt, vel ſi quis ſtetit in mandatis eius, & derelictus eſt. Nam qui onus tam intolerabilis calamitatis leuius reddidit, & in præſenti malacia te collocauit, is & quæ imminent, propulſabit. Nam hac quidem plaga nullam te vnquam grauiorem poſſe accipere profecto nobis aſſentieris.

Pſal. 54. Eccl. 1. Eccl. 2. 11.

Quando igitur præſens malum adeò fortiter, ac generosè tuliſti, idq. cum te vſus nõdum docuiſſet, multò magis ex ijs, quæ accidere poſſunt, ſi quid pręter voluntatẽ noſtrã acciderit (quod Deus omẽ auertat) facile feres. Cœlũ quære, & omnia quæcumq. ad vitam illic degendam conducunt, ac nihil eorũ, quæ hic fiant, lædere te poterit, ne ipſe quidem tenebrarũ imperator, dummodo ne nobis ipſi noceamus. Nam & ſi quis bonis ſpoliet, & ſi corpus cõcidat, nihil horum ad nos, modò animus nobis incolumis, atq. integer maneat. Omnino autem ſi vis pecunias & ab omni periculo tutas cuſtodire, & amplificare, ego ſanè & modum, & locum demõſtrabo, quô nulli eorum, qui inſidiari ſolent, fas eſt irruere. Quis igitur locus eſt? cœlum. mitte illas ad optimum illum virum, ac neque fur, neque inſidiator, neque vlla alia peſtis impetum facere in illas poterit. Si ibi has ipſas pecunias defoderis, magnum ex his lucrum reportabis. Omnia enim quæcumque à nobis in cœlis ſerũtur, longè maiorem, ac meliorem prouẽtum habẽt, ac planè talem, qualem cõſentaneum eſt ex ijs, quæ in cœlis radices egerunt. Quòd ſi hoc feceris, vide qualib. frueris bonis: primùm quidem ſempiterna vita, & ijs, quæ promiſſa ſunt diligẽtibus Deum, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcẽderunt: deinde conſuetudine optimi viri tui in omne æuum: poſtremo à curis, timoribus, periculis, inſidijs, ſimultate, odio, quæ hanc vitã exercent, te ipſam liberabis. Quãdiu enim pecunias apud te retinebis, erunt fortaſſe aliqui, qui fraudibus interuertant, ſin autem ad cœlum trãſmiſeris, periculis vacuã, tutam, ac trãquillitatis pleniſſimã vitam viues, quippe quæ ſufficiẽtia vnà cum pietate frueris. Magnæ enim demẽtiæ eſt, ſi agri quidẽ emẽdi ſint, feraciorem terrã ſectari, cũ vero cœlũ terrę loco ſit propoſitũ, cum ibi liceat prędiũ ſibi cõparare, terræ potius inhærere, ſéq. moleſtijs, quæ ex hæc ſæpè incidunt, caſibúſq. exponere, ſæpè enim noſtrã fruſtratur ſpem. Quoniã verò illud grauiter percellit, cõcutitq. animum tuum, quòd ſæpè ſperaſti fore, vt is ad Præfectorũ dignitatẽ eueheretur, ideóq. magiſtratũ illi quodãmodo ereptũ doles, primũ illud quidẽ fac tecum cogites,

A ἢ τούτων οὕτω γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰ ἐν χερσὶ, καὶ ταῦτα ἄπειρος οὖσα, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐρχόμενα, εἴποτε ὃ μὴ γένοιτο συμβῇ τι τῶν ἀβουλήτων ἡμῖν, οἴσεις εὐκόλως. ἐκεῖνου τὸν οὐρανὸν ζήτει, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ζωὴν, καὶ οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα βλάψαι δυνήσεταί σε, οὐδὲ ὁ τοῦ σκότους κοσμοκράτωρ αὐτὸς, μόνον μὴ ἑαυτοὺς καταβλάψωμεν ἡμεῖς. κἂν γὰρ τὴν οὐσίαν τις ἀφέληται, κἂν κατατέμῃ τὸ σῶμα· τούτων οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὑγιοῦς μενούσης ἡμῖν τῆς ψυχῆς. ὅλως δὲ εἰ βούλει καὶ τὰ χρήματά σοι μένειν ἐν ἀσφα-
B λείᾳ, καὶ αὔξεσθαι πάλιν, ἐγώ σοι καὶ τὸν τρόπον ὑποδείξω καὶ τὸν τόπον, ἔνθα οὐδενὶ τῶν ἐπιβουλευόντων θέμις εἰσελθεῖν. τίς οὖν ἐστιν ὁ τόπος; ὁ οὐρανός· ἀπόστειλον αὐτὰ πρὸς τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἄνδρα, καὶ οὔτε κλέπτης, οὔτε ἐπίβουλος, οὔτε ἄλλο τι τῶν λυμαινομένων αὐτοῖς ἐπιπηδῆσαι δυνήσεται· ἂν ἐκεῖ κατορύξῃς ταῦτα τὰ χρήματα, πολὺν εὑρήσεις τὸν ἀπὸ τούτων καρπόν. τὰ γὰρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς φυτευόμενα πάντα παρ' ἡμῶν, καὶ πλείονα καὶ κρείττονα ἔχει τὴν φορὰν, καὶ τοιαύτην, οἵαν εἰκὸς ἐν οὐρανοῖς ἐρριζωμένων αὐ-
C τῶν. κἂν τοῦτο πράξῃς, ὅρα ποίων ἀπολαύσῃ καλῶν· πρῶτον μὲν τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τοῖς ἀγαπῶσι τὸν κύριον, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. ἔπειτα τοῦ πάντα συνοικῆσαι τῷ καλῷ τούτῳ τὸν αἰῶνα, καὶ τῶν ἐνταῦθα δὲ φροντίδων, καὶ φόβων, καὶ κινδύνων, καὶ ἐπιβουλῶν, καὶ ἔχθρας καὶ μίσους ἀπαλλάξεις σαυτήν. ἕως μὲν γὰρ αὐτὰ περικειμένη ᾖς, ἴσως ἔσονταί τινες οἱ ἐπιτιθησόμενοι· ἂν δὲ πρὸς τὸν οὐρανὸν αὐτὰ μεταθῇς, ἀκίνδυνον καὶ ἀσφαλῆ
D καὶ πολλῆς ἡσυχίας γέμοντα βιώσῃ βίον, αὐταρκείας μετ' εὐσεβείας ἀπολαύουσα. καὶ γὰρ πολλῆς ἀλογίας ἀγρὸν μὲν βουλομένους ὠνήσασθαι, τὴν εὐφοροῦσαν γῆν ἐπιζητεῖν, οὐρανοῦ δὲ ἀντὶ γῆς προκειμένου, παρὸν ἐκεῖ κτήσασθαι χωρίον, μένειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἀνέχεσθαι πόνων, καὶ τῶν δι' ἀμφιβολίαν· πολλάκις γὰρ σφάλλει τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς. ἐπειδὴ δέ σου δριμέως στρέφει τὴν ψυχὴν, καὶ θορυβεῖ τὸ προσδοκηθὲν, πολλάκις αὐτὸν ἐπὶ τὸ τῶν ὑπάρχων ἥξειν ἀξίωμα, καὶ παρασπᾶσθαι τῆς ἀρχῆς· πρῶτον μὲν ἐκεῖνο σκόπει,

Digitized by Google

A ὅτι εἰ καὶ σφόδρα δήλη ἦν αὕτη ἡ ἐλπίς, ἀλλ' ὅμως ἀνθρώπων ἐλπὶς ἦν, πολλάκις διαψεύδουσα· καὶ πολλὰ ἐν τῷ βίῳ τοιαῦτα ὁρῶμεν γινόμενα, καὶ τῶν σφόδρα προσδοκηθέντων, ἀτελέστων μεινάντων, τὰ δὲ μηδ' εἰς νοῦν ἐλθόντα ἡμῖν, εἰς τέλος ἐξῆλθε πολλάκις· καὶ τοῦτο κἂν ταῖς ἀρχαῖς, κἂν ταῖς βασιλείαις, κἂν ταῖς κληρονομίαις, καὶ τοῖς γάμοις, καὶ πανταχοῦ συμβαῖνον ὁρῶμεν ἀεί. ὥστε εἰ καὶ σφόδρα ἐγγὺς ἦν ὁ καιρός, ἀλλὰ πολλά, κατὰ τὴν παροιμίαν, μεταξὺ κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου πέλει. καὶ ἡ γραφὴ δέ φησιν, ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας μεταβαλεῖται B καιρός. οὕτω καὶ βασιλεὺς ὁ σήμερον, αὔριον τελευτᾷ. καὶ πάλιν τὸ παρ' ἐλπίδας ἐμφαίνων ἡμῖν αὐτὸς οὗτος ὁ σοφός, φησι, πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπὶ ἐδάφους, ὁ δὲ ἀνυπονόητος ἐφόρεσε διάδημα, καὶ οὐ πάντως δῆλον ἦν, ὅτι ζήσας ἐπ' ἐκείνην ἥξει τὴν ἀρχήν. τὸ γὰρ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον, καὶ ἕτερα ὑποψίας ἄξια παρεῖχεν ἡμῖν. πόθεν γὰρ δῆλον ὅτι ζήσας ἐπ' ἐκείνην ἥξει τὴν ἀρχήν; ὅτι οὐχὶ καὶ τὰ ἐναντία ἐξέβαινε, καὶ τῆς οὔσης ἐξέπιπτε τιμῆς νόσῳ παραδοθείς, ἢ φθόνῳ καὶ βασκανίᾳ τῶν βουλομένων αὐτὸν παρευημερῆσαι βληθείς, ἢ καὶ ἕτερον παθὼν χαλεπόν. C θῶμεν δὲ εἰ βούλει καὶ δῆλον εἶναι σαφῶς, ὅτι πάντως ἐπιβιώσας, ταύτης ἔμελλεν ἐπιτυγχάνειν τῆς κορυφῆς. ὅσῳ γὰρ ἡ ἀξία μείζων, τοσούτῳ καὶ μείζονας ἔχειν ἀνάγκη τοὺς κινδύνους ἦν, καὶ φροντίδας καὶ ἐπιβουλάς· μηδὲ ταῦτα ἔστω, ἀλλ' ἀκινδύνως καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας ἐκεῖνο διαπλείτω τὸ πέλαγος, καὶ τί τὸ πέρας εἰπέ μοι, οὐ τοῦτο ὅπερ νῦν; μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλ' ἕτερον ἴσως ἀηδὲς καὶ ἀπευκτόν; πρῶτον μέν, τὸ βραδύτερον ἰδεῖν τὸν οὐρανόν, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅπερ οὐ μικρὰ ζημία τοῖς ὑπὲρ D τῶν μελλόντων πεπιστευκόσιν ἐστίν. ἔπειτα δέ, εἰ καὶ σφόδρα ἐβίω καθαρῶς· ἀλλ' ὅμως τὸ μῆκος τοῦ βίου καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἀνάγκη, οὐκ ἂν ἀφῆκεν οὕτως ἀπελθεῖν καθαρὸν ὥσπερ νῦν. ἄδηλον δὲ εἰ καὶ πολλὰς δεξάμενος μεταβολάς, καὶ πρὸς ῥαθυμίαν ἀποκλίνας ἐσχάτην ἀπέπνευσεν. νῦν μὲν γὰρ θαρροῦμεν, ὅτι τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι πρὸς τὸ τῆς ἀναπαύσεως ἀπέπτη χωρίον, διὰ τὸ

A licet valde explorata eſſet hæc ſpes, attamen humanam fuiſſe ſpem, quę ſæpè fallere ſit ſolita, ac multa huiuſmodi in hac vita quotidie euenire cernimus: vt cum ea, quæ valdę ſperantur, minime exitum inueniant, ea, quę neque in mentem vénerunt, ad finē ſæpenumero perducãtur, ſiue ad imperia, ſiue ad regna, ſiue ad hæreditates, ſiue ad matrimonia, ſiue aliò animū intendamus. Quocirca quamuis prope adeſſet tempus, tamen, vt in prouerbio eſt, multa ſunt inter calicē, & ſummum labium. Ac ſanè ſcriptura ipſa inquit. A mane B vſque ad veſperā immutatur tempus: Iob 4.20. ſic & Rex, qui hodie eſt, cras moritur. Ac rurſus quàm incerti, atque in expectati rerum exitus ſint, nobis declarans hic ipſe Sapiens inquit, Multi tyranni ſederunt in ſolo, & inſuſpicabilis Eccli.11.5. portauit diadema. Non igitur exploratiſſimum erat, ſi vixiſſet, ad eum dignitatis gradum peruēturum. Quod enim futurum eſt, incertum eſt: atque alia etiam erant, quæ nobis ſuſpicionem inijcerent. Vnde enim manifeſtum erat, ſi vixiſſet, ad magiſtratū illum euectum iri: atque adeo futurum minime fuiſſe, C vt ea quæ nollemus, euenirent, vt morbo correptus, aut inuidia, ac maleuolentia eorum, qui proſperitatem illius non ferrent, circumuentus, vel aliqua alia calamitate affectus præſenti etiam dignitate priuaretur? Sed fac, ſi libet, multò exploratiſſimū fuiſſe, ſi diutius vixiſſet, ad illud faſtigium perueuturum: at certè, quanto maior dignitas, tanto maioribus periculis, curis, inſidijs neceſſariò ſuberat. Cæterùm abſint & iſta, ac ſine periculo ſummáque cum tranquillitate illud nauigarit pelagus: ecquis finis, dic mihi, manebat? an non D idem, qui nunc? aut potius non idem, ſed alius fortaſſe, triſtis nimirum, ac votis omnibus fugiēdus? Primum quidem tardius vidiſſet cœlum, & ea, quæ in cælis ſunt, quod ijs, qui res futuras fide, & ſpe præceperunt, nō minimum damnum eſt. Deinde, quantūuis caſtè, integréque vixiſſet, attamen vitæ longitudo, ac neceſſitas quædam in illum magiſtratum incurrens, non æque integrum, & purum abire hinc permiſiſſent, atque hoc tempore. Incertum quoque & illud, an forte multis modis immutatus, ac negligentiæ deditus perpetuum obdormiſſet ſomnum. Nam nunc quidem confidimus Dei gratia illum euolaſſe ad locum quietis, quòd

nullam ex ijs culpis in ſe admiſerit, quę à regno cœlorum excludũt: tunc verò publica negotia plerumque tractans fortaſſe multas ad ſe attraxiſſet ſordes. Nam tot vndique malis circumſtantibus, rectum tenere curſum rarum admodum eſt, peccare autem, & per imprudentiam, & ſponte, valde vſitatum, ac quotidianum. Nunc verò à timore iſto longè abſumus, ac magnopere cõfidimus, venturum in die illa plenum venuſtatis, & ſplendoris proximum Regi, atque vnà cum Angelis præeuntem Chriſto, & gloria, cui nulla par inueniri oratio queat, circumfluentem, & iudicanti Regi adſiſtentem, & in præſtantiſſimis muneribus miniſtrantem. Quamobrem miſſo iam fletu, & eiulatu eandem viuendi rationem, atque adeò etiam potiorem tene, vt eandem atque ille, adepta virtutem, in idem etiam cum illo tabernaculum recipiaris, ac rurſus coniungi cum illo queas in ſempiterna illa ſecula, non hoc matrimonij nexu, ſed alio quodam longe meliore. Hic enim corpora tantum copulat, ille verò multo elegantior, iucundior, melior animam animæ iungit & conflat.

A μηδὲν αὐτῷ τετολμῆσθαι τῶν ἀποκλειόντων τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τότε δὲ πολὺν χρόνον δημοσίοις πράγμασιν ἐνδιατρίψας, ἴσως ἂν καὶ ῥύπον πολὺν προσετρίψατο. τὸν γὰρ ἐν μέσῳ στρεφόμενον τοσούτων κακῶν κατορθῶσαι μὲν τῶν σφόδρα σπανίων ἐστὶν, ἁμαρτεῖν δὲ καὶ ἄκοντα καὶ ἑκόντα τῶν εἰκότων, καὶ συμβαινόντων ἀεί. ἀλλὰ νῦν τούτου τοῦ δέους ἀπηλλάγμεθα, καὶ σφόδρα πεπείσμεθα, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετὰ πολλῆς ἥξει τῆς φαιδρότητος, ἐγγὺς τοῦ βασιλέως ἀπολάμπων, καὶ μετ' ἀγγέλων προηγούμενος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἄρρητον δόξαν B ἠμφιεσμένος, καὶ κρίνοντι παρεστὼς τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ πρῶτα διακονούμενος αὐτῷ. διὸ τοὺς θρήνους ἀφεῖσα καὶ τὰς οἰμωγὰς ἔχου τῆς αὐτῆς πολιτείας· μᾶλλον δὲ καὶ ἀκριβεστέρας, ἵνα πρὸς τὴν ἴσην αὐτῷ φθάσασα ἀρετὴν, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κατοικήσῃς σκηνὴν, καὶ συναφθῆναι πάλιν αὐτῷ δυνηθῇς εἰς τοὺς ἀθανάτους αἰῶνας ἐκείνους οὐ ταύτην τὴν τοῦ γάμου συνάφειαν, ἀλλ' ἑτέραν πολλῷ βελτίονα. αὕτη μὲν γὰρ σωμάτων ἐστὶ συμπλοκὴ μόνον· τότε δὲ ψυχῆς ἔσται πρὸς ψυχὴν ἕνωσις ἀκριβεστέρα, καὶ ἡδίων πολλῷ καὶ βελτίων.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΠΕΡΙ *μονανδρίας.*

Τὸ μὲν τὰς ἀπείρους ὁμιλίας ἀνδρῶν, καὶ ὠδίνων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἅπερ ἐπισυρόμενος ὁ γάμος εἰς τὰς τῶν B ἀνθρώπων εἰσέρχεται οἰκίας, ἄνδρας ἐπιζητεῖν θαυμαστὸν οὐδέν. καὶ γὰρ τὸν πόλεμον πρᾶγμα οὕτως ἐπίπονον, τοῖς ἀπείροις γλυκὺν εἶναι παροιμία φησί· τὸ δὲ τὰς μυρία ἀναχωρίας κακά, πολλάκις δὲ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης δυσωπηθείσας μακαρίζειν μὲν τὰς ἀπηλλαγμένας τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, ἐπαρᾶσθαι δὲ μυριάκις ἑαυτάς, καὶ τὰς προμνηστρίας, καὶ τὴν ἡμέραν, καθ᾽ ἣν αἱ παστάδες ἐπλέκοντο. ταύτας δὲ με- C τὰ τοσαύτην ἀποδυσπέτησιν πάλιν τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἐπιθυμεῖν, τοῦτό ἐστιν ὃ μάλιστά με ἐκπλήττειν καὶ ποιεῖ ἀπορεῖν, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖν, δι᾽ ἣν τὰ πράγματα, ἃ πρότερον ἐνόμιζον εἶναι φευκτά, ὅτε ἦσαν ἐν αὐτοῖς, ταῦτα νῦν, ὅτε αὐτῶν ἀπηλλάγησαν, ὡς ποθεινά, πάλιν διώκειν. καὶ μυρίους ἄνω καὶ κάτω στρέφων παρ᾽ ἐμαυτῷ λογισμούς, μόλις ποτέ, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τὴν αἰτίαν τοῦ πράγματος ηὕρισκον· μᾶλλον δὲ οὐ μία τίς ἐστιν αἰτία, οὐδὲ δύο μόνον· ἀλλὰ καὶ τούτων πλείους. D αἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου λήθῃ παραδοῦσαι τὰ πρότερα, καὶ τὰ ἐν χερσὶ μνημονεύουσαι μόνον, ἔρχονται μὲν ἐπὶ τὸν γάμον ὡς ἐπὶ λύσιν τῶν τῆς χηρείας κακῶν, εὑρίσκουσι δὲ ἕτερα πολλῷ χαλεπώτερα ἐν αὐτῷ, ὡς πάλιν τὰς αὐτὰς ἀφιέναι φωνάς, ἅσπερ καὶ πρότερον· ἄλλαι δὲ πάλιν πρὸς τὰ τοῦ κόσμου κεχήνασι πράγματα, καὶ τῆς δόξης τοῦ παρόντος ἐκκρεμάννυνται βίου, καὶ τὴν χηρείαν ἐπονείδιστον πρᾶγμα εἶναι νομίζουσαι, αἱροῦνται τὰς ἐν τῷ γάμῳ ταλαιπωρίας, ὑπὲρ τῆς δόξης τῆς κενῆς καὶ τοῦ

EIVSDEM DE NON ITERANDO CONIVGIO.

Ad eandem.

MVLIERES, quæ virorum conſuetudinem, partus dolores, & cętera omnia, quibus inſtructum matrimoniũ in hominum domos B ingreditur, nunquã vſu cognouerunt, ad viros animum appellere, nihil ſanè mirandum eſt. Nam & bellum, rem adeò laborioſam, ac duram, inexpertis dulce eſſe in prouerbio eſt. At ſexcẽtis malis affectas, quibúſque dura ipſa rerum conditio perſuaſit, eas quidem, quæ ſolutæ à rebus huius mundi vitam agerent, beatas prædicare, ſe ipſas au- C tem, & pronubas, & diem, quo in matrimonium ſunt collocatæ, millies execrari, eas ipſas poſt tantum faſtidij rurſus earumdem rerum deſiderio capi, hoc eſt, quod me propemodum obſtupefacit, ac dubitare cogit, & quærere; Ecquid cauſæ ſit, quamobrem quas res antea, cum in ijs verſarentur, fugiendas exiſtimabant, has rurſus, cum ab ijs liberæ ſunt, tanquam expetendas, perſequantur. Ac multa quidem animo verſans, mecúmq. ipſe cogitans, vix tandem, vt puto, ad ipſam rei cauſam indagando perueni. Atque ea qui- D dem non vna eſt, aut altera, ſed planè multæ. Partim enim ob temporis longinquitatem priorum oblitæ, & ea tantum, quæ in manibus ſunt, recolentes, veniunt quidẽ ad matrimonium, quaſi ad id, quod omnia mala, quæ è viduitate, depellat, ſed alia quædam ibi longè grauiora inueniẽtes, rurſus eaſdem, quas antea, voces emittunt. Partim verò mundanis rebus rurſus inhiantes, gloriámque præſentis vitæ admirantes & viduitatem rem dedecoris plenam putãtes, huius inanis gloriæ & tumoris cauſa ad eaſdem ſe reuocari ſinunt ma-

Variæ cauſa cur iteretur coniugium à quibuſdam.

trimonij miſerias. Nec verò deſunt, quæ non huiuſmodi cauſis adductæ, ſed ſoli intemperantiæ manus dantes, rurſus ad priorem vitæ rationem redeunt, ac veram cauſam occultare ijs, quas diximus, prætexendis conantur. Atqui iſtas accuſare, atque huiuſmodi matrimonij nomine condemnare neque ipſe auſim, neque alteri, vt audeat, autor ſim, quandoquidem aliter viſum eſt B. Paulo, vel potius Spiritui ipſi ſancto. Nam cum dixiſſet, Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit, quòd ſi dormierit vir eius, libera eſt, vt cui velit, nubat, tantum in domino, atque ita viduæ poteſtatem feciſſet rurſus, ſi velit, nubendi, addidiſſetque, Beatior autē eſt, ſi ſic permanſerit, ne quis putaret humanum eſſe præceptū: hæc adiunxit. Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeam, planè oſtēdens ſpiritu dictante iſta ſibi eſſe conſcripta. Ne quis igitur, quæ modò dicturus ſum, in eam partem accipiat, quaſi eas, quæ matrimonio ſe iungunt, reprehendam, ac criminer. Summæ enim arrogantiæ, ac furoris fuerit, quas non caſtigauit Beatus ille, ſed quibus pepercit, has contra à nobis acerbè condemnari, idque cum ſexcentis nos criminibus premamur. Etenim qui vel à iudicando abſtinere, ne eadem menſura in nos iudicium exerceatur, atque in aliorum peccata minimè vehementes eſſe iudices iubemur, ſed lenes, & ad veniam dandam faciles, ſi rem, quæ extra culpam ſit, criminemur & condemnemus, quomodo non omnem nobis veniam præcidemus ex noſtro in proximum facto in eam ſententiam inducentes iudicem, vt in nos viciſſim ſe præbeat duriorem? Non igitur vt illas accuſem, ac pungam, huc oratione delatus ſum. Quod enim in Domino fieri poteſt, in id cadere crimen nullo modo poteſt. Tantum, inquit, in Domino. Verùm quemadmodum cū de virginitate verba facimus, non vt de matrimonij dignitate detrahamus, illam laudibus extollimus, ita cum de viduitate diſputamus, nō quidem ceu ſecundas nuptias in earum rerum numero, quibus interdictum ſit, collocemus, mulieres, vt ſemel nupſiſſe contentæ ſint, cohortamur: ſed fatemur quidem ſecundis etiam legem non violari, veruntamen vnas iteratis longè præſtare non dubitamus. Atque in hac comparatione, cùm vnum alteri præſtare dicimus,

1.Cor.7.

A τύφου τοῦ περιττοῦ. εἰσὶ δὲ αἱ τούτων μὲν οὐδὲν, ἀκρασίᾳ δὲ μόνῃ κρατούμεναι, ἐπὶ τὰ πρότερα πάλιν ἐπανέρχονται, καὶ τὴν ὄντως αἰτίαν πειρῶνται ταῖς εἰρημέναις ἀποκρύπτειν προφάσεσιν. αἰτιάσασθαι μὲν οὖν αὐτὰς καὶ καταδικάσαι ὑπὲρ τοῦ γάμου τούτου οὔτε αὐτὸς τολμῶ, οὔτε ἄλλῳ παραινῶ· ἐπεὶ μηδὲ τῷ μακαρίῳ Παύλῳ τοῦτο δοκεῖ· μᾶλλον δὲ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. εἰπὼν γὰρ, γυνὴ δέδεται νόμῳ ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι πάλιν, καὶ εἰπών· μακαριωτέρα δέ
B ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ, ἵνα μή τις νομίσῃ ἀνθρώπινον εἶναι τὸ ἐπίταγμα, ἐπήγαγε· δοκῶ γὰρ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν· δηλῶν ὅτι πνεύματι ταῦτα ἔγραψε. μὴ τοίνυν ἐγκαλεῖν ταῖς γαμουμέναις, ἢ μεμφόμενον νομιζέτω μέ τις λέγειν ταῦτα, ἅπερ ἐρῶ νῦν. καὶ γὰρ ἂν εἴη τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας τε καὶ μανίας, ἃς οὐκ ἐκόλασεν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐφείσατο, ταύτας ἡμᾶς καταδικάζειν ἀφειδῶς ἐξεναντίας, καὶ ταῦτα μυρίων ἐμπεπλησμένους κακῶν. εἰ γὰρ μηδὲ κρίνειν κελευόμεθα, ἵνα μὴ τῷ αὐτῷ
C μέτρῳ κριθῶμεν, μηδὲ σφοδροὶ τῶν ἑτέροις ἁμαρτανομένων γίνεσθαι δικασταὶ, ἀλλὰ συγγνωμονικοὶ καὶ ἥμεροι, ὅταν πράγματι κολάζῃς, καὶ κατακρίνῃς ἑτέρους, πάσης ἀποστερεῖς σεαυτὸν συγγνώμης, διὰ τὸ εἰς τὸν πλησίον σφοδρότερον σαυτῷ γίνεσθαι παρασκευάζων τὸν κριτήν. οὐ τοίνυν κατηγορῶν οὐδὲ καθαπτόμενος ἐπὶ τοῦτο ἐλήλυθα νῦν. ὃ γὰρ ἐν κυρίῳ γίνεσθαι δυνάμενον πάσης κατηγορίας ἀπήλλακται. μόνον γάρ φησιν ἐν κυρίῳ. ὥσπερ οὖν ὅταν ὑπὲρ παρθενίας λέγωμεν, οὐ τὸν γάμον
D ἀτιμάζοντες ἐκείνην ἐπαίρομεν, οὕτως ὅταν περὶ χηρείας διαλεγώμεθα, οὐ τὸν δεύτερον γάμον ἐν ταῖς ἀπειρημέναις τιθέντες τὴν προτέραν στέργειν παρακαλοῦμεν, ἀλλ' ὁμολογοῦμεν μὲν καὶ τοῦτον εἶναι κατὰ νόμον τὸν δεύτερον, πολλῷ δὲ τὸν ἕνα τοῦ δευτέρου βελτίονα. μὴ δὴ οὖν τὴν κατὰ σύγκρισιν ὑπεροχὴν τοῦ κατ' αὐτὴν ἐλαττωθέντος παραγ-

μαῖος κακίας εἶναι νομιζέτω. οὐδὲ γὰρ εἰς τὴν τῶν πονηρῶν τὸ πρᾶγμα ὠθοῦντες τάξιν τὴν σύγκρισιν ταύτην ποιούμεθα· ἀλλ' ἀφέντες αὐτὸ τῶν νενομισμένων εἶναι καὶ ἐν ἐξουσίᾳ, οὕτως αὐτοῦ τὸ πολλῷ κρεῖττον προτιμώμενόν τε καὶ θαυμάζομεν. τί δή ποτε; ὅτι οὐκ ἔστιν ἴσον ἑνὸς ἀνδρὸς εἶναι γυναῖκα, καὶ δευτέρου τὴν αὐτήν. ἡ μὲν γὰρ ἀρκεσθεῖσα τῷ προτέρῳ ἔδειξεν, ὅτι οὐδ' ἂν τοῦτον εἵλετο τὴν ἀρχήν, εἰ τοῦ πράγματος ᾔδει τὴν πεῖραν καλῶς. ἡ δὲ δευτέρῳ ἐπεισαγαγοῦσα νυμφίον τῇ τοῦ προτέρου εὐνῇ, τῆς πολλῆς περὶ τὸν κόσμον φιλίας, καὶ πρὸς τὰ γήινα πράγματα συμπαθείας, τεκμήριον ἐξήνεγκεν οὐ μικρόν. κἀκείνη μὲν οὔτε ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἕτερον ἴσα ἐπτόητο· αὕτη δὲ εἰ καὶ μὴ ἥμαρτεν εἰς ἕτερον ζῶντος ἐκείνου· ἀλλ' ἐκείνου μᾶλλον πολλοὺς ἑτέρους ἐθαύμασεν. ἵνα δὲ μὴ τοῦ διελθόντος καταστοχαζώμεθα βίου, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα συγκρίνωμεν. ὥσπερ γὰρ ἡ παρθενία τοῦ γάμου κρείττων, οὕτως οὗτος ἐκείνου βελτίων ὁ γάμος. ἡ μὲν γὰρ χήρα, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐλαττωθεῖσα τῆς παρθενίας, μόνον κατὰ τὸ τέλος ἐξισοῦται πάλιν αὐτῇ καὶ συνάπτεται· ὁ δὲ γάμος οὗτος ἐξ ἑκατέρων αὐτῆς ἀφέστηκε τῶν μερῶν. χωρὶς δὲ τούτων ἡ μὲν εὐκόλως φέρουσα τὴν χηρείαν, καὶ ζῶντος πολλάκις ἐγκρατεύεται τοῦ ἀνδρός, ἡ δὲ τὸ πρᾶγμα ἔχουσα ἐπαχθῶς οὐ δύο μόνον καὶ τρισίν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείοσιν ὁμιλῆσαι παρεσκευάσται ἀνδράσι, καὶ μόλις τοῦ γήρως ἐπελθόντος ἀφίσταται. ὥσπερ οὖν πολλῆς σεμνότητος καὶ σωφροσύνης σημεῖον ὁ γάμος ἐκεῖνός ἐστιν, οὕτως οὗτος ἀσελγείας μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι, μὴ γένοιτο· ἀσθενοῦς δὲ ψυχῆς καὶ σαρκικωτάτης, καὶ τῇ γῇ προσδεδεμένης, καὶ μέγα καὶ ὑψηλὸν οὐδὲν δυναμένης φαντασθῆναί ποτε. εἰ δὲ λέγοι τις, ὅτι τὸ καλὸν ταὐτόν ἐστι, κἄν τε ἅπαξ γένηται, κἄν τε δίς, κἄν τε πολλάκις· ὁμοίως γὰρ ἔσται καλόν, καὶ ὁ πολλάκις αὐτῷ χρώμενος μᾶλλον ἐπαινοῖτ' ἂν δικαίως, ὥστε εἰ καὶ ὁ γάμος καλόν, ὁ συνεχῶς αὐτῷ κεχρημένος τοῦ ὀλιγάκις θαυμαστότερος, καὶ μᾶλλον ἀποδεκτός, ἐροῦμεν, ὅτι τοὺς μὲν ἀφελεστέρους τοῦτο σοφίσασθαι δύναιτ' ἄν· τοῖς δὲ βουλομένοις προσέχειν, εὔφωρον ἔσται τὸ σόφισμα. γάμος γὰρ οὐ κατὰ τὴν μίξιν λέγεται γάμος· ἐπεὶ

A nemo hoc ipſum, quod inferiorem locum tenere dicimus, vitiũ putet. Non enim illa inter ſe ideo conferimus, vt ipſorũ alterum in rerũ turpium ordinẽ reijciatur: ſed cõcedentes id legi conſentaneũ eſſe, noſtróq. arbitrio permiſſum, alterũ tamẽ præ hoc longè pluris facimus, magiſq. ſuſpicimus. Quid ita? quoniã multum intereſt eandem mulierẽ vnius viri eſſe vxorẽ, ac duorum. Nam, cui prior ſatis eſt, planè oſtendit, neq. ad illũ ipſum ſe adiuncturã fuiſſe, ſi rei naturam vſu ipſo probè nouiſſet. Quæ autẽ alterũ ſpõſum in prioris cu- B bile inducit, næ iſta haud exiguũ egregiæ erga mundũ amicitiæ, atq. erga res terrenas propẽſionis indicium præbet. Atque illa quidẽ nec dum viueret vir, erga aliũ cõmota animo eſt: hæc verò, etſi illo viuente ab alijs ſe pudicã ſeruarit, attamen multos alios magis, quàm illum ſuſpexit. Sed ne ex hoc facto cõiecturã de præterita vita faciamus, rem ipſam expendamus. Etenim quẽadmodum virginitas matrimonio melior eſt, ita hoc matrimonio illud. Vidua enim de principio tantum virginitati cõceſſit, ad extremum verò ipſi rurſus æqua- C tur, & cõiungitur. Hoc verò matrimoniũ vtraq. ex parte à virginitate abeſt. Huc accedit, eam quę facile fert viduitatem, à viro quoq. dum viueret, ſæpe ſe cõtinere ſolitam, eam verò, quę rem maximè moleſtam putat, ita animum inſtituiſſe, vt non cum duobus ſolũ tribúſve, ſed etiam multo pluribus, ſi ita ſors ferat, ſibi res habenda ſit, ac vix extrema ętate abſtinẽdum. Quemadmodum igitur matrimoniũ illud magnæ honeſtatis, ac tẽperantiæ ſpecimen eſt: ita hoc minimè quidẽ dixerim mollitiei, & laſciuiæ (abſit) ſed certe animi D infirmioris, & qui carni deditus ſit, terræque affixus, nec magnũ, atque excelſum quippiã animo cõcipere vnquam poſſit. Quòd ſi quis obijciat, quod honeſtum eſt, ſuam tueri honeſtatem, ſiue ſemel obeatur, ſiue bis, ſiue ſæpius, ſimiliter enim honeſtum manere, quinetiã, eũ qui ſæpius functus eſt, laudabiliorẽ eſſe eo qui rarius, reſpondebimus huiuſmodi ſophiſma incautioribus fortaſſe poſſe imponere, ijs autem, qui animum aduertere voluerint, facile ad refellendũ eſſe. Matrimonium enim non corporum commiſtio facit (ita enim &

Viduitas & monogamia melior matrimonio.

fornicatio matrimoniũ eſſet) ſed quòd ea, quæ nupta eſt, vno viro cõtenta eſt. Atque hoc inter meretricem, atque ingenuam, pudicámque mulierem intereſt. Quòd ſi vno viro contẽta perpetuo ſit, coniunctionẽ iſtam matrimonij nomine verè appellaris. Sin pro vno multos ſpõſos in domũ inducat, non equidem fornicationem audeo dicere, ſed illud quidẽ contendam, hanc illa, quæ vnum duntaxat virum nouit, longè inferiorem eſſe. Illa enim audiuit Domi-
Matt.19.5. num, cum ita diceret. Propter hoc dimittet homo patrem & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam, ac viro adhæſit, perinde ac verè ſua caro eſſet, neque oblita eſt ſemel ſibi impoſiti capitis. Hæc verò nec priorem nec poſteriorẽ virum propriam carnem reputat: viciſſim enim alter alterum eijciũt. Neque enim mulier prioris viri memoriá ſatis rectè colere poterit, quæ poſt illũ alteri nupſit, nec poſteriorẽ iuſto amore proſequetur, magna adhuc cogitationũ ac mentis parte in eum, qui obijt, deriuata. Ita fit, vt neutri is, qui viro debetur, amor, atque honos ab vxore exhibeatur. Ecquid verò animi putet poſteriori ſpõſo eſſe, qui in prioris thalamũ ingreditur, & illius lectum ſcandit, ac præterea illius vxorem ridentẽ, & hac de cauſa iocantẽ, ac ludentẽ videt? Valdè quidem commoueatur, neque ad illam magno cum amore accedat, neceſſe eſt. Nam tametſi omniũ hominũ duriſſimus ſit, non tamen ita exuere omnẽ humanitatem poteſt, vt humano quodam ſenſu non afficiatur, etiã ſi illa ſexcentis ornamentis & ſeipſam & domũ cõpſerit. Dolor enim altè iam animo infixus nõ ſinit puram, & ſincerá ad ipſius animũ allabi voluptatẽ. Sed quemadmodum in muris vſu venit, vt cum pars aliqua valdè exuſta eſt, licet poſtmodum dealbetur, ſubiectus tamen, ac profundus nigror candorẽ tectorij obſcuret, atq. iniucundũ ſanè ſpectaculum præbeat: ita & hac in re, tametſi multa ſplẽdida excogitẽtur, in medijs tamen ipſis eminent triſtia, ac moleſta quædam ex ijs miſtio fit. Nam, & ſerui, & ancillæ, & agricolæ, & inquilini, & vicini, & gentiles prioris viri demiſſo, ac triſti vultu intuẽtur, quæ fiunt, ac gemunt. Quòd

A οὕτω γε καὶ ἡ πορνεία γάμος ἂν ἦν· ἀλλὰ διὰ τὸ στέργειν ἑνὶ τὴν γαμουμένην ἀνδρὶ, καὶ τούτῳ τῆς πόρνης διέστηκεν ἡ ἐλευθέρα καὶ σώφρων γυνή. εἰ μὲν γὰρ ἑνὶ διαπαντὸς ἀρκοῖτο ἀνδρὶ, γάμος τὸ πρᾶγμα εἰκότως ἂν λέγοιτο· εἰ δὲ ἀνθ' ἑνὸς πολλοὺς εἰς τὴν οἰκίαν εἰσάγει νυμφίους, πορνείαν μὲν οὐ τολμῶ τὸ πρᾶγμα καλεῖν, τῆς δὲ οὐκ εἰδυίας ἕτερον ἄνδρα πλὴν ἑνὸς πολλῷ τῷ μέτρῳ ἀπολείπεσθαι φαίην ἄν. ἐκείνη μὲν γὰρ ἤκουσε τοῦ κυρίου λέγοντος, ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μη-
B τέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, καὶ ὥσπερ σαρκὸς ἀληθῶς οἰκείας ἀντείχετο, καὶ οὐκ ἐπελάθετο τῆς ἅπαξ δοθείσης αὐτῇ κεφαλῆς. αὕτη δὲ οὔτε τὸν πρότερον, οὔτε τὸν δεύτερον ἔχει ἐν τάξει τῆς οἰκείας σαρκός· ὁ μὲν γὰρ πρότερος ἐκβέβληται παρὰ τοῦ δευτέρου, ὁ δεύτερος δὲ ὑπ' ἐκείνου· οὔτε δὲ τοῦ προτέρου μεμνῆσθαι δύναιτ' ἂν καλῶς τῷ ἑτέρῳ μετ' ἐκεῖνον προσέχουσα, οὔτε τοῦτον μετὰ τῆς προσηκούσης φιλοστοργίας ὄψεται, σχιζομένης εἰς τὸν ἀπελθόντα τῆς
C διανοίας αὐτῆς· ὥστε ἑκάτερον λοιπὸν συμβαίνει, καὶ τοῦτον κἀκεῖνον ἐκβεβλῆσθαι τῆς ἀνδρὶ προσηκούσης καὶ τιμῆς καὶ φιλίας παρὰ γυναικός. ποίαν δὲ ὅλως οἴεται ἔχειν ψυχὴν τὸν δεύτερον νυμφίον εἰς τὸν τοῦ προτέρου θάλαμον εἰσαγόμενον, καὶ εἰς τὴν εὐνὴν ἀναβαίνοντα τὴν ἐκείνου, καὶ γελῶσαν καὶ χαριεντιζομένην ἐπὶ τούτοις, ὁρῶντα τὴν ἐκείνου γυναῖκα, σφόδρα γε· οὐδὲ γὰρ μετὰ πολλῆς αὐτῇ προσελεύσεται τῆς φιλίας· κἂν γὰρ ἁπάντων ἀνθρώπων ἀπηνέστερος ᾖ, οὐκ ἔσται οὕτως ἄγριος, ὡς μηδὲν ἀνθρώπινον παθεῖν, κἂν μυρίοις καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸν
D οἶκον περιβάλλῃ καλλωπισμοῖς ἐκείνη. τὸ γὰρ καταλαβὸν ἤδη πένθος τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφίησι καθαρὰν γενέσθαι τὴν εὐφροσύνην· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν τοίχων ὅταν σφόδρα καταφλεγῇ τι μέρος τούτων, εἶτα ἠρέμα κονιαθέντι τὸ τῆς μελανίας ἐπιτεταμένον καὶ βαθὺ λυμαίνεται τῇ τῆς ἐπιφανείας λευκότητι, καὶ ἔστι θέαμα ἀηδές· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, κἂν πολλὰ ἐπινοήσῃ τὰ λαμπρὰ, ἐν μέσοις αὐτοῖς διαφαίνεται τὰ σκυθρωπὰ, καί τις ἐν αὐτοῖς μῖξις ἀτερπής. καὶ γὰρ καὶ οἰκέται, καὶ θεράπαιναι, καὶ γεωργοὶ, καὶ πάροικοι, καὶ γείτονες, καὶ συγγενεῖς τοῦ προαπελθόντος κατηφῶσιν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, καὶ στενάζουσι.

A εἰ δὲ καὶ ὀρφανοὶ τύχωσι καταλειφθέντες, νέοι μὲν ὄντες κομιδῇ, σφοδρὸν ὑπὸ τῶν δυναμένων συνιέναι τῶν γινομένων, τῇ μητρὶ τὸ μῖσος ἐξάπτουσιν, εἰ δὲ ἐνήλικες τύχοιεν ὄντες, πάντων ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀηδίαν κατασκευάζουσιν. ἅπερ οὖν καὶ νομοθέται συνεωρακότες ἅπαντα, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις ἀλγοῦντας παραμυθούμενοι, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπολογούμενοι, ὅτι οὐ κατὰ γνώμην οὐδὲ προηγουμένως τοῦτον τὸν γάμον ἐπέταξαν, ἀλλὰ δεδοικότες, μή τι χεῖρον γένηται κακὸν, πάντα τοῦ δευτέρου γάμου τὰ φαιδρὰ περιέτεμον, καὶ οὔτε αὐλὸς, οὔτε κρότοι, οὔτε ὑμέναιος, B οὔτε ὀρχήματα, οὔτε στέφανοι νυμφικοὶ, οὔτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων, τὴν ἑσπέραν κοσμοῦσιν ἐκείνην, ἀλλὰ πάντων αὐτὴν ἀποκοσμήσαντες, οὕτως ἀστεφάνωτον ἄγουσι τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν χήραν γυναῖκα, μονονουχὶ βοῶντες διὰ τούτων, ὅτι πάντα συγγνώμης ἄξια τὰ πραττόμενα, ἀλλ' οὐκ ἐπαίνων καὶ κρότων καὶ στεφάνων. πῶς οὖν ὁ Παῦλος ἐκώλυσε χηρεύειν φησὶ καὶ βουλομένας τὰς νέας, οὑτωσὶ γράφων· νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ; οὐχ ὁ Παῦλος τὰς βουλομένας χηρεύειν ἐκώλυσεν· ἀλλ' ἐκεῖναι καὶ τὸν Παῦλον ἠνάγκασαν μὴ βουλόμενον τοῦτον διατά- C ξασθαι τὸν νόμον αὐταῖς· εἰ γὰρ τοῦ Παύλου τὸ θέλημα βούλει μαθεῖν, ἄκουε τί φησι· θέλω δὲ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν, ἐν ἐγκρατείᾳ, ὥστε οὐκ ἂν ἐμαχέσατο ἑαυτῷ, οὐδὲ ἐναντιολογίᾳ τοσαύτῃ περιέπεσεν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, οὐδ' ἂν ἅπαντας ἀνθρώπους βουλόμενος εἶναι ἐν ἐγκρατείᾳ, τὰς βουλομένας χηρεύειν ἐκώλυσε. πῶς οὖν φησί· νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ, ἀλλ' εἰπὲ τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί. οὐ γὰρ ἁπλῶς οὕτως εἴρηκεν· ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν προστέθηκεν εἰπών· ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χρι- D στοῦ, γαμεῖν θέλουσιν. ὁρᾷς ὅτι οὐ τὰς χηρεύειν βουλομένας, ἀλλὰ τὰς γαμῆσαι προαιρουμένας μετὰ τὸ χηρεῦσαι κωλύει ἐκεῖνος καὶ εἰς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον καταλέγεσθαι χορὸν; καὶ σφόδρα τοῦτο συνετῶς. εἰ γὰρ μέλλοις φησὶ δευτέροις γάμοις ὁμιλεῖν, μηδὲ ἐπαγγείλῃ χηρείαν. τοῦ γὰρ μηδ' ὅλως ὑποσχέσθαι, τὸ μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἀγνωμονῆσαι πολλῷ χεῖρον ἐστίν. ὥσπερ οὖν τὰς συνεχεῖς συνουσίας ἐπέτρεψεν, οὐ νομοθετῶν, ἀλλὰ

A ſi præterea pupilli affuerint, ſi quidem valdè pueri ſint, magnum ab ijs, qui de rebus iudicare queunt, in matrē odium excitant: ſin autē puberes, tantā, quantam vix aliud quicquā, viro moleſtiam cōparant. Quę quidem omnia cum legiſlatores animaduerterent, & eos, qui propterea anguntur, conſolari vellent, & ſimul ſui facti rationē reddere, quòd non ex principali propoſito, neque, ſi vtrumuis liceret, huiuſmodi matrimoniū inſtituerēt, ſed tantum metu adducti, ne grauius, aliquod malū exiſteret, ſecundas nuptias omni illa ſplendida B pōpa ſpoliarunt, neq. enim tibia, neq. plauſus, neque hymenæus, neque choreæ, neque coronæ nuptiales, neque aliud quicquā eiuſmodi veſperam illam ornant, ſed hæc omnia auferentes, ſic nō coronatum virum ad viduā mulierem adducunt, tantum nō per hæc clamantes, quæ fiunt, omnia eſſe quidem eiuſmodi, quibus venia detur, ſed laudibus, coronis, plauſib. minimè digna. Atenim obijciet quis, cur igitur Paulus prohibet, ne iuniores etiam, ſi velint, viduæ maneant? ita enim ſcribit: Adoleſcentiores autem viduas deuita. Non 1. Tim. 5. C ſanè Paulus impedimento eſt, quominus quę volunt, virginitatē ſeruent, ſed ipſæ potius ſunt, quę Paulum eò neceſſitatis adegerunt, vt præter animi ſui ſententiā hanc ipſis legem ferret. Nam ſi Pauli ſententiā vis cognoſcere, audi, quid dicat: Volo omnes homines eſſe 1. Cor. 7. ſicut meipſum: id eſt continentiā ſeruare. Quamobrē non ſibi ipſi aduerſatur beatus ille, neq. adeò lapſus eſt, vt inter ſe pugnantia loqueretur, nec qui velit omnes homines colere continentiam, obſtaret, quominus, quæ volunt, viduæ maneant. Quid igitus verba illa D ſibi volunt: Adoleſcentiores autem viduas deuita. Attendamus obſecro, qua cauſa & quā ob rē. Non enim iſta abſolutè protulit, ſed progreſſus oratione adiūxit: Cū enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt. 1. Tim. 5. Vides non eas, quæ viduitatē ſeruare volunt, ſed quæ poſtquā in viduitatē inciderūt, nubendum ſibi ſtatuunt, ab illo prohiberi, ne viduę maneāt, néve in ſacrū illum chorum admittātur, idq. valde ſapienter: Nā ſi alteri matrimonio illigāda es, neque ſpōdere etiā viduitatē debes. Nam poſt promiſſionē mutare ſententiā longè deterius eſt, quā neq. omnino promittere. Quemadmodū igitur aſſiduā liberis operā dare permiſit, nō quidem legē ſtatuens, ſed

ipſis indulgens, ſic enim inquit, Hoc A autẽ dico ſecundum indulgẽtiam, non ſecundum imperium propter incontinentiã veſtram, ita hoc etiam loco grauioris mali metu ſecundũ inſtituit matrimonium, oſtendens hoc quoque indulgentiæ eſſe ad multorum infirmitatem ſeſe accommodãtis, ac demittẽtis. Infirmitatem autẽ dico non potentiæ, ſed volũtatis, ac propoſiti. Nam quemadmodum virgo, ſi poſt promiſſam virginitatem ſe violari ſiuerit, facinus adulterio grauius perpetrauit, ita & vidua, quæ ſemel promiſit, ſi deinde pactionem cum Deo factam conculcans B eodem crimine ſe polluerit, eidẽ quoq. ſupplicio obnoxia eſt, ac fortè etiam, ſi licet mirum quiddã dicere, longè maiori. Non enim idem eſt, vt initio dicebam, imperitam, atq. vſu iam edoctam ijſdẽ ſuccũbere tentationibus. Neque verò hoc loco dumtaxat, ſed etiã paulò poſt, cum hæc præmiſiſſet, Volo ergo iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familias eſſe, cauſam ſubdit, cur iſtud velit. quæ ea eſt? Nullam, inquit, occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Nam quoniã veriſimile eſt multas eo tempore viduas poſt viri C obitum licẽtius, magiſq. arbitratu ſuo viuere ſolitas, à viri ſocietate, quaſi à neceſſitate quadam, ac dominatu liberas, ita vt impudentiæ nomine malam de ſe opinionẽ afferrent, abducẽs ipſas ab illiberali hac, & peſtifera libertate, rurſus ad priſtinum iugum adducit. Nam ſi, inquit, futurum eſt, vt viduitatem prę ſe ferens quæpiam clam fornicetur, ac ſeipſam dedecoret, longè ſatius nubere, ac nullã occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Quamobrem, ne occaſiones maledicta iaciendi dent, ac vitã meretriciam cõtumeliiſq. D obnoxiam agant, matrimonium præcipit. Audi, quot præterea ſint, quæ ipſis vitio vertat. Nam cum deberent omne ſuum tempus orationibus, & ſupplicationibus inſtare, iſtæ verò, inquit, Et ocioſæ diſcunt curcumire domos, nõ ſolum ocioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes, quæ nõ oportet. Hæc verò ipſi minimè probantur, ſed vult perpetuo affixas eſſe reb. ſpiritualibus. Nam, quę in delicijs eſt, inquit, viuẽs mortua eſt: quandoquidẽ, & virginẽ ipsã vult bonum hoc ſuum nõ corporis caſtitate definire, ſed vniuerſum ocium ſuum

Cur iuniores, viduas nubere oporteat.

A συγγινώσκων αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ λέγω φησί, κατὰ συγγνώμην οὐ κατ' ἐπιταγὴν διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, δι' ἕτερον μεῖζον κακὸν τὸν δεύτερον γάμον ἐπέταξε, δεικνὺς ὅτι καὶ τοῦτο συγγνώμης ἐστί, τῇ τῶν πολλῶν ἀσθενείᾳ συγκαταβαινούσης. ἀσθένειαν δέ, οὐ δυνάμεως, ἀλλὰ προαιρέσεως φημί. καθάπερ γὰρ ἡ παρθένος, μετὰ τὴν τῆς παρθενίας ἐπαγγελίαν διαφθαρεῖσα, μοιχείας χεῖρον ἐτόλμησεν, οὕτω καὶ ἡ χήρα ἅπαξ ἐπαγγειλαμένη, εἶτα πατήσασα τὰς πρὸς τὸν θεὸν συνθήκας, ὑπὸ τὴν B αὐτὴν ἁμαρτίαν πεσεῖται, καὶ τῆς αὐτῆς ἔσται τιμωρίας ὑπεύθυνος· εἰ δὲ χρή τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, τάχα καὶ πολλῷ μείζονος· οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, ὅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, τήν τε ἄπειρον, καὶ τὴν πεπειραμένην τοῖς αὐτοῖς πάλιν περιπεσεῖν πειρασμοῖς. καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ προειπών, καὶ πάλιν λέγων· βούλομαι νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, τὴν αἰτίαν προσέθηκε, δι' ἣν ταῦτα βούλεται. τίς δέ ἐστιν αὕτη; μηδεμίαν φησὶ διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ ἀφορμὴν λοιδορίας χάριν. ἐπεὶ γὰρ πολλὰς τῶν χηρῶν εἰκὸς ἦν τότε προπετέστερον καὶ C αὐθαδέστερον τῷ μετὰ ταῦτα κεχρῆσθαι βίῳ, καθάπερ τινὸς ἀνάγκης, καὶ δεσποτείας τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα συζυγίας ἀπαλλαγείσας, ὡς καὶ πονηρὰν ἐπισπάσασθαι δόξαν, διὰ τῆς ἰταμότητος, ἀπάγων αὐτὰς τῆς ὀλεθρίου ταύτης ἐλευθερίας, πάλιν ἐπὶ τὸν ζυγὸν ἄγει τὸν πρότερον. εἰ γὰρ μέλλοι τίς φησι χήρα οὖσα λάθρα πορνεύειν, καὶ καταισχύνειν ἑαυτήν, πολλῷ βέλτιον γαμεῖν, καὶ μηδεμίαν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ ἀφορμὴν λοιδορίας χάριν, ὥστε διὰ τὸ μὴ παρέχειν τὰς ἀφορμὰς τῆς λοιδορίας, D καὶ βίον ἐφύβριστον ζῆν καὶ πορνικόν, τὸν γάμον ἐπέταξεν. ἄκουε γοῦν καὶ ὅσα αὐτῶν κατηγορεῖ. δέον γὰρ εἰς προσευχάς τε τετράφθαι τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ ἱκετηρίας· αἱ δέ φησι καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαί, ἀλλὰ καὶ φλύαροι, καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. αὐτὸς δὲ οὐχ οὕτω βούλεται, ἀλλὰ προσπλάσασθαι αὐτὴν διαπαντὸς τοῖς πνευματικοῖς. ἡ γὰρ σπαταλῶσα φησὶ ζῶσα τέθνηκεν. ἐπεὶ καὶ τὴν παρθένον, οὐ τῇ τοῦ σώματος ἁγνείᾳ βούλεται ὁρίζειν τοῦτο τὸ καλόν, ἀλλὰ τὴν πᾶσαν σχολὴν εἰς τὴν λα-

τρείαν

τρείαν ἀναλίσκειν τῷ θεοῦ. τοῦτο γάρ φησι λέγω ὑμῖν, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον, καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. οὐ γὰρ θέλει αὐτὴν μερίζεσθαι, ἀλλ' ὅλην εἶναι τῶν πνευματικῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ τοῦ κυρίου μεριμνᾷν, οὕτω καὶ τὴν χήραν πολιτεύεσθαι παραινεῖ λέγων· ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν θεὸν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας. ὅταν οὖν τὴν σχολὴν ἣν ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς πράγμασιν ἀναλίσκειν χρὴ, ταύτην μὴ μόνον εἰς περιττὰ καὶ ἀνωφελῆ, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ σφόδρα ἐπιβλαβῆ παρὰ πάντα δαπανῶσι τὸν βίον, εἰκότως αὐτὰς ἐπὶ τὸν γάμον ἄγει λοιπόν. καθάπερ οὖν καὶ Ἰουδαίοις τὸ σάββατον ἔδωκεν ὁ θεὸς, οὐχ ἵνα ἀργῶσιν ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα τῶν πονηρῶν ἀπέχωνται πράξεων, οὕτω καὶ ἡ χήρα καὶ ἡ παρθένος, οὐχ ἵνα ἁπλῶς μὴ ὁμιλῶσιν ἀνδρὶ, τοῦτον αἱροῦνται τὸν βίον, ἀλλ' ἵνα τὰ τοῦ κυρίου μεριμνῶσιν, ἵνα ὁλοκλήρου τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ προσκαθίσωσι. ναί φησιν, ἀλλ' ἀφόρητον ἔσται κακὸν γυναῖκα οὐδενὸς πραγμάτων ἄπειρον, τὰ τῶν ἀνδρῶν ἀναγκάζεσθαι ὑπομένειν. οὔτε γὰρ αὐτὴ μεταχειρίσασθαι δυνήσεται καθάπερ ἐκεῖνος, καὶ θλίψεις ἀπὸ τούτων, καὶ τὸ πάντα ἀπολέσαι κερδανεῖ μόνον. ἆρ' οὖν πᾶσαι αἱ μὴ δευτέροις ὁμιλήσασαι γάμοις πάντα ἀπώλεσαν τὰ αὐτῶν, καὶ πάντων ἐξέπεσον, καὶ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν γυναῖκα χήραν πραγμάτων προϊσταμένην; σκήψεις ταῦτα καὶ προφάσεις, καὶ τῆς οἰκείας ἀσθενείας προκαλύμματα. πολλαὶ γὰρ τῶν ἀνδρῶν γενναιότεραι, καὶ οἰκίας προέστησαν, καὶ παῖδας ἐξέθρεψαν ὀρφανοὺς, καὶ τὰς ἐν χερσὶν οὐσίας αἱ μὲν ηὔξησαν, αἱ δὲ οὐκ ἠλάττωσαν. καὶ γὰρ ὁ θεὸς ἐξ ἀρχῆς οὐ τὸ πᾶν τοῖς ἀνδράσιν ἐπέτρεψεν, οὐδὲ ἐν πᾶσιν αὐτῶν ἐκκρέμασθαι τὰ ἐν τῷ βίῳ πράγματα μόνον ἀφῆκεν. ἦ γὰρ ἂν εὐκαταφρόνητος ἡ γυνὴ ἦν, μηδὲν συντελοῦσα πρὸς τὸν βίον ἡμῶν. ὅπερ οὖν εἰδὼς ὁ θεὸς, ἀπέφηνεν αὐτὴν μέρος οὐκ ἔλαττον, καὶ τοῦτο δηλῶν ἄνωθεν ἔλεγε, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν. ἵνα γὰρ μὴ τῷ πρότερον γεγενῆσθαι, μηδὲ τῷ δι' αὐτὸν τὴν γυναῖκα πεπλάσθαι μέγα κατ' αὐτῆς ἔχῃ φρονεῖν ὁ ἀνήρ, διὰ τοῦ ῥήματος τούτου κατέστειλε τὸν τῦφον αὐτοῦ, δεικνὺς

A Deo cõſecrare, atque illi perpetuò deſeruire. Ita enim ſcribit: Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueũ vobis iniiciam, ſed ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbet ſine impedimento Dominum obſecrandi. Non enim ipſam patitur diuiſam eſſe, ſed totam rebus ſpiritualibus, ac cœleſtibus hærere vult, & quæ domini ſunt, curare. Ad eãdem vitæ rationem viduam quoque vocat, dicens: Quæ autem verè vidua eſt, & deſolata; ſperauit in Deum; & inſtat obſecrationibus, & orationibus nocte, & die. Quãdo B igitur ocium, quod in Euangelicis negociis inſumendum erat, id non modò in rebus ſuperuacuis, atque inutilibus, ſed etiam valdè noxiis perpetuo impendunt; idcirco ad matrimonium eas rurſus adducit. Nam quemadmodum Iudæis Sabbatum dederat Deus; non vt ociarentur dumtaxat, ac planè ceſſarent; ſed vt à turpibus actionibus abſtinerent, ita vidua, & virgo, non vt ſatis habeant viris non miſceri, hanc ſibi deligunt vitam, ſed vt ea, quæ Domini ſunt, curent, atque ſe totas in Dei cultum conferant. Sit ita ſanè, inquiet C aliquis. Verum intolerabile malũ erit, mulierem nullo rerum vſu peritam ea, quæ ad viros pertinent, ſubire cogi; neque enim ipſa perinde atque ille, tractare atque adminiſtrare res poterit; atque hinc nihil aliud lucrabitur, quàm moleſtias, ac fortunarum ruinam. Ergo quæcumque à ſecundis nuptiis abhorruerunt; omnia ſua peſſum dederunt, omnia perdiderunt; neque mulierem viduam inuenias, quæ rem ſuam rectè gerat? Tergiuerſationes iſta ſunt, ac prætextus, propriæque infirmitatis integumenta. Multæ enim præclarius, D quàm viri, & domum adminiſtrarunt, & filios pupillos educauerunt, & bona, quæ acceperant, partim auxerunt, partim non minuerunt. Nam ab ipſomet initio non omnia viris commiſit Deus; neque ab ipſis ſolis pendere, quæ ad vitam pertinent, voluit; ne ſi mulier nihil ad vitam conferret, deſpicatui duceretur. Quamobrem id proſpiciens Deus non inferiore illam loco conſtituit; atque id ab ipſomet initio clarum faciẽs, dixit: Faciamus ipſi adiutorẽ. Etenim ne eò quòd ipſe primùm factus eſt, ac propter ipsũ formata mulier, magnos aduerſus illam ſpiritus vir ſumeret; hoc adiutoris verbo tumorem ipſius compreſſit;

Nõ poſſint viduæ ſubſidio virorum carere.

Gen. 2.18.

oſtendens mundana negotia nihilominus mulieris, quàm viri egere. Quænam igitur iſta ſunt? quibuſq. in rebus ad vitam inſtituendam, ac ſuſtentādā, nobiſcum mulier ſocietatē init? Sanè, quoniā ad præſentis vitæ ſtatum componendum non minus priuata, quam publica negotia faciūt: hæc diſpertiēs Deus, forenſia quidem viris commiſit, domeſtica autem mulieribus: ac ſi munera, officiaq. iſta cōmutentur, omnia corruent, ac peribunt. Tanto vterque vtilior altero in ſuo munere obeundo eſt. Igitur, ſi domeſtica ex muliebri ſcientia pendent, atq. iſta in re tantum viro mulier præſtat, quantum rudi homini artifex in rebus, in quibus artifex eſt; cur vanum nobis timorem incutimus? Nam peregrè quidem proficiſci, multáque domum apportare, virorum tantummodo eſt; mulieribus autem lucro operam dare, minimè fas eſt; at quæ ſunt apportata cuſtodire, ac tueri, ipſius ſolius eſt. Ac tametſi præſtantius quiddā videatur acquirere, quàm tueri; attamen, ſi hoc abſit, illud quoque inutile, ac vanum. Sæpè verò etiam ſi hoc adſit; illud nō ſolum nihil profuit, ſed etiam cuncta euertit. Valdè enim difficile eſt, hominem foris negociantem, atque amplificando patrimonio operam nauantem, iuſtè quæſtum facere. Maiorem enim partem ex alienis iſti calamitatibus creſcunt, ac ſuum negocium gerunt; ſicque mulieris arti, & gubernationi ſæpè officiunt ea, quæ per iniuſtitiam, & vim parta in manus ipſius peruenerunt. Quamobrem etſi maius aliqua ex parte ſit acquirere, quàm conſeruare; tamen altera ex parte minus eſſe deprehenditur; quando non ſolum ad bonorum amplificationem nihil cōfert, ſed etiam perdit iam repoſita. Quid igitur metuat vidua, ne viri abſentia res domeſticæ deterius ſe habeant; quarum viuente etiam viro ipſa procurationem ſuſceperat? At facilius, inquiet, gubernabit; cum metu illius nemo reluctabitur, nemo moleſtiam afferet. Nam & famuli, & œconomi, & procuratores, ac reliqui omnes illum metuētes, ad parendum aderunt prompti, ac parati; ac nemo erit, qui contra dicat. At eo, quem metuebant, è medio ſublato, omnes viduæ mulieri inſultant; in ſuo munere improbè verſantur, confidentes ſunt, atque omnia peruertunt, ac diſſipant.

A ὅτι οὐχ ἧττον τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς τὰ τοῦ κόσμου δεῖται πράγματα. τίνα οὖν ἐστὶ ταῦτα, καὶ ἐν τίσι συνεφάπτεται ἡμῖν εἰς τὴν τοῦ βίου σύστασιν αὕτη; ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἧττον τῶν δημοσίων τὰ ἰδιωτικὰ συγκροτεῖ τὴν παροῦσαν κατάστασιν, διανείμας αὐτὰ τὰ μὲν ἐπ' ἀγορᾶς πάντα, ἐνεχείρισε τοῖς ἀνδράσι· τὰ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν, ταῖς γυναιξί· κἂν ἀλλάξωνται τὴν τάξιν, πάντα διεφθάρη καὶ ἀπόλωλεν· οὕτως ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ, πολὺ θατέρου χρησιμώτερος. οὐκοῦν εἰ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν τῆς γυναι-

B κείας ἐπιστήμης ἐξήρτηται, καὶ τοσοῦτον ἐν τούτῳ κρείττων ἀνδρὸς ἡ γυνή, ὅσον τῶν τεχνιτῶν οἱ ἄτεχνοι, ἐν οἷς εἰσὶ τεχνῖται, τί περιττῶς τὸ δέος τοῦτο δεδοίκαμεν; τὸ μὲν γὰρ περιοδεύειν ἔξωθεν καὶ συνάγειν, ἐξ ἀνδρῶν μόνον ἐστί. γυναῖκας δὲ κερδαίνειν οὐ θέμις. τὸ δὲ τὰ συναχθέντα διατηρεῖν καὶ φυλάττειν, ταύτης μόνης ἐστίν· ὥστε εἰ καὶ δοκεῖ πλέον εἶναι τὸ κτήσασθαι τοῦ φυλάξαι· ἀλλ' ὅμως ἄνευ τούτου κἀκεῖνο ἄχρηστον γίνεται καὶ περιττόν. πολλάκις δὲ καὶ τούτου προσόντος, ἐκεῖνο οὐ μόνον οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ

C τὰ πάντα διέφθειρεν. ἐπεὶ γὰρ πρᾶγμά ἐστι δυσχερές, κερδαίνοντα ἔξωθεν ἄνδρα δίκαια κέρδη πορίζεσθαι. ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οὗτοι πραγματεύονται συμφοράς, καὶ τὴν τῆς γυναικὸς τέχνην καὶ τὴν οἰκονομίαν, πολλάκις ἐλυμήναντο τὰ ἀδίκως, καὶ μετὰ βίας εἰς τὰς χεῖρας ἀχθέντα τὰς ἐκείνης. ὥστε εἰ καὶ μεῖζον τὸ κτήσασθαι τοῦ φυλάξαι, ἑτέρῳ δείκνυται τρόπῳ ἔλαττον τοῦτο, ὅταν μὴ μόνον μηδὲν συντελῇ εἰς τὴν τῶν ὄντων προσθήκην, ἀλλὰ καὶ διαφθείρῃ τὰ ἀποκείμενα. τί οὖν δέδοικεν ἡ χήρα, μὴ παρὰ τὴν ἀπουσίαν τοῦ ἀνδρὸς χεῖ-

D ρον διατεθῇ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἧς καὶ ζῶντος ἐκείνου τὴν ἐπιμέλειαν εἶχεν αὐτή; ἀλλ' εὐκολώτερόν φησι μεταχειριεῖται, διὰ τὸν ἐκείνου φόβον οὐδενὸς ἀντιπίπτοντος οὐδὲ δυσκολίαν παρέχοντος. καὶ γὰρ οἰκέται καὶ οἰκονόμοι, καὶ ἐπίτροποι πάντες κατεπτήχασι, καὶ μετὰ πολλῆς ὑπακούουσι τῆς πειθοῦς· καὶ ὁ ἀντιλέγων οὐδείς· ὅταν δὲ ὁ φοβῶν ἀπέλθῃ, ἅπαντες ἐπεμβαίνουσι τῇ χήρᾳ· κακουργοῦσι, καταθρασύνονται, πάντα συγχέουσι καὶ διασπῶσι,

κἂν ἐπέλθῃ, καὶ ἀμύνηται, στρεβλοῦσα, μαστίζουσα, εἰς δεσμωτήρια συμβάλλουσα καταγνώσεως, λοιδορίας, κατηγορίας παρὰ τῶν πολλῶν· ἂν δὲ τὰς πρὸς τὸν ἀπελθόντα συνθήκας πατήσῃ, καὶ τῆς φιλίας ἐπιλάθηται τῆς ἐκείνου, καὶ τὴν ἑσπέραν, καθ' ἣν πρὸς τὸν αὐτῇ συνήπτετο, καὶ τὸν κρότον, καὶ τὸν ὑμέναιον, καὶ τὰς γαμηλίους δᾷδας, καὶ τὰς περιπλοκάς, καὶ τὰς τραπέζας, καὶ τὴν ἄλλην, ὧν αὐτῇ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐκοινώνησε, καὶ ῥημάτων ὧν εἰκὸς γυναῖκα ἀπολαύειν παρὰ ἀνδρός· ἂν ταῦτα ῥίψῃ πάντα ἐξαίφνης ὡς οὐδὲ γεγενημένα, ἑτέρῳ τὰς θύρας ἀναπετάσασα τῆς οἰκίας, καὶ πρὸς τὴν εὐνὴν αὐτὸν ἕλκῃ, τὴν ἐκείνου τὴν πάντα τὰ πρότερα συνειδυῖαν, ἂν ταῦτα ποιῇ, οὐδεὶς ὁ μεμψόμενος, οὐδεὶς ὁ ἐγκαλῶν; οὐδεὶς ὁ μισήσων, καὶ ἄστοργον καὶ ἄπιστον καὶ ἄσπονδον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα προσερῶν; μὴ γὰρ ἐπειδὴ συνεχώρησεν ὁ μακάριος Παῦλος τὸ πρᾶγμα, ἤδη αὐτὸ καὶ ἐπαίνων ἄξιον νόμιζε, καὶ καταγνώσεως ἀπηλλάχθαι τῆς παρὰ τῶν πολλῶν. κολάσεως μὲν γὰρ καὶ ζημίας ἐστὶν ἐκτός· ἐπαίνων δὲ καὶ ἐγκωμίων, οὐκ ἂν δύναιτο κοινωνεῖν. καὶ γὰρ τὸ καταφερῆ τινα καὶ λάγνον εἶναι, καὶ μήτε ἐν καιρῷ τῆς νηστείας, μήτε ἐν ἄλλῳ τινὶ τῆς γυναικὸς ἀπέχεσθαι, κολάσεως μὲν καὶ αὐτὸ πόρρω καὶ μακράν· οὐ μὴν ἐπαίνων ἐγγύς. αὐτὸ γὰρ τὸ συγκαταβεβηκέναι τοσοῦτον, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ σημεῖον ἀσθενείας καὶ ἀπροσεξίας πολλῆς. ὥστε εἰ δέδοικας μὴ θρασύτητος δόξαν λάβῃς διὰ τὴν τῶν οἰκετῶν ἐπιτίμησιν, περὶ τούτου δεδοικέναι χρή, μὴ λαγνείας καὶ ἀσωτίας δόξαν περιστείλῃ τοσαύτην. χωρὶς δὲ τούτων, τῇ χήρᾳ τὸ πρᾶγμα ἄμεινον ἐξέσται μετελθεῖν, ὥστε καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ αὐτῇ τὰ πολλὰ πράγματα εἶναι, καὶ μὴ μόνον μὴ ψέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖσθαι παρὰ πάντων, καὶ περὶ τούτου τῶν ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ. ἂν γὰρ θελήσῃς παρακαταθέσθαι τὰ χρήματα τῷ οὐρανῷ, καὶ εἰς τὸν ἄσυλον αὐτὰ κατορύξῃς τόπον ἐκεῖνον, οὐ μόνον οὐκ ἐλαττωθήσονται, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω γενήσονται. τοιοῦτος γὰρ ἐστὶν ὁ ἀγρός. εἰ δὲ ἐλάττων ἐστὶ τοῦ χηρεῦσαι μέχρι τῆς νομοθεσίας ἐκείνης, καὶ πάντα ἀθρόως οὐ βούλεται μεταθεῖναι,

A Quòd ſi vlciſci, ac vindictam ſumere velit, vinciens, verberans, in carcerem conijciens, tum vero in vulgi reprehenſionem, criminationem, contumelias incurrit: negari iſta planè nō poſſunt. Cæterum ſi fidem ei, qui abijt, datam fregerit, atque illius amorē obliuione deleuerit, & veſperā, qua ille ad ſe primum acceſſit, & plauſum, & hymenæum, & faces nuptiales, & primos amplexus, & menſas, & conuictus cuius vna cum illo per omne tempus particeps fuit, & verba, quæ à viro magna cum voluptate vxorem audire veriſi-B mile eſt: ſi hæc, inquā, omnia, perinde ac ſi nunquam fuiſſent, repente abijciat, atque alteri viro fores aperiat, ipſúmque ad illud cubile admittat, quod prioris illius fuerat, & rerum omnium priorum conſcium eſt, ſi hæc faciat, nemo ne erit, qui reprehendat? nemo qui criminetur? nemo qui odio proſequatur, ac perfidiā, inhumanam fœdifragam vocet, atque huiuſmodi alijs cōuicijs oneret? Non enim ſi beatus Paulus rem iſtam permiſit, propterea laudibus dignam putes, ac quę vulgi reprehenſionem fugiat: pœna tantum, C ac ſupplicio caret, laudes quidem, & encomia non eſt, quòd ſe reportare poſſe ſperet. Nam & mollem, atque ad libidinem procliuem eſſe, ac ne ieiunij quidem tempore, aut quouis alio ab vxore abſtinere, longè quidem, & multum à ſupplicio abeſt, non tamē propè eò, vt laudari poſſit, accedit. nam hæc ipſa permiſſio nihil aliud eſt, quàm ſignum magnę cuiuſdam infirmitatis, ac ſocordiæ. Quamobrē ſi illud times, ne famulis increpandis, ac puniēdis audaciæ ſubeas opinionē, illud viciſſim cogites, multò magis pertimeſcendū eſſe, D ne tantum molliciei, libidinis, perfidiæ crimen ſubeas. Præterea verò licebit viduæ meliore quadam ratione rebus ſuis conſulere, vt & magnam partem in tuto illas collocet, & non ſolum reprehenſionem fugiat, ſed etiam ab omnibus laudetur, quódq. præcipuum eſt, mercedes illas, quæ à Deo præbentur, reportet. Nam ſi pecunias in cœlo ſibi deponēdas cenſuerit, ibique tanquam in aſylo quodam defodiendas, non ſolum non minuētur, ſed multis partibus maiores fiēt. Talis enim eſt huius ſationis natura. Quòd ſi infirmiore animo eſt, quàm vt perfectæ illi legi implendæ par ſit, neque omnia ſimul eò traijcere vult,

illud rurſus cogitet, ſi virum accipiat, non continuò talem accepturam, qui bona amplificet. Quod ſi etiam talis ſit, nõ ſolam pecuniarum acceſſionem conſiderare cum animo ſuo debebit, ſed illud quoque, fore, vt multis in rebus Deum, atque homines lædere cogatur. Nam ſi ille ex numero potentiũ, atque opibus abundantium fuerit, multa illam præter ſententiam & facere, & ferre coget, & quod à viduitate metuebat, id illi nunc multò grauius, & violentius imminebit. Adde euenire facillimè poſſe, vt celerrimam faciat mutationẽ. Nam dum vidua eſt, etiam ſi aliquod in bonis detrimentum acciſpiat: reliqua tamen illa ſalua, atque incolumia manebunt. At potenti viro, & rempublicam, vel aliam quãpiam procurationem gerẽti matrimonio iuncta, ſæpè omnia ſimul amittet. Calamitatũ enim, quæ viris accidunt, vxores quoque participes ſint oportet: Sed eſto, nihil eiuſmodi accidat, ecquid lucri, dic mihi, ſeruitutẽ libertati anteferre? ecquid vtilitatis diuitiæ afferunt, cum illis arbitratu ſuo vti minimè queat? nõ ne multo præſtabilius eſt, pauca ita poſſidere, vt illa in poteſtate habeas, quàm omnia, quę in orbe terrarũ ſunt, ea conditione, vt vnà cum illis te quoq. alteri ſubijcias? Mitto nunc curas, contumelias, conuicia, zelotypias, inanes ſuſpiciones, dolores pariẽdi, & reliqua id genus. Hęc enim rectè tunc afferuntur, cum ad virginem ſermo habetur, quippe quæ rudis, atque imperita eſt huiuſmodi difficultatũ: viduæ autem narrata moleſtiã potius afferent. Quæ enim vſu ipſo optimè didicit, ea ſi ipſã verbis docere velis, fruſtra operam ſumas. Neq. vero par vtriuſq. cõditio eſt, ſed magno quodã bono ea, quæ virgo nupſit, viduã excellit. Nam quæ virgo nupſit, multo maiore cum libertate, ac fiducia viro vtetur, quàm, quæ poſt viduitatem. Nam hanc qui acceperit, vt vxorem amare poteſt, vt virginem, non poteſt. Quàm verò amores illi his vehementiores, & magis quodammodo inſani ſint, nemini non exploratum eſt. Viduam enim tanquam viri non omnino inſciam minimè toto animo complectetur, atque amabit. Omnes enim ferè homines, ſolemus ſiue zelotypia, ſiue inanis gloriæ ſtudio, ſiue neſcio qua alia cauſa adducti, eas res præci-

Quibus excellat quæ virgo nupſit.

Prou.27.7 in menſis autem diuitum, moleſtiam, A faſtidium, ſpurcitiem? atque vt ſapiens ille vir dixit, etiam dulcia moleſtiam præbere videntur. At diuitiæ, dicet quiſpiam, faciunt vt poſſeſſores earum honorentur, atque inimicos vlciſci facilè poſſint. Propterea̓ne igitur, dic mihi, expetendæ & omnibus opibus ac viribus comparãdæ vobis videntur diuitiæ, quòd grauiſſimas nutriant in nobis ægritudines, dum iram ad effectum perducunt, inſanum gloriæ amorem quaſi quaſdam bullas in maiorem tumorem efferũt, ad ſuperbiam excitant & exſtimulant? Has ergo maximè ob B cauſſas eæ non retrouerſa facie fugiendæ ſunt, quòd feroces quaſdã ac ſæuas beſtias in animum noſtrũ introducunt: ac vera quidem, & quę apud vniuerſos conciliari ſolet, gloria nos fraudant, eique cõtrariam coloribus illius fucatam deceptis offert, ac ſuadet vt hanc illam eſſe exiſtimemus, cùm ex natura ſua non ſit, ſed ſpecie tenus eſſe videatur. Vt enim pulchritudo meretricum fucis & pigmentis comparata, pulchritudine deſtituta, turpem ac deformem faciem, pulchrã & formoſam eſſe facit apud illos, qui eã decipiũtur, cùm pul- C chra non ſit: ita etiam diuitiæ faciunt cum adulationem volunt honorem videri. Ne enim apertas & ex metu blanditiiſque profectas laudes intuearis (hę enim ſunt colores & pigmenta) ſed eorum, qui ita tibi adulantur, vniuſcuiuſque conſcientiam aperi, & videbis intus infinitos accuſatores, qui contra te vociferentur, téque magis auerſentur, & oderint, quàm inimiciſſimi & infeſtiſſimi quique. Ac ſi quando indutam ex iſto metu laruam ſuperueniens mutatio rerum ſuſtulerit ac detexerit, quemadmodũ vultus illos ſol miſſis ra- D dijs calidioribus, tum ſic clarè videbis te omni ſuperiori tempore in maximo fuiſſe contemptu apud eos, qui te colebant, tibique viſum eſſe honore affici ab ijs, qui te maximè oderant, infinitiſque apud animum cõuitijs proſcindebant, & in extremis calamitatibus videre cupiebãt. Honorem enim nihil ita conciliare ſolet, vt virtus; honorem non coactum, honorem non fictum, neque larua aliqua fallaciæ tectum, ſed verum & genuinũ, quique nulla temporum difficultate refutetur.

Cap. VI. Num conciliẽt honorem diuitiæ & ad vlciſcendũ iuuent.

Honorem ſola virtus conciliat.

A ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων ἀηδία, καὶ βδελυγμία, καὶ μολυσμός; καὶ καθὼς εἶπεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνήρ, καὶ τὰ ἡδέα παρενοχλεῖν δοκεῖ. Ἀλλὰ τιμᾶσθαι παρασκευάζει τοὺς ἔχοντας ὁ πλοῦτος φησί, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι μετ' εὐκολίας. Διὰ τοῦτο οὖν εἰπέ μοι ποθεινὸς ἡμῖν καὶ περιμάχητος εἶναι δοκεῖ, ὅτι τὰ χαλεπώτατα ἐν ἡμῖν τρέφει πάθη, ὀργήν τε εἰς ἔργον ἐξάγων, καὶ τῆς δοξομανίας τὰς πομφόλυγας εἰς μείζονα ὄγκον ἐπαίρων, καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἀλείφων τε καὶ διεγείρων; Διὰ ταῦτα μὲν οὖν μάλιστα ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν αὐτὸν χρή, B ὅτι θηρία τινὰ ἄγρια καὶ χαλεπὰ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσοικίζει τὴν ἡμετέραν· τῆς μὲν ὄντως τιμῆς τῆς παρὰ πάντων ἀποστερῶν· τὴν δὲ ἐναντίαν ἐκείνης, τοῖς ἐκείνης χρώμασιν ἀναχρωννὺς, καὶ οὕτω παράγων τοὺς ἠπατημένους, καὶ πείθων ταύτην ἐκείνην εἶναι νομίζειν οὐκ οὖσαν τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ὄψει δοκοῦσαν εἶναι. καθάπερ γὰρ τὰ κάλλη τῶν ἑταιριζομένων γυναικῶν ἐπιτρίμμασι καὶ ὑπογραφαῖς συγκείμενα, κάλλους μὲν ἀπεστέρηται, τὴν δὲ αἰσχρὰν ὄψιν δυσειδῆ καλήν τε καὶ εὐειδῆ εἶναι ποιεῖ παρὰ τοῖς ὑπ' αὐτῆς ἠπατημένοις, οὐκ οὖσαν καλήν· C οὕτω δὴ καὶ ὁ πλοῦτος τὴν κολακείαν βιαζόμενος τιμὴν ἐκκαλεῖσθαι ποιεῖ. μὴ γάρ μοι τὰς ἐν τῷ φανερῷ διὰ φόβον καὶ θωπείαν γινομένας εὐφημίας ἴδῃς (αὗται γάρ εἰσι τὰ χρώματα, καὶ αἱ ἐπιγραφαί) ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συνειδὸς τῶν τὰ τοιαῦτά σε κολακευόντων ἀνάπτυξον, καὶ ὄψει μυρίους ἔνδον καταβοῶντάς σου κατηγόρους, καὶ τῶν μάλιστα ἐχθρῶν, καὶ πολεμίων μᾶλλον ἀποστρεφομένους, καὶ μισοῦντας, καὶ εἴ ποτε τὸ ἐκ τοῦ φόβου τούτου συγκείμενον προσωπεῖον μεταβολὴ πραγμάτων ἐπελθοῦσα ἀφανίσειέν D τε καὶ διελέγξειε, καθάπερ τὰς ὄψεις ἐκείνας ἥλιος θερμοτέραν ἀκτῖνα ἀφείς, τότε ὄψει καλῶς ὅτι παρὰ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν ἐσχάτῃ μὲν ἦς ἀτιμίᾳ παρὰ τοῖς θεραπεύουσι, τιμῆς δὲ ἐνόμιζες ἀπολαύειν ὑπὸ τῶν μάλιστα μισούντων σε, καὶ μυρίαις σε κατὰ διάνοιαν πλυνόντων λοιδορίαις, καὶ ἐν ἐσχάταις σε συμφοραῖς ἐπιθυμούντων ἰδεῖν. τιμὴν γὰρ οὐδὲν οὕτως εἴωθε ποιεῖν, ὡς ἀρετή, τιμὴν οὐ κατηναγκασμένην, τιμὴν οὐ πεπλασμένην, οὐδὲ προσωπείῳ τινὶ φενακισμοῦ κεχρυσωμένην, ἀλλ' ἀληθῆ καὶ γνησίαν, καὶ οὐδεμιᾷ καιρῶν δυσκολίᾳ ἐξελ-

Digitized by Google

χρημάτων. Ἀλλ' ἀμύνασθαι βούλει τοὺς λελυπηκότας. καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, φευκτέος ὁ πλοῦτος. κατὰ γὰρ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖν σε παρασκευάζει, καὶ βαρυτέρας τὰς ἐν τῇ μελλούσῃ σοι καθίστησιν εὐθύνας, καὶ ἀφορήτους ποιεῖ τὰς τιμωρίας. τοσοῦτον γὰρ κακὸν τὸ ἀμύνασθαι, ὅτι καὶ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνεκαλέσατο, καὶ δοθεῖσαν ἤδη ἁμαρτημάτων ἀπείρων συγχώρησιν ἠκύρωσεν. ὁ γὰρ μυρίων λαβὼν ταλάντων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἀπὸ ψιλῆς παρακλήσεως τοσαύτης ἀπολαύσας δωρεᾶς, ἐπειδὴ ἑκατὸν δηναρίων ἀπαίτησιν ἐποιεῖτο παρὰ τοῦ συνδούλου, τοῦτ' ἔστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰς αὐτὸν πλημμεληματων ἀπῄτει δίκας, ἐν τῇ περὶ τὸν ὁμόδουλον σφοδρότητι, καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐξήνεγκε. καὶ δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, διὰ τοῦτο δὲ μόνον καὶ τοῖς βασανισταῖς παρεδίδοτο, καὶ ἐστρεβλοῦτο, καὶ τὰ μύρια τάλαντα ἀπαιτεῖσθαι ἐκελεύετο· καὶ συγγνώμης οὐδεμιᾶς οὐδὲ ἀπολογίας ἀπήλαυεν· ἀλλὰ τὰ ἀνήκεστα ἔπαθε, κελευσθεὶς ἅπαν καταθεῖναι τὸ χρέος, ὃ προλαβοῦσα ἡ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία συνεχώρησε. διὰ τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, ὁ πλοῦτός σοι περισπούδαστος, ὅτι σε εἰς τοιαύτην ἁμαρτίαν μετ' εὐκολίας ἐξάγει; καὶ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καὶ μυρίων γέμοντα φόνων, ἀποστρέφεσθαι δεῖ. ἀλλ' ἡ πενία φησὶ, παρασκευάζει δυσχεραίνειν, καὶ πολλάκις καὶ βλάσφημα ῥήματα ἐκβάλλειν, καὶ ἀνελεύθερα πράγματα ὑπομένειν. οὐχ ἡ πενία, ἀλλ' ἡ μικροψυχία. ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος πένης ἦν, καὶ σφόδρα γε πένης· καὶ τῇ πενίᾳ προσῆν καὶ ἀρρωστία πενίας ἁπάσης πικροτέρα, ἡ καὶ τὴν πενίαν ταύτην χαλεπωτέραν ποιοῦσα· καὶ τῇ ἀρρωστίᾳ ἐρημία τῶν προστησομένων, καὶ ἀπορία τῶν θεραπευόντων, ἥτις καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀρρωστίαν πικροτέραν εἰργάζετο. τούτων γὰρ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν ὀδυνηρόν, ὅταν δὲ μηδὲ οἱ θεραπεύοντες ὦσι, μεῖζον γίνεται τὸ δεινὸν, χαλεπωτέρα ἡ φλὸξ, πικροτέρα ἡ ὀδύνη, ἀγριώτερος ὁ χειμὼν, σφοδρότερον τὸ κλυδώνιον, φλογωδεστέρα ἡ κάμινος. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ἕτερον τούτοις τέταρτον προσῆν, ἡ τοῦ πλουτοῦντος ἐκ γειτόνων οἰκοῦντος ἄδεια καὶ τρυφή. εἰ δὲ βούλει τι καὶ πέμπτον ἄλλο εὑρεῖν ὑπέκκαυμα τῆς φλογὸς, καὶ τοῦτο ὄψει σαφῶς αὐτῷ παρακείμενον. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἐτρύφα ὁ πλούσιος ἐκεῖνος· ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, μᾶλλον δὲ καὶ

A At vlciſci vis, qui te offenderunt. hanc ipſam ob cauſsã maximè, quemadmodum antè dixi, fugiendæ ſunt diuitiæ. Efficiunt enim, vt enſem in teipſum adigas, & grauiores in futuro rationes tibi reddunt, & intolerabiles pœnas parant. Tantum namque malum eſt vltio, vt etiam Dei benignitatem reuocauerit, & iam datam infinitorum peccatorum veniam fecerit irritam. Nam qui decies mille talentorum condonationem adeptus, ſoláq. obteſtatione tantam gratiam conſecutus fuerat, cùm centum denarios B exigeret à conſeruo, hoc eſt, cùm delictorum aduerſus ſe admiſſorum pœnas repoſceret, ſæuitia erga conſeruum ſuũm, ſeipſum damnauit. Neque vero vllam aliã, niſi hanc ob rem tortoribus traditus, & cruciatus, & decies mille talenta reddere iuſſus eſt: nullum veniæ aut excuſationis locum inuenit, ſed acerbiſſimum ſuppliciũ perpeſſus eſt, iuſſus totum ſoluere debitũ, quod præueniens Dei benignitas condonauerat. Proptereáne igitur diuitiarum adeò cupidus es, quòd te facilè ad eiuſmodi peccatum perducunt? Atqui ob C id eæ tanquam inimicæ & hoſtes, atq. infinitis refertæ cædibus, auerſandæ ſunt. At paupertas, inquit, moleſtias creat, ac ſæpe etiam facit, vt maledica in Deum verba effutias, ac illiberalia negotia ſuſcipias. Non paupertas, ſed ſimultas. nam & Lazarus pauper erat, & admodum quidem pauper; paupertati accedebat aduerſa valetudo omni paupertate acerbior, quę paupertatem quoque reddebat grauiorem; aduerſæ valetudini ſolitudo & penuria eorum, qui aſtarent atque miniſtrarent, quæ cùm paupertatem, tum aduerſam vale- D tudinem faciebat acerbiorem. Horum namq. ſingula per ſe quoque moleſta ſunt; cùm verò neque qui miniſtrent, adſunt, maior fit calamitas, ſæuior flãma, dolor acerbior, tempeſtas atrocior, fluctus vehementiores, caminus ardentior. Quòd ſi quis accuratè circumſpiciat, aliud etiam his quartum accedebat, nempe diuitis in vicinia habitantis licentia & luxus. Sin aliud etiam quintum vis inuenire, flammæ illius fomitem, id quoq. in eo perſpicuè videbis. Non enim duntaxat genio indulgebat diues ille, verum etiam etſi iterum, ter-

Cap. VII. An efficiãt diuitiæ vt hoſtes vlciſcamur.

Matth. 18. 24.

Luc. 16. 20 Exemplo Lazari rem illuſtrat.

tium, imò verò ſæpius in die eum videbat (iuxta ingreſſum namque iacebat, ſpectaculum dirum miſerabilis tragœdiæ, & qui aſpectu ſolo vel lapideum pectus poterat emollire.) tamen neque hoc inhumanum illum ad eam paupertatem leuandam permouit: ſed ille lautiſſimam apponebat menſam, crateras habebat plenos, merum temerè diffundendum, nitidos coquorum exercitus, paraſitos & adulatores prima luce, & choros canentium, vina infundentium, riſus mouentium: omne genus helluationis excogitabat, inebriabatur, ingurgitabitur, in luxu veſtium, menſæ, aliarumq. plurium rerum perpetuò viuebat. Iſtum verò, quem graui fame, morbo acerbiſſimo, obſidione tot vlcerum, ſolitudine, & malis inde conſequentibus in dies ſingulos premi videbat, ne in animum quidem aliquando admiſit: paraſiti & adulatores nimijs epulis pœne diſrumpebantur; at iſte pauper, & adeò pauper, tot malis cinctus, nec micas ex illa menſa obtinuit, idque valdè cupidus: neque horum quidquam eum læſit, non verbum protulit aſperum, non vocem edidit blaſphemam: ſed vt aurum vehementiore incendio magis purgatum ſplendeſcit, ſic etiam ille afflictionibus iſtis vexatus, omnibus fuit ſuperior tam plagis, quàm quæ multis naſcuntur inde, perturbationibus. Si enim omnino pauperes cum diuites vident, tabeſcunt inuidia, & æmulatione conficiuntur, ac vitam ſibi non eſſe vitalem exiſtimant, idque cùm neceſſarius eis victus ſuppetit, nec non qui miniſtrent: iſte pauper, & quidem pauper vt nullus alius, nec pauper modò, verùm etiam æger, quique non habebat qui aſtaret aut ſolatium daret, ſed in media vrbe velut in extrema iacebat ſolitudine, fame tabeſcebat acerbiſſima, illi omnia tanquam ex fontibus affluere videbat, omni humano ſolatio deſtitutus, canum linguis ceu perpetua quædam menſa propoſitus (ita enim omnia eius membra luxata ac diſſoluta erant, vt nec illos arcere poſſet) quàm iniquo animo fuiſſet, niſi valde generoſus ac ſapiens extitiſſet? cernis, qui ſe non lædat, etſi ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? repetam enim eandem orationem. Quid

A πλεονάκις τῆς ἡμέρας αὐτὸν ὁρῶν (παρὰ γὰρ τὴν εἴσοδον ἔῤῥιπτο, θέατρον χαλεπὸν ἐλεεινῆς τραγῳδίας ὤν, καὶ τῇ ὄψει μόνον καὶ λιθίνην ἱκανὸς καταμαλάξαι ψυχήν) καὶ ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἐπεσπάσατο τὸν ἀπάνθρωπον ἐκεῖνον εἰς τὴν τῆς πενίας ἐκείνης ἀντίληψιν· ἀλλ' ὁ μὲν συβαριτικὴν παρετίθετο τράπεζαν, καὶ κρατῆρας εἶχεν ἐστεμμένους, καὶ ἄκρατον ἁπλῶς ἐκχεόμενον, καὶ στρατόπεδα μαγείρων λαμπρά, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας ἅμα πρωΐ, καὶ χορούς ᾀδόντων, οἰνοχοούντων, γελωτοποιούντων, καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοῶν ἀσω-
B τίας, καὶ μεθύων καὶ κραιπαλῶν, καὶ στολῇ καὶ τραπέζῃ καὶ ἑτέροις πλείοσι τρυφῶν ἅπαντα διετέλει τὸν χρόνον. τοῦτον δὲ λιμῷ χαλεπῷ καὶ ἀῤῥωστίᾳ πικροτάτῃ, καὶ πολιορκίᾳ τοσούτων ἑλκῶν, καὶ ἐρημίᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτων κακοῖς ὁρῶν καθ' ἑκάστην καταπονούμενον τὴν ἡμέραν, οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἐβάλετο· ἀλλ' οἱ μὲν παράσιτοι, καὶ οἱ κόλακες καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν διεῤῥήγνυντο· ὁ δὲ πένης, καὶ οὕτω πένης, καὶ ἐν τοσούτοις κείμενος τοῖς κακοῖς, οὐδὲ ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης ἀπήλαυσεν ἐκείνης, καὶ ταῦτα σφόδρα ἐπιθυμῶν· καὶ ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων παρέβλαψεν, οὐ ῥῆμα πικρὸν ἐξέβαλεν, οὐ
C βλάσφημον ἐφθέγξατο λόγον· ἀλλ' ὥσπερ χρυσίον τῇ σφοδροτέρᾳ πυρώσει μειζόνως καθαιρόμενον λαμπρύνεται, οὕτω δὴ καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν παθημάτων τούτων ἐνοχλούμενος, πάντων ὑψηλότερος ἦν καὶ τῶν παθῶν καὶ αὐτῶν τῶν ἐντεῦθεν πολλοῖς τικτομένων θορύβων. εἰ γὰρ ἁπλῶς πένητες πλουσίους ὁρῶντες τήκονται τῷ φθόνῳ, καὶ κατατείνονται τῇ βασκανίᾳ, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον νομίζουσιν εἶναι, καὶ ταῦτα τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες τροφῆς, καὶ τοὺς θεραπεύοντας ἔχοντες· ὁ πένης οὗτος ὡς οὐδεὶς ἕτερος πένης ὤν, καὶ οὐχὶ πένης μόνον ἀλλὰ καὶ ἀ-
D σθενής, καὶ μηδένα ἔχων τὸν παρεστησόμενον καὶ παρακαλέσοντα, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει καθάπερ ἐν ἐσχάτῃ κείμενος ἐρημίᾳ, καὶ λιμῷ τηκόμενος πικροτάτῳ, καὶ πάντα ὁρῶν ἐκείνῳ καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥέοντα, καὶ αὐτὸς θεραπείας μὲν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων παραμυθίας, ταῖς δὲ τῶν κυνῶν γλώσσαις προκείμενος τράπεζα διηνεκής (οὕτω γὰρ ἦν τὸ σῶμα παρειμένος καὶ διαλελυμένος, ὡς μηδὲ ἐκείνους ἀποσοβεῖν δύνασθαι) τί οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ σφόδρα γενναῖος καὶ φιλόσοφος ἦν; ὁρᾷς ὅτι ὁ ἑαυτὸν μὴ ἀδικῶν, κἂν παρὰ πάντων ἀδικῆται, οὐδὲν πάσχει δεινόν; πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναλήψομαι

A λόγον. τί γὰρ ἡ ἀῤῥωστία; τί δὲ ἡ ἐρημία τῶν παρεστηκότων; τί δὲ ἡ ἔφοδος τῶν κυνῶν; τί δὲ τὸ γείτνημα τοῦ πλουσίου τοῦ πονηροῦ; τί δὲ ἡ πολλὴ χλιδὴ καὶ ὑπερηφανία, καὶ ἡ ἀπόνοια ἐκείνου τὸν ἀθλητὴν τοῦτον παρέβλαψεν, ἢ μαλακώτερον πρὸς τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε σκάμματα; τί δὲ αὐτοῦ τὴν εὐτονίαν ἐλυμήνατο; οὐδὲν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐπέῤῥωσε, καὶ μυρίων αὐτῷ στεφάνων ὑπόθεσις γέγονε καὶ προσθήκη βραβείων, καὶ πλεονασμὸς ἀντιδόσεως, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν ὑπόθεσις, τῶν δεινῶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, καὶ ἡ τοῦ πλουτοῦντος ὠμότης. οὐ γὰρ δὴ B διὰ τὴν πενίαν ἐστεφανοῦτο μόνον, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, οὐδὲ διὰ τὰ ἕλκη, οὐδὲ διὰ τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν· ἀλλ' ὅτι τοιοῦτον γείτονα ἔχων, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ ὑπερορώμενος διηνεκῶς, τοῦτον ἤνεγκε γενναίως τὸν πειρασμὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας, καὶ τῇ πενίᾳ καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καὶ τῇ ἐρημίᾳ, οὐ μικρὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐτονωτάτην συνεισφέροντα τὴν φλόγα. τί δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, εἰπέ μοι; οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἀνδρός. οὐχὶ μυρίας ἐδέξατο πειρασμῶν νιφάδας; τί C οὖν ἐντεῦθεν ἐβλάβη; οὐκ ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ μειζόνως ἐστεφανοῦτο; ὅτι ἐλίμωττεν, ὅτι κρυμῷ, καὶ γυμνότητι κατετήκετο; ὅτι μάστιξι πολλάκις κατεξαίνετο; ὅτι λίθοις ἐβάλλετο; ὅτι κατεποντίζετο; ἀλλ' ἐκεῖνος Παῦλος ἦν φησι, καὶ κλητὸς τοῦ Χριστοῦ. καίτοι καὶ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦν, καὶ κλητὸς καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' οὔτε τὸ εἶναι τῶν δώδεκα, οὔτε ἡ κλῆσις αὐτὸν ὤνησεν, ἐπειδὴ γνώμην οὐκ εἶχε πρὸς ἀρετὴν παρεσκευασμένην, ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλος καὶ λιμῷ παλαίων, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶν τροφῆς, καὶ τοσαῦτα καθ' ἑκάστην πάσχων τὴν D ἡμέραν, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὴν εἰς οὐρανὸν φέρουσαν ἐπέτρεχεν ὁδόν. ἐκεῖνος δὲ καὶ πρὸ τούτου κληθεὶς, καὶ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσας ὧν περ καὶ αὐτὸς, καὶ μυηθεὶς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν, καὶ τραπέζης μεταλαβὼν ἱερᾶς, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἐκείνου δείπνου, καὶ χάριν λαβὼν τοσαύτην ὡς καὶ νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, καὶ δαίμονας ἐλαύνειν· καὶ τοὺς περὶ ἀκτημοσύνης πολλάκις ἀκούσας λόγους, καὶ αὐτῷ τοσοῦτον χρόνον συγγενόμενος τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν πενήτων τὰ χρήματα πιστευθεὶς, ὥστε τοῦ πάθους ἐκείνου ἔχειν παραμυθίαν (καὶ γὰρ κλέπτης ἦν) οὐδὲ οὕτως ἐγέ-

namque aduerſa valetudo? quid ſolitudo eorum qui aſtarent? quid acceſſus canum? quid mala diuitis vicinitas? quid magnus luxus, ſuperbia & arrogantia illius huic nocuerunt? num eum ad ſuſtinenda pro virtute certamina reddiderunt molliorem? quid verò conſtantiam eius læſit? nihil vſquam, ſed eum etiam magis corroborâuit, & infinitarum ei materia coronarum, acceſſio præmiorum, incrementum mercedis, ſeges maioris remunerationis extitit illa malorum multitudo, diuitiſq. crudelitas. Neque enim ob paupertatem coronatus eſt tantùm, neque ob famem, neque ob vlcera, neque ob linguas canum, ſed quòd talem vicinum cùm haberet, à quo in dies aſpiceretur & deſpiceretur perpetuò, eam tentationem generoſo tulerit animo, magnáque conſtantia, quæ quidem tentatio & paupertati & aduerſæ valetudini, & ſolitudini non exiguam, ſed acerrimam flammam addebat. Quid verò beatus Paulus, dic mihi? nihil enim prohibet iterum meminiſſe viri. An non infinitos tentationum tanquã niuium imbres ſuſtinuit? quid ergo inde damni accepit? an non propterea maioribus donatus eſt coronis, quòd eſurijſſet, quòd algore ac nuditate confectus, quòd verberibus ſæpenumero cõciſus, quod lapidibus appetitus, quod in mare demerſus fuiſſet? At ille Paulus erat, inquit, & vocatus à Chriſto. atqui Iudas quoq. vnus erat ex duodecim, vocatus etiam ipſe à Chriſto. verùm neque quòd eſſet ex duodecim, neq. vocatio Chriſti quidquam ei profuit, quoniam animum ad virtutem paratum non habebat. Sed Paulus quidem & cum fame luctans, & neceſſario egens alimento, & tanta in dies ſingulos perferens, magna cum alacritate viam quæ ad cœlum ducit, currebat. At ille & ante hunc vocatus, & ijſdem, quibus ipſe, bonis fructus, ſuprema philoſophia initiatus, particeps menſæ ſacræ ac tremendæ illius cœnæ, tantam gratiam adeptus, vt etiam mortuos excitaret, leproſos mũdaret, & dæmonas expelleret, crebris de paupertate ſermonibus auditis, tamdiu verſatus cũ Chriſto, cuiſq. pauperũ pecuniæ creditæ fuerãt, vt inde ægritudinis ſolatiũ caperet (fur enim erat) ne ſic quidem

Cap. VII. Amplificat eandẽ ſententiã, exẽplo Pauli oſtendẽs neminem ab afflictionibus lædi.

factus eſt melior, quanquam tantam A expertus indulgentiam. Cum enim ſciret Chriſtus eum auarum eſſe, & amore pecuniæ periturum, non modò eius rei tum ab eo pœnas non repopoſcit, verum vt ipſius ægritudinem deliniret, & minori malo præcaueret maius, etiam pauperum ei pecunias credidit, vt cùm haberet vnde pecuniæ cupiditatem ſatiaret, in horribile illud barathrum non corrueret. Adeo nuſquam quiſquam lædere poterit eum, qui ſeipſum lædere nolit; ei verò qui vigilans ac ſobrius eſſe, ſuámq. operam cōferre nolit, nemo vnquam proderit. B

Cur etiam improborũ lapſus exprimat ſcriptura.

Propterea tibi mirabilis quoque Scripturarum hiſtoria velut in effigie quadam ſublimi magnáque, & in magnam latitudinem extenſa, veterum vitas deſcripſit, narratione ab Adam vſque ad Chriſti aduentum producta: oſtenditque tibi tam ſupplantatos, quàm coronatos, vt omnium exemplis te doceat, eum qui ſeipſum non lædat, à nemine alio lædi poſſe, etiamſi totus orbis graue contra illum concitet bellum. Neq; enim difficultas rerum, nec temporum mutationes, nec potentûm iniuriæ, neque inſidiarum tanquam niuium im- C bres, neque calamitatum multitudo, neque omniũ, quibus homines premũtur, malorum collectus aceruus generoſum, ſobrium ac vigilantē vel parum labefactare poterit: quemadmodum viciſſim ignauum, collapſum, & à ſeipſo proditum, etiamſi infinitę curationes admoueantur, nihilo faciunt meliorem.

Parabola ædificantiũ explicatur. Mat. 7. 24

Hoc ſiquidē etiam inſinuauit nobis illa parabola de hominibus illis, quorum alter ſuper petram, ſuper arenam alter ſuam domũ ædificauit: non vt arenam, & petram intelligamus, nec ſtructuram lapidum, & tectum, neque D vt flumina, & pluuiam, & ſæuos ſpiritus in ædificia irruentes, ſed vt virtutem, & vitium ex his colligamus, atq. etiam hinc perſpiciamus, eum qui ſeipſe non lædat, à nemine lædi. Ergo nec pluuiæ magna quanquã vi delatæ, neq. flumina magno impetu irruentia, neq. ſæui ſpiritus vehementi cũ inſultu adorta, partem vllã domus illius labefactārũt; ſed manſit & inexpugnabilis, & immota: vt diſcas, qui ſe ipſe nō prodat, eum nulla tentatione poſſe labefactari. At illa alteri⁹ facile euerſa eſt, nō

A ϊετο βελτίων, καὶ ταῦτα τοσαύτης συγκαταβάσεως ἀπολαύσας. ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὁ Χριστὸς, ὅτι φιλάργυρος ἦν, καὶ διὰ χρημάτων ἔρωτα ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι, οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἀπῄτησε τούτου δίκας τότε, ἀλλ' ὥστε αὐτοῦ καταλεαίνειν τὸ πάθος, καὶ τὰ χρήματα αὐτῷ τῶν πενήτων ἐπίστευσεν, ἵν' ἔχων ὅθεν κορέσῃ τὴν φιλοχρηματίαν, μὴ καταπέσῃ εἰς τὸ φρικῶδες βάραθρον ἐκεῖνο· ἐλάττονι κακῷ τὸ μεῖζον προαναστέλλων. οὕτω πανταχοῦ τὸν μὲν ἑαυτὸν μὴ βουλόμενον ἀδικεῖν, οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται· τὸν δὲ οὐκ ἐθέλοντα νήφειν, καὶ τὰ παρ' B ἑαυτοῦ συνεισφέρειν οἴκοθεν, οὐδεὶς οὐδέποτε ὠφελήσει. διὰ τοῦτό σοι καὶ ἡ θαυμασία τῶν γραφῶν ἱστορία, καθάπερ ἐν εἰκόνι τινὶ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πολὺ τὸ εὖρος ἐχούσῃ, τῶν παλαιῶν ἀνεγράψατο τοὺς βίους, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκτείνασα τὴν διήγησιν. καὶ δείκνυσί σοι καὶ τοὺς ὑποσκελιζομένους, καὶ τοὺς στεφανουμένους· ἵνα σε διὰ πάντων παιδεύσῃ, ὅτι τὸν παρ' ἑαυτοῦ μὴ ἀδικούμενον οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται, κἂν πᾶσα ἡ οἰκουμένη πρὸς αὐτὸν χαλεπὸν ἀναρριπίζῃ πόλεμον. οὔτε γὰρ δυσκολία πραγμάτων, οὔτε καιρῶν μεταβολαὶ, οὔτε δυναστευόντων ἐπή- C ρειαι, οὔτε ἐπιβουλῶν νιφάδες, οὔτε συμφορῶν ὄχλος, οὔτε πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν συλλεγόμενος ὁ φορυτὸς παρασαλεῦσαί τι κἂν μικρὸν δυνήσεται τὸν γενναῖον, καὶ νήφοντα, καὶ ἐγρηγορότα. ὥσπερ αὖ τὸν ῥᾴθυμον καὶ ἀναπεπτωκότα, καὶ οἴκοθεν προδεδομένον, κἂν μυρίας προσαγάγωσι θεραπείας, οὐδὲν ἀμείνω ποιοῦσι. τοῦτο γοῦν καὶ ἡ παραβολὴ ἡ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων παρεδήλωσεν ἡμῖν, ὧν ὁ μὲν ἐπὶ τῆς πέτρας, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ψάμμου τὴν οἰκίαν ᾠκοδόμησε τὴν ἑαυτοῦ· οὐχ ἵνα ψάμμον καὶ πέτραν νοήσωμεν, οὐδ' ἵνα οἰκοδομὴν D λίθων, καὶ ὄροφον, οὐδ' ἵνα ποταμοὺς καὶ ὑετὸν καὶ πνεύματα ἄγρια προσπίπτοντα τῇ οἰκοδομῇ, ἀλλ' ἵνα ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐκ τούτων ἐκλάβωμεν, καὶ ἴδωμεν κἀντεῦθεν ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἀδικεῖ. οὐκοῦν οὔτε ὁ ὑετὸς καίτοι ῥαγδαίως φερόμενος, οὔτε οἱ ποταμοὶ πολλῷ ῥοθίῳ προσπίπτοντες, οὔτε τὰ πνεύματα τὰ ἄγρια μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης προσβάλλοντα, περιεσάλευσάν τι τὴν οἰκίαν ἐκείνην· ἀλλ' ἔμεινε καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀκίνητος· ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἑαυτὸν οὐ προδιδόντα οὐδεὶς πειρασμὸς παρασαλεῦσαι δύναται. ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κατεφέρετο ῥᾳδίως, οὐ

διὰ τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπιβολήν (ἡ γὰρ ἂν καὶ ἡ ἑτέρα τὸ αὐτὸ ἔπαθεν) ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἄνοιαν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄνεμος προσέπνευσεν, διὰ τοῦτο ἔπεσεν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ψάμμου ἦν ᾠκοδομημένη, τουτέστιν ἐπὶ ῥαθυμίας καὶ πονηρίας, τοῦτο πέπονθε. καὶ γὰρ καὶ πρὶν ἢ τὸν χειμῶνα προσβαλεῖν ἐκείνην, ἀσθενής τε ἦν καὶ πρὸς τὸ πεσεῖν ἑτοίμη. αἱ γὰρ τοιαῦται οἰκοδομαί, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, αὐτόματοι καταφέρονται, ὑποσυρομένης αὐταῖς τῆς κρηπῖδος καὶ πάντοθεν διαρρεούσης. καὶ καθάπερ αἱ μὲν ἀράχναι αὐτόματοι διασπῶνται, μηδενὸς αὐταῖς ἐνοχλοῦντος· ὁ δὲ ἀδάμας καὶ παιόμενος ἀδιάλυτος μένει· οὕτω δὴ καὶ οἱ μὴ ἑαυτοὺς ἀδικοῦντες, κἂν ὑπὸ μυρίων παίωνται, ἰσχυρότεροι γίνονται· οἱ δὲ ἑαυτοὺς προδιδόντες, κἂν μηδεὶς ὁ ἐνοχλῶν ᾖ, αὐτόματοι φέρονται, καὶ διαρρέουσι, καὶ ἀπόλλυνται. ὥσπερ καὶ ὁ Ἰούδας οὐ μόνον οὐδενὸς ἐνοχλήσαντος πειρασμοῦ τοιούτου, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς θεραπείας, ἀπώλετο. Βούλει σοι τοῦτο καὶ ἐπὶ δήμων ὁλοκλήρων δείξω διαλάμποντα τὸν λόγον; πόσης ὁ Ἰουδαίων δῆμος ἀπήλαυσε προνοίας; οὐ πᾶσα ἡ ὁρωμένη κτίσις πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῶν παρεσκευάζετο; καὶ καινός τις αὐτοῖς καὶ ξένος εἰσήγετο διαγωγῆς βίου τρόπος; οὐδὲ γὰρ εἰς ἀγορὰν ἐνέβαινον, καὶ οὕτω τῶν ὠνίων ἀπήλαυον· οὐκ ἀργύριον * καταλύσαντες· οὐδὲ αὔλακας ἔτεμνον, οὐδὲ ἄροτρον εἷλκον, οὐδὲ γῆν ἐσπάραττον, οὐδὲ σπέρματα κατέβαλλον, οὐδὲ ὑετῶν ἐδέοντο καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοῦ ἔτους ὡρῶν, οὐχ ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὐ σεληναίου δρόμου, οὐ φύσεως ἀέρος, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενός· οὐχ ἅλωνα παρεσκεύαζον, οὐ καρπὸν ἔτριβον, οὐ πνευμάτων ἐχρῆζον πρὸς τὸ διακρῖναι τοὺς πυροὺς τῶν ἀχύρων, οὐ μύλην ἔστρεφον, οὐ κλίβανον ᾠκοδόμουν, οὐ ξύλα καὶ πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆγον, οὐκ ἀρτοποιητικῆς ἐδέοντο τέχνης, οὐ μάκελλαν μετεχείριζον, οὐ δρέπανον ἠκόνων, οὐκ ἄλλης τινὸς ἐδέοντο τέχνης, ὑφαντικῆς λέγω καὶ οἰκοδομικῆς, καὶ τῆς τὰ ὑποδήματα παρεχούσης· ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτοῖς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. καὶ ἐσχεδιασμένην εἶχον τράπεζαν, καὶ ἱδρώτων καὶ πόνων ἀπηλλαγμένην. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ μάννα φύσις· νεαρά τε, καὶ πρόσφατος, καὶ οὐδαμοῦ παρέχουσα αὐτοῖς πράγματα, οὐδὲ καταπονοῦσα πόνῳ· καὶ τὰ ἱμάτια δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ὑποδήματα, καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ σώματος φύσις τῆς οἰκείας ἐπελανθάνετο ἀσθενείας. ἐν γὰρ

A ob tentationum impetum (alioquin
alteri quoque idem accidiſſet) ſed ob
ipſius vecordiam. non enim quia ven-
tus afflauit, ideo cecidit, ſed quòd
ſuper arenam, hoc eſt, ſuper igna-
uiam, & nequitiam ædificata fuit,
ruinam fecit. Nam prius etiam, quàm
illa tempeſtas ingrueret, infirma erat,
& ad caſum parata. Huiuſcemodi
enim ædificia, etiam nemine infe-
ſtante, dum ſubtrahitur ac diffluit
fundamentum, ſua ſponte corruunt.
At vt araneæ vltro, nemine ipſis in-
feſto, diſtrahuntur; adamas contrà e-
B tiam percuſſus non frangitur: ſic etiam
qui ſemetipſi non lædunt, etſi ab in-
finitis feriantur, fortiores euadunt: qui
verò ſemetipſi produnt, etſi nemo ſit
infeſtus, ſua ſponte deuoluuntur, dif-
fluunt ac pereunt. Quemadmodum
Iudas quoque non modò nulla infe-
ſtante huiuſmodi tentatione, ſed ma-
gna etiam curatione adhibita, perijt.

Vis integrarum gentium exemplis
hanc orationem illuſtrem? quanta Iu-
dæorum genti contigit prouiſio? an
non tota quæ videtur, creatura ad eo-
rum obſequium fuit comparata? &
C noua quædam ipſis, ac mira viuendi
ratio introducta? neq. enim ad forum
mittebant, itáque non numerata pe-
cunia venalibus rebus fruebantur: nec
ſulcos ſindebant, neque aratrum tra-
hebant, nec terram proſcindebant,
nec ſemina iaciebant, neque pluuijs in-
digebant & ventis & anni temporibus,
non Solis radijs, non curſu Lunæ, non
aëris ingenio, non vlla huiuſmodi re
alia; non aream præparabant, non fru-
ges triturabant, non ſpiritus deſidera-
bant ad ſecernenda grana à paleis. non
molam verſabant, non clibanum ædi-
D ficabant, non ligna & ignem domum
inferebant, non panifica egebant arte,
non ligonem tractabant, non falcem
acuebant, non aliqua alia indigebant
arte textoria, inquam, architectoni-
ca, & ſutoria: ſed omnia eis erat ver-
bum Dei. Menſam habebant paratam
ex tempore, ſudoribus & laboribus
vacuam. Eius enim naturæ erat man-
na; recens, nuſquam ipſis negotia fa-
ceſſens, neque labore conficiens. Iam
veſtimenta eorum & calcei & ipſa cor-
poris natura quodammodo ſuæ fragi-
litatis obliuiſcebantur. tempore enim

C. VIII. *Exemplo nationis Iudæorum rem illuſtrat.*

ita longo neque illa terebantur, neque A pedes eorum tot tantáque licet itinera facientium occaluerunt. Medicorum, remediorum, cæteræq. in hac arte curę ne memoria quidē apud eos erat; adeò lōgè aberat omnis inualetudo. Eduxit

Pſ.104.37 enim eos in auro & argento, inquit, & non erat in tribubus eorum infirmus. Verùm quaſi relicto hoc mundo, & in alium meliorem orbem inhabitandum tranſlati, ſic comedebant, ſic bibebant, ac neque radij calidiores effecti capita illorum feriebant: diſterminabat enim flammam nubes vndique impēdens, & omnibus illis familijs geſtatorij tecti B inſtar erat. Neque verò noctu face indigebant, quæ tenebras diſcuteret, ſed erat eis columna ignis, fons lucis ineffabilis in duplicē vſum, tum vt luceret,

Miracula edita in exitu ex Ægypto. tum vt iter dirigeret. Neq; enim lucida duntaxat erat, verùm etiā omni vię duce certius infinitū illum populum per ſolitudinem illam ducebat. Ibant non terrá ſolùm, ſed etiam mari quaſi terrâ. Auſi ſunt trāſcēdere fines naturæ, cùm ſęuum illud pelagus ambularent, quaſi per ſolidam ac firmam petram iter facerent. cúmque illis ſubſtratum eſſet elementum illud, ſolidam terram, cam- C póſque ſupinos, & agros imitabatur: cùm verò hoſtes excepiſſet maris munus exequebatur: illis fuit vehiculum, hoſtibus ipſorum ſepulchrum; illos facilè tranſmiſit, hos magna cum vehementia ſubmerſit. Inordinatus aquarū impetus, virorum ratione præditorum atque prudentiſſimorum ordinem & obedientientiā prę ſe ferebat, cùm iam cuſtodis, iam carnificis vicē obtineret, vnóq. die contraria repente præſtaret. Quid cōmemorem petras, quæ fluuios effuderunt aquarū? quid nubes volucrum quæ corporū multitudine totam D terrā texerunt? Quid miracula patrata in Ægypto? quid prodigia quæ cōtigerunt in ſolitudine? quid trophæa & incruētas victorias? Tanquam enim choreas ducerent, nō bellum gererent, ita aduerſarios domuerunt. ac dominos quidē ſuos ſine armis ſuperârunt; qui verò extra Ægyptū cū ipſis pugnârūt, eos tubis canendo, pſallendóque vicerunt: réſq. illa chorea potius erat quàm bellum, initiatio potius quam pugna.

A χρόνῳ οὕτω μακρῷ, οὔτε ἐκεῖνα ἐτρίβετο, οὔτε οἱ πόδες αὐτῶν καίτοι τοσαῦτα βαδιζόντων ἐτυλώθησαν. ἰατρῶν αὐτοῖς καὶ φαρμάκων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς περὶ τὴν τοιαύτην τέχνην σπουδῆς οὐδὲ μνήμη τις ἦν ἐν αὐτοῖς. οὕτω πᾶσα ἐκποδὼν ἀῤῥωστία ἦν. Ἐξήγαγε γὰρ αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ φησί· καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸν κόσμον τοῦτον ἀφέντες, καὶ πρὸς ἑτέραν βελτίονα μετοικισθέντες οἰκουμένην, οὕτως ἤσθιον, οὕτως ἔπινον, καὶ οὔτε ἡ ἀκτὶς θερμοτέρα γινομένη τὰς κεφαλὰς ἔπληττε τὰς B ἐκείνων. διετείχιζε γὰρ τὴν φλόγα νεφέλη πάντοθεν αἰωρουμένη, καὶ περιφορητὴ γινομένη στέγη τοῖς δήμοις ἅπασιν ἐκείνοις. ἀλλ᾽ οὔτε ἐν νυκτὶ λαμπάδος ἐδέοντο τῆς διαιρούσης τὸ σκότος, ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ὁ στῦλος τοῦ πυρὸς, πηγὴ φωτὸς ἀφάτου, δύο χρείας παρέχων, τήν τε ἀπὸ τοῦ φαίνειν, τήν τε ἀπὸ τοῦ κατευθύνειν αὐτοῖς τὴν ἀποδημίαν. οὐ γὰρ φωτιστὴς μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁδηγοῦ παντὸς ἀκριβέστερον ἐχειραγώγει κατὰ τὴν ἔρημον ἐκείνην τὸν ἄπειρον δῆμον ἐκεῖνον. ἐβάδιζον δὲ, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὡς ἐπὶ γῆς, καὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως κατετόλμων, τὸ C χαλεπὸν ἐκεῖνο πεζεύοντες πέλαγος, ὡς διὰ πέτρας στεῤῥᾶς καὶ ἀντιτύπου τινὸς ὁδοιπορούντες. καὶ ὅτε μὲν αὐτοῖς ὑπεστόρεστο, γῆν ἐμιμεῖτο στεῤῥὰν τὸ στοιχεῖον, καὶ πεδία ὕπτια, καὶ ἀρούρας· ὅτε δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀπέλαβε, τὰ θαλάττης κατειργάζετο· καὶ αὐτοῖς μὲν ἐγένετο ὄχημα, τοῖς δὲ πολεμοῦσιν αὐτοὺς τάφος· τοὺς μὲν μετ᾽ εὐκολίας διαπέμπουσα, τοὺς δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καταποντίζουσα· καὶ ἡ ἄτακτος τῶν ὑδάτων ῥύμη, ἀνδρῶν λογικῶν καὶ συνετωτάτων καὶ εὐταξίαν καὶ ὑπακοὴν ἐπεδείκνυτο, νῦν μὲν φύλακος, νῦν δὲ D δημίου τάξιν ἐπέχουσα, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ ἐναντία ἀθρόον ἐπιδεικνυμένη. τί ἄν τις εἴποι τὰς πέτρας, αἳ ποταμοὺς ἠφίεσαν ὑδάτων; τί δὲ τὰ νέφη τῶν ὀρνίθων, οἳ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων τὴν γῆν ἀπέκρυψαν ἅπασαν; τί τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα; τί τὰ ἐν ἐρήμῳ παράδοξα; τί τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας τὰς ἀναιμωτὶ γινομένας; ὡς γὰρ χορεύοντες, οὐχ ὡς πολεμοῦντες τοὺς ἀντιπίπτοντας ἐχειροῦντο. καὶ τῶν μὲν οἰκείων δεσποτῶν χωρὶς ὅπλων ἐκράτησαν· τῶν δὲ μετὰ τὴν Αἴγυπτον μαχομένων αὐτοῖς, σαλπίζοντες, καὶ ψάλλοντες, οὕτω περιεγένοντο. καὶ ἦν χορεία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὰ γινόμενα, μυσταγωγία μᾶλλον ἢ μάχη.

καὶ γὰρ

καὶ γὰρ πάντα τὰ τεράστια ταῦτα οὐ διὰ τοῦτο ἐγένετο μόνον, ἵνα τὴν χρείαν αὐτοῖς πληρώσῃ, ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐνέθηκεν αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς τῆς θεογνωσίας ἀκριβέστερον διατηρήσωσι· καὶ φωναὶ πανταχόθεν ἐφέροντο τὸν δεσπότην ἀνακηρύττουσαι. καὶ γὰρ ἡ θάλαττα ταῦτα ἐβόα, νῦν μὲν πεζευομένη, νῦν δὲ θάλαττα γενομένη, καὶ τὰ Νειλῷα νάματα ταύτην ἠφίει τὴν φωνὴν πρὸς αἵματος μεταβαλλόμενα φύσιν· καὶ οἱ βάτραχοι, καὶ τὸ τῶν ἀκρίδων στρατόπεδον ἐκεῖνο, καὶ ἡ κάμπη καὶ ἡ ἐρυσίβη ταῦτα διελέγετο τῷ δήμῳ παντί. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου τεράστια, τὸ μάννα, ὁ στύλος, ἡ νεφέλη, ἡ ὀρτυγομήτρα, τὰ ἄλλα πάντα ἀντὶ βιβλίου τότε αὐτοῖς ἐγένετο καὶ γραμμάτων οὐδέποτε ἐξαλειφομένων, ἔναυλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν περιεχόμενα αὐτοῖς τὴν μνήμην, καὶ ἐνηχοῦντα αὐτῶν τὴν διάνοιαν. ἀλλ' ὅμως μετὰ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην πρόνοιαν, μετὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀφάτους ἐκείνας, μετὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, μετὰ τὴν κηδεμονίαν τὴν ἄρρητον, μετὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν διηνεκῆ, μετὰ τὴν κατήχησιν τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, μετὰ τὴν παραίνεσιν τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων, μετὰ τὰς νίκας τὰς λαμπρὰς, μετὰ τὰ τρόπαια τὰ παράδοξα, μετὰ τὴν τῶν τραπεζῶν ἀφθονίαν, μετὰ τὴν δαψίλειαν τῶν ναμάτων ἐκείνων, μετὰ τὴν ἄφατον δόξαν, ἣν περιεβάλλοντο παρὰ πάντι τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· ἐπειδὴ ἀγνώμονες ἦσαν καὶ ἀναίσθητοι, μόσχον προσεκύνησαν, καὶ βοὸς κεφαλὴν ἐθεράπευον· καὶ θεοὺς ἐπεζήτουν αὐτοῖς γενέσθαι, νεαρὰ τὰ ὑπομνήματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εὐεργεσιῶν ἔχοντες τοῦ θεοῦ, καὶ πολλῶν καὶ ἄλλων ἀπολαύοντες ἔτι. Ὁ δὲ τῶν Νινευιτῶν δῆμος βάρβαρος ὢν καὶ ἀλλόφυλος, οὐδενὸς τούτων μετεσχηκὼς, οὐ μικροῦ, οὐ μεγάλου, οὐ λόγων, οὐ θαυμάτων, οὐκ ἔργων, οὐ ῥημάτων, ἐπειδὴ ἄνθρωπον εἶδον ἐκ ναυαγίου διασωθέντα, οὐδέποτε αὐτοῖς συγγενόμενον ἔμπροσθεν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ὀφθέντα, εἰσελθόντα καὶ εἰπόντα, ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται· οὕτως ἀπὸ τῶν ψιλῶν τούτων ῥημάτων μετεβάλλοντο καὶ βελτίους ἐγένοντο, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι κακίαν, πρὸς ἀρετὴν διὰ μετανοίας ὥδευσαν, ὡς ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι θεοῦ, καὶ σαλευομένην στῆσαι πόλιν, καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀποκρούσασθαι, καὶ πάσης ἀπαλλαγῆναι κακίας. εἶδε γὰρ ὁ θεὸς φησὶν, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν κύριον.

A Omnia namque iſta prodigia non ob id ſolùm acciderũt, vt eis neceſſarium ferrent ſubſidium, verùm vt doctrinam quoq. cognitionis Dei, qua eos Moyſes inſtituerat, certius cõſeruarent, vndique voces edebãtur, quæ Dominum deprædicarent. Hæc enim mare declamabat, cùm nunc pedeſtri itinere traijceretur, nunc ad ingenium rediret; hanc vocem edebant vndæ Nili in ſanguinem mutatæ; ranæ, locuſtarum ille exercitus, erucæ, & rubigo, hæc omni populo loquebãtur: prodigia quoque in ſolitudine, manna, columna, nubes, B ortygometra, cætera omnia fuerunt eis vice libri & literarum, quæ nunquã delentur, cùm memoriam eis quotidie refricarẽt, & ipſorum animo inſonarent. Veruntamẽ poſt tantam támque multiplicem prouiſionem, poſt ineffabilia illa beneficia, poſt tanta miracula, poſt inenarabilem curam, poſt longam inſtitutionem, poſt inſtructionem verborum, poſt adhortationem ipſarum rerum, poſt inſignes victorias, poſt admirabilia trophæa, poſt lautitiam menſarum, poſt vbertatem illarum aquarum, poſt ineffabilem gloriam, quam apud C hominũ genus vniuerſum fuerant conſecuti: ingrati & ſtupidi cùm eſſent, vitulum adorauerunt, & bouis caput coluerunt; Deóſque ſibi fieri poſtulârũt, cùm recentia beneficiorum Dei in Ægypto acceptorum monumenta tenerent, ac multis etiam alijs adhuc fruerentur. Niniuitarum verò populus barbarus cùm eſſet atque alienigena, nihílque horum participâſſet, non paruum, non magnum, nõ orationes, non miracula, non res, non verba; vidiſſétq. hominem ex naufragio conſeruatum, D nunquam ſecum antea verſatum, ſed tum primùm viſum, ingreſſum, ac dicentẽ: Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur: adeò nudis hiſce verbis mutati ac meliores facti ſunt, & depoſita priori vitioſitate ad virtutem per pœnitentiam contenderunt, vt decretum Dei reuocarent, nutantem vrbem ſiſterent, diuinitus impendentem iram propulſarent, omnique afflictione liberarentur. Vidit enim Deus, inquit, quia auerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & conuerſus eſt ad Dominum.

Cap. IX. *Aliud exẽplum Niniuitarũ confirmat afflictionẽ homini nocere non poſſe.*

Ion. 3. 4.

Quomodo conuerſus eſt, dic mihi? atqui magna eorum erat malitia, ineffabilis nequitia, vlcera curatu difficilia. idque vt indicaret Propheta, dixit: Aſcendit malitia eorum vſque ad cœlum: diſtantia loci, magnitudinem malitiæ ipſorum ſignificauit. Sed tamen tantam nequitiam, vſque adeò elatam & exaltatam, vt ad cœlum quoque pertingeret, tribus diebus, breui temporis momento, paucis verbis, quæ ab vno homine audiuerant, ignoto, hoſpite, naufragium paſſo, ita profligauerunt, ita aboleuerunt, ita è medio ſuſtulerunt, vt tali voce recrearentur: Vidit Deus quia auerſus eſt vnuſquiſque de via ſua mala, & pœnituit eum ſuper malitia, quam locutus fuerat Deus vt faceret eis. Vidéſne ſobrium ac vigilantem non modò ab hominibus non lædi, verùm etiã iram diuinitus impendentem auertere? qui verò ſemet ipſe prodat ac noceat, etſi infinita accipiat beneficia, non multum lucri facere? ſic enim neque illis profuerunt tanta portenta, neque his obfuit ijſdẽ caruiſſe. Verùm cùm natura forent candidi, exiguum nacti momentum meliores euaſerunt, quanquam barbari & alienigenæ, inauditis omnibus diuinis oraculis, longéque à Palæſtina diſſiti.

Cap. X. *De tribus pueris Danielis ſocijs.*

Quid verò illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti ſuperuenientia mala offecerunt? an non adhuc iuuenes, & admodũ quidẽ iuuenes, in immatura ætate graue illud ſubiêre ſuppliciũ & captiuitatẽ, longam peregrinationem peregrinati ſunt, à patria, domo, tẽplo, altari, ſacrificijs, oblationibus, libationibus, ab ipſo quoq. pſalmorum cantu, vbi in alienam regionem venerunt, ſeparati ſunt? nõ enim domus eis duntaxat eam ob cauſſam inacceſſa erat, ſed multa quoq. diuini cultus genera. An non barbarorum manibus dediti ſunt, lupis potius quàm hominibus, & quod eſt grauiſſimum, in tam longè diſſitam ac barbaram abducti terram, & ſeruitutem grauiſſimam, non magiſtrum habebant, non prophetam, non principem? Non enim eſt, inquit, princeps, neque Propheta, neque Dux, neque locus ſacrificãdi corã te, & inueniendi miſericordiam. Quin etiam in domum regiam, tanquam in ſcopulum quendam ac præcipitium, & pelagus ſaxis petriſque ſub aqua latẽtibus refertum,

Dan. 3.

A πῶς ἀπέστη, εἰπέ μοι; καί τοι μεγάλη ἦν αὐτῶν ἡ κακία, ἄφατος ἡ πονηρία, δυσίατα τὰ ἕλκη. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· ἀνέβη ἡ κακία αὐτῶν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· τῷ διαστήματι τοῦ τόπου, τὸ μέγεθος τῆς κακίας αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. ἀλλ' ὅμως τὴν τοσαύτην πονηρίαν, τὴν οὕτω κορυφωθεῖσαν καὶ ὑψωθεῖσαν ὡς καὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάσαι, ταύτην ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, διὰ ῥημάτων ὀλίγων, ἃ παρ' ἑνὸς ἤκουσαν ἀνθρώπου, ἀγνώστου, ξένου, ναυαγοῦ γεγενημένου, οὕτω κατέλυσαν, οὕτως ἠφάνισαν, οὕτως ἐκ ποδῶν ἐποίησαν εἶναι, ὡς τοιαύτης ἀπολαῦσαι φω- B νῆς, ὅτι εἶδεν ὁ θεός, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ μετενόησεν ἀπὸ τῆς κακίας ἧς εἶπεν ὁ θεὸς ποιῆσαι αὐτοῖς. ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν νήφων, καὶ ἐγρηγορὼς οὐ μόνον παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν ἀδικεῖται, ἀλλὰ καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀνατρέπει; ὁ δὲ οἴκοθεν ἑαυτὸν προδιδοὺς καὶ καταβλάπτων, κἂν μυρίας εὐεργεσίας ἀπολαύσῃ, οὐδὲν μέγα κερδανεῖ. οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησε τὰ τοσαῦτα σημεῖα, οὐδ' αὐτοὺς τούτους τὸ μὴ μετασχεῖν τούτων παρέβλαψεν· ἀλλ' ἐπειδὴ οἴκοθεν ἦσαν εὐγνώμονες, μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς, C βελτίους ἐγένοντο, καί τοι βάρβαροι ὄντες καὶ ἀλλόφυλοι, καὶ πάντων ἀνήκοοι τῶν θείων χρησμῶν, καὶ πόρρω που τῆς Παλαιστίνης ἀπῳκισμένοι. Τί δὲ τῶν παίδων τῶν τριῶν, εἰπέ μοι, τὴν ἀρετὴν τὰ ἐπελθόντα κακὰ ἐλυμήνατο; οὐχὶ ἔτι νέοι ὄντες καὶ νέοι κομιδῆ, ἐν ἡλικίᾳ ἀώρῳ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ὑπέμειναν τιμωρίαν καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν μακρὰν ἀπεδήμησαν ἀποδημίαν, καὶ πατρίδος καὶ οἰκίας, καὶ ναοῦ καὶ βωμοῦ καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν καὶ σπονδῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ψάλλειν, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐλθόντες γῆν, ἐχωρί- D σθησαν; οὐ γὰρ ἡ οἰκία αὐτοῖς μόνον ἄβατος ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῆς λατρείας ἐντεῦθεν εἴδη. οὐχὶ βαρβαρικαῖς ἐξεδόθησαν χερσί, καὶ λύκοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον εἰς μακρὰν οὕτω κειμένην, καὶ βάρβαρον ἀποικισθέντες γῆν, καὶ αἰχμαλωσίαν χαλεπωτάτην, οὐ διδασκάλους εἶχον, οὐ προφήτην, οὐκ ἄρχοντα; οὐ γάρ ἐστι, φησίν, ἄρχων, οὐδὲ προφήτης, καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἰς σκόπελόν τινα, καὶ κρημνὸν καὶ πέλαγος ὑφάλων γέμον καὶ σπιλάδων, οὕτως εἰσήχθησαν,

χωρὶς κυβερνήτου, καὶ πρωρέως, καὶ ναυτῶν, καὶ ἱστίων, ἀναγκαζόμενοι τὴν χαλεπὴν ἐκείνην θάλατταν πλεῖν· καὶ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς ἐναπειλημμένοι. ἐπειδὴ γὰρ φιλοσοφεῖν ᾔδεσαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ἦσαν ἀνώτεροι πραγμάτων, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα κατεπάτησαν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ κούφους αὐτοὺς τὸ πτερὸν εἰργάσαντο, παραθήκην κακῶν, καὶ τὴν ἐκεῖ διατριβὴν ἐνόμιζον εἶναι. ἔξω μὲν γὰρ ὄντες, καὶ ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πλείονος ἔμελλον ἀπολαύσεσθαι τῆς ἐξουσίας· εἰς δὲ τὸ δεσμωτήριον εἰσαχθέντες ἐκεῖνο (δεσμωτήριον γὰρ τὴν φαντασίαν ἅπασαν ἐκείνην, καὶ κρημνοὺς καὶ σκοπέλους οὐδὲν ἀμείνους εἶναι ἐνόμιζον) εὐθέως δυσκολίαν ὑπέμειναν χαλεπήν· ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς ἐκέλευσε κοινωνοὺς αὐτοὺς τῆς τραπέζης εἶναι τῆς ἐκείνου, τῆς συβαριτικῆς ἐκείνης, καὶ ἀκαθάρτου καὶ βεβήλου, αὐτοῖς δὲ ἀπηγορεύετο τοῦτο, καὶ θανάτου χαλεπώτερον εἶναι ἐδόκει· καὶ μόνοι καθάπερ ἀρνία λύκων μεταξὺ τοσούτων ἦσαν ἀπειλημμένοι. καὶ ἀνάγκη ἦν, ἢ λιμῷ τήκεσθαι (μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι) ἢ τῶν κεκωλυμένων ἀπογεύεσθαι ἐδεσμάτων. τί οὖν ποιοῦσιν οἱ νέοι, οἱ ἐν ὀρφανίᾳ, οἱ αἰχμάλωτοι, οἱ ξένοι, οἱ δοῦλοι τῶν ταῦτα κελευόντων; οὐκ ἐνόμισαν ἀρκεῖν αὐτοῖς εἰς ἀπολογίαν, τὴν ἀνάγκην, οὐδὲ τὴν τυραννίδα τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος· ἀλλὰ πάντα μηχανῶνται, καὶ πραγματεύονται, ὥστε τὴν ἁμαρτίαν φυγεῖν, καίτοι πανταχόθεν προδεδομένοι. οὔτε γὰρ χρήμασι πεῖσαι ἠδύναντο· πῶς γὰρ οἱ αἰχμάλωτοι; οὐ φιλίᾳ καὶ συνουσίᾳ. πῶς γὰρ οἱ ξένοι; οὐ δυναστείᾳ περιγενέσθαι· πῶς γὰρ οἱ δοῦλοι; οὐ πλήθει κρατῆσαι· πῶς γὰρ οἱ τρεῖς μόνοι; προσελθόντες τοίνυν πείθουσι τὸν εὐνοῦχον ἐκεῖνον λόγοις, τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ γὰρ εὗρον αὐτὸν περιδεῆ καὶ τρέμοντα, καὶ περὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀγωνιῶντα, καὶ φόβος ἀφόρητος ἦν ὁ περὶ τοῦ θανάτου κατασείων αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Φοβοῦμαι γὰρ ἐγώ φησι τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, μή ποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ ὑπὲρ τὰ παιδάρια τὰ συνήλικα ὑμῶν, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασιλεῖ· ἀπαλλάξαντες αὐτὸν τούτου τοῦ δέους πείθουσι δοῦναι τὴν χάριν. καὶ ἐπειδὴ πάντα παρ' ἑαυτῶν εἰσήνεγκαν, καὶ ὁ θεὸς τὰ παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν εἰσέφερεν. οὐδὲ γὰρ τοῦ θεοῦ μόνου τὸ κατόρθωμα ἐπὶ τούτοις ἦν, οἷς ἔμελλον ἐκεῖνοι μισθὸν λαμβάνειν, ἀλλ'

A introducti ſunt, ſine gubernatore, ſine proreta, ſine nautis, ſine velis ſæuum illud mare nauigare coacti; atq; in aula regia tanquam in carcere incluſi. Cùm enim philoſophari nôſſent, & rebus ſecularibus eſſent ſuperiores, omnem quoque humanum faſtum conculcâſſent, aláſque ſibi leues reddidiſſent, acceſſionem malorum, etiam illam commemorationem eſſe exiſtimabant. Si enim foris fuiſſent, & in domo priuata, maiori libertate fruituri erant: at verò introducti in illũ carcerẽ (carcere namque omnẽ illam ſplendoris & magnifi-B centiæ ſpeciem, & præcipitijs ſcopuliſque nihilo cenſebãt eſſe meliorẽ) continuò graue difficultatem ſuſtinuêre. Rex enim eos illius voluptuoſæ impuræq; & prophanæ menſæ ſuæ iuſſit eſſe ſocios, id quod eis interdictum erat, & morte grauius videbatur: ac ſoli velut agni in medio tot luporũ erant incluſi. Neceſſe erat aut fame tabeſcere (imò verò ad mortẽ rapi) aut prohibita edulia deguſtare. Quid ergo faciunt iuuenes, orphani, captiui, peregrini, ſerui illorum qui hæc imperabant? nõ exiſtimârunt neceſſitatẽ ſibi ad excuſationẽ C ſufficere, neq; tyrannidẽ eius, qui vrbẽ obtinebat; ſed omnia machinabantur moliebãtúrque, vt peccatũ effugerent, omni licet ex parte deſerti. Neq; enim pecunijs perſuadere poterant, vtpote captiui; non amicitia & familiaritate, vtpote peregrini, nõ potentia ſuperare, vtpote ſerui; non multitudine vincere, vtpote tres tantùm. Accedunt igitur ad eunuchum, qui eam poteſtatem obtinebat, eique verbis perſuadent. Cùm enim inueniſſent eum trepidũ ac timidum, deq́; ſalute ſua ſolicitum, & metus mortis intolerandus animum eius D concuteret: Timeo enim ego, inquit, dominum meum regem, ne quando videat vultus veſtros macilentiores præ ceteris adoleſcentulis coæuis veſtris, & condemnetis caput meum regi: eo timore liberatũ inducunt, vt daret ipſis eã gratiam. Ac poſtquã omne officium ſuũ feciſſent, Deus quoque deinceps fecit ſuũ. Neque enim ſolius Dei erat pręclarũ illud facinus in his, quorum gratia mercedẽ illi erant accepturi, ſed Dan. 1. 10.

principium & exordia proficiſcebantur ab illorum animo, quem cùm præſtitiſſent generoſum ac fortem, Dei fauorem ſibi conciliârunt,& ad finem, quod moliebantur, perduxerunt. Vides, qui ſeipſe non lædit, ei neminem alium poſſe nocere? Ecce enim nec iuuentus, neque captiuitas, neque orbitas, neque abductio in regionem alienam, nec ſolitudo & deſtitutio eorum, qui ab ipſis ſtarent, nec mandatum graue, nec magnus mortis timor, qui eunuchi cingebat animum, nec paupertas, nec paucitas, non quòd in medio barbarorum eſſent, non quòd hoſtes haberent dominos, non quòd in ipſius regis manus eſſent traditi, neque cognatorum omnium ſeparatio, neque ſacerdotum & prophetarum & aliorum, qui curam ipſorum gerebant, alienatio, nec libationum & ſacrificiorum ceſſatio, neque templi & pſalmorum ademptio, neque quidquam horum eis nocuit; ſed tum in maiori gloria fuerunt, quàm cùm iis rebus in patria ſua fruerentur. Hoc primo certamine perfecto, inſigni corona redimiti, lege in aliena quoque regione ſeruata, conculcato tyranni mandato, neque vllo vlla ex parte damno affecti; quaſi domi ſederent,& omnibus illis fruerentur, opere ita liberè perfecto, ad alios rurſus agones ſunt vocati. Iterum erant iidem,& certamen priore difficilius ipſis proponebatur, caminus incendebatur, barbaricus aduerſum eos exercitus cum rege inſtruebatur velut in acie, tota Perſica potentia incitabatur, omnia ad fraudem ac vim ipſis afferendam comparabâtur, diuerſa cantionum genera, variæ ſuppliciorum formæ, minę, aſpectus omni ex parte terribilis,& verba aſpectu terribiliora: ſed tamen quoniam ſemetipſi non prodiderunt, ſed omnẽ ſuam operam contulerunt, nihil vnquã damni acceperunt: qui etiã coronis quàm priores fuerant illuſtrioribus redimiti ſunt. Vinxit enim eos Nabuchodonoſor, & in caminũ coniecit, non tamen damno, quin potius etiam cõmodo affecit,& illuſtriores reddidit. Cùmque nec templum (iterum enim eadem dicam) neq. altare, nõ patriam, non ſacerdotes, nõ prophetas haberẽt, in aliena & barbara regione, in medio camini, totiúſque illius exercitus, rege

A τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προοίμια, ἣν παρασχόμενοι γενναίαν καὶ ἀνδρείαν, ἐπεσπάσαντο τοῦ θεοῦ τὴν ῥοπὴν, καὶ εἰς τέλος ἤγαγον, ὅπερ ἐσπούδαζον. ὁρᾷς ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα, οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται; ἰδοὺ γοῦν καὶ νεότης καὶ αἰχμαλωσία, καὶ ὀρφανία, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν ἀπαγωγὴ, καὶ μόνωσις, καὶ ἐρημία τῶν προεστηκότων, καὶ ἐπίταγμα χαλεπὸν, καὶ φόβος θανάτου πολὺς ἐπιτειχίζων τῶν εὐνούχων τὴν διάνοιαν, καὶ πενία, καὶ ὀλιγότης, καὶ τὸ ἐν μέσῳ βαρβάρων εἶναι, καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἔχειν δεσπότας, B καὶ τὸ εἰς αὐτὰς ἐκδεδόσθαι τὰς χεῖρας τὰς βασιλικὰς, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων ὁ χωρισμὸς, καὶ ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιμελουμένων αὐτῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ σπονδῶν καὶ θυσιῶν ἀργία, καὶ ναοῦ καὶ ψαλμῶν ἀφαίρεσις· καὶ οὐδὲν τούτων αὐτοὺς παρέβλαψεν· ἀλλὰ τότε μειζόνως εὐδοκίμησαν, ἢ ὅτε τούτων ἀπήλαυον ἐπὶ τῆς πατρίδος τῆς ἑαυτῶν. καὶ πρῶτον ἆθλον ἀνύσαντες τοῦτον, καὶ λαμπρὸν ἀναδησάμενοι τὸν στέφανον, καὶ τὸν νόμον καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ τηρήσαντες, καὶ ἐπίταγμα καταπατήσαντες τυραννικὸν, καὶ φόβον νικήσαντες τοῦ ἀλάστορος, καὶ μηδὲν μηδαμόθεν C παραβλαβέντες· ὥσπερ οἴκοι καθήμενοι, καὶ πάντων ἐκείνων ἀπολαύοντες, οὕτω τὸ ἔργον μετ᾽ ἀδείας ἀνύσαντες, ἐφ᾽ ἕτερα πάλιν ἐκαλοῦντο σκάμματα. καὶ πάλιν ἦσαν οἱ αὐτοί. καὶ ἀγὼν τοῦ προτέρου χαλεπώτερος αὐτοῖς ἐπετίθετο, καὶ κάμινος ἀνήπτετο, καὶ βαρβαρικὸν πρὸς αὐτοὺς στρατόπεδον μετὰ τοῦ βασιλέως παρετάττετο. καὶ ἡ Περσικὴ πᾶσα δύναμις ἐκινεῖτο, καὶ πάντα πρὸς ἀπάτην αὐτῶν ἐπετηδεύετο, καὶ βία· καὶ μουσικῆς εἴδη διάφορα καὶ κολάσεων ποικίλοι τρόποι, καὶ ἀπειλαὶ, καὶ ὄψις πάντοθεν ἦν φοβερὰ, καὶ ῥήματα D ὄψεως φοβερώτερα· ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ ἑαυτοὺς οὐ προέδωκαν, ἀλλὰ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν πάντα εἰσήνεγκαν, οὐδὲν οὐδέποτε παρεβλάβησαν· ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους τῶν προτέρων ἀνεδήσαντο τοὺς στεφάνους. ἔδησε μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν κάμινον, οὐ μὴν παρέβλαψεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως ὠφέλησε, καὶ ἐνδοξοτέρους εἰργάσατο. καὶ οὔτε ναὸν (πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ) οὔτε θυσιαστήριον, οὐ πατρίδα, οὐχ ἱερέας, οὐ προφήτας ἔχοντες, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ, ἐν αὐτῇ μὲν οὖν μέσῃ τῇ καμίνῳ, μεταξὺ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως

τοῦ ταῦτα ἐργαζομένου θεωροῦντες, λαμπρὸν ἀνέστησαν τὸ τρόπαιον, καὶ περιφανῆ νίκην ἤραντο, τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ παράδοξον ᾄσαντες ᾠδὴν, τὴν καὶ μέχρι τῆς νῦν ἐξ ἐκείνου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾀδομένην, καὶ ᾀσθησομένην δὲ καὶ εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεάς. οὕτως ἐὰν ὅταν μηδεὶς ἑαυτὸν ἀδικῇ, οὐδὲν παρ' ἑτέρου βλαβῆναι δυνήσεται. οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο ἐπᾴδων τὸ ῥῆμα. εἰ γὰρ αἰχμαλωσία καὶ δουλεία, καὶ μόνωσις, καὶ πατρίδος ἀποβολὴ, καὶ τῶν οἰκείων ἀπάντων, καὶ θάνατος, καὶ ἐμπρησμὸς, καὶ στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τύραννος οὕτως ὠμὸς, οὐκ ἴσχυσαν παῖδας τρεῖς νέους αἰχμαλώτους, δούλους, ξένους, ἐπ' ἀλλοτρίας ὄντας λυμήνασθαι εἰς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ μείζονος αὐτοῖς παρρησίας γέγονε πρόφασις ἡ ἐπιβουλή· τί τὸν νήφοντα παραβλάψαι δυνήσεται; οὐκ ἔστιν οὐδὲν, κἂν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔχῃ πολεμοῦσαν αὐτῷ. ἀλλ' ὁ θεὸς τότε, φησὶ, παρέστη αὐτοῖς, καὶ ἐξήρπασεν αὐτοὺς τῆς φλογός. μάλιστα μὲν οὖν, καὶ σὺ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐὰν παράσχῃς, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἕψεται πάντως. πλὴν ἀλλ' ἐγὼ τοὺς παῖδας ἐκείνους οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζω καὶ μακαρίζω, καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι τὴν φλόγα κατεπάτησαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας κρείττους ἐγένοντο· ἀλλ' ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀληθῶν ἐδέθησαν δογμάτων, καὶ εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ τρόπαιον ἀπήρτισται, καὶ ὁμοῦ κατενεχθεῖσιν εἰς τὴν κάμινον, στέφανος ἐπετέθητο· καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων δὲ ἐκείνων ἤρξατο πλέκεσθαι, καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἃ μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας καὶ τῆς ἐλευθεροστομίας πρὸς τὸν βασιλέα ἀχθέντες εἰς μέσον ἔλεγον. οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι. ἔστι γὰρ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς, ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ἱκανὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης· καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου βασιλεῦ ῥύσεται ἡμᾶς. καὶ ἐὰν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. ἀπὸ τούτων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων ἀνακηρύττω, ἀπὸ τούτων τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἁρπάσαντες, ἐπὶ τὸν λαμπρὸν ἔδραμον τοῦ μαρτυρίου στέφανον, τῇ τῶν ῥημάτων ὁμολογίᾳ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων προσθέντες. Εἰ δὲ ἐμβληθέντων ᾐδέσθη τὸ πῦρ αὐτῶν τὰ σώματα, καὶ τὰ δεσμὰ ἔλυσε, καὶ παρέσχε κάτω μετὰ ἀδείας βαδίζειν,

DOMINÆ MEÆ SVMmoperè venerandæ, ac religioſiſſimæ Olympiadi, Diaconiſſæ, Ioannes Epiſcopus ſalutem in Domino.

EPISTOLA I.

AGE verò, mœſtitiæ tuæ hulcus rurſum velut adhibitis fomẽtis mitigabo, atque cogitationes eas, quæ hanc nubem cogunt, diſcutiam. Quid enim eſt, quod animum tuum perturbat? An quòd ſæua & caliginoſa eſt hæc tempeſtas, quæ Eccleſias occupauit, cunctáque in obſcuriſſimam noctem cõmutauit, atque

Α ΤΗ ΔΕΣΠΟΙΝΗ ΜΟΥ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ διακόνῳ Ὀλυμπιάδι Ἰωάννης ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΦΕΡΕ δὴ ἀπαντλήσω σου τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, καὶ διασκεδάσω τοὺς λογισμοὺς τὸ νέφος τοῦτο συνάγοντας. τί γάρ ἐστιν ὃ συγχεῖ σου τὴν διάνοιαν, καὶ λυπῇ, καὶ ἀδημονεῖς; ὅτι ἄγριος ὁ χειμὼν ὁ τὰς ἐκκλησίας καταλαβὼν καὶ ζοφώδης, καὶ νύκτα ἀσέληνον πάντα εἰργάσατο, καὶ καθ' ἑκάστην κα-

ῥυφοῦσαι τὴν ἡμέραν, πικρά τινα ὠδίνων ναυάγια, καὶ αὔξεται ἡ πανωλεθρία τῆς οἰκουμένης; οἶδα τοῦτο κἀγὼ, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ, καὶ εἰ βούλει, καὶ εἰκόνα ἀναπλάττω τῶν γινομένων, ὥστε σαφεστέραν σοι ποιῆσαι τὴν τραγῳδίαν. θάλασσαν ὁρῶμεν ἀπ' αὐτῆς κάτωθεν ἀναμοχλευομένην τῆς ἀβύσσου, πλωτῆρας τοῖς ὕδασι νεκροὺς ἐπιπλέοντας, ἑτέρους καταβρυχίους γινομένους, τὰς σανίδας τῶν πλοίων διαλυομένας, τὰ ἱστία διαῤῥηγνύμενα, τοὺς ἱστοὺς διακλωμένους, τὰς κώπας τῶν χειρῶν τῶν ναυτῶν ἀποπτάσας, τοὺς κυβερνήτας ἀντὶ τῶν οἰάκων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων καθημένους, τὰς χεῖρας τοῖς γόνασι περιπλέκοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀμηχανίαν τῶν γινομένων κωκύοντας, ὀξέως βοῶντας, θρηνοῦντας, ὀλοφυρομένους μόνον, οὐκ οὐρανὸν, οὐ πέλαγος φαινόμενον, ἀλλὰ σκότος πάντα βαθὺ καὶ ἀφεγγὲς καὶ ζοφῶδες, ὡς οὐδὲ τοὺς πλησίον ἐπιτρέποντα βλέπειν, καὶ πολὺν τὸν πάταγον τῶν κυμάτων, καὶ θηρία θαλάττια πάντοθεν τοῖς πλέουσιν ἐπιτιθέμενα· μᾶλλον δὲ μέχρι τίνος διώκομεν ἀκίχητα; οἵαν γὰρ ἂν ζητήσω τῶν παρόντων κακῶν εἰκόνα, ἡττώμενος ὁ λόγος ἀναχωρεῖ. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰδὼς οὐκ ἀπογινώσκω τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων, τὸν κυβερνήτην τοῦδε τοῦ παντὸς ἐννοῶν, ὃς οὐ τέχνῃ περιγίνεται τοῦ χειμῶνος, ἀλλὰ νεύματι λύει τὴν ζάλην. Εἰ δὲ μὴ ἐκ προοιμίων μηδὲ εὐθέως ἔθος αὐτῷ τοιοῦτον, μὴ ἐν ἀρχῇ τὰ δεινὰ καταλύειν· ἀλλ' ὅταν αὐξηθῇ, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἔλθῃ, καὶ παρὰ τῶν πλειόνων ἀπογνωσθῇ, τότε θαυματουργεῖ καὶ παραδοξοποιεῖ, τήν τε οἰκείαν ἐνδεικνύμενος δύναμιν, καὶ τῶν ἐμπιπτόντων τὴν ὑπομονὴν ἐγγυμνάζων. μὴ τοίνυν ἀναπέσῃς, ἓν γάρ μόνον ἐστὶ φοβερὸν, εἷς πειρασμὸς, ἁμαρτία μόνον. καὶ τοῦτο συνεχῶς ἐπᾴδων ὑμῖν τὸ ῥῆμα οὐκ ἐπαυσάμην· τὰ δὲ ἄλλα πάντα μῦθος, κἂν ἐπιβουλὰς εἴπῃς, κἂν ἀπεχθείας, κἂν δόλους, κἂν συκοφαντίας, κἂν λοιδορίας, κἂν κατηγορίας, κἂν δημεύσεις, κἂν ἐξορίας, κἂν ξίφη ἠκονημένα, κἂν πέλαγος, κἂν τὸν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης πόλεμον.

A & in dies augetur, & acerba quædam naufragia parturit, orbiſque terrarum interitus ingraueſcit? Id quidem ipſe quoque perſpectum & exploratum habeo, nec quiſpiam eſt, qui inficias ire queat. Ac, ſi ita volútas tua fert, eorum etiam quæ fiunt, imaginem ac ſimulacrum quoddã effingam, quò clariorem magiſque perſpicuam tibi tragœdiam reddam. Mare cernimus ab imis vſque gurgitibus vndique reuulſum, nautas mortuos ſumma vnda natantes, alios peſſum euntes, nauium tabulas diſſolutas, perrupta & lacerata vela, malos B effractos, remos è nautarum manibus elapſos, naucleros gubernaculorũ loco tabulatis inſidentes, manus genibus innectentes, ac præ tempeſtatis atrocitate in eam conſilij inopiam redactos, vt tantummodo lugeant, ac gemitus & eiulatus edant: non cœlum, non mare in oculos incurrens, ſed denſas atque obſcuras tenebras, caliginemque tantam, vt ne propinquos quidem perſpicere ſinat: ingẽtem denique fluctuum ſonitum, ac marinas belluas in eos, qui nauigant, omni ex parte impetum faC cientes. Imò verò quouſque id perſequimur, quod conſequi non poſſumus? Quamcumque enim præſentium calamitatum effigiem exquiram, oratio noſtra malorũ magnitudine ſuperata, pedem refert. Cæterùm, etiamſi hęc mihi minimè ignota ſunt, tamen meliorum rerum ſpem haudquaquam deſpõdeo: nimirũ huiuſce vniuerſitatis gubernatorem ante animũ proponens, qui non arte atq. induſtria tẽpeſtatem ſuperat, verùm nutu ſolo procellã frãgit. Quòd ſi id haud primùm ac ſtatim facit, hæc ſcilicet ipſius conſuetudo eſt, vt rerum acerbitates non in principio extinguat, verùm cùm creuerint, atque ad finẽ extremũ peruenerint, iamq. ſpes omnis à D permultis abiecta ſit, tum deniq. mira atque ab hominũ opinione aliena facinora edere ſoleat; nimirũ & vim ſuam oſtendens, & eorum, qui in calamitates incidunt, patientiam exercens. Quamobrem ne animũ deijcias. Etenim vna duntaxat res grauis ac pertimeſcenda eſt, ô Olympias, vna tentatio, nẽpe peccatũ, atq. hoc verbũ nunquã tibi occinere deſtiti. Reliqua autẽ omnia, mera fabula, ſiue inſidias dixeris, ſiue inimicitias, ſiue fraudes, ſiue calumnias, ſiue maledicta, ſiue accuſationes, ſiue bonorũ proſcriptiones, ſiue exilia, ſiue gladios præacutos, ſiue mare, ſiue totius terrarũ orbis bellũ.

Nihil graue præter peccatum.

Nam quæcumque tandem hæc omnia ſint, certè tẽporaria & caduca ſunt, atq; in mortali corpore exiſtũt, nec prudẽti & experrectæ animæ detrimentum afferunt. Quocirca etiã beatus Paulus, & iucunditatũ & moleſtiarum huius vitę imbecillitatẽ demõſtrare ſtudẽs, vnico vocabulo id prorſus indicauit, cùm ita 2. Cor. 4. locutus eſt, Quæ enim vidẽtur, temporalia ſunt. Quid igitur ea, quæ temporaria ſunt, ac fluminum inſtar fluunt, extimeſcis? Huiuſmodi quippe ſunt res præſentes, tam lætæ, quàm moleſtæ. Quin alter quoq; Propheta humanam omnem felicitatem, ne fœno quidem, verùm alteri viliori materię cõparauit, Eſa. 40. eam videlicet vniuerſã fœni florem appellans. Neque enim ipſius duntaxat partem quandã poſuit, vt opes tantùm aut luxum ac delicias, aut potentiã, aut honores: verùm omnia ea, quæ apud mortales præclara & ſplendida eſſe videntur, vnico gloriæ vocabulo cõplexus, ita demum ſubiunxit, fœni ſimula- Eſa. 51. crum dicẽs, Omnis gloria hominis tanquam flos fœni. At, inquis, grauis & acerba res eſt aduerſitas. At vide quemadmodum hæc quoque cum alia imagine conferatur: ſicque hanc etiã contemne. Siquidem cõuitia & contumelias, ac probra, & offendicula ea, quę ab inimicis obijciuntur, & inſidias indumento vetuſtate conſumpto ac lanæ exeſæ comparans, his verbis vtebatur, Nolite timere opprobriũ hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentũ, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. Quamobrem nihil eorum, quæ accidunt, animum tuum conturbet: verùm alium atq; alium rogare ſuperſedens, & vmbras circumire (neque enim aliud eſt humanum auxilium) Ieſum, quem colis, ſine vlla intermiſſione obſecra, vt vel ſolùm annuat: atq; omnia vnico temporis momento diſſolu- Dei conſuetudo. bentur. Quod ſi obſecraſti, nec tamen malum depulſum eſt, id ſcilicet Deo vſitatum ac familiare eſt, vt non ſtatim (vt quod ſuperius dixi repetam) acerbitates extinguat, ſed cum eæ intumuerint atque auctæ fuerint, iique qui bellum inferunt nihil ferè ad omnem improbitatẽ ſibi reliqui fecerint, tum denique omnia in tranquillum repente mutet, atque in inopinatos quoſdam rerum ſtatus ea adducat. Neque enim tot duntaxat bona efficere poteſt, quot expectamus ac ſpe concipimus: verùm multo plu-

A οἷα γὰρ ἂν εἴη ταῦτα ἅπαντα, πρόσκαιρά τέ ἐστι καὶ ἐπίκηρα, καὶ ἐν θνητῷ γινόμενα σώματι, καὶ τὴν νήφουσαν οὐδὲν παραβλάπτοντα ψυχήν. διά τοι τοῦτο καὶ τῶν χρηστῶν καὶ τῶν λυπηρῶν τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον τὸ εὐτελὲς ὁ μακάριος Παῦλος δεῖξαι βουλόμενος μιᾷ λέξει τὸ πᾶν ἐνέφηνεν, εἰπών· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα. τί τοίνυν τὰ πρόσκαιρα δέδοικας τὰ ποταμίων ῥευμάτων δίκην παραῤῥέοντα; τοιαῦτα γὰρ τὰ παρόντα, κἂν χρηστὰ ᾖ, κἂν λυπηρά. προφήτης δὲ ἕτερος ἅ- B πασαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐημερίαν οὐ χόρτῳ, ἀλλ' ἑτέρᾳ ὕλῃ εὐτελεστέρᾳ παρέβαλεν, ἄνθος αὐτὴν ὀνομάσας χόρτου πᾶσαν ὁμοῦ. οὐδὲ γὰρ μέρος αὐτῆς ἔθηκεν, οἷον πλοῦτον μόνον ἢ τρυφὴν μόνον, ἢ δυναστείαν ἢ τιμάς, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις δοκοῦντα εἶναι λαμπρὰ μιᾷ προσηγορίᾳ τῇ τῆς δόξης περιλαβών, οὕτως ἐπήγαγε τὴν εἰκόνα τοῦ χόρτου, εἰπών· πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος ‹‹ χόρτου. ἀλλ' ἡ δυσημερία δεινὸν καὶ βαρύ. ἀλλ' ‹‹ ὅρα καὶ ταύτην πάλιν ἑτέρᾳ παραβαλλομένην εἰκόνι, καὶ καταφρόνει καὶ ταύτης. C τὰς γὰρ λοιδορίας, καὶ τὰς ὕβρεις, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ τὰ σκώμματα τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἱματίῳ παλαιωθέντι, καὶ ἐρίῳ διαβρωθέντι παρεικάζων, ἔλεγεν· ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων μὴ φοβεῖσθε, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε, ὅτι ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ ἔριον ὑπὸ σητός, οὕτω βρωθήσονται. μηδέν σε τοίνυν ταραττέτω τῶν γινομένων, ἀλλ' ἀφεῖσα τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα παρακαλεῖν, καὶ τὰς σκιὰς περιτρέχειν· τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη συμμαχία· τὸν Ἰησοῦν ᾧ λατρεύεις, ἀδιαλείπτως παρακάλει νεῦσαι μόνον· καὶ πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ λύεται ῥοπῇ. εἰ δὲ παρε- D κάλεσας, καὶ οὐκ ἐλύθη, τοιοῦτον τοῦ θεοῦ ἔθος, μὴ ἐκ προοιμίων (τὸν γὰρ ἔμπροσθεν ἀναλήψομαι λόγον) καταλύειν τὰ δεινά, ἀλλ' ὅταν κορυφωθῇ, ὅταν αὐξηθῇ, ὅταν σχεδὸν μηδὲν ὑπολελειμμένον ᾖ τῆς τῶν πολεμούντων κακίας, τότε ἀθρόον πάντα μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ γαληνόν, καὶ πρὸς ἀπροσδοκήτους τινὰς καταστάσεις αὐτὰ παραδόξως μετάγειν. οὐ γὰρ τοσαῦτα δύναται μόνον ποιῆσαι χρηστά, ὅσα προσδοκῶμεν καὶ ἐλπίζομεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλειο-

τα, καὶ ἀπείρως μείζονα. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ἐκ προοιμίων κωλῦσαι τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς εἰς τὸν πειρασμὸν ἐκεῖνον μὴ ἐμπεσεῖν; ἀλλ' οὐκ ἠβουλήθη, πολλὴν αὐτοῖς συνάγων τὴν ἐμπορείαν. διὰ τοῦτο ἀφῆκε καὶ χερσὶν αὐτοὺς βαρβαρικαῖς παραδοθῆναι, καὶ τὴν κάμινον ἐξαφθῆναι πρὸς ὕψος ἄφατον, καὶ τὴν βασιλικὴν ὀργὴν τῆς καμίνου χαλεπώτερον ἐκκαῆναι, καὶ χεῖρας δεθῆναι καὶ πόδας μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, καὶ εἰς τὸ πῦρ ἐμβληθῆναι· καὶ ὅτε πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτοὺς ἀπέγνωσαν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν, τότε ἀθρόον καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνεφαίνετο ἡ θαυματοποιΐα τοῦ ἀριστοτέχνου θεοῦ, καὶ μετὰ πολλῆς ἐξέλαμπε τῆς ὑπερβολῆς. τὸ μὲν γὰρ πῦρ ἐδεσμεῖτο, οἱ δὲ δεσμῶται ἐλύοντο, καὶ ναὸς εὐκτήριος ἡ κάμινος ἐγένετο, καὶ πηγή, καὶ δρόσος, καὶ αὐλῶν βασιλικῶν σεμνοτέρα, καὶ τὴν παμφάγον οὐσίαν ἐκείνην, καὶ σιδήρου καὶ λίθων περιγινομένην, καὶ πάσης κρατοῦσαν ὕλης τριχῶν ἐνίκα φύσις. καὶ χορὸς ἵστατο ἐναρμόνιος αὐτόθι τῶν ἁγίων ἐκείνων ἑκατέραν τὴν κτίσιν εἰς τὴν θαυμασίαν ταύτην καλούντων μελῳδίαν· ἤδη τε εὐχαριστηρίους ἀναπέμποντες ὕμνους ὑπὲρ ὧν ἐδεήθησαν τό γε τῶν ἐχθρῶν μέρος, ὑπὲρ ὧν πατρίδος ἐξέπεσον, ὑπὲρ ὧν αἰχμάλωτοι γεγόνασιν, ὑπὲρ ὧν τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρέθησαν, ὑπὲρ ὧν ἀπόλιδες, ἄοικοι καὶ μετανάσται ἐγένοντο, ὑπὲρ ὧν ἐν δουλείᾳ καὶ βαρβάρῳ διετέλουν γῇ· τοῦτο γὰρ ψυχῆς εὐγνώμονος. καὶ ἐπειδὴ καὶ τὰ τῆς κακίας τῶν πολεμούντων ἀπήρτιστο, (τί γὰρ μετὰ θάνατον λοιπὸν ἐπιχειρῆσαι ἠδύναντο;) καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν πεπλήρωτο, καὶ ὁ στέφανος ἐπλάκη, καὶ τὰ βραβεῖα αὐτοῖς συνελέγη, καὶ οὐδὲν λοιπὸν ἔλιπεν εἰς εὐδοκίμησιν, τότε δὴ τὰ δεινὰ λύεται, καὶ ὁ τὴν κάμινον ἀνάψας καὶ τοσαύτῃ παραδοὺς τιμωρίᾳ, οὗτος θαυμαστὸς ἐπαινέτης τῶν ἁγίων ἐκείνων ἀθλητῶν γίνεται, καὶ κῆρυξ τῆς τοῦ θεοῦ παραδοξοποιΐας, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκπέμπει γράμματα πολλῆς γέμοντα εὐφημίας, διηγούμενος τὰ γεγενημένα, καὶ ἀξιόπιστος γενόμενος κῆρυξ τῶν τοῦ παραδοξοποιοῦ θεοῦ θαυμάτων.

A ra, atque infinitis partibus maiora. Ob
idque etiam Paulus dicebat: Ei autem, Epheſ. 3. 20
qui potens eſt facere ſuperabundanter
quàm petimus aut cogitamus. Quid Dan. 3.
enim? An nõ ſtatim prohibere poterat,
ne tres pueri in tentationẽ illã laberentur?
Verùm id minimè facere voluit, vt
ingẽtem ipſis quæſtũ cõciliaret. Eáque
de cauſa eos in barbarorum quoq. manus
cadere paſſus eſt, ac fornacem in
incredibilem quandã altitudinem accendi,
regiámque iracundiam fornace
atrocius inflãmari, eóſque manibus ac
pedibus artiſſimè vinciri, atq. in ignem
B præcipites dari. Cùm autẽ omnes, qui
eos ſpectabant, eorum ſalutem pro deplorata
habuiſſent, tum demum ſubitò
ac præter ſpem omnẽ ſeſe exeruit præſtantiſſimi
artificis Dei in miraculis edendis
facultas, atque eximium quendam
in modum emicuit. Siquidẽ ignis
vinciebatur: qui autem catenis vincti
erant ſoluebãtur, ac fornax in templũ,
& fontem ac rorem mutabatur, regiáq.
aula magnificentior auguſtiórque reddebatur:
naturámq. illam edaciſſimã,
ac ferrum etiam & lapides, atque omnem
denique materiam ſuperantẽ, cri-
C nium natura vincebat. Atque modulatiſſimus
illic ſanctorũ illorũ chorus ſtabat,
vtraſque res conditas ad mirificum
hunc concentũ inuitans: hymnóſq. ad
grati animi ſignificationem ad Deum
tranſmittebãt, quòd videlicet vinculis
conſtricti, quòd (quãtum quidẽ in hoſtibus
fuerat) exuſti, quòd patrijs ſedibus
exturbati, quòd captiui abducti,
quòd libertate ſpoliati fuiſſent, quòd
vrbibus, quòd domibus carerẽt, extorréſque
extitiſſent, quòd denique in aliena
& barbara terra degerent. Hoc
enim probi, ac grati animi eſt. Poſtea-
D quam autẽ, & hoſtium improbitas partibus
omnib. abſoluta fuit (quid enim
vltra mortem iam conari poterant?) &
pugilũ virtus expleta eſt, atq. etiã contexta
corona, & præmia ipſis collecta
ſunt, nec iã ad gloriã nominíſq. ſplendorem
quicquã reſtabat, tum demum
ſcilicet mala depellũtur, & qui fornacẽ
accenderat, eóſq. tam graui ſupplicio
addixerat, idẽ ſanctos illos pugiles mirificis
laudibus effert, ac miraculum à
Deo editum prædicat, literáſque ingenti
laude cõfertas quoquo gentium
mittit, ea, quæ acciderãt cõmemorans,
atque idoneum fidéque dignum diuinorum miraculorum præconem ſe præbens.

Nam quoniam inimicus & hoſtis ipſe erat, idcirco iam apud hoſtes etiam ab omni ſuſpicione remota erant, quę ſcribebantur. Vidiſti Dei ſolertiã? Vidiſti ſapientiam? Vidiſti quid præter hominum opinionem patrarit? Vidiſti benignitatem & curam? Proinde ne cõmouearis ac perturberis: verùm pro omnibus rebus conſtanter ipſi gratias age, eúmq. lauda, roga, ſupplе́xq. obſecra, atque vt ſexcenti tumultus, ſexcentæ perturbationes ac procellæ ingruant, cunctáq. tibi ob oculos verſentur, nihil tamen horũ te perturbet. Neque enim Dominus nobis rerũ difficultate anteuertitur, etiãſi alioqui omnia in extremam perniciem deuoluta ſint. Poteſt quippe ipſe, & iacentes excitare, & errantes in viã reuocare, & eos, qui offendiculum paſſi ſunt, corrigere, & eos, qui innumeris peccatis cooperti ſunt, liberare ac probos efficere, & extinctos vita donare, & ijs, quę diruta ſunt, maiorem ſplendorẽ cõparare, & quæ vetuſtatem contraxerunt, renouare. Nam cùm hoc efficiat, vt quæ non erant oriãtur, & ijs quæ nuſquam omnino cernebantur, vt ſint, afferat, multo ſanè magis ea, quæ ſunt, & quæ facta ſunt, emendabit. At multi ſunt qui pereant, multi quibus ſcandalum inferatur. Credo, ſed multa huiuſmodi perſæpe quoque iam contigerunt, quæ tamen poſtea, eam, quam par erat, medicinã conſecuta ſunt: niſi qui fortaſſe mutatis etiam rebus, in incurabili morbo pertinaciter hæſerunt. *Matt. 27.* Quid autem eo nomine perturbatione afficeris animúmq. deijcis, quòd ille eiectus ſit, ille contrà introductus? Chriſtus in crucem agebatur, ac Barabbas latro poſcebatur, atq. corruptum vulgus ſicarium potiùs quàm ſalutis vindicem, ac tot beneficiorum authorẽ conſeruandum eſſe clamabat. Quot hominibus hæc offenſionem attuliſſe, quot hominibus exitiũ inuexiſſe exiſtimas? Imò verò mihi faciẽdum eſt, vt ſermonem altiùs repetam. An nõ is, qui cruci affixus eſt, ſtatim vt in lucem prodijt, ſolum vertit, atq. cum vniuerſa domo ab ipſis incunabulis in exteram terram fugitiuus migrauit, in barbarorum ſcilicet regionẽ tam longo itineris interuallo diſtantẽ abductus? Qua quidem ex cauſa ingens etiam vis cruoris profuſa eſt, cædéſque & mactationes extiterunt, teneráque omnis etas, non ſecus atque in prælio & acie concidebatur, infantéſque à mammillis auulſi trucidabantur, cumque lac adhuc in faucibus haberent,

A θαυμάτων. ἐπειδὴ γὰρ ἐχθρὸς ἦν καὶ πολέμιος, ἀνύποπτα λοιπὸν καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς τὰ γραφόμενα ἦν. εἶδες τὸ εὐμήχανον τοῦ θεοῦ; εἶδες τὸ σοφόν; εἶδες τὸ παράδοξον; εἶδες τὸ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικόν; μὴ τοίνυν θορυβοῦ, μηδὲ ταράττου, ἀλλὰ μόνε διηνεκῶς ὑπὲρ πάντων τῷ θεῷ εὐχαριστοῦσα, δοξολογοῦσα, παρακαλοῦσα, δεομένη, ἱκετεύουσα, κἂν μυρίοι θόρυβοι κἂν μυρίαι ταραχαὶ ἐπίωσι, κἂν καταιγίδες ἐπ' ὄψιν κέωνται, μηδέν σε τούτων ταραττέτω. οὐ γὰρ προλαμβάνεται ἡμῖν ὁ δεσπότης B ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων δυσκολίας, κἂν εἰς ἔσχατον ὄλεθρον πάντα κατενεχθῇ. δυνατὸν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὺς πεπτωκότας ἐγεῖραι, καὶ τοὺς πεπλανημένους ἐπιστρέψαι, καὶ τοὺς σκανδαλισθέντας διορθῶσαι, καὶ τοὺς μυρίων πληρωθέντας ἁμαρτημάτων ἀπαλλάξαι καὶ δικαίους ποιῆσαι, καὶ τοὺς νεκρωθέντας ζωοποιῆσαι, καὶ κατασκαφέντα λαμπρότερα ἐργάσασθαι· καὶ τὰ παλαιωθέντα ἀνανεῶσαι. εἰ γὰρ τὰ μὴ ὄντα ποιεῖ γενέσθαι, καὶ τοῖς μηδαμοῦ μηδαμῶς φαινομένοις χαρίζεται τὸ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ὄντα καὶ γενόμενα διορθώσεται. ἀλλὰ πολλοὶ οἱ ἀπολλύμενοι, C πολλοὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι. πολλὰ πολλάκις καὶ ἤδη τοιαῦτα γέγονεν· ἀλλ' ὕστερον τὴν προσήκουσαν ἔλαβε πάντα διόρθωσιν, πλὴν εἰ μή τινες ἀνιάτως ἔμειναν ἔχοντες καὶ μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολήν. τί ταράττῃ, καὶ ἀλύεις, εἰ ὁ δεῖνα ἐκβέβληται, καὶ ὁ δεῖνα εἰσενήνεκται; ὁ Χριστὸς ἐσταυροῦτο, καὶ Βαραββᾶς ὁ λῃστὴς ᾐτεῖτο, καὶ ὁ διεφθαρμένος ἐβόα δῆμος, τὸν ἀνδροφόνον τοῦ σωτῆρος καὶ εὐεργέτου δεῖν μᾶλλον σωθῆναι. πόσους νομίζεις τοῦτο ἐσκανδάλισε τότε; πόσους τοῦτο τέως ἀπώλεσε; μᾶλλον δὲ ἀνώτερον τὸν λόγον ἀναγκαῖον ἀγαγεῖν, D οὐχ εὐθέως ὁ τεχθεὶς οὗτος, καὶ ὁ σταυρωθεὶς, μετανάστης ἐγένετο καὶ φυγὰς, καὶ μετὰ ὁλοκλήρου τῆς οἰκίας πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἀπῳκίζετο, διάστημα ὁδοῦ τοσοῦτον εἰς βάρβαρον ἀπαγόμενος χώραν; καὶ αἱμάτων ῥύακες ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἐγίνοντο, καὶ φόνοι ἄδικοι, καὶ σφαγαὶ, καὶ ἡ ἄωρος ἡλικία πᾶσα καθάπερ ἐν παρατάξει καὶ πολέμῳ κατεκόπτετο, καὶ τῶν μαζῶν ἀποσπώμενοι οἱ παῖδες σφαγῇ παρεδίδοντο, καὶ ἔτι τοῦ γάλακτος ἐπὶ τῆς φάρυγγος ὄντος,

διὰ τοῦ λαιμοῦ καὶ τῆς δέρρης τὸ ξίφος ἠλαύνετο. τί ταύτης χαλεπωτέρα τραγῳδίας; καὶ ταῦτα ἐπεπράττετο ὁ ζητῶν αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὁ μακρόθυμος θεὸς ἠνείχετο τοιαύτης τολμωμένης τραγῳδίας, τοσούτου ῥέοντος αἵματος, καὶ ἠνείχετο κωλῦσαι δυνάμενος ἀπορρήτῳ τινὶ σοφίᾳ τὴν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος μακροθυμίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς βαρβάρων χώρας, καὶ ηὐξήθη, πόλεμος αὐτῷ πανταχόθεν ἀνερριπίζετο, καὶ πρῶτον μὲν οἱ Ἰωάννου μαθηταὶ διεφθόνουν, καὶ ἐβάσκαινον, καί τοί γε ἐκείνου τὰ αὐτοῦ θεραπεύοντος, καὶ ἔλεγον ὅτι ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν ἐν Ἰορδάνῃ, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. ταῦτα γὰρ ὑποκνιζομένων ἦν λοιπὸν τὰ ῥήματα, καὶ φθόνῳ βαλλομένων, καὶ τηκομένων τῷ πάθει. διά τοι τοῦτο καὶ μετὰ Ἰουδαίου τινὸς εἷς τῶν μαθητῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἐφιλονείκει, καὶ ἐπύκτευε τὸν περὶ καθαρσίων λόγον κινῶν, καὶ βάπτισμα βαπτίσματι παραβάλλων, τὸ Ἰωάννου τῷ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ. ἐγένετο γάρ φησιν ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίου τινὸς ζήτησις περὶ καθαρισμοῦ. ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν σημείων ἥψατο, πόσαι συκοφαντίαι; οἱ μὲν Σαμαρείτην ἐκάλουν, καὶ δαιμονῶντα, λέγοντες, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σύ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις· οἱ δὲ πλάνον, λέγοντες, οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον· οἱ δὲ γόητα, λέγοντες, ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῷ Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, καὶ συνεχῶς ταῦτα ἐπέλεγον, καὶ ἀντίθεον ὠνόμαζον, καὶ γαστρίμαργον καὶ ἀδηφάγον, καὶ μέθυσον, καὶ πονηρῶν καὶ διεφθαρμένων φίλον. ἦλθε γάρ φησιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν. ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν· καὶ ὅτε δὲ τῇ πόρνῃ διελέγετο, ψευδοπροφήτην αὐτὸν ἐκάλουν· εἰ γὰρ ἦν προφήτης φησίν, ᾔδει τίς ἐστιν αὕτη ἡ γυνὴ ἡ λαλοῦσα αὐτῷ, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς ὀδόντας ἠκόνουν κατ' αὐτοῦ. καὶ οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον οὕτως ἐπολέμουν αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ οἱ δοκοῦντες εἶναι ἀδελφοὶ ὑγιῶς εἶχον πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ὁ πόλεμος αὐτῷ ἀνερριπίζετο. ὅρα γοῦν,

A eorum in iugulo & collo ferrum adigebatur. quid hac tragœdia grauius acerbiúſque fingi poteſt? Atque hæc ab eo perpetrabãtur, qui ipſum ad necẽ quęrebat. Et tamen Deus pro ſua lenitate, cùm tam tragicũ ſcelus deſignaretur, tantáq. vis cruoris flueret, id patiebatur, id inquam, cùm prohibere poſſet, patiebatur, arcana nimirum ſapientia tantam animi æquitatem ac lenitatem præ ſe ferens. Poſteaquã autem è barbarorum regione in patriam redijt, atque ætate auctus eſt, bellum vndique aduerſus eum excitabatur. Ac primùm B Ioannis diſcipuli liuore concitabãtur, ipsiq. inuidebãt (tametſi alioqui Ioannes ipſum coleret & obſeruaret) atque his verbis vtebantur, Qui erat tecum trans Iordanem, ecce ipſe baptizat, & omnes eũ ſequuntur. *Ioan. 3.* Hæc enim verba hominum erant, qui iam nõnihil pungerentur, inuidiáq. tangerentur, atque huius affectus tabe laborarẽt. Ob eámque cauſam vnus etiã ex diſcipulis, qui hanc orationem habuerãt, cum Iudæo quodam contendebat ac decertabat, diſputationẽ de purificationibus mouens, ac baptiſmũ Ioannis cum baptiſ- C mo diſcipulorũ Chriſti cõferens. Facta eſt enim, inquit ille, ex diſcipulis Ioannis cum Iudęo quodam quæſtio de purificatione. Vt autem miracula edere occœpit, quot calumnijs appetitus eſt? Alij enim Samaritanũ eum & arreptitium appellabant, his verbis, Samaritanus es tu, & dæmonium habes. *Ioan. 8. Ibid. 7.* Alij impoſtorem, dicẽtes, Hic non eſt ex Deo, ſed ſeducit turbã. Alij præſtigiatorem, his verbis vtentes, In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Ac ſubinde hæc repetebant, Deique hoſtẽ & helluonem ac voracẽ & vino deditum, atq. improborũ ac perditorum homi- D num amicũ eum vocabãt. Venit enim, inquit, filius hominis manducans & bibens, & dicitis, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus. *Matt. 11. 19.* quin etiã cùm ipſe cum ſcorto colloqueretur, falſum prophetam eum nuncupabant. Si enim propheta eſſet, inquiebant, ſciret quę & qualis eſt hæc mulier quę loquitur ad eum. *Luc. 7. 39. quæ tangit eum.* Denique quotidie aduerſus eũ dentes acuebant. Nec verò Iudæi duntaxat ad hunc modum eum bello laceſſebant. Nam nę ij quidem, qui ipſius fratres eſſe credebantur, ſyncero erga eum animo erant, verùm à propinquis ipſis bellum in eum mouebatur. Perſpice quippe, ex his

quæ Euangeliſta poſtea ſubijciebat, quemadmodum ipſi quoq. deprauati atq. corrupti erant: Neque enim ipſius fratres credebãt in eum. Porro quoniã
Ioan. 7. multos offenſos fuiſſe, atque à recta via
Matt. 27. aberraſſe cõmemoras, quot quæſo diſcipulos fuiſſe putas, qui crucis tẽpore offenſi ac prolapſi ſint? Vnus prodidit, alij in fugam ſe contulerunt, alius abiurauit: cúmq. omnes ſeceſſiſſent, ſolus ipſe vinctus ducebatur. Quot igitur homines tibi fuiſſe videntur, qui cùm nõ ita pridẽ eum res miras efficientem, mortuos excitantem, leproſos purgantem, dæmones expellentẽ, panes fontis B inſtar effundẽtem, ac denique alia miracula perpetrantem vidiſſent, eo tempore offenſos fuiſſe, cùm eũ ſolum abduci, ac vinctum teneri cõſpicerent, vilibus & abiectis militibus eum cingentibus, Iudaicíſq. ſacerdotibus à tergo ſequentibus ac tumultuantibus: atque hoſtes omnes ſolum eum ſibi hærẽtem in medio habentes, præſentémq. ac tutum inſolenter ſe offerentẽ proditorẽ? Quid, cùm flagris cæderetur? Veriſimile enim eſt infinitam multitudinem affuiſſe. Erat quippe feſtum peruluſtre, C quod omnes congregabat: & metropolis erat, quæ nefarij ſceleris tragœdiam exceperat: & meridiano tẽpore res gerebatur. Quot igitur mortales tunc affuiſſe exiſtimas, qui cùm eum vinctum, flagris affectum, cruore ſtillantem, atq. ad præfecti tribunal cauſam dicentem, nec diſcipulorũ quẽquam præſentem cernerẽt, animis offenſi ſint? Quid cum varijs eum & cõtinuis cauillis inceſſebant, atq. nunc eum ſpinea corona donabant, nunc chlamydem ipſi imponebant, nunc calamum in manum dabãt, nunc ad terrã abiecti eum adorabant, nullum deniq. irriſionis ac ludibrij ge- D nus prætermittebant? Quot homines offenſos, atque agitatos & perturbatos fuiſſe arbitraris, cùm in malam eum fe-
Luc. 22. riebant, atq. his verbis vtebantur, Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit: atque ipſum huc & illuc ducebant, totũ diẽ in cauillis & conuitijs, in ludibrio & riſu cõſumentes, idq. in medio Iudæorum theatro? Quid, cùm Pontificis ſeruus alapã ipſi impingeret? Quid, cùm milites ipſius veſtimenta inter ſe partirentur? Quid, cùm nudus ac verberum notas in tergo inuſtas gerens, ad crucem abduceretur, atque in crucem tolleretur? Nam ne tum quidem

A πῶς καὶ αὐτοὶ ἦσαν διεφθαρμένοι ἐξ ὧν καὶ εὐαγγελιστὴς ἐπήγαγεν ἔλεγχον· οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν. ἀλλ' ἐπειδὴ σκανδαλιζομένων μέμνησαι πολλῶν καὶ πλανωμένων, πόσους οἴει κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ σκανδαλισθῆναι τῶν μαθητῶν; ὁ μὲν παρέδωκεν, οἱ δὲ ἐδραπέτευσαν, ὁ δὲ ἠρνήσατο, καὶ πάντων ἀναχωρησάντων ἤγετο μόνος δεδεμένος. πόσους οἴει πρότερον ἑωρακότας τὰ σημεῖα αὐτὸν ἐργαζόμενον, νεκροὺς ἐγείροντα· λεπροὺς καθαρίζοντα, δαίμονας ἀπελαύνοντα, ἄρτους πηγάζοντα, τὰ ἄλλα τεράστια ἐργαζόμενον B σκανδαλισθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, θεωροῦντας μόνον ἀπαγόμενον καὶ δεδεμένον, ὑπὸ πολλῶν αὐτὸν στρατιωτῶν περιστοιχιζομένων, καὶ ἱερέων Ἰουδαϊκῶν ἑπομένων καὶ θορυβούντων καὶ ταραττόντων, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἅπαντας μόνον ἐν μέσῳ ἔχοντας ἀπειλημμένον αὐτόν, καὶ τὸν προδότην παρόντα καὶ ἐνεβριθόμενον τέως; τί δὲ ἡνίκα ἐμαστιγοῦτο; καὶ γὰρ εἰκὸς παρεῖναι πλῆθος ἄπειρον. ἑορτὴ γὰρ ἦν περιφανὴς ἡ πάντας συνάγουσα, καὶ μητρόπολις ἡ C τὸ δρᾶμα τῆς παρανομίας δεξαμένη, καὶ ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ. πόσους τοίνυν οἴει παρεῖναι τότε καὶ σκανδαλίζεσθαι, ὁρῶντας αὐτὸν δεδεμένον μεμαστιγωμένον, αἵματι περιρρεόμενον, ὑπὸ ἡγεμονικοῦ δικαστηρίου ἐξεταζόμενον, καὶ οὐδένα τῶν μαθητῶν παρόντα. τί δὲ ἡνίκα καὶ ποικίλαι ἐκεῖναι καὶ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι ἐγίνοντο κατ' αὐτοῦ κωμῳδίαι; καὶ ποτὲ μὲν αὐτὸν ἀκάνθαις ἐστεφάνουν, ποτὲ δὲ χλαμύδα περιετίθεσαν, ποτὲ δὲ κάλαμον ἐνεχείριζον, ποτὲ δὲ πίπτοντες αὐτὸν προσεκύνουν, πᾶν εἶδος χλευασίας κινοῦντες καὶ γέλωτος. D πόσους οἴει σκανδαλίζεσθαι; πόσους θορυβεῖσθαι; πόσους ταράττεσθαι, ὅτε ἐπὶ κόρρης αὐτὸν ἔπαιον καὶ ἔλεγον· προφήτευσον ἡμῖν Χριστὲ τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; καὶ ἦγον καὶ περιῆγον πᾶσαν τὴν ἡμέραν σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ χλευασίαν καὶ γέλωτα ἐν μέσῳ θεάτρῳ Ἰουδαϊκῷ; τί δαὶ ὅτε αὐτὸν ἐρράπιζεν ὁ δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως; τί δαὶ ὅτε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεμερίζοντο οἱ στρατιῶται· ἡνίκα δὲ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνήχθη γυμνὸς ἐπὶ τοῦ νώτου τὰς μάστιγας ἔχων καὶ ἀνεσκολοπίζετο· οὐδὲ γὰρ τότε

οἱ ἄγριοι θῆρες ἐμαλάττοντο, ἀλλὰ μανικώτεροι μᾶλλον ἐγίνοντο, καὶ τὰ τῆς τραγῳδίας ἐπετείνετο, καὶ τὰ τῆς χλευασίας ηὔξετο. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτόν· οἱ δὲ ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· ἄλλοι δὲ ἔλεγον· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ πιστεύσομέν σοι. τί δὲ ὅτε τῇ σπογγιᾷ καὶ ὄξος ποτίζοντες ἐνετρύφων αὐτῷ. τί δαὶ οἱ λῃσταὶ ἐλοιδόρουν αὐτῷ; τί δαὶ ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγον, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ παρανομώτατον, ὅτε τὸν λῃστὴν ἐκεῖνον καὶ τοιχωρύχον καὶ μυρίων γέμοντα φόνων ἄξιον ἔλεγον εἶναι ἐξαιτηθῆναι μᾶλλον αὐτοῦ, καὶ λαβόντες αἵρεσιν παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὸν Βαραββᾶν προετίμησαν, οὐ σταυρῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν βουλόμενοι τοῦ Χριστοῦ περιθεῖναι δόξαν. ἐνόμιζον γὰρ δύνασθαι κατασκευάζειν ἐκ τούτων, ὅτι τοῦ λῃστοῦ χείρων ἦν, καὶ οὕτω παράνομος, ὥστε μήτε φιλανθρωπίᾳ μήτε ἑορτῆς ἀξιώματι δύνασθαι σώζεσθαι. πάντα γὰρ τούτου ἕνεκεν ἐποίουν, ὥστε αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν διαβαλεῖν. διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς δύο λῃστὰς αὐτῷ συνεσταύρωσαν. ἀλλὰ ἡ ἀλήθεια οὐ συνεσκιάζετο, ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμπε, καὶ τυραννίδα δὲ αὐτῷ ἐνεκάλουν λέγοντες· πᾶς ὁ ποιῶν ἑαυτὸν βασιλέα οὐκ ἔστι φίλος τοῦ Καίσαρος, τῷ οὐκ ἔχοντι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, τυραννίδος ἐπάγοντες ἔγκλημα. καὶ ἐπὶ βλασφημίᾳ δὲ αὐτὸν ἐσυκοφάντουν. ὁ μὲν γὰρ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, ἐβλασφήμησε, τί ἔτι χρείαν ἔχομεν τῶν μαρτύρων; ὁ δὲ θάνατος, οἷος; οὐ καταδίκων ἐπαράτων; οὐχ ὁ τῶν τὰ αἴσχιστα παρανενομηκότων καὶ οὐκ ἀξίων ὄντων οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι; τὸ δὲ τῆς ταφῆς εἶδος οὐκ ἐν χάριτος πληροῦται μέρει; ἐλθὼν γάρ τις τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐξῃτήσατο. οὕτως οὐδὲ ὁ θάπτων αὐτὸν ἦν τῶν οἰκείων, τῶν εὐεργετηθέντων, τῶν μαθητῶν, τῶν τοσαύτης ἀπολελαυκότων παρρησίας καὶ σωτηρίας, πάντων φυγάδων γενομένων, πάντων ἀποπηδησάντων· ἡ δὲ πονηρὰ

A immanes illæ feræ molliebãtur, verùm maiori etiã furore præcipites ferebantur, tragœdiaque ingrauefcebat, ac ludibria creſcebant. Alij enim dicebant: *Matt. 27.* Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Alij item: Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Alij rurſum: Si filius Dei es, deſcende de cruce, & credemus tibi. Quid, cùm ſpongiam, fel, & acetum potionis cauſa offerentes, per ſummã contumeliam ipſi inſultabant. Quid, cum latrones maledictis eum proſcindebant? Quid horrendum illud maximéq. ne- B farium ſcelus, (quod etiam à me iam cõmemoratum eſt) nempe cùm latronem illum ac parietum effractorem, innumeriſque cædibus coopertum, digniorem, quàm ipſum, eſſe dicebant, quẽ petitione ſua ſupplicio eximerent: dataque à Iudice optione Barabbã prætulerunt: nimirum nõ Chriſtum duntaxat cruce afficere, ſed etiã improbam famam ipſi inurere cupientes? Hinc enim ſe illud probare poſſe ſtatuebant, quòd latrone quoque ſceleratior eſſet, tantiſque flagitijs deuinctus, vt, nec miſericordia, nec feſti dignitas ſalutem C ipſi afferre poſſet. Huc enim actiones omnes ſuas referebant, vt ipſius exiſtimationem & famã traducerent. Eáque de cauſa duos etiam latrones vnà cum ipſo cruci affixerunt. At veritas nõ modò propterea nõ obſcurabatur: verùm etiam ſplendidiùs elucebat. Adhæc etiam affectatæ tyrannidis eum inſimulabant, his verbis, Quicumq. ſe regem *Ioan. 19.* facit, contradicit Cæſari: tyrannidis videlicet eũ arceſſentes, qui, vbi caput reclinaret, nõ habebat. Quin blaſphemiam quoque ipſi per calumniam obijciebant. Pontifex enim ſcidit veſti- D menta ſua, dicens, Blaſphemauit: quid *Matt. 26.* adhuc egemus teſtibus? Quid mors ipſius? Nonne violenta: nonne capitalis noxæ conuictorum? nonne execrandæ improbitatis hominum? nonne turpiſſima? nonne eorum, qui grauiſſimis flagitijs ſeſe obſtrinxiſſent, ac ne digni quidem eſſent, qui in terra extremum vitæ ſpiritum emitterent? Quid ſepulturæ genus? an non beneficij gratiæq. loco ipſi præſtatur? Accedens enim quiſpiã corpus petijt. Adeo ne ex propinquis quidem, nec ex ijs, quos beneficijs affecerat, nec ex diſcipulis, nec ex ijs, qui tantam ab eo fiduciam ac ſalutem obtinuerant, quiſquam erat, qui eum ſepulturæ mandaret: quòd videlicet omnes euanuiſſent, omnes profugiſſent. Iam ſiniſtra ea

Matt. 28. & improba fama, quã per reſurrectionem ſtruxerant, dicentes, Venerũt diſcipuli eius, & furati ſunt eum, quàm multis offenſioni fuit? quàm multos in fraudẽ impulit? Siquidem hic ſermo, quanquam falſus, ac pretio emptus, tũ valuit. Valuit inquam apud nõnullos, poſt ſigilla, poſt tãtam veritatis perſpicuitatem. Neque enim promiſcuum vulgus reſurrectionis doctrinã norat. Nec mirum, cùm ne ipſi quidem diſcipuli eam noſſent. *Ioan. 20.* Neque enim, inquit ille, diſcipuli eius ſciebant, quòd oporteret eum à mortuis reſurgere. Quàm multos igitur illis diebus fuiſſe putas, qui offenſi ſint? Et tamen Deus pro ſua lenitate id ferebat, arcana ſua ſapientia omnia adminiſtrans. Deinde poſt eos dies diſcipuli rurſum latitantes, fugati, metu perterriti, trementes, ac de loco in locum ſubinde migrantes, ſeſe occultabant: atque quinquageſimo pòſt die, cùm ſeſe conſpiciendos prębere ac miracula edere cœpiſſent, ne ſic quidẽ tamen hoc conſecuti ſunt, vt nihil ipſis metuendum eſſet. Etenim poſt ſigna illa edita, infinita ſcãdala inter imbecilliores exiſtebãt: quòd videlicet Eccleſia turbaretur, ipſi virgis cæderentur ac vexarentur, hoſtes permultis locis ſuperiores eſſent, ac tumultus cierẽt. Nã cùm ingentem ob miracula fiduciam loquendiq. libertatem adepti fuiſſent, tunc rurſum Stephani mors grauẽ perſecutionem accerſiuit, omnéſque diſperſit, atque eccleſiam in tumultum & perturbationem coniecit: rurſúmque Diſcipuli in metu, rurſum in fuga, rurſum in ſumma ſolicitude atque angore verſari cœperunt. At ſic quoque tamen Eccleſiæ res ſemper augebãtur, ac per miracula vigebant: quæque minus læta principia habuerant, iucũdos exitus habebant. *2. Cor. 11. 33.* Vnus enim per feneſtram demittebatur, ſicque è Præfecti manibus elapſus eſt. Alium angelus excitauit, ſicque vinculis liberauit. Alios rurſum ab iis, qui opibus ac potentia florebant, vexatos & exagitatos, circũforanei homines atque opifices omni officij genere complectebantur, purpurariæque item mulieres, ac tentoriorum artifices, & coriarij, in extremis vrbiũ receſſib. atq. ad littus & mare habitãtes. Perſæpe etiã ne in mediis quidem vrbib. ora ſua oſtentare audebãt. Aut ſi audebant, hoſpites certè eos excipere haudquaquã audebãt. Atque ad hũc mo-

A ἐκείνη ὑπόληψις, ἣν κατεσκεύασαν διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰπόντες, ὅτι ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἔκλεψαν αὐτόν· πόσους ἐσκανδάλισε, πόσους ὑπεσκέλισε τότε; καὶ γὰρ ἐκράτησεν ὁ λόγος τότε καίτοιγε πεπλασμένος ὢν καὶ χρημάτων ἐωνημένος αὐτοῖς, ἀλλ' ὅμως ἐκράτησε παρά τισι, μετὰ τὰ σήμαντρα, μετὰ τὴν περιφάνειαν τῆς ἀληθείας τὴν τοσαύτην. οὐδὲ γὰρ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως ᾔδεσαν λόγον τὸ πλῆθος, ὅπου γε οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ᾔδεσαν φησί, τότε ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. ἀλλ' ὅμως ὁ μακρόθυμος θεὸς ἠνείχετο, B τῇ οἰκείᾳ σοφίᾳ καὶ ἀπορρήτῳ πάντα οἰκονομῶν· εἶτα μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας πάλιν κρυπτόμενοι, λανθάνοντες, φυγαδευόμενοι οἱ μαθηταί, δεδοικότες, τρέμοντες, τόπον ἐκ τόπου συνεχῶς ἀμείβοντες οὕτως ἐλάνθανον, καὶ μετὰ πεντήκοντα ἡμέρας ἀρξάμενοι φαίνεσθαι, καὶ σημείων ἅπτεσθαι, οὐδὲ οὕτως ἀδείας ἀπήλαυσαν· ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνα τὰ μυρία σκάνδαλα μαστιζομένων αὐτῶν ἐγίνετο ἐν τοῖς ἀσθενεστέροις, τῆς ἐκκλησίας ταραττομένης, αὐτῶν ἐλαυνομένων, τῶν ἐχθρῶν κρατούντων C πολλαχοῦ καὶ θορυβούντων. ὅτε γὰρ πολλὴν ἐκ τῶν σημείων ἐκτήσαντο παρρησίαν, τότε πάλιν ἡ τοῦ Στεφάνου τελευτὴ διωγμὸν χαλεπὸν εἰργάσατο, καὶ πάντας διέσπειρε, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν θορύβῳ κατέστησε, καὶ πάλιν ἐν φόβῳ τὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάλιν ἐν φυγῇ, καὶ πάλιν ἐν ἀγωνίᾳ. καὶ οὕτω διαπαντὸς τὰ τῆς ἐκκλησίας ηὔξατο, καὶ ἤνθει διὰ τῶν σημείων· καὶ φαιδρὰ ἐκ προοιμίων ἐγένετο. καὶ ὁ μὲν διὰ θυρίδος ἐχαλᾶτο, καὶ οὕτω ἐξέφυγε τοῦ ἄρχοντος τὰς χεῖρας. τοὺς δὲ ἄγγελος D ἐξέβαλε, καὶ οὕτως τῶν ἁλύσεων ἀπήλλαξε. τοὺς δὲ ἀγοραῖοι καὶ χειροτέχναι ὑποδεχόμενοι παρὰ τῶν ἐν δυναστείαις ἐλαυνομένους, πάσῃ ἐθεράπευον τρόπῳ· πορφυροπώλιδες γυναῖκες, καὶ σκηνορράφοι, καὶ σκυτοδέψαι πρὸς αὐταῖς οἰκοῦντες ταῖς ἐσχατιαῖς τῶν πόλεων παρ' αἰγιαλὸν καὶ θάλασσαν. πολλάκις δὲ οὐδὲ ἐν μέσαις ἐτόλμων φαίνεσθαι ταῖς πόλεσιν· εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ ἐτόλμων, ἀλλ' οἱ ξενοδόχοι οὐκ ἐτόλμων· καὶ οὕτως ὑφαίνετο τὰ πράγματα διὰ

διὰ πειρασμῶν, δι' ἀνέσεων, καὶ οἱ πρότερον σκανδαλισθέντες μετὰ ταῦτα διωρθοῦντο, καὶ οἱ πλανηθέντες ἐπανήγοντο, καὶ τὰ κατεσκαμμένα ᾠκοδομεῖτο μειζόνως. διὰ τοῦτο καὶ Παύλου αἰτήσαντος δι' ἀνέσεως μόνης βαδίζειν τὸ κήρυγμα, ὁ πάνσοφος καὶ εὐμήχανος θεὸς οὐκ ἠνέσχετο τοῦ μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις παρακαλοῦντος οὐκ ἐπένευσεν, ἀλλ' εἶπεν· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. εἰ βούλει τοίνυν καὶ νῦν λογίσασθαι μετὰ τῶν λυπηρῶν τὰ χρηστά, πολλὰ ὄψει γεγενημένα, εἰ καὶ μὴ σημεῖα καὶ θαύματα, ἀλλ' ἐοικότα σημείοις πράγματα, καὶ παραδείγματα τῆς πολλῆς τοῦ θεοῦ προνοίας καὶ ἀντιλήψεως ἄφατα. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα μετ' εὐκολίας παρ' ἡμῶν ἀκούσῃς, τοῦτό σοι καταλιμπάνω τὸ μέρος, ὥστε μετὰ ἀκριβείας ἀναλέξαι πάντα, καὶ παραθεῖναι τοῖς λυπηροῖς, καὶ καλὴν ἀσχολουμένην ἀσχολίαν, οὕτως ἀπαγαγεῖν σαυτὴν τῆς ἀθυμίας· πολλὴν γὰρ καὶ ἐντεῦθεν δέξῃ τὴν παράκλησιν. πάντα σου τὸν εὐλογημένον οἶκον παρ' ἡμῶν πολλὰ προσειπεῖν παρακλήθητι. ἐρρωμένη καὶ εὐθυμουμένη διατελοίης, δέσποινά μου αἰδεσιμωτάτη καὶ θεοφιλεστάτη.

A dum per tentationes, & animorum recreationes negocia texebantur: & qui non multo ante offenſi fuerant, poſtea ſanabantur:& qui aberrauerãt, in viam reducebantur: & quæ proſtrata ac ſolo æquata fuerant, præclarius & magnificentius inſtaurabantur. Ob eamque cauſam cùm Paulus precibus contendiſſet, vt per quietem ſolam animique relaxationem Euangelium progrederetur, ſapientiſſimus ac ſolertiſſimus Deus Diſcipulo morem minimè geſſit, nec, cũ ſæpe rogaretur, precibus ipſius ceſſit, verùm his verbis vſus eſt, Sufficit B tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur. 2.Cor.12. Nam ſi vnà cũ moleſtijs lætos quoq. ſucceſſus ſubducere volueris, ſi nõ multa ſigna & miracula, at multas tamen res miraculis non diſſimiles conſpicies, quæ quidẽ ingentis Dei prouidentiæ atque auxilij perſpicuo argumento ſint. Verùm ne omnia nullo cum labore à nobis audias, hanc tibi partem relinquo, vt accuratè ac diligenter cuncta colligas, atque cum rebus moleſtis & acerbis conferas, ſicq. præclara occupatione animũ diſtinẽs, teipſam à mœſtitia & angore auoces. C Hinc enim maximam conſolationem percipies. Tu velim vniuerſæ tuę benedictæ domui plurimam à me ſalutem dicas. Faxit Deus vt & firma corporis valetudine, & læto atque hilari animo ſemper ſis, domina mea ſummopere veneranda, & religioſiſſima.

Πρὸς αὐτὴν ἐπιστολὴ β'.

Ad eandem Epiſt. II.

Ἤρκει μὲν καὶ ἡ προτέρα ἐπιστολὴ πρὸς τὴν ἐμμέλειαν τὴν σήν, καταστεῖλαί σου τῆς ὀδύνης τὴν φλεγμονήν· ἐπειδὴ δέ σε σφόδρα κατειργάσατο τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννίς, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα καὶ δευτέραν προσθεῖναι τῇ προτέρᾳ, ὥστε σε μετὰ δαψιλείας πολλῆς καρπώσασθαι τὴν παράκλησιν, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ σοι τὰ τῆς ὑγείας εἶναι λοιπόν. δεῦρο δὴ καὶ ἑτέρωθεν διασκεδάσω σου τῆς ἀθυμίας τὴν κόνιν· καὶ γὰρ ἀπὸ ἕλκους καὶ οἰδημάτων χαλεπῶν κόνιν οἶμαι αὐτὴν γεγενῆσθαι. πλήν, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀμελητέον τῆς ἐπιμελείας τῆς σῆς, ἐπεὶ καὶ ἡ κόνις τὸν μὴ μετὰ σπουδῆς αὐτὴν ἐκκλίνοντα ἐν τῷ καιριωτάτῳ τῶν μελῶν ἐπάγει τὴν λύμην, τὸ διειδὲς τῆς κόρης θολοῦσα, καὶ ὁλόκληρον διαταράττουσα τοῦ ἀθυμοῦντος τὸ ὄμμα·

Quanquam Epiſtola ea, quam nuper ad te miſi, ad doloris tui tumorẽ comprimendum abunde ſufficiebat: tamen quia mœroris acerbitas maiorẽ in modum te afflixit atque confecit, idcirco D neceſſe mihi eſſe exiſtimaui alteram quoque epiſtolam ſuperiori adiũgere, quò tu copioſam & vberem cõſolationem percipias, ac iam valetudo tua in tuto verſetur. Age igitur, aliũde quoq. puluerem eũ, quem ex animi mœrore contraxiſti, diſcutiamus. Siquidẽ eum ex vlcere, grauiſſimiſque tumoribus in puluerẽ cõuerſum eſſe exiſtimo: verùm ne ſic quidẽ valetudinis tuæ cura deſerenda eſt. Etenim puluis quoque, niſi quis eũ ſummo ſtudio propellat, parti omniũ præſtantiſſimæ labẽ & exitiũ affert, pupillæ nimirũ perſpicuitatẽ inficiens, ac totũ mœrentis oculũ turbans.

Ne igitur hoc quoq. hîc accidat, mali reliquias ſumma cura & ſtudio euellamus. At tu quoque te erige, manúmq. nobis præbe. *Simile.* Nam quemadmodum in iis, qui ęgro corpore ſunt, euenire ſolet, vt ſi medici quidē ea, quæ muneris ſui ſunt, pręſtent, illi autem partes ſuas minimè expleant, ſanitatis lucrum interrumpatur: eodem modò in anima quoque res ſeſe habere conſueuit. Quamobrem ne hoc accidat, pro ea prudētia, quæ abs te poſtulatur, da operā, vt tuas quoque partes obeas: quò vtraque ex parte ingens vtilitas oriatur. At cupio quidē iſtud, fortaſſe dictura es, verùm nequeo, nec, quamuis etiam magnam contentionem adhibens, denſæ tamen atque atræ mœroris nubi propulſandæ par ſum. Meræ excuſationes ac meri prętextus iſta ſūnt. Quod enim piæ tuę animæ robur, quę prudentiæ magnitudo, quæ ſapientiæ vis ſit, exploratū habeo: quódq. ſat tibi ſit fureti huic mœſtitiæ mari vel duntaxat imperare, vt trāquilla omnia reddātur. Verùm quò id faciliùs conſequi poſſis, ea quoque, quæ noſtrarum partium ſunt, conferamus. Quānā igitur ratione id efficere poteris? Nempe ſi & ea omnia, quæ ſuperiore epiſtola continentur, tecū conſideres (ſiquidem multa à me, quæ ad hoc argumentū ſpectent, in ea cōmemorata ſunt) ac præterea hoc agas, quod tibi nunc ego impero. Quidnam autem hoc eſt? Cum ad te allatū fuerit, Eccleſiarum aliam peſſum iiſſe, aliam tempeſtate iactari, aliam ſęuis fluctibus obrui, alias etiam grauiſſimis cladibus affici, quippe quæ vel partim lupū pro paſtore, vel prædonē pro gubernatore, vel carnificem pro medico acceperint, doleas quidem licet (neque enim hæc ſine doloris ſenſu ferre oportet) verùm ita doleas, vt modum dolori imponas. Nam cùm in iis rebus, in quibus ipſi peccamus, & de quibus rationes reddituri ſumus, minimè neceſſariū ac tutū ſit, verùm perquam funeſtum ac peſtiferum, nimis vehementer diſcruciari: quanto magis ſuperuacaneū & vanum eſt, imò Satanicū atq. animæ exitioſum pro alienis ſcelerib⁹ animo frāgi ac debilitari? *Perniciosum eſt pro alienis peccatis animo frangi.* Atq. vt hæc ita eſſe intelligas, veterem tibi hiſtoriā narrabo. Vir quidā Corinthius, ſacroſācta vnda tinctus, ac per baptiſmi ſacramentū luſtratus,

A ἵν' οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο γένηται, μετὰ σπουδῆς πολλῆς καὶ τὸ λείψανον ἀνέλωμεν τοῦ κακοῦ. ἀλλὰ διανάστηθι, καὶ χεῖρα ἡμῖν ὄρεξον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα καμνόντων συμβαίνειν εἴωθεν, ἂν τὰ τῶν ἰατρῶν μὲν εἰσφέρηται, τὰ δὲ ἐκείνων ἐλλιμπάνῃ, διακόπτεται τῆς ὑγείας τὸ κέρδος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γίνεσθαι πέφυκεν. ἵν' οὖν μὴ γένηται τοῦτο, καὶ τὰ παρὰ σεαυτῆς μετὰ τῆς πρεπούσης σοι συνέσεως σπούδαζε εἰσφέρειν ἡμῖν, ὥστε ἑκατέρωθεν πολλὴν γενέσθαι τὴν ὠφέλειαν. ἀλλὰ βούλομαι μὲν, ἴσως ἐρεῖς, οὐ δύναμαι B δέ· οὐδὲ γὰρ ἀρκῶ διακρούσασθαι τὸ νέφος τὸ πυκνὸν, καὶ ζοφῶδες τῆς ἀθυμίας, καί τοι σφόδρα φιλονεικοῦσα. σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις· ἐγὼ γὰρ οἶδά σου τῶν λογισμῶν τὴν εὐγένειαν, οἶδα τῆς εὐλαβοῦς σου ψυχῆς τὴν ἰσχὺν, οἶδα τῆς συνέσεως τὸ πλῆθος, τῆς φιλοσοφίας τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἀρκεῖ σοι μόνον ἐπιτάξαι τῷ μαινομένῳ τῆς ἀθυμίας πελάγει, καὶ πάντα ποιῆσαι γαλήνην· ἵνα δὲ σοι τοῦτο καὶ εὐκολώτερον γένηται, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσοισόμεθα. πῶς οὖν ῥᾳδίως δυνήσῃ τοῦτο ποιῆσαι; καὶ τὰ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ C ἀναλογιζομένη πάντα, (καὶ γὰρ πολλὰ ταύτης ἕνεκεν ἡμῖν εἴρηται τῆς ὑποθέσεως ἐν ἐκείνῃ) καὶ μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο ποιοῦσα ὅπερ ἐπιτάττω νῦν ἐγώ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὅταν ἀκούσῃς ὅτι τῶν ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κατέδυ, ἡ δὲ σαλεύεται, ἑτέρα χαλεποῖς περιαντλεῖται κύμασιν, ἄλλη ἄλλα τὰ ἀνήκεστα πέπονθεν, ἡ μὲν λύκον ἀντὶ ποιμένος λαβοῦσα, ἡ δὲ πειρατὴν ἀντὶ κυβερνήτου, ἡ δὲ δήμιον ἀντὶ ἰατροῦ, ἄλγει μὲν (οὐ γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα ἀνωδύνως φέρειν) ἄλγει δὲ, μέτρον ἐπιθεῖσα τῇ λύπῃ. εἰ γὰρ ἐν οἷς ἡμεῖς αὐτοὶ πλημμε- D λοῦμεν, καὶ ὑπὲρ ὧν μέλλομεν τὰς εὐθύνας ὑπέχειν, οὐκ ἀναγκαῖον οὐδὲ ἀσφαλὲς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὀλέθριον καὶ βλαβερὸν, τὸ μετὰ πολλῆς ἀλγεῖν τῆς σφοδρότητος· πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἑτέροις πλημμελουμένων τὸ καταμαλακίζεσθαι καὶ κατακλᾶσθαι, περιττόν τε καὶ μάταιον, καὶ πρὸς τούτοις Σατανικὸν καὶ ψυχῇ ὀλέθριον. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἱστορίαν σοι διηγήσομαι παλαιάν. Κορίνθιός τις ἀνὴρ τῶν ἱερῶν ἀπολαύσας ναμάτων, καὶ καθαρθεὶς διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος μυσταγωγίας,

καὶ τῆς φρικωδεστάτης μεταλαβὼν τραπέζης, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν παρ' ἡμῖν κοινωνήσας μυστηρίων· πολλοὶ δέ φασιν, ὅτι καὶ διδασκάλου τάξιν ἐπεῖχε· μετὰ τὴν ἱερὰν ταύτην τελετὴν, καὶ τὸ πάντων ἐντὸς γενέσθαι τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, καὶ τὰ πρωτεῖα ἔχειν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἥμαρτεν ἁμαρτίαν χαλεπωτάτην. τὴν γὰρ γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἀδίκοις ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, οὐκ ἔστη μέχρι τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον τὴν ἀκόλαστον γνώμην ἐξήγαγε· καὶ ἦν τὸ τολμηθὲν οὐχὶ πορνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ μοιχεία, μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας πολλῷ χαλεπώτερον. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀκούσας, καὶ οὐκ ἔχων ὄνομα ἐπιθεῖναι πρὸς ἀξίαν τῷ ἁμαρτήματι κύριον, ἑτέρως ἐμφαίνει τὸν ὄγκον τῆς παρανομίας οὑτωσὶ λέγων· ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, οἵα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται· οὐκ εἶπεν οὐδὲ τολμᾶται, ἀλλ' οὐδὲ ὀνομάζεται, τὴν ὑπερβολὴν δεῖξαι θέλων τῆς παρανομίας ἐκείνης, καὶ παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ διαβόλῳ, καὶ πάσης ἐκτέμνει τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὐδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφίησιν αὐτὸν τινι κοινωνεῖν. τῷ γὰρ τοιούτῳ, μηδὲ συνεσθίειν δεῖ φησι, καὶ πολὺς πρὸς τὴν ἐσχάτην αὐτὸν ἀπαιτῶν δίκην, καὶ δημίῳ πρὸς τοῦτο κεχρημένος τῷ Σατανᾷ, καὶ κατακόπτων αὐτοῦ δι' ἐκείνου τὴν σάρκα. ἀλλ' ὅμως ὁ τῆς ἐκκλησίας ἀποτεμὼν Παῦλος, ὁ μηδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφεὶς τινὶ κοινωνεῖν, ὁ πάντας κελεύσας δι' ἐκεῖνον πενθεῖν· καὶ ὑμεῖς γὰρ πεφυσιωμένοι ἐστέ φησι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πεποιηκώς; ὁ πανταχόθεν αὐτὸν ὥσπερ λοιμόν τινα ἀπελαύνων, ὁ πάσης αὐτὸν ἀποκλείσας οἰκίας, ὁ τῷ Σατανᾷ παραδοὺς, ὁ τοσαύτην παρ' αὐτοῦ δίκην ἀπαιτῶν, ὅτε εἶδεν ἀλγήσαντα καὶ μεταγνόντα ἐφ' οἷς ἥμαρτε, καὶ παλινῳδίαν διὰ τῶν ἔργων ᾄδοντα, οὕτως αὐτὸς μετετάξατο πάλιν, ὡς ἐκείνοις, οἷς ταῦτα ἐπέταξε, τὰ ἐναντία κελεῦσαι· ὁ γὰρ εἰπὼν, ἐκκόψατε, ἀποστράφητε, πενθήσατε, καὶ λαμβανέτω αὐτὸν ὁ διάβολος, τί φησι· κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, μήπω τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, καὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ·

A tremendæque etiam menſæ adhibitus, atque, vt ſummatim dicam, omnium religionis noſtræ myſteriorũ particeps factus, ac præterea, vt plerique aiunt, magiſtri munere fungens, poſt ſacram illam initiationẽ, poſt arcana illa bona ad quæ admiſſus fuerat, poſt primos dignitatis gradus quos in Eccleſia obtinuerat, in grauiſſimum crimen incidit. Nam cùm patris vxorẽ ſceleratis oculis conſpexiſſet, non in hac improba & nefaria cupiditate gradum fixit, verùm etiam impudicam voluntatem in opus perduxit: atque hoc ſcelus non modò B ſtuprum erat, ſed etiã adulterium, imò adulterio quoque multo atrocius. Ob idque beatus Paulus re cognita, cùm proprium ac ſatis dignum huic ſceleri nomen imponere minime poſſet, alio modo flagitij huiuſmodi magnitudinem & grauitatẽ declarat, his verbis vtens: Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur. Non dixit, *nec perpetratur:* ſed, *nec nominatur:* his videlicet verbis incredibilem quandam ſceleris illius magnitudinem indicare cupiens. Et C quidem eum diabolo addicit, atque ab vniuerſa Eccleſia exſcindit: ac ne ad cõmunem quidem menſam ipſum admittendi poteſtatem cuiquam facit. Cum eiuſmodi enim homine ne cibũ quidem capere fas eſſe ait. Denique magno impetu fertur, extremam ab eo pœnam expetens, carnificemq́. ad eam rem Satanã adhibẽs, ac per illũ carnem 1.Cor.5 ipſius lacerans. Et tamen is, qui ab Eccleſia hominem abſciderat, qui ne prophanam quidẽ mẽſam cõmunem cum eo habere cuiquã permiſerat, qui omnibus luctũ ipſius cauſa indixerat, (Et vos inflati eſtis, inquit, & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio D veſtrûm qui hoc opus fecit) qui eum non ſecus ac peſtiferum quendam vndecumque pellebat, qui ex omnium ædibus excluſerat, qui Satanæ conſtrictum dederat, is inquam, qui tantum ab eo ſupplicium exigebat, poſtquam eum dolore affectum, ſceleriſque admiſſi pœnitentem vidit, palinodiámque reipſa canentem, in hunc modum ipſe quoque ſententiam retexuit, vt ijs, quibus hæc edixerat, contraria iam imperaret. Nam qui dixerat, Excindite, 2.Cor.2. reijcite, lugete, ac diabolus ipſum arripiat, quid ait? Firmate in eum charitatem, ne abundantiori triſtitia huiuſmodi homo abſorbeatur, ac circumueniamur à Satana.

A Non enim ipſius cogitationes ignoramus. Videſne quemadmodum Satanæ inſtinctum redoleat, laqueique ipſius opus ſit, immodico dolore affici, vt qui videlicet ſalutare pharmacum per immoderationem in venenum cõuertat? Siquidem in venenum degenerat, atq. hominem Satanæ tradit, cùm modum exceſſerit. Eóq; etiã nomine dicebat: Ne circumueniamur à Satana. Quod perinde ac ſi diceret: Ingenti ſcabie coperta pecus hæc erat, à grege remota eſt: ab Eccleſiæ cœtu abrupta. Verùm morbum depulit, atque in priſtinũ ſtatum B reſtituta eſt, (ea enim pœnitentiæ vis eſt.) Ad gregem noſtrũ iam rediit. Prorſus eum alliciamus, ſupinis manibus excipiamus, amplectamur, exoſculemur, nobiſipſis adiũgamus. Niſi enim id facere in animũ induxerimus, fraudat iam nos Satanas, non ſuũ accipiẽs, ſed eum, qui noſter effectus eſt, per ſocordiam noſtrã, atq. immodicũ ipſius mœrorem demergens, ſibiq. in poſterũ aſſerens. Ob idque etiam ſubiunxit, Non enim ipſius cogitationes ignoramus, nempe quòd etiã per ea, quę cum vtilitate coniuncta ſunt, cum non vt operæpretiũ eſt fiunt, eos, qui animum C haud ſatis attẽdunt, in fraudem impellere conſueuit. Quòd ſi pro eo ſcelere, & quidem tam graui atq. atroci, quod quiſpiam cõmiſit, Paulus eum nimio mœrore ſe conficere non ſinit, verùm ſummã diligentiam ac celeritatem adhibet, nihilq. non agit ac molitur, quò mœroris tumorẽ excindat, Satanæ videlicet afflatum ac diaboli circumſcriptionem huiuſmodi immoderationem eſſe, atq. ab ipſius verſutia, & improbis cogitationibus proficiſci aſſerens, an non extremæ ſtultitiæ atq. inſaniæ eſt, D pro ijs peccatis, quæ ab alijs perpetrantur, & de quibus alijs iudiciũ ſubeundum ac pœna luẽda eſt, in tanto dolore & cruciatu verſari, vt etiam denſiſſimas tenebras, ingentémque tumultum & confuſionẽ ac perturbationem, atque eiuſmodi tempeſtatem, quam nemo vllis verbis exprimere poſſit, animo inuehas? Quod ſi mihi rurſum eadem dixeris, nimirũ te velle, ſed minimè poſſe, rurſum tibi eadem quoque ipſe regeram, nẽpe meras excuſationes meróſq. prætextus hæc eſſe. Neruos enim philoſophicæ animæ tuæ cognitos ac perſpectos habeo: vt autem alia quoque ratione faciliorem tibi aduerſus importunum hunc & peſtiferum mœrorem pugnã ac victoriã reddam, hoc rurſus, quod iubeo, facias velim.

A Inuidiam enim ac fœdam calumniam cædes excepit, & cæde atrocior ſeruitus. Neque enim leuiter à te, id quod dixi, prætereatur: verùm in mentem tibi veniat, quātum erat, nobilem adoleſcentem, in paterna domo cum omni libertate ac tanto patris amore educatum, ſubitò à fratribus, qui nihil, quod ipſi obijcerent, habebant pretio addici, atque, & barbaris diuerſa lingua vtentibus, ac prodigioſis moribus præditis, belluiſque potius quàm hominibus dedi, & extorrem atque exulem, ac ſeruum & peregrinum liberi & ciuis loco effici, ac poſt tantam fœlicitatem, qua B ipſi frui contigerat, ad extremam ſeruitutis calamitatem, cuius prorſum inſolens erat, deuolui, crudeliſſimóſque dominos accipere, atque in alienam & barbaram terram abduci. Quin ne hîc quidem malorū finis erat, verùm poſt admiranda illa inſomnia, quæ prænunciabant, fore, vt ipſe à fratribus adoraretur, inſidijs rurſum inſidiæ ſuccedebant. Nam ne ipſi quidem mercatores, qui acceperant, eum retinuerūt, verùm improbioribus rurſum barbaris vendiderunt. Porro nō te fugit, quanti ad calamitatem momenti ſit, tales dominos C talibus dominis cōmutare. Hoc enim difficiliorem ac moleſtiorē ſeruitutem reddit, cum externi rurſum ſunt, qui emunt, ac prioribus atrociores. Poſt in Ægyptum ingreditur, in illam inquam regionē tum cum Deo bellum gerentem, & furore laborantem, vnde impudentia ora, vnde impiæ atque in Deum contumelioſæ linguæ promanabant. Atque apud Ægyptios exiſtit, quorum vel vnus duntaxat tantam vim habuit, vt magnum Moſem fugitiuum & exulem redderet. Ac poſteaquam aliquantum illic reſpirauit (quòd videlicet be- D nignus ac facilis Deus, reſque ab hominum opinione remotas adminiſtrās, immanem illam feram, quæ ipſum emerat, in ouem conuertiſſet) confeſtim ipſi rurſum arena comparabatur, rurſum ſtadium, rurſum pugnæ ac certamina, & ſudores prioribus acriores. Sceleratis enim oculis eum hera conſpicata, ipſiúſque pulchritudine, atque oris elegantia ſuperata, prorſúſque amoris affectu correpta, præ impudica hac cupiditate leæna ſeſe pro fœmina præbebat. Ita rurſum domeſticus atque inteſtinus hoſtis erat, contrario tamen, quàm priores, animo ac mente præditus. Illi enim odio adducti ſunt, vt eum domo eijcerent:

A μετὰ γὰρ τὸν φθόνον καὶ τὴν αἰσχρὰν διαβολὴν σφαγῇ περιέδωκαν, καὶ δουλείᾳ σφαγῆς χαλεπωτέρᾳ. μὴ γὰρ δὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ εἰρημένον· ἀλλ' ἐννόησον ἡλίκον ἦν μειράκιον εὐγενὲς ἐν οἰκίᾳ πατρικῇ τραφὲν μετ' ἐλευθερίας ἁπάσης, μετὰ ἀγάπης πατρὸς τοσαύτης, ἀθρόον ὑπὸ ἀδελφῶν ἀπεμποληθῆναι, οὐδὲν ἐχόντων ἐγκαλεῖν, καὶ βαρβάροις ἐκδοθῆναι ἑτερογλώσσοις, καὶ ἤθεσιν ἀλλοκότοις, καὶ αὐτοῖς θηρίοις μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις· καὶ ἄπολιν, καὶ μετανάστην, καὶ οἰκέτην καὶ ξένον ἀντ' ἐλευθέρου καὶ πολίτου γενέσθαι, καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα B εὐημερίας, πρὸς τὴν ἐσχάτην κατενεχθῆναι ταλαιπωρίαν δουλείας ἀήθη ὄντα μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης, καὶ πικροτάτους λαβεῖν δεσπότας, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν καὶ βάρβαρον μετενεχθῆναι γῆν. ἀλλ' οὐδὲ ἐνταῦθα ἵστατο τὰ δεινά, ἀλλ' ἐπιβουλαὶ πάλιν ἐπιβουλὰς διεδέχοντο μετὰ τὰ ὀνείρατα ἐκεῖνα τὰ θαυμαστά, καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ προσκύνησιν προαναφωνοῦντα. λαβόντες γὰρ αὐτὸν οὔτε οἱ ἔμποροι οὐ κατέσχον, ἀλλ' ἑτέροις αὐτὸν πάλιν χείροσιν ἀπέδοντο βαρβάροις. οἶσθα δὲ ἡλίκον ἐστὶν εἰς συμφορᾶς λόγον, τὸ δεσπότας τοιού- C τους ἐκ τοιούτων ἀμείβειν. τοῦτο γὰρ δυσχερεστέραν ποιεῖ τὴν δουλείαν, ὅταν καὶ ξένοι πάλιν οἱ κτώμενοι, καὶ τῶν προτέρων ὦσι χαλεπώτεροι· καὶ γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ τῇ θεομάχῳ τότε ἐκείνῃ καὶ μαινομένῃ, ὅθεν τὰ ἀναίσχυντα στόματα, ὅθεν αἱ βλάσφημοι γλῶσσαι, καὶ γίνεται παρ' Αἰγυπτίοις, ὧν καὶ εἷς ἤρκεσε μόνος τὸν μέγαν Μωυσέα δραπέτην καὶ φυγάδα ποιῆσαι. καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ἀνέπνευσεν ἐκεῖ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τὰ παράδοξα οἰκονομοῦντος, τὸν ἄγριον θῆρα τὸν ὠνησάμενον αὐτὸν ποιήσαντος πρόβατον, εὐθέως D αὐτῷ σκάμματα παρεσκευάζετο πάλιν, καὶ στάδιον, καὶ παλαίσματα, καὶ ἀγῶνες, καὶ ἱδρῶτες σφοδρότεροι τῶν προτέρων. ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ἡ κεκτημένη, καὶ τῷ κάλλει τῆς ὄψεως αὐτοῦ χειρωθεῖσα, καὶ κατὰ κράτος ἁλοῦσα τῷ πάθει, λέαινα ἀντὶ γυναικὸς ὑπὸ τῆς ἀκολάστου ταύτης ἐπιθυμίας ἐγένετο, καὶ πάλιν σύνοικος ὁ πολέμιος ἦν, ἐναντίαν τοῖς προτέροις τὴν ὑπόθεσιν ἔχων. ἐκεῖνοι γὰρ μισοῦντες αὐτὸν ἐξέβαλον·

αὕτη δὲ ἐρῶσα καὶ περικαιομένη τοῦ νεανίσκου· καὶ ἦν διπλοῦς, μᾶλλον δὲ τριπλοῦς καὶ πολλαπλοῦς ὁ πόλεμος. μὴ γὰρ ἐπειδὴ τὰ δίκτυα ὑπερήλατο, καὶ τὸν βρόχον διέτεμεν ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, νομίσῃς ἀπραγμόνως αὐτὸν ἠνυκέναι τὸν ἆθλον τοῦτον· καὶ γὰρ πολὺν τὸν ἱδρῶτα ὑπέμεινε. καὶ εἰ βούλει καὶ τοῦτο σαφῶς μαθεῖν, ἐννόησον τί ἐστι νεότης, καὶ νεότητος ἀκμή. ἐν γὰρ αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἐτύγχανεν ὢν τότε, ὅτε σφοδροτέρα τῆς φύσεως ἡ φλὸξ ἐγείρεται, ὅτε ἡ πολλὴ τῆς ἐπιθυμίας ἡ ζάλη, ὅτε ἀσθενέστερος μὲν ὁ λογισμός. τῶν γὰρ νεωτέρων αἱ ψυχαὶ οὐ σφόδρα πολλῇ φράττονται τῇ συνέσει, οὐδὲ πολλὴν τῆς ἀρετῆς ποιοῦνται σπουδήν· ἀλλ' ὁ μὲν χειμὼν τῶν παθῶν χαλεπώτερος, ὁ δὲ τὰ πάθη κυβερνῶν λογισμὸς ἀσθενέστερος. μετὰ δὲ τῆς φύσεως καὶ τῆς ἡλικίας, πολλὴ καὶ τῆς γυναικὸς ἦν ἡ ἀκολασία. καὶ καθάπερ τὴν Βαβυλωνίαν κάμινον αἱ Περσικαὶ χεῖρες ἐκεῖναι μετὰ πολλῆς ἀνῆπτον τῆς σπουδῆς, δαψιλῆ τῷ πυρὶ παρέχουσαι τὴν τροφήν, καὶ ποικίλα ὑπεκκαύματα ἐμβάλλουσαι τῇ φλογί· οὕτω δὴ καὶ τότε ἡ ἀθλία καὶ ταλαίπωρος ἐκείνη γυνὴ τῆς καμίνου ταύτης χαλεπωτέραν ἀνῆπτε τὴν φλόγα, μύρων ὄζουσα, ἐπιτρίμμασι παρειῶν, ὑπογραφαῖς ὀφθαλμῶν, κατακεκλασμένῃ φωνῇ, κινήμασι, βαδίσμασι διαθρυπτομένη, ἱματίοις μαλακοῖς, περιβολῇ χρυσίων, ἑτέραις τοιαύταις μυρίαις μαγγανείαις καταγοητεύουσα τὸ μειράκιον. καὶ καθάπερ τις θηρευτὴς δεξιὸς δυσάλωτον μέλλων χειροῦσθαι ζῶον, ἅπαντα κινεῖ τῆς τέχνης τὰ ὄργανα· οὕτω δὴ καὶ αὕτη τὴν σωφροσύνην εἰδυῖα τοῦ νεανίσκου· οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ λανθάνειν· πολλῆς ἐνόμισεν αὐτῇ δεῖν παρασκευῆς ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ νεανίσκου, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἐκίνει τῆς ἀκολασίας τὰ μηχανήματα. καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκεῖτο μόνοις, ἀλλὰ καὶ καιρὸν καὶ τόπον ἐπετήρει πρὸς τὴν θήραν ἐπιτήδειον. διὰ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως ἁλοῦσα προσέβαλεν, ἀλλὰ πολὺν ἀνέμεινε χρόνον, τὴν πονηρὰν ταύτην ἐπιθυμίαν ὠδίνουσα καὶ παρασκευαζομένη, δεδοικυῖα μὴ τῷ τάχει καὶ ταῖς ἐσχεδιασμέναις αὐτῆς ἐπιβουλαῖς διαφύγῃ τὸ θήραμα. καί ποτε εὑροῦσα μόνον ἐν οἴκῳ τὰ συνήθη ποιοῦντα, ἀνασκάπτει βαθύτερον λοιπὸν βάραθρον·

A hæc contrà amans, ac iuuenis cupiditate incenſa: & quidem duplex, imò triplex, ac multiplex hoc bellum erat. Neque enim quia retia ſaltu ſuperauit, ac breui temporis puncto laqueum diſſecuit, idcirco eum hoc certamen ſine labore & mœſtitia cōfeciſſe exiſtimes. Siquidem ingentem ſudorem in ea re ſubijt. Ac ſi id perſpicuè ſcire tibi cordi eſt, cogites velim cuiuſmodi res ſit iuuentus, ac iuuentutis flos. Nam tum in ipſo iuuentutis flore erat: quo ſcilicet tempore acrior naturæ flamma excitatur, quo tempore ingens libidinis tem-

B peſtas, quo denique tempore imbecillior ratio. Iuuenū enim animi non admodū magno prudentiæ præſidio muniuntur, nec magnum virtutis ſtudium & curam gerunt: verùm & perturbationum tempeſtas atrocior eſt, & ratio, quæ eas gubernat ac moderatur, infirmior. Ad naturā autem & ætatē illud etiam accedebat, quòd ingēs mulieris impudicitia erat. Et quemadmodum Perſicæ illæ manus Babylonicā fornacem magno ſtudio accēdebāt, copioſo igni alimoniā prębentes, ac varios flammæ fomites admouentes: eodē quoque

Iuueniles animi prudentia ferè deſtituti.

C modo tunc infœlix illa & ærūnoſa mulier flāmam fornace illa grauiorē ac periculoſiorē accendebat, vnguēta nimirum olens, genarū frictionibus, oculorū picturis, fracta & eneruata voce, motibus, ingreſſibus laſciuiēs, molli veſtitu, auri ambitu, ac ſexcētis alijs eiuſdē generis illecebris & impoſturis adoleſcētem à mente deducens. Et quemadmodum peritus quidā venator, fera captu difficili potiri ſtudens, nullum artis inſtrumentū immotū relinquit: ad eundē etiā modum ipſa iuuenis pudicitiā perſpectam habens (nec enim ea ipſi tanto

Simile.

D tempore incognita eſſe poterat) ingēti ſibi ad iuuenem in captiuitatē redigendum apparatū opus eſſe iudicauit, ob eámq. cauſam nulla libidinis machina erat, quam non moueret. Ac ne hæc quidē ſatis eſſe ducens, tempus inſuper & locum ad prædam appoſitum requirebat. Quamobrem haud ſtatim atque ſe ipſius amore captam eſſe ſenſit, eum adorta eſt: verùm diu expectauit, improbam hanc cupiditatē parturiens, ac ſe comparans: quòd vereretur, ne, ſi celeritatem adhiberet, ac tumultuariè inſidias moliretur, præda effugeret. Cùm autem aliquādo tandem eum domi ſolum inueniſſet, foueā profundiorem iam fodit,

A ac voluptatis pennis vndique expaſſis, tanquam medijs retibus interceptum iuuenem habens, irrepit, ac ſola ſolum nacta (imò, vt rectius loquar, non ſola: nam & ætatē & naturā ac denique ſuas ipſius machinas rei gerendæ ſocias habebat) generoſum illum adoleſcentem ad nefarium facinus per vim deinceps trahit. Quid hac tentatione grauius fingi queat? Quid hac fornace ac flāma vehementius & acrius? Iuuenem nitidum ac vigentē, ſeruū, deſtitutum, vrbe carentem, hoſpitem, exulem, ab hera vſqueadeo libidinoſa & furente, tantis

B opibus tantáq. potentia circūfluente, tanta ſolitudine (nam hoc quoq. ad huiuſmodi capturam cōducit) correptum teneri atque illecebris deliniri, & ad herilē lectum duci, idque poſt tot pericula & inſidias? Non enim te fugit pleroſque, poſteaquā calamitatibus ac rerum acerbitatibus confecti ſunt, ſi ad luxum animiq. remiſſionē, & molle ac diſſolutum vitæ genus vocentur, promptius accurrere ſolere. At non ille: verū tolerantiā conſtāter in omnibus rebus præ ſe tulit. Equidem ipſe hunc thalamum & Babylonicā fornacem, & Danielis lacū, & marinæ belluæ ventrem,

C in quem Propheta incidit, appellare haud dubitem: imò etiā his longè grauiorem. Illic enim corporis interitus inſidiatū victoria erat: hic autē animæ exitiū, & mors ſempiterna, & calamitas omnis conſolationis expers. Nec verò duntaxat nomine grauis ac periculoſus hic lacus erat, ſed etiā quia præter vim ac dolum ingēti quoq. libidine plenus erat, multóque ac vario & multiplici igne, nō corpus vrente, verùm animam ipſam inflāmante. Id quod etiam Salomon, qui, quàm periculoſum ſit cum

Prov. 6, 27. muliere matrimonio cū viro copulata

D congredi, maximè perſpectū & exploratum habebat, his verbis vtitur: Quis alligabit ignē in ſinu ſuo, & veſtimenta eius non ardebunt? Quis ambulabit ſuper prunas, & pedes eius non comburētur? Sic omnis qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, cùm tetigerit eam. Quod autem ait, hanc ſententiam habet: Quemadmodum fieri nequit, vt qui in igne verſatur, non exardeſcat: ſic nec fieri poteſt, vt qui conſuetudinē cum fœminis habet, incēdiū, quod hinc oritur, effugiat. Hic autē, quod multo grauius ac periculoſius erat, ſuſtinuit. Nō enim eā ipſe

A καὶ τὰ πτερὰ τῆς ἡδονῆς πανταχόθεν ἀναπετάσασα, ὥσπερ ἐν μέσοις δικτύοις λοιπὸν ἔχουσα τὸν νέον, ἐπεισέρχεται, καὶ μόνη μόνον ἀπολαβοῦσα· μᾶλλον δὲ οὐ μόνη· καὶ γὰρ καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν φύσιν καὶ τὰ αὐτῆς μηχανήματα συμπαρόντα εἶχεν αὐτῇ· ἕλκει λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἄδικον πρᾶξιν πρὸς βίαν τὸν γενναῖον ἐκεῖνον. τί τοῦ πειρασμοῦ τούτου χαλεπώτερον; ποίας τῆς καμίνου καὶ φλογὸς οὐ σφοδρότερον, νέον σφριγῶντα, δοῦλον, ἔρημον, ἄπολιν, ξένον, μετανάστην, ὑπὸ δεσποίνης οὕτως ἀκολάστου καὶ μαινομέ-

B νης, οὕτω πλουτούσης, καὶ τοσαύτην δυναστείαν περιβεβλημένης, ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ· συντελεῖ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τοιαύτην ἄγραν· συνειλημμένον κατέχεσθαί τε καὶ κολακεύεσθαι, καὶ πρὸς εὐνὴν ἄγεσθαι δεσποτικήν, καὶ ταῦτα, μετὰ τοσούτους κινδύνους καὶ ἐπιβουλάς; οἶσθα γὰρ ὡς οἱ πολλοί, ὅταν τεταλαιπωρημένοι τυγχάνωσι, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς ὦσιν, εἶτα εἰς τρυφὴν καλῶνται, καὶ ἄνεσιν, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον βίον, προθυμότερον ἐπιτρέχουσιν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἔδειξε διὰ πάντων τῆς οἰκείας καρτερίας ἐπιδεικνύμενος. ἐγὼ τὸν θάλαμον ἐκεῖνον καὶ τὴν Βα-

C βυλωνίαν κάμινον, καὶ τὸν τοῦ Δανιὴλ λάκκον τῶν λεόντων, καὶ τὴν γαστέρα τοῦ θαλαττίου θηρὸς εἰς ἣν ὁ προφήτης ἐνέπεσε, θαρρῶν ἴσην ἂν προσείποιμι, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερον. ἐκεῖ μὲν γὰρ τῆς ἐπιβουλῆς ἡ νίκη σώματος ἦν ἀπώλεια, ἐνταῦθα δὲ ψυχῆς πανωλεθρία, καὶ θάνατος ἀθάνατος, καὶ συμφορὰ παραμυθίαν οὐκ ἔχουσα. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον χαλεπὸς ὁ λάκκος οὗτος ἦν, ἀλλὰ μετὰ τῆς βίας καὶ τοῦ δόλου, καὶ πολλῆς ἔγεμε τῆς κολακείας, πολλοῦ τοῦ ποικίλου καὶ παντοδαποῦ πυρὸς οὐ σῶμα καίοντος, ἀλλὰ αὐτὴν φλέγοντος τὴν ψυχήν. καὶ

D τοῦτο αὐτὸ δηλῶν ὁ Σολομὼν ὁ μάλιστα ταῦτα μετὰ ἀκριβείας εἰδὼς ἡλίκον ἐστὶ τὸ γυναικὶ συμβάλλειν ἄνδρα ἐχούσῃ· ἀποδήσει τίς φησι πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρός, τοὺς δὲ πόδας οὐ καταφλέξει; οὕτως ὁ πορευόμενος πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον, καὶ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς οὐκ ἀθωωθήσεται· ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ὥσπερ φησὶν οὐκ ἔνι ὁμιλοῦντα πυρὶ μὴ κατακαίεσθαι, οὕτως οὐδὲ γυναιξὶ συνόντα διαφυγεῖν τὸν ἐντεῦθεν ἐμπρησμόν. ἐκεῖνος δέ, ὃ πολλῷ χαλεπώτερον ἦν, ὑπέμεινεν. οὐ γὰρ αὐτὸς αὐτῆς ἥψα-

A το, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης κατείχετο, μόνος ὑπὸ μόνης ἀπειλημμένος· καί τοι τοσούτοις ἤδη κακοῖς κατειργασμένος καὶ τοσαύταις περιελκυσθεὶς ἐπιβουλαῖς, καὶ ἀνέσεως ἐπιθυμῶν καὶ ἀδείας. ἀλλ' ὅμως ἐν τοσούτοις δικτύοις ὤν, καὶ ποικίλον θηρίον ὁρῶν αὐτῷ προσβάλλον, καὶ διὰ πάντων αὐτὸν κατατέμνον, διὰ τῆς ἁφῆς, διὰ τῆς φωνῆς, διὰ τῶν ὀμμάτων, διὰ τῶν χρωμάτων, διὰ τῆς ὑπογραφῆς, διὰ τῶν χρυσίων, διὰ τῶν μύρων, διὰ τῶν ἱματίων, διὰ τοῦ ἤθους, διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου, διὰ τῆς μονώσεως, διὰ τοῦ λανθάνειν, διὰ τοῦ πλούτου, B διὰ τῆς δυναστείας, ἔχουσα μετὰ τούτων συνεργὸν, ὅπερ ἔμπροσθεν εἶπον, τὴν ἡλικίαν, τὴν φύσιν, τὴν δουλείαν, ὃ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐστί, πᾶσαν ἐνίκησε τὴν φλόγα ἐκείνην. ἐγὼ τοῦτον τὸν πειρασμὸν καὶ τοῦ φθόνου τῶν ἀδελφῶν, καὶ τοῦ μίσους τοῦ συγγενικοῦ, καὶ τῆς πράσεως, καὶ τῆς τῶν βαρβάρων δεσποτείας, καὶ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας, καὶ τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβῆς, καὶ τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῆς ἁλύσεως, καὶ τοῦ μακροῦ χρόνου, καὶ τῆς αὐτόθι ταλαιπωρίας πολὺ χαλεπώτερον εἶναί φημι· καὶ γὰρ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος ἦν. C ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτον διέφυγε τὸν πόλεμον, καὶ ἐγένετο ἐνταῦθα πνεῦμα δρόσου διασυρίζον, ἀπό τε τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος καὶ τῆς ἀρετῆς τοῦ νέου· τοσαύτη γὰρ αὐτῷ περιῆν ἀταραξίας καὶ σωφροσύνης, ὅτι καὶ τὴν τῆς ἐκείνης μανίαν καταλῦσαι ἐσπούδασε· πλὴν ἐπειδὴ αὐτὸς ἐξῆλθεν ἀνέπαφος, ὥσπερ οἱ νεανίσκοι τὴν Περσικὴν διαφυγόντες φλόγα· οὐδὲ γὰρ ὀσμὴ πυρὸς ἦν ἐν αὐτοῖς φησι, καὶ σωφροσύνης μέγας ἀθλητὴς ἀνεδείχθη, καὶ ἀδάμαντα ἐμιμήσατο, ἴδωμεν οἷον εὐθέως ἀπήντησε, καὶ τίνα ἔπαθλα διαδέχεται τὸν στεφανίτην. D ἐπιβουλαὶ πάλιν καὶ βάραθρα, καὶ θάνατος, καὶ κίνδυνος, καὶ συκοφαντίαι, καὶ μῖσος ἄλογον. ἡ γὰρ ἀθλία τότε ἐκείνη θυμῷ παραμυθεῖται τὸν ἔρωτα, καὶ πάθος συνάπτει πάθει, καὶ ἐπιθυμίᾳ ἀκολάστῳ προστίθησιν ὀργὴν ἄδικον, καὶ μετὰ τὴν μοιχείαν γίνεται καὶ ἀνδροφόνος· καὶ πνέουσα θηριωδίας πολλῆς, καὶ φόνιον βλέπουσα, καθίζει δικαστήριον διεφθαρμένον, τὸν δεσπότην τὸν ἐκείνης, τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς, τὸν βάρβαρον, τὸν Αἰγύπτιον, καὶ εἰσάγει κα-

A attigit, verum ab ea detinebatur, ſolus à ſola interceptus & cõprehenſus: idq. cum iam tot calamitatibus confectus, tot inſidijs afflictus eſſet, ac requietis & ſecuritatis cupiditate teneretur. Et tamen, cum inter tot retia verſaretur, ac variã & multiplicem feram impetum in ſe facere, & omni ex parte ſe laniare conſpiceret (hoc eſt per tactum, per vocem, per oculos, per fucum & pigmenta, per aurea ornamenta, per vnguenta, per indumenta, per mores, per verba, per mundum muliebrẽ quem geſtabat, per ſolitudinem quæ id afferebat vt ne- B mo id ſcire poſſet, per opes, per potẽtiæ amplitudinem) ac præterea ipſa, vt ſuperiùs à me dictum eſt, ætatẽ, naturam, ſeruitutẽ, atque in aliena regione commorationem, rei gerendæ ſocias & opitulatrices haberet, omnem illam flammam ſuperauit. Ego verò hanc tentationem, & fratrum inuidia, & propinquorum odio, & venditione, & barbarorum dominatu, & longa peregrinatione, & in aliena regione commoratione, & carcere, & catena, & diuturno tempore, & omnibus ærumnis quibus illic conflictatus eſt, multo grauiorem C eſſe confirmo. Siquidẽ de animę ſalute periculum ipſi creabatur. Poſteaquam autem hoc quoque bellum effugit, atq. hic etiam, partim Dei gratia, partim iuuenis virtute (tanta enim in eo trãquillitatis animi & pudicitiæ copia erat, vt etiam illius furorem cõprimere & extinguere ſtuduerit) roſcidus ſpiritus perflans extitit: poſteaquã, inquã, ipſe intactus exceſſit, nõ ſecus videlicet atq. adoleſcentes illi, qui Perſicam flãmam effugerunt (neque enim, vt Scripturæ verbis vtar, ignis odor in illis erat) magnúſque caſtitatis pugil emicuit, atque *Dan. 3.* D adamãtem imitatus eſt, quid ſtatim ſit conſecutus, & quænam præmia victorem exceperint, videamus. Inſidiæ rurſum, & voragines, & mors, & pericula, & calumniæ, & odium iniquũ ac ſtolidum. Miſera enim illa mulier graui furore percita, animi acerbitate amorem ſolatur, affectúmq. affectui copulat, ac petulanti & impudicæ cupiditati ſceleratam iram adiungit, & poſt adulterium carnifex efficitur. Atque ingentem feritatem ſpirans, ac truculentos oculos in eum defigens tribunal conſtituit, corruptúmque iudicem collocat, hoc eſt illius he rum, virum ſuũ, barbarum, Ægyptium: criménque nullo teſtimonio

ſubnixum inducit. Ac ne tribunal qui-dem ingrediendi poteſtatem reo facit, verùm ſecurè accuſat, iudicis nimirum ſtultitia & beneuolentia, & perſonæ ſuæ, vt cui fides haberetur, ſatis idoneæ, authoritate, ac denique eius, qui accuſabatur, ſeruitute freta. Sic rem, contrà ac geſta fuerat, narrãs, iudicem ſuperauit, eúmq; adduxit, vt ſecundũ ſe iudicaret, inſontémque damnaret, eique grauiſſimã pœnam imponeret, ac ſtatim carcer, & abductio, & vincula. Ac ne iudice quidem viſo condemnabatur eximius ille vir. Et, quod grauius eſt, vt adulter condẽnabatur, vt herilis lecti appetitor, vt alieni matrimonij profeſſor, vt conuictus & deprehenſus. Nam & iudex, & accuſatrix, ac deniq; pœna, quæ ſubſequebatur, apud multos ac veritatis ignaros, hoc efficiebant, vt fabula fidem inuenirent. At nihil horum animũ illius cõturbauit, nec dixit: Hæccine ſomniorum remuneratio eſt? Hiccine viſorum illorum euẽtus? hæccine pudicitiæ præmia? Præceps ac ſtolidum iudicium, iniqua ſententia, atq; improba rurſum exiſtimatio. Tanquã cinædus domo patria nuper eiectus ſũ: tanquã adulter & muliebris pudicitiæ perfoſſor ac violator in carcerem nunc ducor, atque omnes de me ſententiam ferunt. Ac fratres quidẽ, à quibus adorandus eram (hoc enim ſomnia oſtendebant) in libertate & ſecuritate, ac delicijs, atq; in patria & paterna domo ſunt: ego autem, in cuius imperio ac poteſtate illi futuri erant, cum ſepulchrorũ effoſſoribus, cum prædonibus, cum furibus hic vinctus teneor, ac ne patrijs quidem ſedibus exturbatus, tumultibus negotiiſque liberor: verùm etiam in extera regione barathra nos rurſum ac præacuti mucrones excipiũt. Cúmque ea, quæ tantum ſcelus perpetrauit, ac tantã in me calumniã ſtruxit, atque vtriuſq; ſceleris nomine ſupplicium extremum meretur, choros nunc agat & exultet, ac velut victoriã ac luculentã palmam adepta, caput corona redimitũ habeat: ego contrà, qui nihil ſceleris admiſi, grauiſſimã pœnam pendo. Nihil horũ ille aut locutus eſt, aut mente agitauit: verùm, vt pugil per coronas gradiens, ſic ipſe lęto atque hilari animo erat, atque ita comparato, vt iniuriarum, quas à fratribus, & ab adultera acceperat, memoriam nullam retineret. Vnde autem id conſtat? Ex ijs nempe

A τηρείας ἀμάρτυρον· καὶ οὐδὲ ἀφίησιν εἰσελθεῖν εἰς δικαστήριον τὸν ἐγκαλούμενον, ἀλλ' ἠρέμα κατηγορεῖ, τῇ τε αἰδοίᾳ καὶ τῇ εὐνοίᾳ τοῦ δικάζοντος, τῇ τε ἀξιοπιστίᾳ τοῦ οἰκείου προσώπου, καὶ τὸ δοῦλον εἶναι τὸν ἐγκαλούμενον θαῤῥοῦσα, καὶ τὰ ἐναντία εἰποῦσα τῶν γενομένων ἐκράτησε τοῦ δικαστοῦ, καὶ τὴν νικῶσαν ἔπεισε ψῆφον ἐξενεγκεῖν, καὶ καταδικάσαι τὸν ἀθῶον, καὶ τιμωρίαν ἐπιτεῖναι χαλεπωτάτην, καὶ δεσμωτήριον εὐθέως, καὶ ἀπαγωγὴ, καὶ ἅλυσις, καὶ μηδὲ ἰδὼν δικαστὴν κατεκρίθη ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνήρ. καὶ
B ὃ δὴ χαλεπώτερον, κατεκρίνετο ὡς μοιχὸς, ὡς δεσποτικῆς ἐπιθυμήσας εὐνῆς, ὡς ἀλλότριον διορύξας γάμον, ὡς ἁλοὺς, ὡς ἐληλεγμένος. ὅ, τε γὰρ δικαστὴς, ἥ, τε κατήγορος παρὰ τοῖς πολλοῖς καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἰδόσιν, ἥ, τε τιμωρία ἑπομένη ἀξιόπιστον ἐποίει τὸ δρᾶμα φαίνεσθαι. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐθορύβησεν ἐκεῖνον, οὔτε εἶπεν· αὗται τῶν ὀνείρων αἱ ἀμοιβαί; τοῦτο τῶν ὄψεων ἐκείνων τὸ τέλος; ταῦτα τῆς σωφροσύνης τὰ ἔπαθλα; κρίσις ἄλογος, καὶ ψῆφος ἄδικος, καὶ πονηρὰ πάλιν ὑπόληψις.
C ὥσπερ γὰρ κίναιδος ἐξεβλήθην ἔναγχος τῆς πατρῴας οἰκίας, ὡς μοιχὸς καὶ σωφροσύνην διορύξας γυναικὸς εἰς δεσμωτήριον εἰσάγομαι νῦν, καὶ ταῦτα περὶ ἐμοῦ πάντες ψηφίζονται. καὶ οἱ μὲν ἀδελφοὶ οἱ μέλλοντές με προσκυνεῖν· τοῦτο γὰρ τὰ ὀνείρατα ἐδήλου· ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ ἀδείᾳ καὶ τρυφῇ, καὶ πατρίδι καὶ οἰκίᾳ πατρῴᾳ· ἐγὼ δὲ ὁ μέλλων αὐτῶν κρατεῖν, μετὰ τυμβωρύχων, μετὰ λῃστῶν, μετὰ βαλαντιοτόμων ἐνταῦθα δέδεμαι, οὔτε μετὰ τὸ τῆς πατρίδος ἐκπεσεῖν, θορύβων ἀπηλλαγμένος καὶ πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ πάλιν βάραθρα ἡμᾶς, καὶ ξίφη ἠκονημένα διαδέχεται. καὶ ἡ μὲν τοιαῦτα δράσασα, καὶ
D συκοφαντήσασα, καὶ δι' ἑκατέρων τῶν τολμημάτων ἀποτμηθῆναι δικαία, χορεύει, καὶ σκιρτᾷ νῦν ὥσπερ ἐπὶ τροπαίοις καὶ λαμπροῖς ἐπινικίοις ἐστεφανωμένη· ἐγὼ γὰρ ὁ μηδὲν ἠδικηκὼς τὴν ἐσχάτην τίνω δίκην. οὐδὲν τούτων ἐκεῖνος εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλ' ὥσπερ ἀθλητὴς διὰ στεφάνων ὁδεύων, οὕτως ἔχαιρε, καὶ ηὐφραίνετο, οὔτε τοῖς ἀδελφοῖς, οὔτε τῇ μοιχαλίδι μνησικακῶν. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐξ ὧν αὐτὸς πρός τινα τῶν

αὐτόθεν δεδεμένων διελέχθη ποτέ. τοσοῦτον γὰρ A ἀπεῖχεν ὑπὸ ἀθυμίας ἁλῶναι, ὅτι καὶ ἑτέροις ἔλυσε λύπας. ἐπειδὴ γὰρ εἶδέ τινας αὐτόθι τεταραγμένους καὶ ἀθυμοῦντας, προσῆλθεν εὐθέως τὴν αἰτίαν εἰσόμενος. καὶ μαθὼν ὅτι ἐξ ὄψεως ὀνειράτων ὁ θόρυβος, ἔλυσε τὰ ὀνείρατα. Εἶτα παρακαλεῖ ἀναμνῆσαι τὸν βασιλέα, τῆς ἀπαλλαγῆς ἕνεκεν τῆς αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ γενναῖος καὶ θαυμαστὸς ἦν, ἀλλ' ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐκ ἐβούλετο ταῖς ἁλύσεσιν ἐνταλαιπωρεῖσθαι ἐκείναις· παρακαλεῖ τοίνυν μνησθῆναι αὐτοῦ πρὸς βασιλέα, καὶ πεῖσαι ἀφεῖναι αὐ- B τὸν τῶν δεσμῶν, καὶ ἀναγκαζόμενος καὶ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν, δι' ἣν ἐνεβέβλητο, ὥστε καὶ ἐκεῖνον τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ δεόμενον εὐπρόσωπον ἔχειν πρόφασιν τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ συνηγορίας, οὐδενὸς ἐμνημόνευσε τῶν ἠδικηκότων, ἀλλ' ἀπαλλάξας ἑαυτὸν τῶν ἐγκλημάτων ἔστη μέχρι τούτου μόνον, καὶ οὐ προσέθηκε τοὺς εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότας. καὶ γὰρ ἐγώ, φησι, κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν, καὶ ἐνέβαλόν με εἰς τὸν λάκκον τοῦτον· καὶ τίνος ἕνεκεν οὐ λέγεις τὴν πόρνην, τὴν μοιχαλίδα, τοὺς C ἀδελφοκτόνους, τὸν φθόνον, τὸν φόνον, τὴν πρᾶσιν, τὴν μανίαν τῆς δεσποίνης, τὴν ἔφοδον, τὴν ἀκολασίαν, τὰ δίκτυα, τὰ μηχανήματα, τὴν συκοφαντίαν, τὴν ἄδικον κρίσιν, τὸν διεφθαρμένον δικαστήν, τὴν παράνομον ἀπόφασιν, τὴν καταδίκην τὴν οὐκ ἔχουσαν λόγον; διὰ τί ταῦτα σιγᾷς καὶ κρύπτεις; ὅτι μνησικακεῖν οὐκ οἶδα, φησιν, ὅτι ἐμοὶ ταῦτα στέφανοι καὶ βραβεῖα, καὶ μείζονος ἐμπορίας ὑποθέσεις. εἶδες ψυχὴν φιλόσοφον; εἶδες τῆς ὀργῆς καθαρεύουσαν καὶ τῶν δικτύων ὑψηλοτέραν; εἶδες συναλγοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι μᾶλ- D λον ἢ μνησικακοῦντα; ὥστε γὰρ μήτε ἀδελφοὺς εἰς μέσον ἐναγαγεῖν, μήτε τὴν αἱμοβόρον ἐκείνην, κλοπῇ φησιν ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων, καὶ ὧδε οὐκ ἐποίησα οὐδέν. καὶ οὐδαμοῦ προσώπου μέμνηται, οὐδὲ τοῦ λάκκου, οὐδὲ ἄλλου τινός. ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν οὐχ ὁ τυχὼν διεδέξατο πειρασμός. ὁ γὰρ τοσαύτης παρ' αὐτοῦ παρακλήσεως τυχὼν, καὶ τῶν δεσμῶν κατὰ τὴν τούτου πρόρρησιν ἐλευθερωθεὶς, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν ἀνακληθεὶς τιμὴν, τῆς εὐεργεσίας ἐπελάθετο, καὶ τῆς τοῦ δικαίου ἱκετηρίας. καὶ

A verbis, quæ ipſe ad aliquem eorum, qui illic in vinculis erant, quōdam habuit. Tantum enim ab eo aberat, vt mœrore caperetur, vt alijs etiā mœſtitias diſcuteret. Nam cum illic quoſdā perturbatos ac mœrore affectos vidiſſet, ad eos ſtatim, vt cauſam intelligeret, acceſſit. Cúmque huiuſmodi perturbationem à nocturnis quibuſdam viſis inſomniiſque profectam eſſe cognouiſſet, inſomnia diſſoluit. Ac poſtea cum vno eorū agens, vt pro ſua liberatione verba ad regem facere ne obliuiſcetur (nam etſi fortis atq. admirādus vir erat, at homo *Gen. 40.* B tamen erat, nec in catenis illis contabeſcere cupiebat) cum eo inquā agens, vt ſui apud regem memor eſſet, eique, vt ſe è vinculis emitteret, perſuaderet, coactúſq. cauſam etiam cōmemorare ob quā in carcerem coniectus fuerat (quo videlicet is, qui pro ſe deprecaretur, ſpecioſam ſuſcepti ſui patrocinij cauſam haberet) nullius eorū, à quibus læſus fuerat, mentionem fecit: verùm cùm ſe criminib. liberaſſet, his finibus ſe tenuit, nec eos, à quibus iniuriam acceperat, adiūxit. Ego enim, inquit, furtim ſublatus ſum de terra Hebręorum, C & hic nullo ſcelere perpetrato in lacū iniectus ſum. Ecquid autem taces de meretrice, de adultera, de fratricidis, de inuidia, de venditione, de heræ furore, de impetu, de libidine, de laqueis, de machinis, de calumnia, de iniquo iudicio, de corrupto iudice, de nefaria ſententia, de condēnatione ab omni ratione aliena? Ecquid hæc ſiles, & occultas? Quoniam, inquit, iniuriarum memoriam retinere neſcio. Hæc mihi coronę ſunt, & pręmia, maioriſq. lucri occaſio. Vides animum philoſophicum? Vides purum ab ira? Vides rebus aduerſis & D acerbis ſublimiorē? Vides eorū potius, à quibus lęſus fuerat, vicem dolentem, quàm iniuriarum acceptarum memorem? Nā ne fratres, aut carnificē illum in medium proferret, Furtim, inquit, ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic nihil ſceleris perpetraui. Nec vſquā perſonę meminit, nec lacus, nec Iſmaëlitarum, nec cuiuſquam alterius rei. Et tamen poſtea nō vulgaris eum tentatiō excepit. Is enim, qui tantam ab eo conſolationē acceperat, atque iuxta ipſius vaticinium vinculis liberatus, & in priſtinum honoris gradū reſtitutus fuerat, poſteaquam beneficium conſecutus eſt, precationis viri iuſti memoriam abiecit. Ac

famulus quidem in regia aula erat, ingenti felicitate fruens: is autem qui Solem ſplendore ſuperabat, atq. vſqueadeo claros ac nitentes virtutis radios emittebat, carcerem adhuc habitabat: nec quiſquã erat, qui de eo regẽ commonefaceret. Siquidem plures adhuc ipſi coronas texi, maioréſq. palmas cõparari oportebat. Ac propterea longiora curſuum ſpatia tum figebantur: Deo nimirum ſcommata quidem manere ſinente, ac eum tamen haudquaquam omnino deſerente, verùm inſidiatoribus, quæ ſua erant, eo vſque oſtendere atque exequi permittẽte, vt tamen pugili exitium minimè afferrent, nec virtutis propugnatorẽ de medio tollerẽt. Etenim in lacum quidem eum conijci, ac veſtem cruentari permiſit: at non item ipſi cædem inferri ſiuit. Verùm id quidem vnus è fratribus ſuaſit: ſed id totum diuino conſilio ac prouidentia fiebat. Quod etiam in Ægyptiaca muliere contigit. Quid enim cauſæ eſt, dic quæſo, quãobrem ferox hic vir & impudicus (Ægyptiorũ enim mores noſti) hic, inquam, iracundus & ad indignationem animi procliuis (nam hic quoq. affectus incredibilem in modum ipſis ineſt) eum, quem adulterum eſſe, atque vxori iniuriã intuliſſe credebat, nõ ſtatim gladio concidit, aut flãmis deleuit, verùm cùm ita præceps atque inconſideratus eſſet, vt ad vnius partis arbitriũ ſententiã ferret, ac ne cauſam quidem dicendi poteſtatem reo faceret, tamen ſupplicij tempore ingentis facilitatis & clemẽtiæ ſpecimen ediderit: idq. cùm furentem, rabie laborantẽ, vim illatam querentem, laceratas veſtes circumferentem, atq. hinc magis exardeſcentẽ, ac lugentem & lamentantem vxorem perſpiceret? Et tamen nihil horũ ipſum ad cædem incendit. Qui tandem iſtud, dic quæſo? An non perſpicuũ eſt, quòd is, qui leonũ impetum tanquã iniecto fræno repreſſit, & fornacis ardorẽ ſuſtulit, idem immodicã quoq. huius belluę indignationẽ, atque immanem irã extinxit, vt ſuppliciũ adhibita mediocritate temperaretur? Id quod etiã in carcere cõtigiſſe quiſpiã perſpiciat. Deus enim ita eum in vincula cõijci, ac cum nocentibus & facinoroſis eſſe permiſit, vt tamen eum ab eius, qui carceri præerat, importunitate ac ſæuitia eripuerit. Nam cùm, quibus moribus eſſe carceris præfectus ſoleat, minimè ignores, tamen ipſi tum lenis ac placidus erat: ac non modò eum

A ὁ μὲν οἰκέτης ἐν βασιλικαῖς ἦν αὐλαῖς πολλῆς ἀπολαύων εὐημερίας· ὁ δὲ ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπων, καὶ οὕτω φαιδρὰς ἀφιεὶς τῆς ἀρετῆς τὰς ἀκτῖνας, ἔτι τὸ δεσμωτήριον ᾤκει, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ἀναμιμνήσκων τὸν βασιλέα. ἔδει γὰρ αὐτὸν πλείους πλακῆναι στεφάνους, καὶ μείζονα παρασκευασθῆναι βραβεῖα. διὸ καὶ μακρότεροι τῶν δρόμων οἱ δίαυλοι τότε ἐπήγνυντο· ἐῶντος μὲν τοῦ θεοῦ μένειν τὰ σκάμματα, οὐ μὴν τέλεον ἐγκαταλείποντος, ἀλλὰ τοσοῦτον συγχωροῦντος τοὺς ἐπιβουλεύουσι τὰ αὐτῶν ἐπιδείκνυσθαι, ὅσον μηδὲ ἀφανίσαι τὸν ἀθλητὴν, μηδὲ ἐκποδὼν ποιῆσαι B τῆς ἀρετῆς τὸν ἀνταγωνιστήν. εἰς λάκκον μὲν γὰρ αὐτὸν ἐμβληθῆναι συνεχώρησε, καὶ τὸ ἱμάτιον αἱματωθῆναι· εἰς δὲ σφαγὴν αὖθις ἐλθεῖν οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλὰ συνεβούλευσε μὲν τοῦτο ὁ ἀδελφὸς, τὸ δὲ πᾶν τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας ἐγίνετο. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς συνέβη γυναικός. τίνος γὰρ ἕνεκεν εἰπέ μοι ὁ θερμὸς οὗτος καὶ ἀκόλαστος· ἴστε γὰρ τῶν Αἰγυπτίων τὸ γένος· ὁ θυμώδης καὶ ὀργίλος, καὶ γὰρ τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς αὐτοῖς πρόσεστι τὸ πάθος· ὃν ἐπίστευσεν εἶναι μοιχὸν, καὶ γυναῖκα ἠδικημένην τὴν αὐτοῦ, οὐκ ἀπέτεμεν εὐθέως, C οὐδὲ πυρὶ παρέδωκεν, ἀλλ' οὕτως ἀλόγιστος ὢν, ὡς ἐκ μιᾶς μοίρας ἀποφήνασθαι, καὶ μηδὲ λόγου μεταδοῦναι τῷ ἐγκαλουμένῳ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τιμωρίας πολλὴν ἐπιείκειαν ἐπεδείξατο, καὶ ταῦτα, ὁρῶν τὴν γυναῖκα μαινομένην, λυττῶσαν, βίαν ἀποδυρομένην, τὰ ἱμάτια διερρωγότα περιφέρουσαν, καὶ μειζόνως καὶ ἐντεῦθεν ἐκκαιομένην, καὶ θρηνοῦσαν καὶ ὀλοφυρομένην; ἀλλ' ὅμως τούτων οὐδὲν αὐτὸν εἰς σφαγὴν ἐξῆψε· πόθεν εἰπέ μοι; οὐκ εὔδηλον ὅτι ὁ τοὺς λέοντας χαλινώσας, καὶ τὴν κά- D μινον καταψύξας, οὗτος καὶ θηρίου τούτου τὸν ἄμετρον ἐπέσχε θυμὸν, καὶ τὴν ἄφατον ὀργὴν ἔσβεσεν, ὡς κερασθῆναι συμμέτρως τὴν τιμωρίαν; τοῦτο καὶ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συμβὰν ἴδοις ἄν. δεθῆναι μὲν γὰρ αὐτὸν συνεχώρησε, καὶ μετὰ τῶν καταδίκων εἶναι, τῆς δὲ τοῦ δεσμοφύλακος ἀπηνείας ἐξήρπασεν. οἴδατε γὰρ οἷοί εἰσι δεσμοφύλακες· ἀλλ' ἐκεῖνος τότε πρᾶος καὶ ἥμερος ἦν· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπέτεινεν αὐτὸν.

πόνοις ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἄρχοντα πάντων ἐποίησε τὸν αὐτὸν, καὶ ταῦτα ὡς μοιχὸν δεξάμενος καταδίκην, καὶ μοιχὸν ἐπίσημον. οὐ γὰρ εἰς οἰκίαν εὐτελῆ, ἀλλ' εἰς μεγάλην καὶ λαμπρὰν τὸ δρᾶμα τοῦτο τετολμῆσθαι ἐνομίζετο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐκεῖνον ἐφόβησεν, οὐδὲ ἔπεισεν ἐκείνῳ γίνεσθαι χαλεπόν. ἀλλ' οἱ στέφανοι ἀπὸ τῶν παθημάτων ἐπλέκοντο· καὶ ἡ τοῦ θεοῦ συμμαχία μετὰ πολλῆς ἐπέῤῥει τῆς δαψιλείας. ἐβουλόμην καὶ ἔτι πλεῖον παρατεῖναι τῇ ἐπιστολῇ μῆκος· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας οἶμαι τὸ μέτρον ὑπερβεβηκέναι· ἐνταῦθα καταλύσας τὸν λόγον, ἐκεῖνο παρακαλῶ σου τὴν εὐλάβειαν, ὅπερ ἀεὶ διετέλεσα παρακαλῶν, ἀθυμίας μὲν ἀπαλλάττεσθαι, δοξάζειν δὲ τὸν θεὸν ὅπερ πεποίηκας, καὶ ποιοῦσα διατελεῖς, χάριτας ὁμολογοῦσα ὑπὲρ πάντων αὐτῷ τῶν χαλεπῶν τούτων καὶ ὀδυνηρῶν. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὴ μείζονα ἀγαθὰ καρπώσῃ, καὶ τῷ διαβόλῳ καιρίαν δώσεις πληγὴν, καὶ πολλὴν ἡμῖν παρέξεις παράκλησιν, καὶ τὸ τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος μετὰ πολλῆς ἀφανίσαι δυνήσῃ τῆς εὐκολίας, καὶ καθαρᾶς ἀπολαῦσαι γαλήνης. μὴ δὴ καταμαλακίζου, ἀλλ' ἀνενεγκοῦσα ἀπὸ τοῦ καπνοῦ τούτου· καπνοῦ γὰρ, ἐὰν θέλῃς, ῥᾷδιον διασκεδάσεις πᾶσαν τὴν ἀθυμίαν ταύτην· δῆλον τοῦτο πάλιν ποίησον ἡμῖν, ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὄντες πολλὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην.

A nullis laboribus premebat, ſed etiam eorum omnium, qui illic tenebantur, principatum ipſi conceſſerat: idq. cùm eum vt adulterum accepiſſet, vt nocentem, & quidē nobilem & inſignē adulterum. Non enim in tenuem & obſcuram, ſed in magnam & ſplendidam domum ſcelus hoc tragicū aggreſſus eſſe cenſebatur. Nec tamen quicquam horum eum terruit, eiq. perſuaſit, vt acerbitate in ipſum vteretur. Verùm ſimul, & per calamitates viro iuſto coronæ texebantur: & Dei auxiliū copioſiſſimè ac largiſſimè ipſi affluebat. Longiorem B adhuc hanc epiſtolā facere cupiebam: ſed quia hæc quoque, quæ ſcripſi, epiſtolæ modum longè ſuperāt, hîc finem ſcribendi faciam, illud abs te petens, quod nunquā petere deſtiti, nempe vt & mœrorem abijcias, & (quod ſemper feciſti, atque etiamnum facis) Dei gloriam prædicare, ac de grauibus & acerbis omnibus his rebus ipſi gratias agere ne intermittas. Hac enim ratione tum ipſa maxima bona percipies, tum mortiferum diabolo vulnus infliges, tum nobis ingentē cōſolationem afferes: & mœroris nubem nullo negotio diſcutere C ac de medio tollere, puráque tranquillitate frui poteris. Quocirca nec animo elangueſcas, verùm ab hoc fumo emerſa & liberata (omnem enim hunc mœrorem, ſi volueris, fumo citius diſſipabis) de hac re nos rurſum certiores facias: vt, licet alioqui procul à te remoti, magnam tamen ex huiuſmodi literis conſolationem capiamus.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ δ'.

Τῆς σφοδρότητος ἕνεκεν τοῦ χειμῶνος, καὶ τῆς τοῦ στομάχου ἡμῶν ἀσθενείας, καὶ τῶν Ἰσαυρικῶν καταδρομῶν, μηδὲν μερίμνα, μηδὲ κατάτεινε σαυτὴν φροντίσιν. ὁ μὲν γὰρ χειμὼν γέγονεν οἷος εἰκὸς ἐν Ἀρμενίᾳ εἶναι (οὐδὲν γὰρ δεῖ πλέον εἰπεῖν) ἡμᾶς δὲ οὐ μέγα τι παραβλάπτει. ταῦτα γὰρ προορῶντες, πολλὰ μηχανώμεθα πρὸς τὸ τὴν ἐντεῦθεν διακρούσασθαι βλάβην, καὶ πῦρ ἀνάπτοντες συνεχῶς, καὶ τὸ δωμάτιον, ἔνθα καταμένομεν, πανταχόθεν περιφράττοντες, καὶ ἐπιβλήμασι κεχρημένοι πλείοσι, καὶ διὰ παντὸς ἔνδον μένοντες, ὅπερ ἐστὶ μὲν ἡμῖν ἐπαχθὲς, πλὴν διὰ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος φο-

Ad eandem epiſt. IIII.

De hyemis acrimonia, & ſtomachi noſtri imbecillitate, atque Iſauricis in- D curſionibus, nihil eſt quamobrem in ſolicitudine verſeris, curiſq. te cōficias. Quamuis enim hyems eiuſmodi fuerit, qualem in Armenia eſſe veriſimile eſt (nec enim amplius quicquā dicendum eſt) nos tamen haud magnopere lædit. Hoc quippe proſpicientes, ad incōmodum, quod hinc contrahitur, propulſandum multa molimur: nimirum & ignem perpetuò accēdentes, & cubiculum, in quo cōmoramur, vndique obſepientes, & pluribus veſtibus ac ſtragulis vtentes, & domi ſemper manētes. Quod etſi nobis moleſtum eſt, tamen ob lucrum, quod hinc capimus, tolera-

bile eſt. Quandiu enim domi nos tenemus, frigore haud admodum diuexamur: ſin autem aliquantum progredi, atque in externo aëre verſari cogamur, non paruo hinc detrimento afficimur. Quamobrem veneratione̅ tuam obſecro, atque ſummi beneficij gratiæque loco id abs te peto, vt ad depellendam corporis infirmitatem magnã curam & diligentiam cõferas. Etenim morbum quidem mœror etiã efficit: cùm autem corpus quoque laboribus cõfectum, & morbis debilitatum eſt, ac neglectum iacet, eáq. conditione eſt, vt nec medicorum ope atq. auxilio, nec aëris temperie, nec rerũ neceſſariarũ copia fruatur, quanta hinc acerbitatis & periculi acceſſio fiat, velim tecũ reputes. Quamobrem te oro, vt & varios peritóſq. medicos adhibeas, & ijs medicamentis vtaris, quæ huiuſmodi morbos pellere queant: quandoquide̅ nos etiã paucis antè diebus, cùm ob aëris ſtatum procliuis nobis ad vomit⁹ ſtomachus eſſet, atque & alijs curationis generibus, & pharmaco eo, quod à domina mea lectiſſima & ornatiſſima ſenatrice miſſũ eſt, vſi eſſemus, nec vltra tres dies illud adhibere nobis neceſſe fuiſſet, ipſius imbecillitatem correximus. Itaque te quoque hortor atque oro, vt his vtaris, déſque operam, vt huiuſmodi medicamentum ad nos rurſum mittatur. Nam cùm quãdam ſtomachi ſubuerſionem rurſum ſenſiſſemus, eode̅ rurſum remedij genere vſi, malum omnino profligauimus. Quippe & inflãmationes in imo pectore conditas ſedat, & pituitam exhaurit, & mediocri calore præditũ eſt, & vigore̅ haud vulgare̅ affert, & ciborum appetitũ excitat: atq. harum omnium rerum nobis paucis diebus experimentum præbuit. Fac igitur dominus meus cumprimis venerãdus Theophilus Comes exoretur, vt nobis rurſum idem medicamentũ conficiat, atque ad nos mittat. Nec verò hoc nomine diſcrucieris, quòd nos hic hyememus. Multo enim meliore nunc atque commodiore, quã ſuperiori anno, valetudine ſumus. Quare ſi tu quoque, quàm par eſt, curam adhiberes, multò melius valeres. Quòd ſi ex animi mœſtitia & cõſternatione morbos tuos ortum traxiſſe ais, ecquid rurſus à nobis epiſtolas requiris, cùm hinc ad alacritate̅ animi nihil fructus ceperis, verùm mœroris vndis ita demerſa ſis, vt nunc etiã ex hac vita mi-

A ρπτιν. ἕως μὲν γὰρ αὐ ἔνδον μένωμεν, οὐ σφόδρα καταπονούμεθα τῷ κρυμῷ· ἐὰν δὲ ἀναγκασθῶμεν μικρὸν προελθεῖν, καὶ τῷ ἔξω ὁμιλῆσαι ἀέρι, οὐ μικρὰν παρατριβόμεθα βλάβην. διὸ καὶ τὴν τιμιότητά σου παρακαλῶ, καὶ ἐν μεγίστης αὐτὸ χάριτος μέρει, πολλὴν ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, ὥστε τὴν τοῦ σώματός σου διορθοῦν ἀσθένειαν. ποιεῖ μὲν γὰρ νόσον καὶ ἀθυμία· ὅταν δὲ καὶ σῶμα πεπονηκὸς ᾖ καὶ ἐξησθενημένον, καὶ ἐν ἀμελείᾳ διακέηται πολλῇ, καὶ μήτε ἰατρῶν ἀπολαύῃ, μήτε ἀέρων

B εὐκρασίας, μήτε τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἀφθονίας, ἐννόησον, ὅτι οὐ μικρὰ ἐντεῦθεν προσθήκη γίνεται τοῦ δεινοῦ. διὸ παρακαλῶ σου τὴν τιμιότητα, καὶ ἰατροῖς διαφόροις καὶ ἐμπείροις, καὶ φαρμάκοις χρῆσθαι, τοῖς τὰ τοιαῦτα διορθοῦν δυναμένοις. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς πρὸ τούτων τῶν ὀλίγων ἡμερῶν, εὐεμπτώτως ἡμῖν ἔχοντος τοῦ στομάχου πρὸς τοὺς ἐμέτους, ἐκ τῆς τοῦ ἀέρος καταστάσεως, τῇ τε ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ χρησάμενοι, καὶ τῷ φαρμάκῳ τῷ ἀποσταλέντι παρὰ τῆς κυρίας μου τῆς κοσμιωτάτης συγκλητικῆς, καὶ οὐ δεηθέντες πλέον ἢ τριῶν ἡμερῶν

C αὐτὸ ἐπιθεῖναι, διωρθωσάμεθα αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν· παρακαλῶ τοίνυν καὶ αὐτήν σε χρήσασθαι τούτῳ, καὶ παρασκευάσαι πάλιν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ πεμφθῆναι. καὶ γὰρ καὶ πάλιν αἰσθανόμενοί τινος ἀναστροφῆς, πάλιν αὐτῷ ἐχρησάμεθα, καὶ τὸ πᾶν διωρθωσάμεθα· καὶ γὰρ φλεγμονὰς καταστέλλει τὰς ἐν τῷ βάθει, καὶ νοτίδα ἀνιμᾶται, καὶ συμμέτρως ἐστὶ θερμὸν, καὶ τόνον ἐντίθησιν οὐ τὸν τυχόντα, καὶ ὄρεξιν διεγείρει τὴν πρὸς τὰ σιτία, καὶ τούτων ἁπάντων ἡμῖν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις πεῖραν παρέσχεν. ποίησον τοίνυν

D παρακληθῆναι τὸν δεσπότην μου τὸν αἰδεσιμώτατον Θεόφιλον τὸν κόμητα, ὥστε πάλιν ἐξ αὐτοῦ κατασκευάσαι ἡμῖν καὶ ἀποστεῖλαι· καὶ μή σε λυπείτω τὸ ἐνταῦθα ἡμᾶς χειμάζειν. καὶ γὰρ πολλῷ ῥᾷον καὶ ὑγιεινότερον νῦν ἢ πέρυσι διακείμεθα· ὥστε εἰ καὶ αὐτὴ τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦ, πολλῷ ἂν ἄμεινον διετέθης. εἰ δὲ ἐξ ἀθυμίας σοι φὴς τετέχθαι σοι τὰ νοσήματα, πῶς πάλιν ἐπιστολὰς ζητεῖς παρ' ἡμῶν, μηδὲν ἐντεῦθεν εἰς εὐθυμίαν καρπωσαμένη, ἀλλ' οὕτω τῇ τυραννίδι τῆς ἀθυμίας βαπτισθεῖσα, ὡς καὶ

ἐπιθυμεῖν νῦν τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας; οὐκ οἶσθα ὅσος καὶ ἀῤῥωστίας κεῖται μισθὸς ἐν εὐχαριστούσῃ ψυχῇ; οὐ πολλάκις σοι καὶ παρὼν, καὶ δι᾽ ἐπιστολῶν ταύτης ἕνεκα διείλεγμαι τῆς ὑποθέσεως; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἴσως ἢ ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος, ἢ αὐτὴ τῆς ἀῤῥωστίας ἡ φύσις, καὶ αἱ ἐπάλληλοι περιστάσεις οὐκ ἐῶσί σε διηνεκῶς ἔναυλον ἔχειν τῶν εἰρημένων τὴν μνήμην, ἄκουε πάλιν τὰ αὐτὰ ἐπᾳδόντων ἡμῶν τοῖς ἕλκεσί σου τῆς ἀθυμίας. τὰ γὰρ αὐτὰ γράφειν, φησὶν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. τί οὖν καὶ λέγω καὶ γράφω; οὐδὲν Ὀλυμπιὰς τῆς ἐν ἀλγηδόσιν ὑπομονῆς εἰς εὐδοκιμήσεως λόγον ἴσον. ἡ γὰρ βασιλὶς τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῶν στεφάνων ἡ κορωνὶς αὕτη μάλιστά ἐστι, καὶ καθάπερ αὕτη τῶν ἄλλων κρατεῖ κατορθωμάτων, οὕτως ἐν αὐτῇ τοῦτο μάλιστα τὸ εἶδος τῶν ἄλλων ἐστὶ λαμπρότερον· τάχα ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον· οὐκοῦν αὐτὸ ποιήσω σαφέστερον. τί οὖν ἐστὶν ὅ φημι; οὐ τὸ χρήματα ἀφαιρεθῆναι, κἂν πάντων τις γυμνωθῇ τῶν ὄντων, οὐ τὸ τιμῆς ἐκπεσεῖν, οὐ τὸ πατρίδος ἐκβληθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν ἀπενεχθῆναι, οὐ τὸ πόνῳ καὶ ἱδρῶτι καταπίνεσθαι, οὐ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν, καὶ ἁλύσει περικεῖσθαι, οὐκ ὀνειδισμοὶ, καὶ λοιδορίαι, καὶ σκώμματα· μὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο μικρὸν νομίσῃς εἶναι καρτερίας εἶδος, τὸ γενναίως τὰ τοιαῦτα ἐνεγκεῖν, καὶ δείκνυσιν Ἱερεμίας ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, οὐχ ὡς ἔτυχεν ὑπὸ τούτου θορυβηθεὶς τοῦ πειρασμοῦ. ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο, οὐ παίδων ἀποβολὴ, κἂν ἀθρόον πάντες ἀναρπασθῶσιν, οὐκ ἐχθροὶ συνεχῶς ἐπεμβαίνοντες, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὐκ αὐτὸς ὁ κολοφὼν τῶν δοκούντων εἶναι λυπηρῶν, ὁ θάνατος, ὁ φοβερὸς οὕτω καὶ φρικώδης, οὕτως ἐστὶ βαρὺ, ὡς σώματος ἀῤῥωστία. καὶ τοῦτο δείκνυσιν ὁ μέγιστος τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς, ὃς ἐπειδὴ σωματικῇ περιέπεσε νόσῳ, ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων δεινῶν τὴν τελευτὴν εἶναι ἐνόμιζε· καὶ ὅτε μὲν τὰ ἄλλα ἔπασχεν ἅπαντα, οὐδὲ ᾐσθάνετο, καίτοι ἐπαλλήλους δεχόμενος τὰς πληγὰς, καὶ τελευταίαν τὴν καιρίαν. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν,

A grare cupias? An ignoras quāta animæ gratias agenti propter morbum quoq. merces cōſtituta ſit? An non de hac re & coràm, & per literas perſæpe ad te diſſerui? At quoniam te fortaſſe, vel negotiorum turba, vel ipſa morbi natura, & crebræ aduerſitates, eorum, quæ à nobis dicta ſunt, memoriam animo tuo perpetuò inſonantē habere nō ſinunt; audi nos rurſum mœroris tui vlceribus eadem accinentes. Eadem enim ſcribere, mihi quidem non pigrum, inquit, vobis, autem tutum eſt. Quid igitur aio, ac literis mando? Nihil eſt, Olym- B pias, quod ad laudem & gloriam adipiſcendam cum patientia in doloribus perferendis comparari poſſit. Nam ea præſertim virtutum regina, & coronarum apex eſt: & quemadmodum ea virtutibus alijs præſtat, ita in ea hoc potiſſimum genus alijs antecellit. Quoniam autem obſcuriùs aliquanto fortaſſe eſt quod dico, idcirco planiùs ac dilucidiùs iſtud faciam. Quidnam igitur eſt quod aio? Non opibus ſpoliari, etiamſi omnibus prorſus facultatibus quiſpiā nudetur, non honore deijci, non patrijs ſedibus exturbari, atque in exilium ab- C duci, nō laboribus ac ſudoribus diſtorqueri, nō carcerem incolere, ac catenis vinciri, non probra, & cōuitia, & ſcommata (neque enim paruum tolerantiæ genus eſſe exiſtimes res eiuſmodi forti ac ſtrenuo animo ferre, idque oſtendit Hieremias, vir tantus, támque eximia virtute præditus, qui hac tentatione non mediocriter commotus ac perturbatus eſt) non liberorū amiſſio, etiamſi omnes repentina morte abripiantur, non hoſtes perpetuò inſultantes, non aliud quippiā eiuſmodi, non denique mors ipſa, quæ rerum omniū, quæ mo- D leſtiæ & acerbitatis ſpeciē habent, caput eſt, atque vſqueadeò formidabilis & horrenda eſt, æquè grauis & acerba eſt, vt aduerſa corporis valetudo. Cui rei teſtimonio eſt ſummus ille patiētiæ pugil, qui poſtquam in corporis morbum incidit, prementium malorum depulſionem mortem eſſe iudicauit. Et quidem, cùm cuncta alia perpeteretur, minimè ſentiebat: quamuis etiam crebras ſibique inuicem ſuccedentes plagas accipiens, ac poſtremam acerbiſſimā & lethalem. Neque enim hoc exigui momenti eſſe putādum eſt,

Morbi quoque merces conſtituta.

Philipp. 3. 1.

Patientia nihil glorioſius.

Hier. 15.

Morbo nihil acerbius.

verum extremæ quoque eius, qui bellum ipſi inferebat, improbitatis & verſutiæ, quòd non recenti & vegeto, ac tum primum in certamen deſcendenti, ſed iam continuorum telorum mole confecto, tum denique mortiferum hoc vulnus (de filiorum amiſſione loquor) inferret, idque tam grauiter & acerbè, vt ex vtroque ſexu omnes ſubitò, & immatura ætate, & violenta morte opprimeret, ac mortis modum extemporaneum ipſis tumulum efficeret. Neque enim pater iacentes in lecto vidit, nec manus exoſculatus eſt, nec extrema verba excepit, nec pedes & genua tetigit, nec moribundorum ora contraxit, oculóſque clauſit (quæ quidem parentibus, cùm à filijs diuelluntur, non paruam conſolationem afferunt) nec alijs ad ſepulchrum præmiſſis alios domi inuenit, ex quorum aſpectu mœrorem, quem ij, qui è vita exceſſerant, ipſi afferebant, minueret: verùm conuiuij tempore, & quidem conuiuij, non temulentia, ſed charitate conferti, in fraterni amoris menſa, ſuper thorum iacentes, omnes defoſſos atque obrutos eſſe audiuit, omniáque inter ſe mixta fuiſſe, nimirum cruorem, domum, pocula, tectum, menſam, puluerem, membra filiorum. Et tamen, cùm hæc audijſſet, ac priùs etiam alia, quæ & ipſa grauia & acerba erant (nam & illi pecudum greges miſerè perierat, & vniuerſa armenta, partim igne cœlitus lapſo abſumpta, partim à varijs hoſtibus repente abrepta, & cum ipſis paſtoribus cõciſa & obtruncata fuiſſe improbus huius tragœdiæ nuncius referebat) cùm, inquam, tantam in agris, domi, in pecudibus, in liberis tẽpeſtatem excitatam, fluctúſque fluctibus ſuccedentes, & continuos ſcopulos, & profundam caligine, & intolerãdum naufragium conſpiceret, nec mœrore premebatur, nec ea, quæ acciderant, penè ſentiebat, hoc eſt hactenus duntaxat, quaten⁹ homo, & pater erat. At poſteaquàm morbo atque vlceribus deditus eſt, tum verò & mortem exoptabat, & in luctu ac lamentis verſabatur. Ex quo intelligas licet, quemadmodum hoc omnibus rebus aduerſis grauius ſit, ac ſummum patientiæ genus. Atque hoc ne peruerſus quidẽ dæmon ignorabat;

Iob. 1.

A ἀλλὰ καὶ τῆς χαλεπωτάτης τοῦ πολεμοῦντος αὐτῷ κακουργίας, τὸ μὴ νεάζοντι, μηδὲ νῦν εἰς τοὺς ἀγῶνας καθιέντι πρῶτον, ἀλλ᾽ ἤδη τῇ πυκνότητι τῶν ἐπαλλήλων βελῶν κατειργασμένῳ, τότε τὴν καιρίαν δοῦναι, τὴν ἐπὶ τοῖς παισὶ πληγήν, καὶ ταύτην οὕτω χαλεπῶς, ὡς καὶ ἐξ ἑκατέρας τῆς φύσεως, καὶ πάντας ἀθρόον, καὶ ἐν ἀώρῳ ἡλικίᾳ, καὶ βιαίᾳ τελευτῇ διαφθεῖραι, καὶ τοῦ θανάτου τὸν τρόπον ἐσχεδιασμένον αὐτοῖς ἐργάσασθαι τάφον. οὐδὲ γὰρ ἶδεν ἐν κλίνῃ κειμένους, B οὐδὲ ἐφίλησε χεῖρας, οὐδὲ ἐσχάτων ἤκουσε ῥημάτων, οὐδὲ ποδῶν ἥψατο καὶ γονάτων, οὐ στόμα συνεῖλεν, οὐ καθεῖλεν ὀφθαλμοὺς μελλόντων αὐτῶν τελευτᾷν, ἅπερ οὐ μικρὰν εἰς παραμυθίαν τοῖς παίδων χωριζομένοις πατράσιν· οὐδὲ τοὺς μὲν προεξέπεμψεν ἐπὶ τὸν τάφον, τοὺς δὲ ἐπανελθὼν εὗρεν παραμυθίαν τῶν ἀπελθόντων· ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ συμποσίου, συμποσίου οὐ μέθην, ἀλλ᾽ ἀγάπην βρύοντος, ἐν τραπέζῃ φιλαδελφίας, ἐπὶ στιβάδος κειμένους ἤκουσε πάντας καταχεχῶσθαι, καὶ πάντα ὁμοῦ μεμῖχθαι, τὸ αἷμα, τὸν οἶνον, τοὺς κύλι- C κας, τὸν ὄροφον, τὴν τράπεζαν, τὴν κόνιν, τὰ μέλη τῶν παίδων. ἀλλ᾽ ὅμως ἡνίκα μὲν ταῦτα ἤκουσε, καὶ πρὸ τούτων τὰ ἄλλα, καὶ αὐτὰ χαλεπά· καὶ γὰρ κἀκεῖνα χαλεπῶς ἀπωλώλει, τά τε ποίμνια, καὶ ὁλοκλήρους ἀγέλας, τὰς μὲν ὑπὸ πυρὸς ἄνωθεν κατενεχθέντος ἀνηλῶσθαι ἔλεγεν ὁ πονηρὸς τῆς τραγῳδίας ταύτης ἄγγελος, τὰς δὲ ὑπὸ πολεμίων διαφόρων ἀθρόον πάσας ἀναρπαγῆναι, καὶ κατακοπῆναι σὺν αὐτοῖς τοῖς ποιμέσιν. ἀλλ᾽ ὅμως τοσαύτην ζάλην ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ διεγερθεῖσαν ὁρῶν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἐπὶ D τῆς οἰκίας, ἐπὶ τῶν θρεμμάτων, ἐπὶ τῶν παίδων, καὶ ἐπάλληλα τὰ κύματα, καὶ τὰς σπιλάδας συνεχεῖς, καὶ τὸν ζόφον βαθύν, καὶ τὸ κλυδώνιον ἀφόρητον, οὔτε ἀθυμίᾳ κατετείνετο, οὔτε ἠσθάνετο σχεδὸν τῶν γεγενημένων, πλὴν τοσοῦτον ὅσον ἄνθρωπος ἦν, καὶ πατήρ. ἐπειδὴ δὲ νόσῳ παρεδόθη καὶ ἕλκεσι, τότε καὶ θάνατον ἐπεζήτει, τότε καὶ ἀπωδύρετο, καὶ ἐθρήνει, ἵνα μάθῃς πῶς τοῦτο πάντων ἐστὶ χαλεπώτερον, καὶ τῆς ὑπομονῆς τὸ ἄκρον εἶδος. καὶ τοῦτο οὐδὲ αὐτὸς ὁ πονηρὸς ἠγνόει δαίμων,

A ἀλλ' ἐπειδὴ πάντα ἐκεῖνα κινήσας, εὗρε τὸν ἀθλητὴν ἀπερίτρεπτον μένοντα καὶ ἀθόρυβον, ὡς ἐπὶ μέγιστον ἆθλον τοῦτον ὥρμησε, λέγων, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα πάντα φορητὰ, κἂν παῖδάς τις ἀποβάλῃ, κἂν κτήματα, κἂν ὁτιοῦν· τοῦτο γὰρ ἐστι δέρμα ὑπὲρ δέρματος· ἡ δὲ καιρία πληγὴ, ὅταν ἐν σώματί τις δέξηται τὰς ὀδύνας. διά τοι τοῦτο μετὰ τὸν ἆθλον τοῦτον ἡττηθεὶς, οὐδὲ γρύξαι ἔσχεν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ τὰ πρότερα ἀναισχύντως ἀντέλεγεν. ἐνταῦθα μέντοι οὐδὲ ἀναίσχυντον πλάσαι τι λοιπὸν εὗρεν, ἀλλ' ἐγκαλυψάμενος ἀνεχώρησεν. B ἀλλὰ μὴ νόμιζέ μοι τοῦτο ἀπολογίαν εἶναι, εἰς τὸ καὶ αὐτὴν ἐπιθυμεῖν τελευτῆς, εἰ ἐκεῖνος ἐπεθύμει θανάτου, τὰς ὀδύνας οὐ φέρων. ἐννόησον γὰρ πότε ἐκεῖνος ἐπεθύμει, καὶ πῶς τῶν πραγμάτων διακειμένων, οὐ νόμου δοθέντος, οὐ προφητῶν φανέντων, οὐ τῆς χάριτος οὕτως ἐκχυθείσης, οὐδὲ ἄλλης φιλοσοφίας μετασχών. ὅτι γὰρ ἡμεῖς τῶν τότε πολιτευομένων πλείονα ἀπαιτούμεθα, καὶ μείζονα ἡμῖν κεῖται τὰ σκάμματα, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν γραμματέων καὶ C Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. μὴ τοίνυν τὸ εὔχεσθαι νῦν τὴν τελευτὴν, ἀπηλλάχθαι ἐγκλήματος νόμιζε, ἀλλ' ἄκουε τῆς τοῦ Παύλου φωνῆς τῆς λεγούσης, τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιτείνηται τὰ τῆς θλίψεως, τοσούτῳ πλεονάζει καὶ τὰ τῶν στεφάνων· ὅσῳ ἂν πυρωθῇ τὸ χρυσίον, τοσούτῳ καθαρώτερον γίνεται· ὅσῳ μακρότερον ἂν πλεύσῃ πέλαγος ἔμπορος, το- D σούτῳ πλείονα συνάγει τὰ φορτία. μὴ τοίνυν νομίσῃς μικρόν σοι προκεῖσθαι νῦν ἆθλον, ἀλλὰ πάντων ὧν ὑπομεμένηκας τὸν ὑψηλότερον, τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ἀῤῥωστίᾳ λέγω. καὶ γὰρ καὶ τῷ Λαζάρῳ (εἰ γὰρ καὶ πολλάκις τοῦτο εἴρηκα πρός σε, οὐδὲν κωλύει καὶ νῦν εἰπεῖν) ἤρκεσε τοῦτο εἰς σωτηρίαν, καὶ τοῦ κοινὴν τὴν οἰκίαν τοῖς παριοῦσι κεκτημένου, καὶ μεταναστὰς συνεχῶς γινομένου διὰ τὸ τοῦ θεοῦ πρόσταγμα,

A Ac proinde, cum omnibus illis rebus tentatis pugilem tranquillum & à perturbatione immunem manere perſpiceret, ad hoc certamen, tanquã omniũ maximum ſe contulit, cætera videlicet omnia tolerabilia eſſe ducens, etiamſi liberos, etiamſi fortunas, etiamſi quicquam aliud amittat (id enim his verbis deſignatur, Pellem pro pelle.) at eam demum mortiferam plagam eſſe, cùm quiſpiam in corpore dolores excipit. *Iob. 2.* Quocirca poſt hoc certamẽ ſuperatus, ne hiſcete quidẽ auſus eſt: cum alioqui priùs impudentiſſimè obniteretur, ac contrà pugnaret. B Hîc, inquam, iam ne impudens quidem aliquid reperire potuit, quòd fingeret: verùm pudore ſuffuſus pedem retulit. Verùm ne hoc tibi ad ipſius quoq. mortis cupiditatẽ idoneã excuſationem eſſe ducas, quòd ille dolorum vim & acerbitatẽ non ferens, mortis deſiderio teneretur. In mentem enim tibi veniat, quonam ille tempore, quóq. rerum ſtatu eam expetebat: hoc eſt, cùm nec lex data eſſet, nec Prophetæ extitiſſẽt, nec gratia ita diffuſa eſſet, nec ipſe alia diuinæ philoſophiæ genera percepiſſet. Nã quod à nobis plura, C quàm ab illis, qui tum viuebant, requirantur, maioréſq. nobis palæſtræ conſtitutæ ſint, audi Chriſtum dicentem, Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquã *Matt. 5.* Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. Quamobrem ne mortem nunc exoptare, culpa carere exiſtimes: verùm hanc Pauli vocem audias: Diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo melius eſt: manere autem in *Philipp. 1.* carne, neceſſarium propter vos. Quanto enim magis ingraueſcit calamitas: tanto etiam magis exuberant coronæ. Quanto magis aurum inflammatur: D tanto etiam purius redditur. Quanto longiùs nauigat mercator: tanto plures merces cumulat. Quocirca ne paruum nunc tibi propoſitum eſſe certamen putes, verum omnium quæ ſuſtinuiſti, altiſſimum maximéque ſublime, de eo loquor, quod in corporis aduerſa valetudine ſitum eſt. Nam & Lazaro (licet enim hoc exemplo ſæpe ad te vſus *Luc. 16. 10.* ſim, quo minus tamen nunc adhuc eo vtar, nihil prohibet) ad ſalutem hoc ſatis fuit; atque in ſinum eius, qui communem omnibus prætereuntibus domum habuit, & propter Dei iuſſum atque imperium perpetuò extorris fuit,

ſcentia, ſaltant, tripudiant, præ volu-
ptate volitant, præ ea inquã voluptate,
quæ ſimul & apparet & auolat, flumi-
númque curſum imitatur: quanto tan-
dem æquius eſt, te, etiamſi priùs in mœ-
roribus animique conſternatione fuiſ-
C ſes, ex præſenti tamẽ tempore maximæ
lætitiæ atq. alacritatis occaſionẽ hau-
rire? Theſaurus enim ille quem colle-
giſti, furto ſubduci non poteſt: nec de-
cus illud, quod per has calamitates tibi
comparatum eſt, ſucceſſionem nouit,
aut finẽ expectat, ſed ab omni termino
alienum eſt, vt quod nec temporũ dif-
ficultate, nec hominũ inſidijs, nec dæ-
monum inſultibus, nec deniq. morte
ipſa interrumpatur. Quòd ſi etiã lugere
animus eſt, eos ſanè, qui hæc perpetrãt,
luge, horum, inquã, malorũ authores,
horum adminiſtros, qui & maximos
ſibiipſis in futurum cruciatus condide-
D runt, & hic etiam acerbiſſimas pœnas
luerunt, vtpote quos tot homines auer-
ſentur, hoſtiúmque numero habeant,
& diris omnibus deuoueant atque
Perſecutores lugendi. condemnent. Qui ſi hæc non ſen-
tiunt, hoc quoque nomine potiſſimùm
miſeri ſunt lacrymiſque digni, non
ſecus videlicet ac phreneſi laborantes,
qui fruſtra quidem ac temerè calcibus
obuios quoſque inceſſunt ac feriunt,
ſæpe etiã amicos ac de ſe bene meritos:
eum tamen furorem, quo perciti ſunt,
minimè ſentiunt. Ob idque incurabili
morbo tenentur, quoniam nec medicos admittunt, nec medicamentis vti ſuſtinent:

A μειζόνως τὸ κέντρον ἄρας κατὰ τοῦ πλήξαντος
ἐξανίσταται, τῆς πολλῆς ἀλγηδόνος ἀπόδειξιν
παρέχων τὴν ῥαγδαίαν κατὰ τοῦ παίοντος ῥύ-
μην· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἀναίσχυντον θηρίον ἐ-
κεῖνο, ἐπειδὴ τὰ τραύματα εἰς βάθος ἐδέξατο
παρὰ τῆς θαυμασίας σου καὶ ὑψηλῆς ψυχῆς,
μειζόνως ἐπεπήδησε, καὶ πλείους ἐπήγαγε πει-
ρασμούς· ἐπήγαγε μὲν γὰρ ἐκεῖνος, οὐχ ὁ
θεός, συνεχώρησε δὲ ὁ θεός, αὔξων σου τὸν
πλοῦτον, μείζονα ποιῶν τὴν ἐμπορείαν, πλείο-
να δὲ παρεξενῶν τὸν μισθόν, δαψιλεστέραν τὴν
B ἀντίδοσιν. μὴ τοίνυν ταράττου, μηδὲ θορυβοῦ·
τίς γάρ ποτε ἔκαμε πλουτῶν; τίς συνεχύθη
ἐπὶ τὰς ὑψηλοτάτας ἐρχόμενος ἀρχάς; εἰ δὲ οἱ
τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα συνάγοντες, τὰ ἐπίκη-
ρα καὶ σκιᾶς ἀμυδρότερα, καὶ ἀνθῶν σηπομέ-
νων μᾶλλον μαραινόμενα, σκιρτῶσι, χορεύου-
σι, πέτονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, τῆς ὁμοῦ τε
φαινομένης καὶ ἀφιπταμένης, καὶ ποταμίων ῥευ-
μάτων μιμουμένης δρόμον· πολλῷ μᾶλλον σε
δίκαιον, καὶ εἰ πρότερον ἦς ἐν ἀθυμίαις, τὸν
παρόντα καιρὸν εὐθυμίας μεγίστης ποιήσασθαι
πρόφασιν. καὶ γὰρ ὁ θησαυρός σου ὃν συνή-
C γαγες, ἄσυλος, καὶ τὸ ἀξίωμα τὸ διὰ τῶν
παθημάτων σοι τούτων συγκροτηθὲν, διαδο-
χὴν οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἀναμένει τέλος, ἀλλ'
ἔστιν ἀπέραντον, οὐ δυσκολίᾳ καιρῶν, οὐκ ἀν-
θρώπων ἐπιβουλαῖς, οὐ δαιμόνων ἐφόδοις, οὐκ
αὐτῇ διακοπτόμενον τῇ τελευτῇ. εἰ δὲ βού-
λει καὶ θρηνῆσαι, τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομέ-
νους, τούτους θρήνει, τοὺς τῶν κακῶν τούτων
αὐθέντας, τοὺς ὑπηρέτας, οἳ καὶ εἰς τὸ μέλλον
μεγίστην ἐθησαύρισαν ἑαυτοῖς τιμωρίαν, καὶ
ἐνταῦθα δίκην ἔδοσαν ἤδη τὴν ἐσχάτην, το-
σούτων ἀποστρεφομένων αὐτοὺς, καὶ πολεμίους
D ἡγουμένων, ἐπαρωμένων, καταδικαζόντων. εἰ
δὲ οὐκ αἰσθάνονται τούτων, καὶ διὰ τοῦτο μά-
λιστά εἰσιν ἐλεεινοὶ, καὶ δακρύων ἄξιοι, καθά-
περ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ, λακτίζον-
τες μὲν, καὶ παίοντες τοὺς ἀπαντῶντας εἰκῇ
καὶ μάτην, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς εὐηργετηκό-
τας καὶ φίλους, οὐκ αἰσθανόμενοι δὲ τῆς μανίας,
ἧς μαίνονται. διὸ καὶ ἀνίατα νοσοῦσιν, οὔτε ἰα-
τροὺς προσιέμενοι, οὔτε φαρμάκων ἀνεχόμενοι,

Digitized by Google

A ἀλλὰ καὶ τοὺς θεραπεύειν καὶ εὐεργετεῖν βουλομένους, τοῖς ἐναντίοις ἀμειβόμενοι. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἐλεεινοὶ, εἴγε μὴ αἰσθάνονται τῆς τοσαύτης πονηρίας. εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑτέρων καταγνῶσιν οὐκ ἐπιστρέφονται, τοῦ οἰκείου συνειδότος τὸν ἔλεγχον ἀμήχανον αὐτοὺς διαφυγεῖν, τὸν ἄφυκτον, τὸν ἀδέκαστον, τὸν οὐδενὶ εἴκοντα φόβῳ, τὸν οὐ κολακείᾳ, οὐ χρημάτων δόσει διαφθειρόμενον, οὐ χρόνῳ μακρῷ μαραινόμενον. ὁ γὰρ τοῦ Ἰακὼβ υἱὸς, ὁ πρὸς τὸν πατέρα εἰπὼν, ὅτι θηρίον πονηρὸν κατέφαγε τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο ὑποκρινόμενος δρᾶμα, καὶ τῷ B προσωπείῳ τούτῳ τὴν ἀδελφοκτονίαν συσκιάσαι ἐπιχειρήσας, τὸν μὲν πατέρα ἠπάτησε τότε, τὸ δὲ συνειδὸς οὐκ ἠπάτησεν, οὐδὲ ἔπεισεν ἡσυχάζειν· ἀλλ' ἔμενεν αὐτοῦ κατεξανιστάμενον, καταβοῶν διηνεκῶς, καὶ οὐδέποτε ἐπιστομιζόμενον. χρόνου γὰρ παρελθόντος μακροῦ, ὁ τὸν γεγεννηκότα ἀρνησάμενος τὸ πλημμέλημα, ὅπερ ἐτόλμησεν, ὁ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐξειπὼν, οὐδενὸς κατηγοροῦντος, οὐδενὸς ἐλέγχοντος, οὐδενὸς ἐφεστῶτος, οὐδὲ ἀναμιμνήσκοντος τῆς δραματουργίας ἐκείνης, κινδυνεύων περὶ ἐλευθερίας καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν, C δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἐπεστομίσθη τὸ συνειδὸς ὁ κατήγορος ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ, οὐδὲ κατεχώσθη, ταῦτα φησὶ τὰ ῥήματα. ναί· ἐν ἁμαρτίαις γάρ ἐσμεν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν· ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, καὶ ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· καὶ νῦν ἐκζητεῖται τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξ ἡμῶν. καί τοι ἕτερον ἦν, ὅπερ ἐπήγετο αὐτῷ ἔγκλημα, καὶ διὰ κλοπὴν ἐκρίνετο, καὶ ὡς ὑφελόμενος κύλικα χρυσῆν, οὕτως εἰς δικαστήριον ἤγετο· ἀλλ' ἐπειδὴ τούτων ἑαυτῷ οὐδὲν D συνῄδει, ὑπὸ μὲν τούτων, οὐκ ἤλγει, οὐδὲ ἔφη ταῦτα πάσχειν ὑπὲρ ὧν ἐκρίνετο, καὶ δέσμιος ἤγετο· ὑπὲρ δὲ ὧν οὐδεὶς ἐνεκάλει, οὐδὲ εὐθύνας ἀπῄτει, οὐδὲ εἰς δικαστήριον εἷλκεν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἤδη τετολμημένων αὐτῷ, ὑπὲρ δὴ τούτων, αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἔλεγχος καὶ κατήγορος γίνεται. ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτοῦ τὸ συνειδὸς, καὶ ὁ μετὰ ἀδείας τοσαύτης τὸ αἷμα ἐκχέας τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μηδὲν παθὼν, νῦν καὶ συμπαθητικὸς ἐγένετο,

A quin potius eos quoque, qui ipſis mederi atque opem ferre ſtudent, rebus contrarijs remunerãtur. Itaque ob hoc quoque ipſum miſeri iſti ſunt, ſi tantæ improbitatis ſenſu carent. Quod ſi aliorum condemnationem nihil morãtur, at certè fieri non poteſt, vt ſuæ cõſcientiæ iudicium effugiant, quod nec vitiari, nec corrumpi poteſt, nec vllo terrori cedit, nec blanditijs aut pecuniarũ largitione labefactatur, nec temporis longinquitate obſcuratur. Etenim ille Iacobi filius, qui Ioſephum à peſtifera beſtia deuoratũ eſſe patri confirmarat, B ac ſceleratam fabulam agebat, atque hac larua fraternæ cædis crimen obuelare conatus fuerat, patri quidẽ fucum tunc fecit, conſcientiam autem ſuam minimè fefellit, nec ab ea, vt conquieſceret, impetrare potuit: verùm ea conſtanter aduerſus ipſum inſurgebat, perpetuíſque clamoribus eum inſectabatur, neque vnquam compeſci poterat. Siquidem cùm diuturnum iam temporis ſpatium interceſſiſſet, is, qui admiſſum ſcelus patri inficiatus fuerat, neque cuiquã alij prodiderat, nemine accuſante, nemine conuincente, nemi- C ne aſtante, ac fabulam illam in memoriam ipſi redigente, cùm de libertate atque adeò de ipſa vita periclitaretur, conſcientiæ accuſatorem in tam longo tempore nequaquam velut obſtructo ore compreſſum atque defoſſum eſſe oſtẽdit, cùm his verbis vteretur, Certe: in peccatis enim ſumus pro fratre noſtro: quia deſpeximus tribulationem eius, & dolorem animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus; en ſanguis eius à nobis exquiritur. Atqui aliud erat crimen, quod ipſi intendebatur. Nam furti inſimulabatur, atque, vt D aureum poculum ſuffuratus, in iudicium trahebatur. Verùm quoniam nullius eiuſmodi criminis ſibi conſcius erat, minimè hoc nomine diſcruciabatur, nec ſe, ob ea, de quibus iudicium ſubibat, atque in vincula ducebatur, hæc perpeti dicebat: ſed ob ea, quæ nemo ipſi obijciebat, nec de ijs pœnas ab eo expetebat, nec eum in iudicium trahebat, imò quæ nondum perpetrauerat, ob ea inquã ipſe ſe prodebat & accuſabat. Conſcientia enim ipſum perſtringebat: & qui animo vſq. adeo firmo & intrepido fratris cruorẽ effuderat, nullóq. propterea mœrore affectus fuerat, nunc cõtrà illius vicem dolebat:

Perſcrutatores piorum phreneticis ſimiles.

Conſcientiæ iudicium.

Gen. 42. 21

& quos ſceleris ſocios ac participes habuerat, accuſabat, crudelitatémq; omnem tragicis verbis exaggerabat, dicés, dum deprecaretur nos, & deſpeximus tribulationem & dolorem animæ eius. Quod perinde eſt ac ſi diceret: Ad emolliendos animos noſtros, atq; ad miſericordiam inflectendos, natura etiam ipſa, vel ſola, ſufficiebat. At ille lacrymas, etiã adiungebat, ſupplexq; nos obſecrabat: ac ne ſic quidem nos inflexit, verùm ipſius calamitatem, animiq; angorem neglexiмus. Ob eam cauſam, inquit, iudicium hoc nobis cõparatum eſt: ob eã cauſam in ſanguinis periculo verſamur, quoniã in ſanguinem peccauimus. Ad hunc modum etiã Iudas coarguente conſcientiam minimè ſufferens, ad laqueum ſe cõtulit, eóq; vitam ſibi ademit. Et quidem, cùm impudẽs illud pactum inire nõ dubitabat, dicẽs,
Matt. 26. 15. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradam? non eos, qui id audiebant, verebatur (nempe quòd diſcipulus in magiſtrũ eiuſmodi ſcelera molitetur) nec per eos dies, qui interea fluxerunt, vllo dolore pungebatur, verùm ea voluptate, quàm ei pecuniæ cupiditas afferebat, temulẽtus, conſcientiæ accuſationem haud admodũ ſentiebat. At poſteaquã ſcelus peregit, pecuniámq; ſumpſit, ac lucri quidẽ voluptas finẽ accepit, criminis autem accuſatio vigere incœpit, tum deniq; nemine accuſante, nemine vim afferente, nemine cohortante, ſpõte ſua abiens, tum pecuniam ijs, à quibus acceperat, proiecit, tũ ſcelus ſuũ audientibus illis confeſſus eſt,
Matt. 27. his verbis vtens, Peccaui, tradens ſanguinẽ iuſtum. Neque enim conſcientiam, quæ ipſum coarguebat, ferre po-
Peccati natura. tuit. Ea namque peccati natura eſt, vt priuſquã omnino perpetratum ſit, hominem temulẽtia afficiat, poſteaquam autẽ expletum ac perfectũ eſt, tunc ea voluptas ſeſe proripiat & extinguatur, ac ſolus iam deinceps ſtet accuſator, conſciẽtia nimirum carnificis locũ obtinente, ac peccatorem lancinante, ab eóq; extremas pœnas exigẽte, ac plumbo quouis grauiùs ipſi incũbente. Atq; huiuſmodi quidem in hac vita ſupplicia ſunt: in futura autem, quanta, tum ijs, qui ſe his ſceleribus deuinxerint, proponentur, exploratum habes. Quapropter hos lacrymis proſequi ac deflere oportet. Nam & Paulus ad hunc modum faciebat, dum ijs, qui certant ac dimicant, maliſque afficiuntur, gratulatur, eos

A καὶ τοὺς χοροὺς τῶν κοινωνησάντων αὐτῷ τῆς μιαιφονίας κατηγόρει, καὶ τὴν ὠμότητα πᾶσαν ἐτραγῴδει, λέγων· ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, καὶ ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. ἤρκει μὲν γὰρ καὶ ἡ φύσις, φησί, μαλάξαι καὶ ἐπικάμψαι πρὸς ἔλεον· ὁ δὲ καὶ δάκρυα προσετίθει, καὶ ἱκετηρίας ἐποίει, καὶ οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ἐπέκαμψεν. ἀλλ' ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· διὰ τοῦτο ἡμῖν τὸ δικαστήριον τοῦτο συγκεκρότηταί φησι, διὰ τοῦτο περὶ αἵματος κινδυνεύομεν,
B ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς εἰς αἷμα ἡμαρτήκαμεν. οὕτω καὶ ὁ Ἰούδας οὐκ ἐνεγκὼν τοῦ συνειδότος τὸν ἔλεγχον, ἐπὶ βρόχον ὥρμησε, καὶ δι' ἀγχόνης τὸν βίον κατέλυσεν. καὶ ὅτε μὲν τὸ ἀναίσχυντον ἐκεῖνο συμβόλαιον ἐτόλμα, λέγων· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν αὐτὸν παραδώσω; οὐ τοὺς ἀκούοντας ᾐσχύνετο, ὅτι μαθητὴς ὢν, τοιαῦτα περὶ διδασκάλου ἐτύρευεν, οὐκ ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς μεταξὺ κατενύγη, ἀλλὰ μεθύων ἔτι τῇ ἡδονῇ τῆς φιλαργυρίας, οὐ σφόδρα ᾐσθάνετο τῆς κατηγορίας τοῦ συνειδότος. ἐπειδὴ δὲ ἔπραξε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ ἀργύριον ἔλαβε, καὶ ἡ ἡδονὴ
C μὲν ἐπαύσατο τοῦ λήμματος, ἡ δὲ κατηγορία τοῦ πλημμελήματος ηὔξει λοιπόν, τότε μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδενὸς βιαζομένου, μηδενὸς παραινοῦντος, αὐτόματος ἀπελθὼν, τό τε ἀργύριον προσέρριψε τοῖς δεδωκόσι, καὶ τὴν παρανομίαν ὡμολόγησεν αὐτοῦ, ἀκουόντων ἐκείνων λέγων· ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. οὐ γὰρ ἤνεγκε τοῦ συνειδότος τὸν ἔλεγχον. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἁμαρτία, πρὶν μὲν ἀπαρτισθῆναι, μεθύειν ποιεῖ τὸν ἁλόντα· ἐπειδὰν δὲ πληρωθῇ καὶ ἀπαρτισθῇ, τότε τὰ μὲν τῆς ἡδονῆς ταύτης ὑπε-
D ξίσταται καὶ σβέννυται, γυμνὸς δὲ ἔστηκε λοιπὸν ὁ κατήγορος, τοῦ συνειδότος δημίου τάξιν ἐπέχοντος, καὶ καταξαίνοντος τὸν πεπλημμεληκότα, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπαιτοῦντος δίκην, καὶ μολύβδου παντὸς βαρύτερον ἐπικειμένου. καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐκεῖ, οἴδατε ἡλίκα τοῖς τοσαῦτα ἐργασαμένοις κακὰ κείσεται τότε. τούτους οὖν χρὴ δακρύειν, τούτους θρηνεῖν, ἐπεὶ καὶ Παῦλος οὕτως ἐποίει· τοῖς μὲν ἀθλοῦσι, καὶ ἀγωνιζομένοις, καὶ κακῶς πάσχουσι, συνηδόμενος, τοὺς

δὲ ἁμαρτάνοντας πενθεῖ· διὸ καὶ ἔλεγε· μήπως ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεός μου πρὸς ὑμᾶς, καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀσελγείᾳ, καὶ ἀκαθαρσίᾳ ᾗ ἔπραξαν. τοῖς δὲ ἀγωνιζομένοις· χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. μηδὲν τοίνυν σε θορυβείτω μήτε τῶν γινομένων, μήτε τῶν ἀπειλουμένων. οὐδὲ γὰρ τὴν πέτραν διασαλεύει τὰ κύματα, ἀλλ᾽ ὅσῳ μετὰ πλείονος προσρήγνυνται τῆς ῥύμης, τοσούτῳ μειζόνως ἑαυτὰ ἀφανίζει· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τούτων καὶ γέγονε καὶ ἔσται, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. τὴν μὲν γὰρ πέτραν οὐ διασαλεύει τὰ κύματα· σὲ δὲ οὐ μόνον οὐ διεσάλευσαν, ἀλλὰ καὶ ἰσχυροτέραν πεποίηκεν. τοιοῦτον γὰρ ἡ κακία, τοιοῦτον δὲ ἀρετή· ἡ μὲν πολεμοῦσα, καταλύεται· ἡ δὲ πολεμουμένη, διαλάμπει μειζόνως. καὶ ἡ μὲν οὐ μετὰ τοὺς ἀγῶνας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσιν ἔχει τὰ βραβεῖα, καὶ ὁ ἆθλος ἔπαθλον αὐτῇ γίνεται· ἡ δὲ, ὅταν νικήσῃ, τότε μᾶλλον καταισχύνεται, τότε κολάζεται, τότε πολλῆς πληροῦται τῆς ἀτιμίας, καὶ πρὸ τῆς ἀποκειμένης αὐτῇ κολάσεως, ἐν αὐτῷ τῷ πράττειν τιμωρουμένη, καὶ οὐχὶ μετὰ τὸ πρᾶξαι μόνον. εἰ δὲ ἀσαφέστερος ὁ λόγος, ἄκουσον τοῦ μακαρίου Παύλου ταῦτα ἀμφότερα διακρίνοντος. γράφων γάρ ποτε Ῥωμαίοις, καὶ τὸν ἀκάθαρτόν τινων ἐκπομπεύων βίον, καὶ δεικνὺς ὅτι καὶ πρὸ τῆς τιμωρίας, ἐν αὐτῇ τῇ πράξει τὴν τιμωρίαν ἡ ἁμαρτία συγκεκληρωμένην ἔχει, μίξεων παρανόμων μνησθεὶς γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν, τῶν τοὺς ὅρους τῆς φύσεως παραβαινόντων, καὶ ἐπιθυμίαν τινὰ ἀλλόκοτον ἐπινοησάντων, οὕτω πως φησίν. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρρενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. τί λέγεις ὦ Παῦλε; καὶ μὴν ἥδονται οἱ ταῦτα τολμῶντες, καὶ μετ᾽ ἐπιθυμίας τὴν παράνομον ταύτην ἐργάζονται μίξιν. πῶς οὖν αὐτοὺς ἔφης κολάζεσθαι ἐν αὐτῷ δὴ τούτῳ; ὅταν τὴν ψῆφον, φησὶν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν νοσούντων,

A autẽ, qui peccant, luget. Ob idq. etiam aiebat, Ne forte cùm venero, humiliet me Deus meus ad vos, & lugeã multos eorũ qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immundicia & fornicatione & impudicitia quam egerunt. Ac rurſus ad eos, qui in certamine verſabantur: Gaudeo & gratulor vobis omnibus. Quocirca, nec eorũ, quæ contigerunt, nec eorũ, quæ tibi denunciantur, quicquã te perturbet. Neque enim fluctus rupem percellunt: verum quo vehementiore impetu in eã irruũt, eo magis ab ea infringuntur ac de medio tolluntur. Quod etiã in iſtis quoq. B contigit, & continget, atq. adeò multò magis. Etenim rupem quidem fluctus haudquaquam percellunt ac labefactant: at te non modò non labefactarunt, ſed etiã firmiorẽ reddiderunt. Ea enim improbitatis, ea virtutis natura eſt. Illa, dum bellũ infert, opprimitur: hæc, dũ bello vexatur, clariùs effulget. Atque hæc non modò poſt certamina, ſed etiã in ipſis certaminib. palmã obtinet, ac certamẽ ipſi certaminis præmiũ efficitur: illa autẽ, cùm vincit, tum maiore pudore ſuffunditur, tum excrucia- C tur, tũ ingenti ignominia perfunditur, atque ante reconditũ ipſi in poſterum ſupplicium, non modò poſt perpetratũ ſcelus, ſed in ipſo etiã opere cruciatur. Quòd ſi obſcurius tibi videtur id quod dico, beatum Paulũ audi, vtraque iſta diſtinguẽtẽ: Ad Romanos enim quondam ſcribẽs, atque impurã & nefariam nonnullorum vitam traducens, oſtendénſq. peccatum, etiã ante illatam pœnam, in ipſa actione adiunctũ ſuppliciũ habere, cùm ſceleratos tũ fœminarum tum virorum, qui præſcriptas à natura leges violauerãt, ac prodigioſam quan- D dam libidinem excogitauerant, coitus cõmemoraſſet, ad hũc modũ loquitur. Nam fœminæ eorũ immutauerunt naturalẽ vſum in eum vſum qui eſt cõtra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Quid ais Paule? An non voluptate afficiuntur, qui hæc audent, atque cum cupiditate flagitioſum hunc diuiniſque legibus interdictum concubitum perpetrant? Quonam igitur pacto eos in hoc ipſo pœnas dare ais? Quòd ſententiam, inquit, non ab ægrotantium voluptate, ſed ab ipſa

2. Cor. 12. 21.

Phil. 2. 17.

Improbitatis pœna.

rerum natura proferam. Quandoquidem etiã adulter, priuſquã pœnas pendat, in ipſo etiam adulterij opere punitur (etiã ſi voluptate affici ſe arbitretur) dum peiorem ac ſceleratiorẽ animam reddit. Sicarius item, prius etiã quàm tribunal ac præacutos gladios proſpiciat, atq. admiſſorũ ſcelerũ pœnas det, in ipſo cædis facinore perijt, vt qui etiã ipſe deteriorẽ ſibiipſi animam effecerit. Quódque in corpore morbus eſt, aut febris, aut hydropiſis, aut aliud eiuſmodi quippiã, & in ferro rubigo, & in lana tinea, & in ligno vermis, & in cornibus ipes, hoc in anima vitium eſt. Seruilem enim atque ſubiectã & ſordidam eam reddit. quid autẽ ſeruilem & ſordidam dico? Brutorũ eam animã efficit, hanc nempe lupi, illam canis, illã ſerpentis, illam viperę, illam cuiuſpiã alius beſtiæ animam eam reddẽs. Idque vt indicarent Prophetæ, mutationémq. ex improbitate contractam omnibus conſpicuam facerent, alius dicebat, Canes muti, nõ valentes latrare, ſubdolos ſcilicet ac veteratores homines aliiſque inſidias clàm ſtruentes rabidis canibus cõparans. Non enim illi, cùm rabie laborant, latrantes impetum faciunt, ſed cõpreſſo clamore accedentes, grauius, quàm ij qui latrant, eos, quos mordent, vulnerant. Alius rurſum cornicem homines quoſdã appellabat. Alius item aiebat, Homo cùm in honore eſſet, nõ intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Is denique qui pluſquam propheta erat, is inquã ſterilis filius, ad Iordanem ſtans, ſerpentes ac viperarum progeniẽ quoſdam nuncupabat. Quidnã igitur huic ſupplicio par eſſe queat, cùm is, qui ad diuinã imaginem conditus, tantóque honore ornatus eſt, illud inquã ratione ac ſumma manſuetudine præditum animal, in tantam feritatẽ prolabitur? Vidiſti quemadmodũ etiam ante ſupplicium improbitas in ſeipſa pœnã habeat? intellige nũc quónã pacto virtus, etiã ante præmia, ipſa ſibi præmiũ ſit? Vt enim in corpore (nil enim prohibet, quo minus eodẽ rurſus exemplo, quod perſpicuitatis plurimũ affert, vtamur) vt inquam, in corpore, is qui ſanus eſt, ac firma valetudine præditus, atque ab omni morbo alienus, etiã ante delicias hoc ipſo nomine in delicijs eſt, vtpote qui coniunctã cum ſanitate voluptatem habeat, atque ita comparatus ſit, vt nec aëris

Vitiũ animæ mors eſt.

Vitioſa anima in brutorũ animã degenerat.
Eſa. 56.

Pſal. 48.

Matt. 3.

Virtus etiã ante præmia ſibi præmiũ eſt.

ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκφέρω φύσεως. ἐπειδὴ καὶ ὁ μοιχὸς καὶ πρὸ τῆς τιμωρίας, ἐν αὐτῷ τῷ μοιχεύειν κολάζεται, κἂν ἥδεσθαι δοκῇ, τὴν ψυχὴν χείρονα ποιῶν καὶ φαυλοτέραν. καὶ ὁ ἀνδροφόνος, πρὶν ἢ δικαστήριον ἰδεῖν, καὶ ξίφη ἠκονημένα, καὶ δοῦναι εὐθύνας τῶν τετολμημένων, ἐν αὐτῷ τῷ φονεύειν ἀπώλετο, πάλιν καὶ αὐτὸς φαυλοτέραν ἑαυτῷ κατασκευάζων τὴν ψυχήν. καὶ ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ σώματος ἀρρωστία, πυρετὸς, ἢ ὕδερος, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, καὶ ἐπὶ σιδήρου ἰὸς, καὶ ἐπὶ ἐρίου σὴς, καὶ ἐπὶ ξύλου σκώληξ, καὶ ἐπὶ κεράτων ἶπες, τοῦτο ἐπὶ τῆς ψυχῆς κακία. καὶ γὰρ ἀνδραποδώδη αὐτὴν ποιεῖ καὶ ἀνελευθέραν. τί λέγω ἀνδραποδώδη καὶ ἀνελευθέραν; ἄλογον αὐτὴν ἐργάζεται ψυχὴν, τὴν μὲν λύκου, τὴν δὲ κυνὸς, τὴν δὲ ὄφεως· τὴν δὲ ἐχίδνης, τὴν δὲ ἑτέρου θηρίου ποιοῦσα. καὶ τοῦτο δηλοῦντες οἱ προφῆται, καὶ τὴν ἐκ τῆς κακίας μεταβολὴν πᾶσι γνώριμον ποιοῦντες, ὁ μὲν ἔλεγε· κύνες ἐνεοὶ, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, τοὺς ὑπούλους τῶν ἀνθρώπων, καὶ λαθραίως ἐπιβουλεύοντας, τοῖς λυττῶσι τῶν κυνῶν παραβάλλων. οὐδὲ γὰρ μεθ' ὑλακῆς, ὅταν λυττῶσιν ἐπέρχονται ἐκεῖνοι, ἀλλὰ σιγῇ προσιόντες, χείρονα τῶν ὑλακτούντων ἐργάζονται τὰς ἀλώσεις. ὁ δὲ κορώνην ἐκάλει πάλιν τινὰς ἀνθρώπους. ὁ δὲ ἔλεγεν, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. ὁ δὲ περισσότερος προφητῶν, ὁ τῆς στείρας υἱὸς, καὶ ὄφεις, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν παρὰ τὸν Ἰορδάνην ἑστὼς τινὰς ὠνόμασεν. τί τοίνυν ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς τιμωρίας, ὅταν ὁ κατ' εἰκόνα θεοῦ γενόμενος, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσας τιμῆς, τὸ λογικὸν καὶ ἡμερώτατον ζῶον, εἰς τοσαύτην καταπίπτῃ θηριωδίαν; εἶδες πῶς καὶ πρὸ τῆς κολάσεως ἐν ἑαυτῇ τὴν τιμωρίαν ἡ κακία ἔχει; μάθε πῶς καὶ ἐν τῇ ἀρετῇ, καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων αὐτὴ ἑαυτῆς ἔπαθλον ἡ ἀρετὴ γίνεται. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ σώματι· οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν τῷ αὐτῷ χρήσασθαι παραδείγματι, πολλὴν ἐργαζομένῳ τὴν σαφήνειαν· ὥσπερ οὖν ἐν τῷ σώματι, ὁ ὑγιαίνων καὶ εὐσωματῶν, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένος ἀρρωστίας, καὶ πρὸ τῆς τρυφῆς αὐτῷ τοῦτο τρυφᾷ, συγκεκληρωμένην ἔχων τῇ ὑγιείᾳ τὴν ἡδονὴν, καὶ οὔτε ἀέρων αὐ-

τὴν ἀνωμαλίαν, οὔτε αὐχμὸς, οὔτε κρυμὸς, οὐδὲ εὐτέλεια τραπέζης, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων λυπῆσαι δυνάιτ' ἄν, ἀρκούσης τῆς ὑγιείας τὴν ἐκ τούτων διακρούσασθαι βλάβην· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς συμβαίνειν εἴωθε. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος μαστιζόμενος, ἐλαυνόμενος, τὰ μυρία πάσχων δεινὰ, ἔχαιρεν, οὕτω λέγων. χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν. οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὃ ἔπαθλον κεῖται τῆς ἀρετῆς· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχειν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο μέγιστον ἔπαθλον, τὸ ὑπὲρ ἀληθείας τι παθεῖν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ χορὸς τῶν ἀποστόλων ἐπανῄεσαν ἐκ τοῦ συνεδρίου τῶν Ἰουδαίων χαίροντες, οὐ διὰ τὴν βασιλείαν μόνον τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ἀτιμασθῆναι. καὶ αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ καθ' ἑαυτὸ μεγίστη τιμὴ καὶ στέφανος, καὶ βραβεῖον, καὶ ἡδονῆς ὑπόθεσις ἀμαράντου. χαῖρε τοίνυν καὶ σκίρτα· οὐ γὰρ μικρὸς ἆθλος, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγας οὗτος ὁ τῆς συκοφαντίας ἐστὶ, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπὶ τοιούτῳ μεγάλῳ ἐγκλήματι γίνηται, ἐφ' ᾧ νῦν ἡμᾶς ἐσυκοφάντησαν, ἐν δημοσίῳ δικαστηρίῳ τὸν ἐμπρησμὸν ἐγκαλοῦντες. διὸ καὶ Σολομὼν τὸ τραχὺ τοῦ ἀγῶνος παραστῆσαι βουλόμενος, εἶδον φησὶ τὰς συκοφαντίας τὰς γινομένας ὑπὸ τὸν ἥλιον, καὶ εἶδον δάκρυον τῶν συκοφαντουμένων, καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς ὁ παρακαλῶν. εἰ δὲ μέγας ὁ ἀγὼν, ὥσπερ οὖν μέγας, εὔδηλον ὅτι καὶ ὁ κείμενος ἐπὶ τούτῳ στέφανος μείζων. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς κελεύει χαίρειν, καὶ σκιρτᾷν τοὺς τοῦτον ἀγωνιζομένους τὸν ἀγῶνα μετὰ τῆς προσηκούσης ὑπομονῆς. χαίρετε γάρ φησι, καὶ σκιρτήσατε, ὅταν εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁρᾷς πόσης ἡδονῆς, πόσου μισθοῦ, πόσης εὐφροσύνης ἡμῖν αἴτιοι οἱ πολέμιοι γίνονται; πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, ἃ μὴ ἠδυνήθησάν σε ἐργάσασθαι ἐκεῖνοι κακὰ, ἀλλ' ὧν τὰ ἐναντία πεποιήκασι, ταῦτα σαυτὴν διαθεῖναι; τί δέ ἐστιν ὅ φημι; ἐκεῖνοι μὲν οὐ μόνον σε δίκην ἀπαιτῆσαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλὰ καὶ ἀφορμήν σοι παρέσχον εὐφροσύνης, καὶ ἡδονῆς ὑπόθεσιν ἀμαράντου· σὺ δὲ οὕτως σαυτὴν κατατείνουσα ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, δίκην σαυ-

A varietas, nec æſtus, nec algor, nec menſæ vilitas, nec quicquã aliud eiuſmodi moleſtiam ipſi afferre poſſit, quòd videlicet ſanitas ijs, quæ inde oriuntur, detrimẽtis propulſandis par ſit: eodem modo in anima quoq. vſu venire conſueuit. Ac propterea Paulus etiã, cùm flagris cæderetur, vexaretur, innumeris malis afficeretur, gaudebat, his verbis vtens, Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis. Non modo, inquã, in cœlorum regno, quod virtuti præmij loco propoſitum eſt: ſed etiã in ipſa calamitatum perpeſſione. Quandoquidẽ iſtud quo- *Coloſſ. 1. 24.*

B que ampliſſimi præmij inſtar eſt, nempe pro veritate incommodo aliquo affici. Ob eámque cauſam Apoſtolorum chorus è Iudæorum concilio lætus rediji, non tantum ob regnum cœlorum, ſed quia digni habiti fuerant pro nomine Ieſu contumeliam pati. Nam & hoc ipſum per ſe ampliſſimus honor, & corona, & præmium eſt, voluptatiſque perpetuæ materia. Gaude igitur & exulta. Non enim paruum, ſed perquàm ingens hoc certamen eſt, nimirũ calumniæ atq. obtrectationis: ac præſertim cum ob tã ingens crimen exiſtit, *Ampliſſimũ præmiũ eſt, pro Chriſto pati.* *Act. 5.*

C cuiuſmodi nunc nobis affinxerunt, in publico nimirũ tribunali nobis incendium obijcientes. Quamobrem etiam Salomõ, certaminis huius atrocitatem declarare cupiens. Vidi, inquit, calumnias quæ fiunt ſub Sole, & lacrymas eorum, qui falſis criminibus premuntur: & non erat qui eos cõſolaretur. Quòd ſi magnum certamen eſt, vt reuera eſt, liquet profectò maiorem quoq. coronam ipſi conſtitutã eſſe. Ac propterea Chriſtus etiã eos gaudere & exultare iubet, qui cum ea, quã adhibere par eſt, patientia hoc certamine funguntur. *Eccl. 4. 1.* *Luc. 6. 22.*

D Gaudere enim, inquit, & exultate, cùm dixerint verbũ omne malũ aduerſum vos, mentientes, propter me: quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Vidéſne quantam voluptatem, quantam mercedẽ, quantã animi oblectationem bella nobis accerſant? An nõ igitur præpoſterum fuerit, quibus te malis illi afficere non potuerunt, imò quibus contraria effecerunt, his teipſam à te mulctari? Quidnã autẽ his verbis volo? Illi non modò pœnã à te expetere non potuerunt: ſed etiam delectationis ac perpetuæ voluptatis anſam tibi porrexerunt. Tu verò ita teipſam præ animi conſternatione premens, ſupplicium de teipſa

ſumis, dum ita confunderis ac perturbaris, atque ingenti mœſtitia impleris. Hęc enim illos facere oportebat, ſi quidem aliquando ſaltem mala ſua agnoſcere vellent. Illos inquam flere ac lugere, erubeſcere, prę pudore ora ſua obtegere atque in terrā ſe abdere æquum erat, ac ne Solem quidem hunc proſpicere, ſed ſeſe in tenebris includentes, tum ſua mala deplorare, tum ea, in quæ tot Eccleſias cōiecerunt. Te verò exultare ac lætitia diffundi conuenit, quia quod virtutum caput eſt, præſtitiſti. Noſti enim, noſti profectò nihil eſſe, quod patientiā adæquare poſſit, verum ipſam potiſſimùm virtutū reginā eſſe, rerum præclarè geſtarum fundamentum, portum tranquillum, in bello pacem, in tempeſtate tranquillitatem, in inſidijs ſecuritatē: quæ eum, qui ipſam ſit conſecutus, adamāte firmiorem reddit, hàncque naturā habet, vt eam nec arma mota, nec inſtructi exercitus, nec adhibita tormenta, nec arcus, nec lanceæ emiſſæ, nec ipſum dæmonum agmen, nec terrificæ aduerſariarum poteſtatum phalanges, nec denique diabolus ipſe cum omnibus ſuis copijs machiniſq. in aciem prodiens detrimento vllo afficere poſſit. Quid igitur extimeſcis? quid excruciaris, cum ipſam quoque vitam, ſi tempus poſtularit, aſpernari diuturna meditatione didiceris? At vrgentium malorum finem videre cupis. Erit quoque iſtud, & quidem breui, Deo concedente. Gaude igitur & oblectare, atque cogitandis tuis rectè factis animum exhilara: nec vnquam deſpera, quin te rurſum videamus, atque horum verborum memoriam tibi refricemus.

Patientia virtutum regina.

A τὴν ἀπαιτεῖς, συγχεομένη, ταραττομένη, πολλῆς πληρουμένη λύπης. ταῦτα γὰρ ἐκείνους ἔδει ποιεῖν, εἴγε ὀψέ γοῦν ποτε τὰ οἰκεῖα ἠβουλήθησαν ἐπιγνῶναι κακά· ἐκεῖνοι πενθεῖν δίκαιοι ἂν εἶεν νῦν, θρηνεῖν, καταδύεσθαι, ἐγκαλύπτεσθαι, κατορύττεσθαι, μηδὲ τὸν ἥλιον τοῦτον ὁρᾷν, ἀλλ' ἐν σκότῳ που κατακλείσαντες ἑαυτοὺς, τότε οἰκεῖα θρηνεῖν κακὰ, καὶ οἷς τοσαύτας ἐκκλησίας περιέβαλον. σὲ δὲ ἀγάλλεσθαι καὶ χαίρειν χρὴ, ὅτι τὸ κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν κατώρθωσας. οἶσθα γὰρ οἶσθα σαφῶς, ὅτι ὑπομονῆς ἴσον οὐδὲν, ἀλλ' αὕτη μάλιστά B ἐστιν ἡ βασιλὶς τῶν ἀρετῶν, ὁ θεμέλιος τῶν κατορθωμάτων, ὁ λιμὴν ὁ ἀκύμαντος, ἡ ἐν πολέμοις εἰρήνη, ἡ ἐν κλύδωνι γαλήνη, ἡ ἐν ἐπιβουλαῖς ἀσφάλεια, ἡ τὸν κατορθωκότα αὐτὴν ἀδάμαντος στερρότερον ποιοῦσα, ἣν οὐχ ὅπλα κινούμενα, οὐ στρατόπεδα παρατατόμενα, οὐ μηχανήματα περισπαζόμενα, οὐ τόξα, οὐ δόρατα ἀφιέμενα, οὐκ αὐτὸ τῶν δαιμόνων τὸ στρατόπεδον, οὐχ αἱ φοβεραὶ φάλαγγες τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, οὐκ αὐτὸς ὁ διάβολος μετὰ πάσης αὐτοῦ παρατατόμενος C τῆς στρατιᾶς καὶ τῆς μηχανῆς, παραβλάψαι δυνήσεται. τί τοίνυν δέδοικας; τίνος ἕνεκεν ἀλγεῖς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν μελετήσασα καταφρονεῖν, ἂν καιρὸς καλῇ; ἀλλὰ λύσιν ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν τῶν κατεχόντων κακῶν; ἔσται καὶ τοῦτο· καὶ ταχέως ἔσται, τοῦ θεοῦ ἐπιτρέποντος. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου, καὶ ἐντρύφα σου τοῖς κατορθώμασι, καὶ μηδέποτε ἀπογνῷς, ὅτι σε ὀψόμεθα πάλιν, καὶ τῶν ῥημάτων σε ἀναμνήσομεν τούτων.

Ad eandem epiſtola VIII.

D

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ η'.

Scilicet hoc fato eram, vt ne tum quidem, cum ab vrbe ſeceſſiſſem, ijs, qui animum noſtrū frangunt ac debilitant, liberarer. Nam qui mihi in via obuiā fiunt, partim ab Oriente, partim ab Armænia, partim ex alia quadam orbis parte, lacrymarum fontes profundunt, cùm nos intuentur, & gemitus edunt, ac toto itinere lamentis nos proſequuntur. Hæc autem idcirco à me commemorata ſunt, vt intelligatis nos multos habere, qui in eodē, quo vos, dolore verſentur. Hoc porro

Οὐκ ἔμελλον ἄρα οὐδὲ τῆς πόλεως ἀναχωρήσας ἀπαλλάττεσθαι τῶν συντριβόντων ἡμῶν τὴν διάνοιαν. οἱ γὰρ κατὰ τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἀπαντῶντες, οἱ μὲν ἐξ ἀνατολῆς, οἱ δὲ ἐξ Ἀρμενίας, οἱ δὲ καὶ ἀλλαχόθεν τῆς οἰκουμένης, πηγὰς ἀφιᾶσι δακρύων, ἡμᾶς βλέποντες, καὶ κωκυτοὺς προσιέασι, καὶ δι' ὀδυρμῶν πᾶσαν παραπεμπόμενοι τὴν ὁδόν. ταῦτα δὲ εἴρηκα, ἵνα μάθητε, ὅτι πολλοὺς ἔχετε συναλγοῦντας ὑμῖν· οὐ μι-

Digitized by Google

φέρει δὲ καὶ τοῦτο εἰς παραμυθίας λόγον. εἰ γὰρ τὸ A ἐναντίον ὡς βαρὺ καὶ ἀφόρητον ὁ προφήτης θρηνῶν λέγει· καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε, καὶ παρακαλοῦντας, καὶ οὐχ εὗρον· εὔδηλον ὅτι τοῦτο πολλὴν φέρει τὴν παραμυθίαν, τὸ κοινωνοὺς ἔχειν τῆς ἀθυμίας τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. εἰ δὲ καὶ ἑτέραν ζητεῖς παραμυθίαν, ἡμεῖς οἱ τὰ τοσαῦτα παθόντες κακὰ, ἐν ὑγείᾳ, ἐν ἀδείᾳ διαγόμεθα, ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ, ἀριθμοῦντες ἡμῶν τὰ παθήματα τὰ ποικίλα καὶ συνεχῆ, τὰς θλίψεις, τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ τῇ μνήμῃ τούτων ἐντρυφῶντες διηνεκῶς. Ταῦτ' οὖν καὶ λογιζομένη αὐτὴ, σκέδασον B τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. ἐπεὶ καὶ νῦν τοῦ κυρίου μου τοῦ ποθεινοτάτου Ἀραβίου ἐπεσταλκότος ἡμῖν, ἐθαύμασα πῶς ἡ σὴ τιμιότης οὐκ ἐπέσταλκε, καί τοι τῆς κυρίας μου τῆς ὁμοζύγου αὐτοῦ, σφόδρα σου φίλης οὔσης. ἐννόει δὲ κἀκεῖνο, ὅτι καὶ τὰ χρηστὰ, καὶ τὰ λυπηρὰ τοῦ παρόντος βίου παροδεύεται ἅπαντα. εἰ γὰρ καὶ στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἀλλ' ὅμως ὁδός. ἀναμνήσω γάρ σε ῥήματος, οὗ πολλάκις διελέχθην πρὸς σέ· εἰ καὶ πλατεῖα ἡ πύλη, C καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἀλλὰ καὶ αὕτη ὁδός. ἀπαλλαγεῖσα τοίνυν τῆς γῆς, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ συνδέσμου τῆς σαρκὸς, διέγειρέ σου τῆς φιλοσοφίας τὸ πτερὸν, μηδὲ ἀφῇς ὑπὸ τῆς σκιᾶς αὐτὸ καὶ τοῦ καπνοῦ (τοῦτο γὰρ τὰ ἀνθρώπινα) βαπτίζεσθαι, ἀλλὰ κἂν ἴδῃς ἐκείνους τοὺς τοσαῦτα εἰς ἡμᾶς παρανομήσαντας, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἔχοντας, καὶ τιμῆς ἀπολαύοντας καὶ δορυφορείας, ἐπίλεγε τὸ ῥῆμα τοῦτο, πλατεῖα ἡ πύλη καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ δάκρυε διὰ ταῦτα μᾶλλον αὐ- D τοὺς καὶ θρήνει. ὁ γὰρ ἐνταῦθα κακόν τι ποιῶν, εἶτα πρὸς τῷ μὴ δοῦναι δίκην καὶ τιμῆς παρὰ ἀνθρώπων ἀπολαύων, μέγιστον ἀπελεύσεται τιμωρίας ἐφόδιον ἔχων τὴν τιμήν. διά τοι τοῦτο καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, χαλεπῶς ἀπετηγανίζετο, οὐ τῆς ὠμότητος μόνης ἕνεκεν, ἣν περὶ τὸν Λάζαρον ἐπεδείξατο, δίκας διδοὺς, ἀλλὰ καὶ τῆς εὐημερίας, ἣν ἐν ὠμότητι τοσαύτῃ διηνεκῶς ἀπολαύων, οὐδὲ ταύτῃ βελτίων ἐγένετο. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· οὐ γὰρ

A ad leniendum dolorem nõ parum momenti affert. Nam cum id quod contrarium eſt, tanquã graue & intolerandum, Propheta deploret, cùm ait, Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaretur, & non fuit, & qui conſolarentur, & non inueni, liquet profectò iſtud magnam conſolationẽ afferre, nimirum orbem vniuerſum mœroris ſocium habere. Quod ſi etiam alteram conſolationem quęris, nos, qui tot ac tanta mala pertulimus, commoda valetudine vtimur, atque in ſecuritate degimus, varias cõtinuáſque noſtras afflictiones & calamitates atque inſidias in ſumma quiete recen- B ſentes, earúmq. recordatione noſipſos perpetua lætitia perfundentes. Hæc igitur ipſa quoque tecum reputans, mœroris nubem diſcute, déque tua valetudine quàm ſępiſſimè ad nos ſcribe. Quandoquidem nunc quoque, cùm chariſſimus dominus meus Arabius ad me ſcripſiſſet, admiratus ſum te nihil ad me literarum miſiſſe: idque cùm domina mea, ipſius vxor, valde te amet. Illud etiam animaduerte, res omnes huiuſce vitæ tam lætas & iucundas, quàm graues ac moleſtas præterire. C Nam etſi arcta porta & anguſta via eſt, at via tamen eſt. (verbum enim illud tibi in memoriam redigam, de quo ſæpe tecum ſum locutus.) Etſi lata porta & ſpatioſa via eſt: tamen hæc quoque via eſt. Quæ cum ita ſint, da operam, vt à terra, imò ab ipſo quoque corporis vinculo te abſtrahas, tuáſque philoſophiæ pennas excites, neque eas ſinas ab vmbra & fumo (id enim res humanæ ſunt) mergi ac premi. Quin potius etiãſi eos, qui tot ſcelera in nos deſignarunt, & ſuis vrbibus frui, & honoribus affici, & ſatellitũ gregibus ſti- D pari videris, iſtud verbum accine, Lata eſt porta & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionẽ: eóſq. ob hoc ipſum magis luge ac deplora. Nam qui hic ſceleris aliquid perpetrat, ac propterea nõ modò nullas pœnas luit, ſed etiã honorem ab hominibus cõſequitur, ita diſcedet, vt huiuſmodi honor maxima ſit illi ſupplicij materia. Ob eámque cauſam diues etiam ille atrocem in modum torrebatur, non crudelitatis duntaxat illius, qua in Lazarũ vſus fuerat, pœnas pendens, ſed etiam florentis ſtatus, quo in tanta inhumanitate per omnem vitę

Pſal. 68. 21

Matth. 7. Via eſt hæc vita.

Timẽda eſt ſcelerũ impunitas.

curſum fruens, ne hinc quidem melior effectus eſt. Hęc aliáque id genus (neque enim

ea tibi vnquam inculcare deſtitimus) tecum ipſa diſſerens, religioſiſſima domina mea, grauem hunc mœroris ſarcinam abijce, déque eo nos fac certiores, vt (quemadmodum etiam priùs ad te ſcripſi) cùm mœrorem tuum literis noſtris leuari perſpectum habuero, crebriùs huiuſmodi pharmacum adhibeam.

A διελίπομεν ταῦτά σοι συνεχῶς ἐπᾴδοντες, διαλεγομένη πρὸς ἑαυτήν, δέσποινά μου θεοφιλεστάτη, ἀπόθου τὸ βαρὺ τοῦτο τῆς ἀθυμίας φορτίον, καὶ δῆλον ἡμῖν τοῦτο ποίησον· ἵν᾽ ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἐπέσταλκα, μαθὼν ὅτι γέγονταί σοί τι πλέον εἰς παραμυθίας λόγον, καὶ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, συνεχέστερον χρήσωμαι τῷ φαρμάκῳ.

Ad eandem epiſt. IX.

Cum viros ac fœminas magno agmine, per vias, per vicos, per vrbes ſeſe effundentes, atque ad noſtri aſpectũ collacrymantes intueor, quo in ſtatu ipſi ſitis animaduerto. Nam cùm ij, qui nũc primùm nos viderunt, mœrore ita frangantur ac debilitentur, vt ne emergere quidem facilè poſſint, verùm, cum eos rogamus & obſecramus atque admonemus, calentiores lacrymarum fontes profundant, dubium profectò non eſt, quin grauior apud vos tempeſtas graſſetur. At quò grauior tẽpeſtas, eò quoque ampliora præmia futura sũt, ſi perpetuò ea cum gratiarum actione ſufferatis, quemadmodum etiam ſuffertis. Nam & gubernatores vehementi vento flãte, ſi vela vltra modũ expãderint, nauim ſubuertunt: ſi autem modicè, &c, vt conuenit, ea ſubuexerint, tutiſſimè nauigant. Quæ cum explorata habeas, religioſiſſima domina mea, ne te mœroris tyrannidi conſtrictam trade, ſed ratione tempeſtatem ſupera. Potes enim iſtud: nec tempeſtas artẽ tuã excedit. Atque ad nos literas, quæ hoc ſignificent, mitte, vt etiam in extera regione degentes, maximam hinc voluptatem percipiamus, cùm te hunc mœrorem, ea, quam abs te adhiberi par eſt, prudentia & ſapientia tuliſſe intellexerimus. Hæc cum iam Cęſarea non longè abeſſem, ad te ſcripſi.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ θ'.

B Ὅταν ἴδω δήμους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κατὰ τὰς ὁδούς, κατὰ τοὺς σταθμούς, κατὰ τὰς πόλεις ἐκχεομένους, καὶ ὁρῶντας ἡμᾶς καὶ δακρύοντας, ἐννοῶ ἐν τίσι τὰ ὑμέτερα. εἰ γὰρ οὗτοι νῦν πρῶτον ἡμᾶς ἑωρακότες, οὕτω κατακλῶνται ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, ὡς μηδὲ ἀνενεγκεῖν ῥᾳδίως, ἀλλὰ ἱκετευόντων ἡμῶν καὶ παρακαλούντων καὶ συμβουλευόντων, θερμοτέρους ἀφιέναι δακρύων κρουνούς, εὔδηλον ὅτι παρ᾽ ὑμῖν σφοδρότερος ὁ χειμών· ἀλλ᾽ ὅσῳ σφοδρότερος ὁ χειμών, τοσούτῳ καὶ μείζονα τὰ βραβεῖα, εἰ διηνεκῶς αὐτὸν εὐχαρίστως ἐνέγκοιτε, καὶ μετὰ τῆς C προσηκούσης ἀνδρείας, ὥσπερ οὖν καὶ φέρετε. ἐπεὶ καὶ κυβερνῆται ἀνέμου σφοδροῦ πνέοντος, ἂν μὲν πέρα τοῦ μέτρου τὰ ἱστία ἀναπετάσωσι, περιέτρεψαν τὸ σκάφος· ἂν δὲ συμμέτρως καὶ ὡς προσήκει ἰθύνωσιν αὐτό, μετὰ ἀσφαλείας πλέουσι πολλῆς. ταῦτ᾽ οὖν εἰδυῖα, δέσποινά μου θεοφιλεστάτη, μὴ ἐκδῷς σαυτὴν τῇ τῆς ἀθυμίας τυραννίδι, ἀλλὰ κράτει τῷ λογισμῷ τοῦ χειμῶνος, δύνασαι γάρ, καὶ οὐ μεῖζόν σου τῆς τέχνης τὸ κλυδώνιον, καὶ πέμπε γράμματα ἡμῖν τοῦτο ἀπαγγέλλοντα, ἵνα καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, D πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην, μαθόντες ὅτι μετὰ τῆς προσηκούσης σοι συνέσεως καὶ φιλοσοφίας ἤνεγκας τὴν ἀθυμίαν ταύτην. ταῦτα ἐγγὺς Καισαρείας λοιπὸν ἐλθὼν ἐπέσταλκά σου τῇ τιμιότητι.

Ad eandem epiſt. X.

At hunc quoque metum à te diſcutias velim, quem ex itinere noſtro concepiſti. Etenim, vt iam antè per literas tibi ſignificaui, corpus nobis, & ſanitatis, & roboris acceſſionem fecit. Siquidem & aër benignè nobiſcum egit,

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ι'.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτό σοι λελύσθω τὸ δέος, τὸ τῆς ὁδοιπορίας τῆς ἡμετέρας. καὶ γὰρ ὅπερ ἔφθην ἐπιστείλας, τὸ σῶμα ἡμῖν εἰς ὑγίειαν καὶ πλείονα ῥώμην ἐπέδωκε. τοῦ τε ἀέρος καλῶς ἡμῖν κεχρημένου,

τῶν τε

Digitized by Google

A τῶν τε ἀπαγόντων ἡμᾶς πᾶσαν ποιουμένων σπουδὴν, ὑπὲρ ὃ βουλόμεθα ἀναπαύειν ἡμᾶς, καὶ ἔργῳ τοῦτο ποιουμένων· μέλλων δὲ ἀπὸ τῆς Νικαίας ἐξιέναι, ταύτην διεπεμψάμην τὴν ἐπιστολὴν, τρίτῃ μηνὸς τοῦ Ἰουλίου. γράφε οὖν ἡμῖν συνεχῶς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. διακονήσεται γάρ σοι πρὸς τοῦτο ὁ δεσπότης μου Περγάμιος, ᾧ σφόδρα τεθάῤῥηκα· μὴ περὶ τῆς ὑγιείας μόνον ἡμῖν δήλου τῆς σῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἐσκεδάσθαι σοι τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος. εἰ γὰρ μάθοιμεν διὰ τῶν γραμμάτων τῶν σῶν τοῦτο, καὶ συνεχέστερον ἐπιστελοῦμεν, ὡς ἀνύοντές τι B πλέον δι' ὧν γράφομεν. εἰ τοίνυν ἐπιθυμεῖς πυκνότητος ἀπολαύειν ἐπιστολῶν, δήλου σαφῶς ἡμῖν ὅτι γίνεταί τι πλέον ἀπὸ τῆς πυκνότητος, καὶ ὄψει μετὰ δαψιλείας τοῦτο παρέχοντας. ἐπεὶ καὶ νῦν, πολλῶν παρελθόντων ἐντεῦθεν, τῶν δυναμένων γράμματα κομίσαι, μὴ δεξάμενος παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος ἐπιστολὴν, σφόδρα ἤλγησα.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ια΄.

C

Ὅσῳ τὰ τῶν πειρασμῶν ἡμῖν ἐπιτείνεται, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς παρακλήσεως ἡμῖν αὔξεται, καὶ χρηστοτέρας ἔχομεν περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας· καὶ νῦν δὲ κατὰ ῥοῦν ἡμῖν ἅπαντα φέρεται, καὶ ἐξ οὐρίας πλέομεν. τίς ἴδεν; τίς ἤκουσεν; ὕφαλοι καὶ σπιλάδες, στρόβιλοι καὶ καταιγίδες καταῤῥήγνυνται· νὺξ ἀσέληνος, ζόφος βαθὺς, κρημνοὶ καὶ σκόπελοι. καὶ διὰ τοιούτων πλέοντες πελάγους, τῶν ἐν λιμένι σαλευόντων οὐδὲν χεῖρον διακείμεθα. ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὴ λογιζομένη δέσποινά μου θεοφιλεστάτη, D ὑψηλοτέρα γίνου τῶν θορύβων τούτων, καὶ τῶν κλυδώνων, καὶ δηλῶσαί μοι καταξίωσον τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. ἡμεῖς γὰρ ἐν ὑγιείᾳ καὶ ἐν εὐθυμίᾳ διάγομεν. καὶ γὰρ καὶ τὸ σῶμα ἡμῖν ἐῤῥωμενέστερον γέγονε, καὶ καθαρὸν ἀναπνέομεν ἀέρα, οἵ τε συναποδημοῦντες ἡμῖν ἐπαρχικοὶ, οὕτω θεραπεύουσιν, ὅτι οὐδὲ οἰκετῶν ἡμᾶς ἀφιᾶσι δεῖσθαι, τὰ οἰκετῶν ποιοῦντες.

& ij, à quibus in exilium auehimur, curam omnem & ſtudium, etiam ſuprà quàm volumus, adhibent, vt nos recreent ac reficiant, penè vt nihil aliud operæ habere videantur. Cùm autem Nicæa diſceſſurus eſſem, hanc epiſtolam ad te dedi, tertia die Iulij. Fac igitur ad nos de tua valetudine quàm ſæpiſſimè ſcribas. Ad eam enim rem operã tibi nauabit dominus meus Pergamius, cuius beneuolentiæ magnoperè confido. Nec verò de tua duntaxat bona valetudine certiores nos facias, verùm illud etiam ſignifices velim, mœroris nubem à te depulſam ac diſſipatam eſſe. Nam ſi hoc ex tuis literis intellexerimus, ſæpius quoque ad te literas dabimus, vt qui ſcribendo aliquid proficiamus. Quamobrem ſi crebras à nobis literas accipere cupis, illud nobis apertè indica, ex frequentibus noſtris literis aliquid commodi promanare: ac videbis nos id muneris largiſſimè preſtituros. Nam nunc quoque, cùm multi, qui literas ad nos afferre poterant, hàc iter facerent, nec epiſtolam à te accepiſſem, ægrè admodum id tuli.

Ad eandem epiſt. XI.

Quò tentationes noſtræ magis ingraueſcunt, hoc etiã magis conſolationes noſtræ augentur, lætioremque de futuris ſpem cõcipimus. Atque nunc etiam omnia nobis ex animi ſentẽtia cedunt: ac ſecundo vento nauigamus. Quis vidit? quis audiuit? Petræ & ſub aquis latẽtia ſaxa, & turbines & procellę cũ fragore ruunt: nox illunis, denſa caligo, præcipitia & ſcopuli: & tamen per eiuſmodi mare nauigantes, nihilo peiore ſtatu ſumus, quàm qui in portu iactantur. Hæc igitur ipſa quoq; cum animo tuo perpendens, domina mea religioſiſſima, hos tumult° ac ſtrepitus ſuperáque tua valetudine fac me quæſo certiorem. Nos enim & commoda corporis valetudine ſumus, & in animi hilaritate degimus. Nam & corpus noſtrũ firmius ac valentius redditũ eſt, & purum aërẽ haurimus: atq; prouinciales ij, qui nobiſcum peregrinantur, ita nos colunt, atque omni officij genere complectuntur, vt ne famulorum quidem operam requirere nos ſinant, cùm ipſi famulorum munia exequantur.

Etenim pro ſuo erga nos amore hoc A munus præripuerunt. Atque vbique ſatellitum manu ſuccingimur: vnoquoque videlicet huiuſce miniſterij nomine beatum ſe prædicante. Vnum id demum moleſtum eſt, quòd te quoque incolumi valetudine eſſe haudquaquam exploratum habemus. Fac itaque iſtud ſciamus: vt hoc etiam nomine in lætitia verſemur, ac domino meo ſuauiſſimóque filio Pergamio ingentes gratias habeamus. Quòd ſi tibi ad nos literas dare placuerit, ipſius opera ad hanc rem vtere. Nam & ſyncerus amicus eſt, nobiſque addictiſſimus: & B tuam modeſtiã ac pietatem maiorem in modum veretur atque obſeruat.

Ad eandem epiſt. XII.

Cum ex eo morbo euaſiſſem, quo in itinere laboraui, cuiuſque reliquias Cæſaream vſque tuli, iamque ad integram valetudinem rediiſſem, ex ipſa Cæſarea hęc ad te ſcripſi. In qua multis mihi adhibitis remedijs melius habui, præſtãtiſſimos nimirum celeberrimóſque medicos nactus, à quibus, non tam artis ſubſidijs, quàm commiſeratione C ac beneuolẽtia curabar. Quorum etiã vnus nobiſcũ vnà ſe profecturum ſpopondit: atque item alij complures ex ijs, qui dignitatibus præditi ſunt. Ac nos quidẽ de rebus noſtris perſæpe ad te ſcripſimus: tu verò (quo etiam nomine te prius accuſaui, rarò id facis. Atque vt intelligas id negligentię tuæ, ac non tabellariorum penuriç tribuendum eſſe, dominus meus, beati epiſcopi Maximi frater, cùm nudiuſtertius veniſſet, ab eóq. literas poſtulaſſem, negauit te ſibi dare voluiſſe: atq. etiã Ti- D grium preſbyterum, cùm item ab eo petijſſet, num quid ad me ſcribere vellet, id quoq. facere recuſaſſe. Itaque hoc ei velim exprobres, ac ſyncero & ardenti noſtro amatori, cæteriſq. omnibus, qui Cum Cyriaco epiſcopo cõſuetudinem habent. Nam de loci commutatione nolim aut ipſi aut cuiquam alij negotium faceſſas. Beneficium accepimus. Fortaſſe enim voluerunt: nec potuerunt. Gloria Deo propter omnia. Neq; enim vnquam in ijs omnibus, quę mihi contingunt, hoc verbum vſurpare deſinam. Eſto autem, iſtud non potuerint.

καὶ γὰρ ἥρπασαν τὸ ἐπίταγμα τοῦτο. διὰ τὸν περὶ ἡμᾶς ἔρωτα· καὶ δορυφορίαν πανταχοῦ, ἑκάστου ἑαυτὸν μακαρίζοντος διὰ τὴν διακονίαν ταύτην. ἓν ἔστιν ἡμᾶς τὸ λυποῦν, τὸ μὴ θαρρεῖν ὅτι καὶ αὐτὴ ἐν ὑγιείᾳ διάγεις. δήλωσον δὴ τοῦτο, ἵνα καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἀπολαύσωμεν εὐφροσύνης, καὶ τῷ κυρίῳ μου δὲ τῷ ποθεινοτάτῳ τέκνῳ ἡμῶν Περγαμίῳ, πολλὰς χάριτας εἰσόμεθα. κἂν ἐθέλῃς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, αὐτῷ πρὸς τοῦτο χρῆσαι, γνησίῳ τε ὄντι, καὶ σφόδρα ἡμῖν ᾠκειωμένῳ, καὶ πάνυ αἰδουμένῳ τὴν κοσμιότητά σου, καὶ τὴν εὐλάβειαν.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ιβ'.

Τὴν ἀρρωστίαν διαφυγὼν, ἣν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπέμεινα, ἧς καὶ τὰ λείψανα εἰς Καισάρειαν ἐκόμισα, καὶ πρὸς τὴν ὑγείαν ἐπανελθὼν λοιπὸν καθαρὰν, ἐπιστέλλω σου τῇ εὐλαβείᾳ ἀπὸ Καισαρείας αὐτῆς, ἐν ᾗ πολλῆς ἀπολαύσας θεραπείας, ῥᾷον διετέθην, ἰατρῶν ἀρίστων, καὶ σφόδρα εὐδοκιμωτάτων, καὶ συμπαθείᾳ καὶ φίλτρῳ μᾶλλον, οὐχὶ τέχνῃ μόνῃ θεραπευόντων ἡμᾶς ἐπιτυχὼν, ὧν θάτερος καὶ συναπελθεῖν ἡμῖν ὑπέσχετο, καὶ ἕτεροι δὲ πλείους τῶν ἐν ἀξιώμασι. καὶ ἡμεῖς μὲν, πολλάκις ἐπιστέλλομεν τὰ καθ' ἡμᾶς· αὐτὴ δὲ, ὃ καὶ ἔμπροσθεν ἐνεκάλεσα, σπανιάκις τοῦτο ποιεῖς. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι ῥᾳθυμίας σῆς ἐστὶ τοῦτο, καὶ οὐχὶ ἡ σπάνις τῶν γραμματηφόρων τοῦτο ποιεῖ, ὁ κύριός μου ὁ ἀδελφὸς τοῦ μακαρίου Μαξίμου τοῦ ἐπισκόπου, πρὸ δύο τούτων ἀπήντησεν ἡμερῶν, καὶ αἰτηθεὶς παρ' ἡμῶν γράμματα, ἔφησε μηδένα βουληθῆναι δοῦναι αὐτῷ· ἀλλὰ καὶ τὸν Τίγριον τὸν πρεσβύτερον αἰτηθέντα παρ' αὐτοῦ μὴ παρασχεῖν. παρακαλῶ ὀνείδισον αὐτῷ τοῦτο, καὶ τῷ γνησίῳ καὶ θερμῷ ἡμῶν ἐραστῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ πᾶσι τοῖς περὶ Κυριακὸν τὸν ἐπίσκοπον. οὐ γὰρ τόπου ἕνεκεν ὥστε ἐναλλαγῆναι, μήτε αὐτῷ, μηδὲ ἄλλῳ μηδενὶ ἐνοχλήσοντες. δεδέγμεθα τὴν χάριν· ἴσως γὰρ ἠβουλήθησαν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν. δόξα τῷ θεῷ πάντων ἕνεκεν· οὐ γὰρ παύσομαι τοῦτο ἐπιλέγων ἀεὶ ἐπὶ πᾶσί μοι τοῖς συμβαίνουσι. ἔστω δὲ, οὐκ ἠδυνήθησαν.

μὴ καὶ γράφειν οὐκ ἠδυνάσθε; πολλὰ εὐχαρίστησον ταῖς κυρίαις μου ταῖς ἀδελφαῖς τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου Περγαμίου, πολλὴν ὑπὲρ ἡμῶν ποιουμέναις σπουδήν· καὶ γὰρ τὸν κύριόν μου τὸν Δοῦκα τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ, σφόδρα παρεσκευάσατε περὶ ἡμᾶς διακεῖσθαι, ὡς σφόδρα κἀκεῖνον ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς ἐκεῖσε ἰδεῖν· καὶ αὐτὴ δὲ συνεχῶς δήλου ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς· ἡμῶν δὲ ἕνεκεν ἀφρόντις ἔσο. καὶ γὰρ ἐν ὑγείᾳ ἐσμέν, καὶ εὐθυμίᾳ, καὶ πολλῆς ἀπολαύομεν τῆς ἀδείας, μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. ἐπιθυμοῦμεν δὲ μαθεῖν, περὶ τῶν κατὰ Κυριακὸν τὸν ἐπίσκοπον, εἰ ἀφείθησαν, καὶ οὐδεὶς ἡμῖν σαφὲς οὐδὲν ἀπήγγειλεν· κἂν τοῦτο ἡμῖν δηλώσατε· εἰπὲ Κυριακῷ τῷ ἐπισκόπῳ, ὅτι λυπούμενος αὐτῷ οὐκ ἐπιστέλλω.

A An etiam ſcribere non potuerunt? At verò dominis meis, cumprimis venerandi epiſcopi ac domini mei Pergamij ſororibus, quæ noſtri cauſa plurimum ſtudij atque operæ ſuſcipiunt, ingentes gratias age. Nam, vt dominus meus Dux ipſius gener propenſiſſimo in nos animo eſſet, effecerunt, adeò vt vehementer ipſe quoque nos illic videre cuperet. Quin tu etiam de valetudine tua, déque ijs, à quibus amamur, ſcribere quæſo ad nos ne intermittas. De nobis autem ſine cura eſto. Nam & valemus & tranquillo atque hilari animo B ſumus, ingentiq. ad hunc vſque diem requie fruimur. De comitibus autem Cyriaci, ſcire auemus, miſsi ne facti ſint. Neque enim quiſquam nobis de ea re perſpicuè aliquid retulit. Quare iſtud quoque nobis ſignificate. Ipſi autem epiſcopo Cyriaco velim hoc dicas me animi mœſtitia impeditum ad eum haud ſcripſiſſe.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ιγ΄.

Μόλις ποτὲ ἀνεπνεύσαμεν εἰς τὴν Κουκουσὸν ἀφικόμενοι, ὅθεν καὶ ἐπιστέλλομεν· μόλις ποτὲ διεβλέψαμεν ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, καὶ τῆς ποικίλης τῶν κακῶν νεφέλης, τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν ἡμᾶς καταλαβόντων. νῦν γὰρ ἐπειδὴ παρῆλθεν τὰ ὀδυνηρά, διηγούμεθά σοι ταῦτα τῇ εὐλαβείᾳ. ὅτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἤμην, οὐκ ἐβουλόμην τοῦτο ποιῆσαι, μὴ σφόδρα σε λυπήσω. τριάκοντα γὰρ σχεδὸν ἢ καὶ πλείους ἡμέρας πυρετοῖς χαλεπωτάτοις διετέλεσα παλαίων, καὶ οὕτω τὴν μακρὰν ταύτην καὶ χαλεπὴν ὁδεύων ὁδόν, καὶ ἑτέραις χαλεπωτάταις ἀρρωστίαις πολιορκούμενος ταῖς ἀπὸ τοῦ στομάχου· λόγισαι τὰ ἐντεῦθεν, οὐκ ἰατρῶν ὄντων, οὐ βαλανείων, οὐκ ἐπιτηδείων, οὐ τῆς ἄλλης ἀνέσεως, Ἰσαυρικοῦ φόβου πανταχόθεν ἡμᾶς πολιορκοῦντος, τῶν ἄλλων κακῶν, ἅπερ ἡ δυσκολία τῶν ὁδῶν τίκτειν εἴωθε, φροντίδος, μερίμνης, ἀθυμίας, ἐρημίας τῶν θεραπευόντων· ἀλλὰ νῦν ἅπαντα ταῦτα λέλυται. εἰς γὰρ τὴν Κουκουσὸν ἐλθόντες, τήν τε ἀρρωστίαν ἅπασαν ἀπεθέμεθα μετὰ τῶν λειψάνων, καὶ ἐσμὲν ἐν ὑγείᾳ καθαρωτάτῃ, τοῦ τε φόβου τῶν Ἰσαύρων ἀπηλλάγημεν, πολλῶν ἐνταῦθα στρατιωτῶν ὄντων, καὶ σφόδρα πρὸς αὐτοὺς παρατεταγμένων,

Ad eandem epiſtola XIII.

Tandem aliquãdo reſpirauimus, cùm C Cucuſum venimus, vnde etiam has literas ſcribimus. Tandem aliquando à fumo, & varijs malorum eorum, quæ nos in via inuaſerunt, nebulis luce conſpeximus. Nunc enim poſteaquam ea, quę dolorem nobis afferebant, effluxerunt, iam tibi ea exponimus. Nam cùm in ipſis adhuc verſarer, hoc facere detrectabam, ne te in magnum mœrorem conijcerem. Triginta enim propemodum dies, aut etiam amplius, cum acerbiſſimis febribus colluctari non deſtiti: atque ita longum hoc & moleſtum iter agebam, aliiſque item grauiſſimis ſtomachi morbis obſeſſus. Iam, quæ ſe- D quuntur, conſidera, nempe cùm nec medici præſtò eſſent, nec balnea, nec res neceſſariæ, nec alia animi leuationes: ac præterea Iſaurorum metus nos vndiq. premeret, aliáque mala, quæ ex itinerũ difficultate naſci cõſueuerunt, hoc eſt cura, ſolicitudo, animi conſternatio, inopia eorũ, à quibus curari poſſem. At nunc omnia hæc euanuerunt. Vt enim Cucuſum venimus, tũ morbũ omnẽ vnà cum reliquijs abiecimus, integerrimámq. valetudine fruimur, tum Iſaurorũ metu defuncti ſumus. quippe cũ multi hic milites ſint, & quidem paratiſſimo animo, vt cum ipſis cõfligant.

Quin rerum quoque neceſſariarum copia nobis vndique affluit (omnibus nimirum ſumma cum beneuolentia nos excipientibus) etiamſi alioqui deſertiſſimus omnino hic locus ſit. At caſu quodã dominus meus Dioſcorus hîc erat, qui etiam famulum dedita opera Cæſaream miſit, rogatum atque obſecratum, ne domui ſuæ alteram anteferrem. Aliique item plures idem fecerunt. Verùm hanc alijs præferendam neceſſariò mihi exiſtimaui. Itaque apud eum diuertimus. Atque ipſe nobis quiduis eſt: ita vt ob ingentem ipſius liberalitatem & largitatem, qua erga nos vti cupit, perpetuò cum eo expoſtulemus. Quippe noſtra cauſa etiam ex ædibus ſuis in villam migrauit, vt nos omni officij genere cõplecteretur. Atque inſuper domum nobis ad tolerandam hyemem idoneam extruit, pro eâque re nihil non agit ac molitur. Denique nullum omnino officij erga nos genus ab eo prætermiſſum eſt. Adhæc plerique alij procuratores & rerum adminiſtratores, dominis id ipſis per literas imperantibus, ſubinde huc accedunt, parati quauis ratione nos reficere ac recreare. Hæc autem omnia idcirco commemoraui, atque alia quidem, hoc eſt priora, defleui, alia autem, hoc eſt læta & iucunda, tibi expoſui, vt ne quis temerè nos hinc emoueat. Nã ſi ij, qui nos beneficio afficere cupiunt, arbitrij hoc noſtri faciant, vt, quo loco velimus, nobis eſſe liceat, nec rurſum nobis alterum locum, arbitratu libitúque ſuo aſſignaturi ſint, hoc beneficium accipe. Sin autem nos hinc amotos in alterum locum ablegaturi ſunt, nobiſque rurſum iter ſubire, ac peregrinari neceſſe eſt, mihi ſanè hoc longè grauius acerbiúſque fuerit. Primùm enim illud metuendum eſt, ne nos in longinquiorem aut in aſperiorem locum ducant. Deinde itineris moleſtiam ſexcentis exilijs grauiorem eſſe duco. Siquidem peregrinationis huiuſce difficultas ad ipſas mortis portas nos detulit, núncque, Cucuſi degentes, perpetua ſeſſione ac quiete nobis met recreamus, atque coortæ nobis in tam diuturno tempore ærumnæ, confractiſque noſtris oſſibus, & fatigatæ carni, quietis ope ac ſubſidio medemur. Affuit etiam domina mea Sabiniana diaconiſſa eodem ipſo die quo venimus,

[A] quò nos grauiſſima cura leues. Nam quòd nunc ob morbum tuum haud leui mœſtitia afficiamur, ne ipſa quidem ignoras. Quapropter, cùm curam eam, qua nunc premimur, exploratam habeas, id, quod abs te petimus, facere ſtude. Quanquam ad hoc præſertim nihil eſt cur te cohorter. Neque enim dubito, quin quoties, quibus des, nacta fueris, toties ad nos ſcriptura ſis.

Carteriæ XXXIV.

[B] Iſtud quoque pro cætera tua charitate animiq. ſolicitudine, atque ingẽti erga nos beneuolentia abs te factũ eſt, quòd non ſolùm polyarchium miſiſti, verùm etiã illud ſpectaſti, quonã pacto nobis vſui eſſe poſſit: proindéque ipſi tum nardinum, tum muſteum oleum admiſcuiſti, quod ipſi⁹ ſiccitati ex lõgo itinere contractæ mederetur. Quin hoc quoq. nomine tuã erga nos beneuolentiã ſummopere admirati ſumus, quòd ipſamet hoc effeciſti, ac non alijs quibuſdã id efficiendum mandaſti, atque vt probè potius ac ſcitè, quàm vt feſti[C]nanter fieret, operã dediſti. Ob eámq. cauſam gratias tibi agimus, hoc vno duntaxat nomine te accuſantes, quòd, id quod maximè optabamus, per literas minimè miſiſti, hoc eſt iucundũ de tua ſanitate nuncium. Queẽadmodum autem idcircq anxio animo ſumus, quòd, num morbus tuus euulſus ſit, haudquaquam compertum habemus: eodem modo, ſi primo quoque tempore nobis literas miſeris, quibus eũ profligatum & extinctũ eſſe intelligamus, maximo nos beneficio deuinxeris. Cum igitur minimè neſcias, quàm vehementer intelligere cupiamus, te ex hac aduerſa valetudine iam emerſiſſe, hanc quæſo [D] voluptatem nobis largire: quæ in hac grauiſſima & moleſtiſſima ſolitudine & obſidione non paruam nobis conſolationem allatura eſt.

Alphio XXXV.

Velim tibi Deus ſynceræ atque ardentis ac puræ & ab omni ſimulatione alienæ, firmæque & conſtantis erga nos charitatis, tum in hac præſenti vita, tum in futuro æuo, præmium tribuat. Nec enim parua tuæ erga

[A] ἵνα βαρυτάτης ἡμᾶς ἀπαλλάξαι ποιήσῃς φροντίδος. ὅτι γὰρ καὶ νῦν οὐκ ἐν μικρᾷ καθεστήκαμεν ἀθυμίᾳ τῆς ἀῤῥωστίας ἕνεκεν τῆς σῆς, οὐδὲ αὐτὴ ἀγνοεῖς. εἰδυῖα τοίνυν τὴν φροντίδα ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν, ὅπερ παρεκαλέσαμεν ποιῆσαι σπούδασον, εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδὲν ἔδει εἰς τοῦτο δεῖ παρακλήσεως· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι ὅσων ἂν ἐπιτύχῃς γραμματηφόρων, οὐ παύσῃ δι' ἑκάστου ἡμῖν ἐπιστέλλουσα.

Καρτερίᾳ λδ'.

[B] Καὶ τοῦτο τῆς ἀγάπης τῆς σῆς τῆς μεμεριμνημένης ψυχῆς τῆς σφοδρᾶς περὶ ἡμᾶς διακειμένης, τὸ μὴ μόνον ἀποστεῖλαι τὸ πολυάρχιον ἀλλὰ καὶ σκοπῆσαι ὅπως ἂν γένοιτο χρήσιμον παρασκευασθεῖναί τε αὐτῷ τό, τε νάρδινον καὶ τὸ γλεύκινον ἔλαιον, διορθοῦντα αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας ξηρότητα· καὶ τὸ αὐτὴν καὶ κατασκευάσαι τοῦτο, καὶ μὴ ἑτέροις ἐπιτρέψαι· καὶ μὴ τῆς ταχύτητος γενέσθαι, ἀλλὰ τοῦ γενέσθαι σπουδαῖον αὐτὸ, καὶ τοῦτο μάλιστα ἐκπλήττεσθαι [C] ἡμᾶς τὴν διάθεσιν τὴν περὶ ἡμᾶς πεποίηκε. διὰ τοῦτό σοι χάριτας ὁμολογοῦμεν ἓν μόνον ἐγκαλοῦντες, ὅτι ὃ μάλιστα περισπούδαστον ἦν ἡμῖν, τοῦτο οὐκ ἔπεμψας διὰ τῶν γραμμάτων, τὰ εὐαγγέλια λέγω τῆς σῆς ὑγείας. καὶ ὡς νῦν ἐν φροντίδι καθεστήκαμεν, οὐκ εἰδότες οἷα τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἔσχηκε τῆς σῆς· οὕτως ἂν διὰ τάχους ἡμῖν πέμψῃς γράμματα ἀπαγγέλλοντα ἡμῖν, ὅτι λέλυται τὰ τῆς νόσου, τὰ μέγιστα ἡμῖν χαριῇ. εἰδυῖα τοίνυν ὅπως σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν μαθεῖν, ὅτι δὴ ἐκ τῆς ἀσθενείας ταύτης ἀνήνεγκας, χάρισαι ἡμῖν ταύτην τὴν εὐφροσύνην, ἐν τῇ χαλεπωτάτῃ ταύτῃ ἐρημίᾳ [D] τε καὶ πολιορκίᾳ οὐ μικρὰν ἐσομένην ἡμῖν παράκλησιν.

Ἀλφίῳ λε'.

Ὁ θεός σοι τὸν μισθὸν δώῃ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς γνησίας καὶ θερμῆς περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, τῆς εἰλικρινοῦς, καὶ ἀνυποκρίτου, τῆς ἀκινήτου, καὶ ἀπερίτρεπτου. οὐ γὰρ μικρὰ δείγματα τῆς

περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, καὶ ταῦτα ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, ἐπεδείξω κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ἀλλὰ καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. διὰ τοῦτό σοι χάριτας ἴσμεν, καὶ συνεχῶς ἐπιστέλλειν βουλόμεθα, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα ὁσάκις ἂν βουλόμεθα, γράφομεν δὲ ὁσάκις ἂν δυνάμεθα. οἶσθα γὰρ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λῃστρικῶν γινομένην ἐν ταῖς ὁδοῖς δυσκολίαν. μὴ τοίνυν νομίσῃς ῥαθυμεῖν ἡμᾶς, ὅταν μακρὰν σιγήσωμεν σιγὴν, ἀλλὰ τῇ ἐνδείᾳ τῶν γραμματοφόρων τοῦτο λογίζου, μὴ τῇ ὀλιγωρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ· ὡς εἴγε δυνατὸν ἦν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, οὐκ ἂν ὠκνήσαμεν πυκνὰ πέμποντές σοι γράμματα. ἡμῖν γὰρ ἑαυτοῖς ἐχαριζόμεθα, τὴν ὀφειλομένην σοι πρόσρησιν συνεχέστερον ἀποδιδόντες. ταῦτ' οὖν εἰδὼς, γράφε ἡμῖν συνεχῶς καὶ αὐτὸς τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. ὅπερ ἔφης ἀπεσταλκέναι ἡμῖν, τοῦτο οὐδεὶς ἐκόμισεν ἐνταῦθα, ἀλλ' ὑπέστρεψεν ὁ ἔχων διὰ τὸν τῶν λῃστῶν φόβον. πλὴν παρακαλοῦμέν σε μὴ ποιεῖν τοῦτο, μηδὲ δυσκολίας σαυτῷ παρέχειν καὶ πράγματα. τὰ γὰρ μεγάλα σου δῶρα, τὸ γνήσιόν σου καὶ θερμὸν τῆς διαθέσεως, οὗ διηνεκῶς ἀπολαύοντες, ἐντρυφῶμεν ἀεὶ τῇ μνήμῃ τῆς σῆς ἀγάπης.

A nos beneuolentiæ documenta, ídque tanto à nobis locorum interuallo diſiunctus, exhibuiſti, domine mi honoratiſſime ac generoſiſſime, verùm & multa & præclara. Eóque nomine gratias tibi habemus, & perpetuò ad te ſcribere cupimus: verùm, quoties volumus, minimè fit poteſtas. Nec enim te fugit quanta ex hyeme ac prædonum impetu & inſidijs itinerum difficultas oriatur. Quapropter cùm diuturno tempore ſilemus, ne id negligentia noſtra fieri exiſtimes, verùm tabellariorum inopiæ iſtud, non ſocordiæ noſtræ B aſcribas. Nam alioqui, ſi quàm ſæpiſſime ad te ſcribendi facultas offerretur, frequentius ad te literas dare minimè nos piguiſſet. Siquidem nobiſmet gratiſſimum facimus, cùm debito tibi ſalutationis munere perfungimur. Quæ cùm ita ſint, tu quoque de tua valetudine ad nos ſcribere ne intermitte. Quòd autem te nobis miſiſſe ſcribis, hoc nemo huc attulit, verùm qui id afferebat, prædonum metu perterritus, pedem retulit. Cæterùm ſi me amas, ne hoc facias, ne difficultates atque negotia tibi ipſi exhibeas. Siquidem ingen- C tium donorum ac beneficiorum loco ſynceram atque ardentem tuam beneuolentiam duco: quam cùm ſemper obtineamus, ex charitatis tuæ recordatione mirificã quandam ac perpetuam voluptatem capimus.

Μάρωνι πρεσβυτέρῳ καὶ μονάζοντι λϛ'.

Ἡμεῖς τῇ μὲν ἀγάπῃ συνδεδέμεθά σοι καὶ τῇ διαθέσει, καὶ ὡς παρόντα σε ἐνταῦθα οὕτως ὁρῶμεν. τοιοῦτοι γὰρ τῆς ἀγάπης οἱ ὀφθαλμοὶ, οὐχ ὁδῷ διακόπτονται, οὐ χρόνῳ μαραίνονται. ἐβουλόμεθα δὲ καὶ συνεχέστερον ἐπιστέλλειν τῇ εὐλαβείᾳ σου, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι ῥᾴδιον, διά τε τὴν τῆς ὁδοῦ δυσκολίαν, καὶ τὴν ἀπορίαν τῶν ὁδοιπόρων, ἡνίκα ἂν ἐξῇ προσαγορεύομέν σου τὴν τιμιότητα· καὶ δῆλόν σοι ποιοῦμεν, ὅτι διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης σε ἔχομεν, ἐν τῇ ψυχῇ τῇ ἡμετέρᾳ περιφέροντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν. δήλου τοίνυν καὶ αὐτὸς ἡμῖν συνεχέστερον τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς, ἵνα καὶ τῷ σώματι κεχωρισμένοι, μανθάνοντες τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, εὐθυμότεροι γινώμεθα, καὶ πολλὴν ἐν

Maroni presbytero monacho XXXVI.

Nos charitatis quidem ac beneuolentiæ vinculis tecum aſtringimur, ac te, vt hîc præſentem intuemur. Eiuſmodi quippe charitatis oculi ſunt, vt nec vllis viarũ ſpatijs interrumpantur, D nec temporis diuturnitate debilitẽtur. Cuperemus autẽ crebriùs quoque ad te literas dare. Verùm quoniam id, tum ob itineris difficultatẽ, tum ob eorum, qui iter faciunt, raritatem haud facilè eſt, quoties licet, te ſalutamus, tibique illud ſignificamus, nos tui nunquã non meminiſſe, téque animo noſtro atque cogitatione, quocumque tandem in loco ſimus, circumferre. Cura igitur tu quoque, vt de tua valetudine quàm ſæpiſſimè certiores fiamus, quò, licet corpore ſemoti, de tua valetudine ſubinde aliquid audientes, alacriore animo ſimus, ingentémque, etiam in

ſolitudine ſedentes, conſolationem A capiamus. Nec enim parua voluptate afficimur, cùm te optimè valere audimus. Ante omnia autem illud te oro, vt pro nobis preces ad Deum adhibeas.

Tranquillino Epiſcopo. XXXVII.

c

Reuerendiſſimum dominum meum epiſcopum Seleucum, vt relicta domo huc ſe conferret, noſtri deſiderium ad nos excitauit: vt autem hinc rurſus domum rediret, tui amor. Nam hic eum induxit, vt & hyemem, & itineris difficultatem, & grauiſſimũ morbum con- B temneret. Collaudato itaque ipſius amore ac ſtudio, domine mi præſtantiſſime, diuturnæ huius ærũnæ præmium ipſi repẽde, hanc nimirum, quam ſoles, charitatem erga eum oſtẽdens. Quandoquidem nos etiam eum ad tuas manus, velut ad tranquillum quendam portum, trãſmiſimus, quippe qui tuam comitatem, ac ſynceram & feruentem ac firmam atque conſtantẽ charitatem compertam habeamus. Ac ſi quiſpiam iſtinc veniat, idq. factu facile ſit, de tua valetudine velim ad nos ſcribas. Eupſy- C chius enim ad nos haud quaquã nunc acceſſit. Ob idque nec quicquã ex ijs, quæ, cùm nuper ad nos ſcriberes, dicturum illum aiebas, ſcire potuimus, quòd videlicet ipſe nuſquam appareat. Hæc igitur cùm tibi minimè ignota ſint, tũ ea, quę per eum nuper nobis ſignificanda curaueras, tum ſi quid aliud amplius nos ſcire neceſſe ſit, nunc ſaltem fac intelligam: ac de tua valetudine, quæ nobis ſummæ curæ eſt, & de qua, cùm perpetua ſolicitudine laboremus, perpetuo quoque audire cupimus, aliquid nobis ſignifica. D

Hymetio, Archiatro XXXVIII.

Etſi minimè crebrò ad te literas dedimus, at perpetuò tamen memoria te geſtamus, vt qui acerrimi tui ac probi & ſynceri amoris ingens paucis diebus documentum ceperimus. Eoque nomine reuerendiſſimum dominum meum Epiſcopum Seleucum ad tuas manus, non ſecus atque in portum, tranſmittimus. Nam ipſe grauiſſima tuſſi vexatur, quã etiam infeſtius anni tempus auget, grauioremque reddit.

A ἐρημίᾳ καθήμενοι δεχώμεθα τὴν παράκλησιν. οὐ μικρὰν γὰρ εὐφροσύνην κομίζει τὸ ἀκούειν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ πρὸ πάντων εὔχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν παρακλήθητι.

Τραγκυλλίνῳ ἐπισκόπῳ λζ'.

Τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον ἐπίσκοπον Σέλευκον οἴκοθεν μὲν ὁ περὶ ἡμᾶς ἀνέστησε πόθος, ἐντεῦθεν δὲ ὁ τῆς σῆς ἀγάπης ἔρως. ἔπεισεν αὐτὸν καὶ χειμῶνος κατατολμῆσαι, καὶ δυσκολίας ὁδοῦ, καὶ ἀρρωστίας χαλεπω- B τάτης ἀνέπεισεν. ἐπαινέσας τοίνυν αὐτὸν δέσποτά μου τιμιώτατε τοῦ φίλτρου τῆς σπουδῆς, ἀπόδος αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν τῆς μακρᾶς ταύτης ταλαιπωρίας, τὴν εἰωθυῖαν περὶ αὐτὸν ἀγάπην καὶ νῦν ἐπιδειξάμενος. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ὡς εἰς λιμένα αὐτὸν ἀκύμαντον εἰς τὰς σὰς παρεπέμψαμεν χεῖρας, εἰδότες σου τὴν πολλὴν φιλοφροσύνην, τὴν γνησίαν ἀγάπην, τὴν θερμήν, καὶ ἀκλινῆ, καὶ ἀπερίτρεπτον. κἂν ἀφίκηταί τις ἐκεῖθεν, καὶ ῥᾴδιον γένηται, καὶ ἐπιστεῖλαι ἡμῖν παρακλήθητι τὰ πε- C ρὶ τῆς ῥώσεώς σου. Εὐψύχιος γὰρ εἰς τὸ παρὸν οὐκ ἀπήντησε. διὸ οὐδὲ μαθεῖν ἠδυνήμεθα ὧν ἔφης ἐκεῖνον ἐρεῖν πρὸς ἡμᾶς ἐπιστέλλων, διὰ τὸ μηδαμοῦ τὸν ἄνθρωπον φαίνεσθαι. ταῦτ' οὖν εἰδώς, ἐκεῖνά τε ἅπερ δι' ἐκείνου πρὸς ἡμᾶς ἐδήλωσας, καὶ εἴ τι πλέον ἡμᾶς γνῶναι ἀναγκαῖον, νῦν γοῦν γνωρίσαι ἡμῖν παρακλήθητι, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας σήμανε τῆς σῆς, τῆς σφόδρα ἡμῖν περισπουδάστου, καὶ ὑπὲρ ἧς ἀεὶ μεριμνῶντες, ἀεὶ μανθάνειν ἐπιθυμοῦμεν. D

Ὑμετίῳ ἀρχιάτρῳ λη'.

Εἰ καὶ μὴ συνεχῶς ἐπεστάλκαμεν τῇ τιμιότητί σου, ἀλλὰ συνεχῶς σε ἐπὶ μνήμης ἔχομεν, πεῖραν σου τῆς σφοδροτάτης, τῆς σπουδαίας, τῆς γνησίας φιλίας πολλὴν ἐν ἡμέραις ὀλίγαις λαβόντες. διὰ τοῦτο καὶ τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον ἐπίσκοπον Σέλευκον ὡς εἰς λιμένα τὰς σὰς παρεπέμπομεν χεῖρας. καὶ γὰρ ὑπὸ βηχὸς πολεμεῖται χαλεπωτάτης, ἣν ἡ τοῦ ἔτους ὥρα σφοδροτέραν ἐπιτείνει, καὶ χαλεπωτέραν ποιεῖ.

...καταμαθὼν τοίνυν, ὦ δέσποινά μου τιμιωτάτη, τοῦ νοσήματος τὴν φύσιν, ἐξαρπάσαι αὐτὸν τοῦ κλυδωνίου πειράθητι, τῇ τῆς ἀῤῥωστίας βλάβῃ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης τῆς σῆς ἐπιτειχίσασα δύναμιν, δι' ἧς πολλοὺς πολλάκις κινδυνεύσαντας ὑπὸ τοιούτων κυμάτων ὑποβρυχίους γενέσθαι, τοῦ ναυαγίου ταχέως ἀπήλλαξας.

A Cùm igitur morbi naturã perſpectam habeas, domine mi cũprimis venerãde, da operam, vt eum ex hac tempeſtate eripias, morbi nimirum incommodo artis ac doctrinæ tuæ vim opponẽs, cuius ope atque adiumento multos ſæpe, cùm in idẽ periculũ veniſſent, ne eiuſmodi fluctibus obruerentur, è naufragio ſtatim exemiſti.

Χαλκιδίᾳ λθ'.

Οἶδα τὴν ἀγάπην ἣν ἔχεις περὶ ἡμᾶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ὅτι ἀκμάζουσαν αὐτὴν διατηρεῖς, καὶ ὅτι αὐτῇ καὶ προσθήκας ἐργάζῃ, καὶ οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὴν εἴασας ἀμαυροτέραν γενέσθαι ἀπὸ τοῦ χωρισμοῦ, καὶ τοῦ τοσούτου χρόνου, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὴν ἀνάπτεις. οἶδα καὶ ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς δέχῃ τῆς εὐφροσύνης τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ ὅτι καὶ γράφουσα καὶ σιγῶσα ὁμοίως περὶ ἡμᾶς διάκεισαι, πολλὴν τοῦ πράγματος καὶ ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ τὴν πεῖραν εἰληφώς. διὸ δὴ παρακαλοῦμεν τὴν τιμιότητά σου καὶ περὶ ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι· πολλὰ γὰρ ἐνέχυρά σου τῆς γνησίας ἀγάπης ἔχομεν, πολλὰ ὑπομνήματα. διὸ καὶ ἐν τῇ ψυχῇ σε διηνεκῶς περιφέρομεν, ἐγκολαψάμενοι ἡμῶν τῇ διανοίᾳ, καὶ τὴν μνήμην σου ἄληστον ἔχομεν, κἂν μὴ διηνεκῶς γράφωμεν, διὰ τὴν σπάνιν τῶν γραμματηφόρων ἐγκοπτόμενοι. ταῦτ' οὖν εἰδυῖα κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη, γράφε καὶ αὐτὴ συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μὴ δεχώμεθα γράμματα, τοὺς ἐκεῖθεν ἐρχομένους συνεχῶς ἐρωτῶμεν τοῦτο. βουλόμεθα δὲ καὶ παρὰ τῆς κοσμιότητος τῆς σῆς συνεχῶς δέχεσθαι ἐπιστολὰς, εὐαγγελιζομένας ἡμᾶς τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς.

Chalcidiæ XXXIX.

Charitatem eam, quam iam inde ab initio erga nos habes, noui: quódq; B florentẽ eam atque integram retineas, atque adeo cumulatiorẽ ſubinde reddas, eámque, ob diſiunctionẽ noſtram, tantúmque temporis ſpatium, non modò obſcurari non ſinas, ſed etiam magis inflammes. Quin illud quoque ſcio, te literas noſtras magna cum animi voluptate accipere. Atque illud item, te, ſiue ſcribas, ſiue taceas, eodem tamen ſemper animo erga nos eſſe. Id enim, & multis in rebus, & ſæpe ſum expertus. Quamobrem te oro, vt eundem erga nos animum retinere pergas. Siquidem ſynceri tui amoris multa pignora, mul- C ta monimenta habemus. Ex quo efficitur, vt te tanquam in animo noſtro inſculptã perpetuò circumferamus, tuiq; memoriam ita teneamus, vt nulla obliuione deleri poſſit: etiãſi alioqui haud perpetuò ſcribamus, quòd tabellariorum inopia nobis ad eam rem impedimento ſit. Hæc igitur cum non te fugiant, ornatiſſima & religioſiſſima domina mea, ſubinde quoque ipſa de tua valetudine ad nos ſcribe. Quanquam enim nos, cùm nullæ nobis abs te literę redduntur, eos, qui iſtinc veniunt, de hac re ſemper ſciſcitamur: tamen à te D quoque literas, quę de tuæ valetudinis ſtatu læta nobis nuncient, perpetuò accipere auemus.

Ἀσυγκριτίᾳ μ'.

Οἶδα ὅτι ἐν πολλῇ θλίψει καθέστηκας νῦν, ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο οἶδα, οὕτως κἀκεῖνο ἐπίσταμαι, ὅτι πολύς σοι ἐκ τῶν θλίψεων τούτων ἀναμένει μισθὸς, καὶ μεγάλη ἀμοιβὴ καὶ ἀντίδοσις κεῖται. εἰ γὰρ καὶ ἀθυμία· ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ὠφελοῦσα, καὶ πολλὰ τὰ βραβεῖα προξενοῦσα. ταῦτ' οὖν εἰδυῖα καὶ λογιζομένη, μα-

Aſyncritiæ XL.

Te in magna calamitate nuñc verſari minimè me fugit. At quemadmodum hoc minimè me fugit, ſic ne illud quidem, ingentem pro his calamitatibus mercedem atque amplum præmium & remunerationem manere. Mœror etenim animæ vtilitatẽ affert, eique præmia multa conciliat. Hæc igitur ſciens atque conſiderans, maxi-

mam hinc conſolationẽ carpe: teque ita cõpara, vt non calamitatũ duntaxat acerbitas tibi ob oculos verſetur, verũ etiã lucrũ illud & emolumẽtum, quod ex ijs colligitur, ac ſubinde ad nos de tua valetudine ſcribe. Neque enim leui dolore affecti ſumus, cùm te aduerſa valetudine eſſe accepimus. Eóque nomine, etiam atque etiã, ac magna cum celeritate ſcire cupimus, num de grauitate aliquid remiſerit: quò ea cura, quam hinc concepimus, leuemur.

A γίστην ἐντεῦθεν καρποῦ παράκλησιν, μὴ τὸ ὀδυνηρὸν μόνον ὁρᾶσθαι τὴν θλίψεων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τούτων συναγόμενον κέρδος, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. ἐπεὶ καὶ νῦν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, ἀκούσαντές σε ἀῤῥωστεῖν. διὸ καὶ σφόδρα ἐπιζητοῦμεν μαθεῖν μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, εἰ ῥᾷόν σοι διετέθη τὰ τῆς ἀῤῥωστίας, ὥστε τῆς ἐπὶ ταύτῃ φροντίδος ἀπαλλαγῆναι.

Valentino XLI.

B Tertiam hanc epiſtolam mitto, cùm ipſe à te nullã acceperim. Verùm quòd magna cum animi voluptate literas noſtras acceperis, eúmque, qui eas reddidit, quo decebat honore affeceris, atq. itẽ id omne, quod tuarũ partiũ erat, in ijs rebus, quæ tantã opem ac potẽtiam requirebant præſtiteris, intelleximus, nec quicquã horũ nobis obſcurũ fuit. Interim tamen nullam epiſtolã accepimus. Ac ſi quidẽ alius ex ijs, qui minus generoſo animo ſunt, huiuſmodi ſilentio vſus fuiſſet, ita exiſtimauiſſemus, eũ excuſationis cauſa negotiorũ molem C pretẽdere. Cùm autẽ mentis tuæ ſublimitatem charitatiſq. feruorẽ ac ſynceritatẽ & puritatem atq. conſtantiã exploratam habeamus, adduci non poſſumus, vt hac excuſatione contẽti ſimus. Nec item ea re te nobis purgare queas, quòd illic minimè cõmoreris. nam illud quoq. nobis cõpertum eſt. Verùm hac vna duntaxat te diuturni ſilẽtij tui conſolationẽ capiemus, ſi animũ in poſterum induxeris, id, quod antehac abs te neglectum eſt, cõpenſare, quàm plurimáſq. ab iſta lingua, ex qua mel manat, D fuſas literas mittere, quæ nobis valetudinis tuæ ſtatũ certò exponant. Quanquàm enim in ſolitudine ſedemus, grauiq. obſidione, atque innumeris acerbitatibus vndiq. cincti ſumus: de te tamen in cura & ſolicitudine eſſe nõ deſinimus, ſingulíſq. diebus, vt ſe res tuæ habeant, percunctamur. Quamobrem ne ab alijs, verùm abs te, cuius nobis dulcis ac perquam ſuauis beneuolẽtia eſt, hæc intelligamus, ſubinde quæſo de tua valetudine ad nos ſcribe. Nihil enim erit, quod non à te accepiſſe exiſtimemus, ſi epiſtolas, quæ lætum hunc nobis nuncium ferant, acceperimus.

Βαλεντίνῳ μα'.

B Τρίτην πέμπω ταύτην ἐπιστολὴν, οὐδεμίαν αὐτὸς δεξάμενος παρὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς· ἀλλ' ὅτι μὲν μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης ἐδέξω ἡμῶν τὰ γράμματα, καὶ τὸν ἐγχειρίσαντα ταῦτα τῆς σοι πρεπούσης ἐποίησας ἀπολαῦσαι τιμῆς, καὶ τὰ παρὰ σαυτοῦ πάντα εἰσήνεγκας, ἐν οἷς ἐδεῖτό σου τῆς δυνάμεως, ἔγνωμεν, καὶ οὐδὲν ἡμᾶς τούτων ἔλαθεν· ἐπιστολὴν δὲ οὐδεμίαν ἐκομισάμεθα. καὶ εἰ μὲν ἄλλος τις ἦν τῶν οὐ σφόδρα γενναίων ὁ σιωπήσας τοσοῦτον, ἐνομίσαμεν ἂν αὐτοῦ C πρόφασιν εἰς ἀπολογίαν εἶναι τὸν τῶν πραγμάτων τὸν ὄχλον. ἐπειδὴ δέ σου τὸ ὑψηλὸν τῆς διανοίας ἴσμεν, τὸ θερμὸν τῆς ἀγάπης, τὸ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς, τὸ διαρκὲς, τὸ μόνιμον, οὐκ ἂν δεξαίμεθα ταύτην τὴν ἀπολογίαν, οὐδ' αὖ τὸ, μὴ ἐκεῖσε διατρίβειν σου τὴν θαυμασιότητα· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἔγνωμεν. ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ καρπωσόμεθα τῆς μακρᾶς σιγῆς παραμυθίαν, εἰ βουληθείης εἰς τὸ ἑξῆς τὸ παροφθὲν ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἀνακτήσασθαι, καὶ πέμψαι νιφάδας γραμμάτων ἡμῖν, ἀπὸ D τῆς μελιῤῥεούσης γλώττης τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου τε καὶ τῆς ἀσφαλείας δηλούντων. εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμεθα, καὶ πολιορκίᾳ χαλεπῇ, καὶ μυρίοις περιεστοιχίσμεθα δεινοῖς, ἀλλ' ὅμως οὐ παυόμεθα μεριμνῶντες τὴν σὴν θαυμασιότητα· καὶ καθ' ἑκάστην πυνθανόμεθα ἐν τίσιν ὁρμᾷ τὰ σά. ἵν' οὖν μὴ παρ' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῆς γλυκείας καὶ ποθεινοτάτης ἡμῖν διαθέσεως ταῦτα μανθάνωμεν, γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ ὅπερ ἀπειλήφαμεν, ἢν δεξώμεθα ἐπιστολὰς ταῦτα φερούσας ἡμῖν τὰ εὐαγγέλια.

A

Καυδιδιανῷ μβʹ.

Πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ μέσον τὸ διεῖργον ἡμᾶς, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ χρόνος βραχὺς ἐξ οὗ τῆς θαυμασιότητος ἐχωρίσθημεν τῆς σῆς, καὶ τῶν πραγμάτων δὲ πολὺς ὁ περιεστὼς ἡμᾶς ὄχλος, ἐρημία χωρίου χαλεπωτάτη, πολιορκία ἀφόρητος, ἔφοδοι, καταδρομαὶ λῃστῶν, ἑτέρα στενοχωρία, ἡ τοῦ σώματος ἀρρωστία. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν τούτων ῥαθυμοτέρους ἡμᾶς περὶ τὴν ἀγάπην τὴν σὴν πεποίηκεν, ἀλλ᾽ ἀκμάζουσαν αὐτὴν B καὶ ἀνθοῦσαν διατηροῦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέροντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν, καὶ ἄληστον σοῦ τὴν μνήμην ἔχοντες, καὶ τὸ εὐγενές σου τῆς σῆς ψυχῆς, τὸ ἐλευθέριον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀκλινὲς τῆς γνησίας ἀγάπης, τὸ θερμὸν τῆς διαθέσεως ἐγκολαψάντες ἡμῶν τῇ διανοίᾳ, οὕτως ἐνταῦθα διάγομεν, μεγίστην παραμυθίαν τῆς τοσαύτης ἐρημίας τὴν μνήμην τῶν σῶν κατορθωμάτων ἔχοντες. γράφε δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν συνεχῶς δέσποτά μου θαυμασιώτατε καὶ μεγαλοπρεπέστατε, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς C εὐαγγελιζόμενος. οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα, (καὶ γὰρ περισπούδαστον ἡμῖν περὶ ταύτης μανθάνειν) καὶ ὅτι διπλῆν καρπωσόμεθα τὴν εὐφροσύνην, τῷ τε ἐπιστέλλειν αὐτὸν, τῷ τε τοιαῦτα δέχεσθαι ἡμᾶς γράμματα παρὰ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς.

Βασιανῇ μγʹ.

ΑΥτὴ μὲν γὰρ μακρὸν ἐσίγησας χρόνον, καὶ ταῦτα ἔχουσα τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Θεόδοτον τὸν διάκονον, δυναμένη ῥᾳδίως εὑρίσκειν τοὺς ἐκεῖ- D θεν ἐνταῦθα ἀφικνουμένους. ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ἐντεῦθεν ὑποπτεύομέν σου τὴν ἀγάπην, ὡς ῥαθυμοτέραν γεγενημένην περὶ ἡμᾶς. πολλὴν γὰρ αὐτῆς πεῖραν, καὶ διὰ πολλῶν εἰλήφαμεν, καὶ ἔγνωμεν αὐτῆς τὸ λαμπρὸν καὶ εἰλικρινὲς, τὸ γνήσιον καὶ ἀπερίτρεπτον. διὸ κἂν γράφῃς, κἂν σιγᾷς, ὁμοίως διακείμεθά σου περὶ τὴν εὔνοιαν, καὶ θαρροῦμεν περὶ τῆς διαθέσεως τῆς σῆς, ὡς ἀκεραίου καὶ ἀκραιφνοῦς μενούσης. ἀλλ᾽ ὅμως

Candidiano LXII.

Ingens itineris interuallum vtrumque noſtrum ab altero dirimit: ac ne paruũ quidem tempus eſt, cùm abs te ſeiuncti fuimus. Quin negotiorũ quoque magna nos turba circumſtat, grauiſſima loci ſolitudo, intoleranda obſidio, inſidiæ, latronum incurſiones, aliáque prætereà anguſtia, nimirum corporis morbus. Nec tamen quicquam horum nos in tui amore atq. charitate ſegniores ac negligẽtiores effecit: quin potius recentem eam ac florentem conſeruamus, atque ita afficimur, vt te quocumque tandem in loco ſimus, animo & cogitatione circumferamus, tuique memoriam obliuionis omnis expertem teneamus, animique tui nobilitatem & ingenuitatem, ſyncerǽq. charitatis firmitatẽ atque conſtantiam, beneuolentiǽq. feruorẽ inciſum in animis noſtris habeamus. Ad hunc ſcilicet modũ hîc degimus, ſummũ tantæ ſolitudinis ſolatiũ in earum rerum, quę abs te rectè atque cum laude geruntur, recordatione poſitũ habentes. Tu verò ad nos quoque ſubinde ipſe ſcribe, domine mi ſummopere admirãde ac magnifice, de tua valetudine nobis læta nuncians. Scis enim quantopere ipſam complectamur (quippe de eâ aliquid audire magnæ nobis curæ eſt,) quódq. duplicem voluptatem capiemus, ſi & ipſe ſcribas, & literæ abs te hoc argumento ad nos afferantur.

Baſſianæ XLIII.

Tu quidem perdiu ſiluiſti, idque, cùm reuerẽdiſſimum ac religioſiſſimũ diaconum Theodotum præſto haberes, per quem facilè nanciſci poſſes, qui iſtinc ad nos venirent. Nos autem ne hinc quidem te in amore erga nos ac beneuolentia ſegniorem redditum eſſe ſuſpicamur, quippe qui perſæpe ac multis in rebus ipſius periculum fecerimus, eiúſque ſplendorem ac puritatem & ſynceritatem atque conſtantiam exploratã habeamus. Quamobrem, ſiue ſcribas, ſiue taceas, eodem erga te animo ſumus, déque tuâ integra & pura beneuolentia minimè dubitamus. Quanquam autem

A Quanquam autem eo animo ſumus:
crebras tamen literas, quæ nobis de tua
totiúſque tuæ domus valetudine, quæ
volumus, nuncient, accipere vehemen-
ter cupimus. Quandoquidem ipſam
quoque (quod ne tibi quidem obſcu-
rum eſt) vehementer cupimus. Hæc
igitur cùm tibi perſpecta ſint, ornatiſſi-
ma ac nobiliſſima domina mea, hanc
nobis gratiam velim concedas; quæ &
leuis ac facilis atque æqua eſt, & nobis,
qui in hac ſolitudine hæremus, ingen-
tem conſolationem affert.

καὶ οὕτω διακείμεθα, σφόδρα βουλόμεθα
συνεχῆ δέχεσθαι γράμματα παρ' ὑμῶν, εὐ-
αγγελιζόμενα ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑ-
μετέρας, καὶ τοῦ οἴκου ὑμῶν παντός. ἐπειδὴ καὶ
σφόδρα ταύτης ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἀντεχόμεθα,
καθάπερ σφόδρα καὶ αὐτὴ οἶσθα. ταῦτα οὖν
εἰδυῖα κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη,
χάρισαι τὴν χάριν ἡμῖν ταύτην, κούφην τε
οὖσαν καὶ ῥᾳδίαν, καὶ εὔλογον, καὶ πολλὴν ἡ-
μῖν, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις, παρέχουσαν
τὴν παραμυθίαν.

B

Theodoto Diacono XLIV.

Ego verò illud ſcio, quòd per literas
nos minimè conueniſſes, ſi coràm id li-
ceret, verùm omnibus rebus omiſſis ad
nos te conferres, niſi, & anni tempus, &
negotiorum difficultas, & huius loci
ſolitudo, quotidie ingraueſcens, maxi-
mum impedimentũ afferret. Nec opus
eſt, vt ex te hoc intelligam. Nam cùm
illud ſemel mihi compertum ſit, me abs
te vehementer amari: hoc quoque
optimè noui. Quanquã autem, etiamſi
C minimè admonuiſſes, nihilominus ta-
men facturus eſſem vt ad omnes ſcribe-
rem, tamen hoc etiam nomine tuum
erga nos amorem admirati ſumus,
quòd extrema tua epiſtola me quoque
de hac re cohortandum duxiſti. Nam
hoc animi eſt vehemẽter ſoliciti, ac re-
rum noſtrarũ cura laborantis, & deniq.
eiuſmodi, qui ſyncerè amare norit.
Quamobrẽ excepta domina mea Car-
teria, ad quam nuper literas dedi, om-
nibus ſcripſi. Eam autem illic minimè
cõmorari accepi, verùm longam pere-
grinationem inijſſe. Quocirca ſi literæ
D noſtræ illuc perferri queant, hoc quo-
que, ſi tibi videbitur, fiat: ſin id fieri mi-
nimè poſſit, velim ſaltem chariſſimum
ac nobiliſſimum virum Marcellianum
conuenias, atque cum eo agas, vt ſi
quando ad eam ſcribat, ei me purget, vt
qui non per negligentiam tantiſper ta-
cuerim, verùm longa ipſius abſentia,
quominus ad eam crebrò ſcriberem,
impeditus ſim.

Θεοδότῳ διακόνῳ μδ'.

Οἶδα καὶ αὐτὸς, ὅτι οὐκ ἂν ἡμῖν διὰ γραμ-
μάτων συνεγίνου, εἰ διὰ παρουσίας ἐξῆν, ἀλλὰ
πάντα ἀφεὶς, μεθ' ἡμῶν ἔμελλες εἶναι, εἰ μὴ κώ-
λυμα ἦν, καὶ κώλυμα μέγιστον, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα,
καὶ τῶν πραγμάτων ἡ δυσκολία, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἡ
καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτεινομένη πρὸς τὸ χεῖ-
ρον ἐρημία. καὶ οὐδὲν δεόμεθα τοῦτο παρὰ σοῦ
μανθάνειν. ἐπεὶ γὰρ ἔγνων ἅπαξ, ὅτι σφοδρὸς
ἡμῶν ἐραστὴς εἶ, ἔγνων καὶ τοῦτο καλῶς. ἡμεῖς μὲν
οὖν καὶ μὴ ἀναμνήσαντός σου, πρὸς πάντας ἂν
ἐπεστάλκαμεν. ἐθαυμάσαμεν δέ σε καὶ ταύ-
της τῆς περὶ ἡμᾶς φιλοστοργίας, ὅτι καὶ τῷ τέλει τῆς
ἐπιστολῆς παράκλησιν ὑπὲρ τούτου προσέθη-
κας. τοῦτο γὰρ ψυχῆς σφόδρα μεμεριμνώσης τὰ
ἡμέτερα, φροντιζούσης, κηδομένης, γνησίως ἀγα-
πᾷν ἐπισταμένης. τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἅπασιν ἐπέ-
σταλκα, ἐπειδὴ δὲ καὶ τῇ κυρίᾳ μου Καρτερίᾳ
πρῴην ἦμεν ἐπεσταλκότες, ἔγνωμεν δὲ αὐτὴν
μὴ διατρίβειν ἐκεῖ, ἀλλὰ μακρὰν ὁδὸν ἀπο-
δεδημηκέναι, εἰ μὲν οἷόν τε ἐκπεμφθῆναι τὰ
γράμματα τὰ ἡμέτερα ἐκεῖ, καὶ τοῦτο γενέσθω,
ἐὰν δοκιμάσῃς. εἰ δὲ μὴ δυνατὸν, τοῖς γοῦν κυ-
ρίοις μου τοῖς τιμιωτάτοις καὶ εὐγενεστάτοις τοῖς πε-
ρὶ Μαρκελλιανὸν συντυχὼν διαλέχθητι, ὥστε αὐ-
τῇ εἴποτε ἐπιστέλλῃ, ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἡ-
μῶν, ὡς οὐκ ἐρρᾳθυμηκότων, οὐδὲ τὸν μεταξὺ
χρόνον σεσιγηκότων, ἀλλ' ὑπὸ τῆς μακρᾶς αὐ-
τῆς ἀποδημίας κωλυθέντων συνεχέστερον ἐπι-
στέλλειν πρὸς αὐτήν.

Symmacho presbytero XLV.

Minimè nouum ac præpoſterum vi-
deri debet, ſi is, qui anguſtum iter te-
net, premitur. Nam eiuſmodi virtutis

Συμμάχῳ πρεσβυτέρῳ με'.

Οὐδὲν καινὸν οὐδὲ ἀπεικὸς τεθλιμμένην
ὁδεύοντα

A ὑπεδύοντα ὁδὸν στενοχωρίας, τοιαύτη γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἡ φύσις, πόνων γέμει, καὶ ἱδρώτων, ἐπιβουλῶν καὶ κινδύνων. ἀλλ' ἡ μὲν ὁδὸς τοιαύτη· τὰ δὲ ἐντεῦθεν στέφανοι, βραβεῖα, τὰ ἀπόρρητα ἀγαθὰ, καὶ τέλος οὐκ ἔχοντα. τούτοις τοίνυν σαυτὸν παρακάλει. καὶ γὰρ καὶ ἡ ἄνεσις, καὶ ἡ θλίψις ἡ τοῦ παρόντος παρατρέχεται βίου, καὶ αὐτῷ τῷ βίῳ συγκαταλύεται. μηδὲν οὖν μηδὲ ἐκείνοις φυσάτω, μηδὲ τούτων ταπεινούτω καὶ συστελλέτω. ὁ γὰρ ἄριστος κυβερνήτης οὔτε ἐν γαλήνῃ χαυνοῦται, οὔτε ἐν χειμῶνι ταράττεται. ταῦτ' οὖν εἰδὼς παρακάλει σαυτὸν, καὶ παρα- B μυθίαν ἐντεῦθεν καρποῦ τὴν μεγίστην. γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. εἰ γὰρ καὶ πολλῷ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ διειργόμεθα, καὶ πολὺν σου τῆς ἐμμελείας ἀπελείφθημεν χρόνον, ἀλλ' οὐ τῆς ἀγάπης, ἀλλ' ἄληστον αὐτὴν ἀεὶ περιφέρομεν καὶ ἀκμάζουσαν, ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπείπερ τοιαύτη τοῦ φιλεῖν γνησίως ἡ φύσις.

natura eſt, vt laboribus & ſudoribus atque inſidijs & periculis ſcateat. Verùm iter quidem eſt eiuſmodi: poſt autem ſequuntur coronæ, præmia, & arcana bona, quibus finis nullus eſt cõſtitutus. Hac igitur cogitatione te ipſum conſolare. Nam & præſentis vitę voluptas, & calamitas, vnà cùm hac vita fluunt, ſimúlq. cum ea intereunt. Quod cùm ita ſit, da operam, vt nec quicquam illorum animum tuũ inflet, nec rurſum quicquam horum te deprimat atque contrahat. Siquidem optimus gubernator, nec tranquillo tempore animos attollit, nec graſſante tempeſtate perturbatur. Hæc igitur cũ tibi perſpecta ſint, fac teipſum conſoleris, maximámque hinc mœroris leuationem capias. Ac de tua valetudine fac nos ſubinde certiores. Nam etſi longo itineris interuallo à te diſiungimur, diúq. à tua ſuauitate abfuimus, at non item tamen à tua charitate: verùm eam omnis obliuionis expertem ac recẽtem, quacunque in regione ſimus, ſemper circumferimus. Quandoquidem hæc quoque ſynceri amoris natura eſt.

Ρουφίνῳ μϛ'.

C *Ruffino XLVI.*

Ἐβουλόμην μὲν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν σου τῇ εὐλαβείᾳ, ἐπειδή σε φιλῶ, καὶ σφόδρα φιλῶ δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ εὐλαβέστατε· καὶ ἀμφότερα ταῦτα οἶσθα καὶ αὐτός. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν ἡμῖν κεῖται, τὸ δὲ οὐκ ἐν ἡμῖν, (τοῦ μὲν γὰρ φιλεῖν ἐσμὲν κύριοι, τοῦ δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν οὐκ ἔτι, διά τε τῆς ὁδοῦ τὴν δυσκολίαν, καὶ τοῦ ἔτους τὴν ὥραν) ἐκεῖνο μὲν διηνεκῶς ποιοῦμεν, τοῦτο δὲ ἡνίκα ἂν ἐξῇ· μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο διηνεκῶς ποιοῦ- D μεν. εἰ γὰρ καὶ μὴ μέλανι καὶ χάρτῃ συνεχῶς ἐπιστέλλομεν, ἀλλὰ γνώμῃ καὶ διανοίᾳ. τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν γνησίως.

Cupiebam quidem ſæpiùs ad te literas dare, domine mi cumprimis venerande ac religioſe: quandoquidem te amo, ac vehemẽter amo, atque vtrumque hoc ipſe quoque noſti. Quoniã autem alterum quidem noſtri arbitrij eſt, alterum autem haudquaquã in nobis ſitum eſt (vt enim te amemus, in arbitrio noſtro conſiſtit, vt autem ad te ſcribamus, non item, tum ob itineris difficultatem, tum ob anni tempus) illud quidem perpetuò facimus, hoc autem cùm licet: immo etiam perpetuò facimus. Nam etſi atramento atque charta non ſemper ſcribimus: at voluntate tamen atq. animo ſcribimus. Ea quippe ſynceri amoris natura eſt.

Ναμαίᾳ μζ'.

Namææ XLVII.

Τί περιέρχῃ ἀπολογίαν ζητοῦσα, καὶ συγγνώμην αἰτοῦσα ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς σε στεφανοῦμεν καὶ ἀνακηρύττομεν, ὅτι μὲν ἔγραψας, ἀποδεχόμενοι καὶ ἀνακηρύττοντες· ὅτι δὲ ὀψὲ καὶ βραδέως, ἐγκαλεῖν ἔχοντες; ὥστε εἰ νομίζεις μεγάλα

Quid huc illúcque te verſas, dum ob eam rem excuſatione quæris ac veniã petis, ob quam te corona donamus ac prædicamus: quippe qui, quòd ad nos ſcripſeris, gratum habeamus, quòd autem ſerò ac tardè, idcirco tibi ſuccẽſere poſſimus? Quapropter ſi magnæ teme-

ritatis atq. audaciæ id fuiſſe exiſtimas, quod ad nos literas dederis, hoc omiſſo ad tarditatis crimen defenſionem meditare atque compara. Nam quo magis illud dixeris, te, tum præſentem, tum abſentem, ſeriò ac ſyncerè dilexiſſe, eo magis accuſationem auxeris. Etenim ſi ex eorum numero eſſes, quorum vulgaris erga nos amor eſſet, minimè mirum mihi fuiſſet te diu ſiluiſſe. Cùm autem te tam ſynceram ac feruentem erga nos charitatem præ te tuliſſe aſſeras, vt ne iter quidem vſque adeo moleſtum, tótque prædonum metu obſeſſum ſuſcipere recuſatura fueris, niſi
B morbus obſtitiſſet, vna iam ratio, qua nobis ſatisfacias, tibi reliqua eſt, nimirum vt ſexcentas literas ad nos mittas, quæ diuturni ſilentij culpam deprecari poſſint. Hoc igitur fac: & quiduis à te perceperimus. Nam & hæc tam ſera epiſtola ad nos veniens, quoniã ardentem quandam charitatem ſpirabat, ſuperioris quoque temporis debitum diſſoluit. Cæterùm id vide, ne reliquæ huius tarditatem imitentur. Sic enim hæc etiam illud planum facere poterit, ſe non ob cunctationem ac pigritiam,
C verùm ob inanem metum, quemadmodum abs te quoque dictum eſt, ſeriùs veniſſe, ſi reliquæ, & plurimæ, & celeriter ad nos veniant.

A τετολμηκέναι ταῦτα γράψαι, τοῦτο ἀφεῖσα περὶ τὸ ἔγκλημα τῆς βραδύτητος μελέτα, καὶ συντίθει τὴν ἀπολογίαν. καὶ γὰρ ὅσῳπερ ἂν λέγῃς καὶ παρόντας, καὶ ἀπόντας ἠγαπηκέναι γνησίως, τοσούτῳ μειζόνως αὔξεις τὴν κατηγορίαν. Εἰ μὲν γὰρ τῶν ἁπλῶς περὶ ἡμᾶς διακειμένων ἦσθα, οὐδὲν ἀπεικὸς μακρὸν χρόνον οὕτω σιγῆσαι. ἐπειδὴ δὲ οὕτω γνησίαν καὶ θερμὴν περὶ ἡμᾶς ἐπιδεδεῖχθαι ἀγάπην ἔφης, ὡς μηδὲ ἂν ἐλθεῖν παραιτήσασθαι ὁδὸν οὕτω χαλεπὴν, καὶ φόβῳ λῃστῶν τοσούτων πολιορκουμένην, εἰ μὴ τὰ τῆς ἀῤῥωστίας διεκώλυεν, εἷς σοι λοιπὸν ἀπολο-
B γίας λείπεται εἶδος, τὸ, πυκνάδας ἡμῖν πέμπειν γραμμάτων, δυναμένων τὴν ἐκ τῆς μακρᾶς σιγῆς παραμυθήσασθαι αἰτίαν· τοῦτο δὲ ποίει, καὶ ὃ ποθοῦμεν ἀπειλήφαμεν. ἐπειδὴ καὶ αὕτη χρονία ἐλθοῦσα ἡ ἐπιστολὴ, ἐπειδὴ θερμῆς ἔπνει τῆς ἀγάπης, καὶ τοῦ παρελθόντος χρόνου τὸ χρέος ἀπέτισεν. πλὴν ἀλλ' αἱ λοιπαὶ μὴ μιμείσθωσαν τὴν ταύτης βραδύτητα· οὕτω γὰρ καὶ αὕτη δυνήσεται δεῖξαι ὅτι οὐ δι' ὄκνον, ἀλλὰ διὰ δέος μάταιον, καθὼς καὶ αὐτὴ ἔφης, χρονία παραγέγονεν, εἰ αἱ λοιπαὶ με-
C τὰ τάχους, καὶ πολλῆς παραγίνοιντο τῆς συνεχείας ἡμῖν.

Arabio XLVIII.

Ἀραβίῳ μη'.

Charitatem erga me tuam atque ardentem tuum ac verum & ſyncerum amorem exploratum habeo : illúdque item perſpectum, nec negotiorum difficultatem, nec curarum agmen, nec rerum aduerſarum magnitudinem, nec temporis diuturnitatem, nec itineris
D longinquitatem, tuo erga me amori obſcuritatẽ afferre poſſe. Eóque fit, vt perpetuò abs te literas quæ nobis ea de tua valetudine, quę volumus nuntient, accipere vehementer expetamus. Quòd ſi te accuſamus, non vt negligentem accuſamus, ſed quia plures eiuſmodi epiſtolas appetimus. Quæ cùm minimè ignores, honoratiſſime ac nobiliſſime domine, hoc nobis beneficium velim præbeas, quod & tibi leue ac facile eſt, & magnam nobis, etiam in ſolitudine hærentibus, voluptatem affert.

Οἶδά σου τὴν ἀγάπην, οἶδά σου τὸ φίλτρον τὸ θερμὸν, τὸ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς, τὸ διαρκὲς, καὶ ὡς οὔτε δυσκολία πραγμάτων, οὔτε ὄχλος φροντίδων, οὔτε περιστάσεων πλῆθος, οὔτε χρόνου μῆκος, οὔτε ὁδοῦ διάστημα δύναται ταύτην ἀμαυροτέραν ποιῆσαι. διὰ
D τοῦτο καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν συνεχῶς δέχεσθαι γράμματα παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, εὐαγγελιζόμενα ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς· κἂν ἐγκαλῶμεν, οὐχ ὡς ῥαθυμοῦντες ἐγκαλοῦμεν, ἀλλ' ὡς πλειόνων ἐρῶντες ἐπιστολῶν τοιούτων. ταῦτ' οὖν εἰδὼς δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐγενέστατε, δίδου ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, κούφην τε οὖσαν καὶ εὔκολον, καὶ πολλὴν ἡμῖν καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις, παρέχουσαν τὴν εὐφροσύνην.

A

Ἀλφίῳ μθʹ.

Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, ἡ δὲ τῶν γραμματηφόρων ἀπορία οὐκ ἀφίησι τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην εἰς ἔργον ἐλθεῖν. καὶ γὰρ ἡ τῆς χώρας τούτου ἐρημία, καὶ ὁ τῶν Ἰσαύρων φόβος, καὶ ἡ τοῦ χειμῶνος σφοδρότης οὐκ ἐπιτρέπει συνεχῶς εἶναι ἡμῖν ἐπιχωριάζειν. ἀλλ' ὅμως καὶ γράφοντες, καὶ σιγῶντες, τὴν αὐτὴν ἀεὶ περί σε διάθεσιν τηροῦμεν, τὴν προθυμίαν σου, καὶ τὴν σπουδήν σου μανθάνοντες, ἣν ὑπὲρ τῆς ὠφελείας τῆς σῆς ἔχεις ψυχῆς, τούς τε ἐν εὐλαβείᾳ ζῶντας ἀναπαύειν ἐσπουδακώς, καὶ τὴν καλὴν ταύτην πραγματευόμενος πραγματείαν. ταῦτ' οὖν εἰδὼς κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, συνεχῶς ἡμῖν ἐπίστελλε τὰ περὶ τῆς σῆς ὑγείας, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. οὕτω γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ ὄντες, πολλὴν ἕξομεν τὴν εὐφροσύνην, εἰ τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος δεχώμεθα γράμματα.

Διογένει νʹ.

Τὸ γνήσιον σου τῆς ἀγάπης τῆς περὶ ἡμᾶς ἤδειμεν μὲν καὶ ἔμπροσθεν, πολλῷ δὲ πλέον ἐγνώκαμεν νῦν, ὅτε τοσούτου τοῦ χειμῶνος ἀρθέντος, οὐ μόνον οὐδὲν ῥαθυμότερος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ σπουδαιότερος περὶ ἡμᾶς γεγονώς, μείζω τὴν στοργὴν ἐνεδείξω. διὰ ταῦτά σε θαυμάζομεν, διὰ ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνακηρύττοντες οὐ παυόμεθα. τὸν μὲν γὰρ ἄφατον τούτων μισθὸν λήψῃ παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικῶντος ἀεὶ τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας, ἢ λέγοντας. ἡμεῖς δέ σε οἷς ἔχομεν ἀμειβόμεθα, θαυμάζοντές σε, ἐπαινοῦντες, μακαρίζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, φιλοῦντες, αἰδούμενοι, τιμῶντες, ἐν διανοίᾳ πανταχοῦ περιφέροντες, ἡνωμένοι τε, καὶ συνδεδεμένοι τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ. ὅτι γὰρ σου τῶν σφοδροτάτων ἀεὶ γεγόναμεν ἐραστῶν, οἶσθα καὶ αὐτὸς σαφῶς δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ θαυμασιώτατε. διὸ παρακαλῶ τῶν ἀποσταλέντων ἕνεκα μηδὲν ἐγκλῆσαι πρὸς ἡμᾶς. τρυγήσαντες γὰρ καὶ καρπωσάμενοι τὴν ἐξ αὐτῶν τιμὴν, αὐτὰ ἀπεστάλκαμεν οὐκ ἐξ ὀλιγωρίας,

Alphio XLIX.

Equidem frequentius literas ad te dare cuperem, verùm tabellariorũ penuria me hanc cupiditatem exequi minimè ſinit. Nã nec huius loci ſolitudo, nec Iſaurorũ metus, nec hyemis aſperitas, quemquã ad nos crebrò commeare ſinunt. Nihilominus tamen, ſiue ſcribamus, ſiue taceamus, eandem ſemper erga te beneuolentiã retinemus, promptitudinẽ ſcilicet eã ſtudiúmq. atque curam intelligentes, qua animæ tuæ B cõmodis proſpicis, dum eos, qui cum pietate viuunt, recreare ac reficere ſtudes, atque in hoc præclaro munere verſaris. Quæ cùm tibi explorata ſint, reuerendiſſime ac religioſiſſime domine, de tua totiúſq. tuæ domus valetudine certiores nos facere ne intermittas. Sic enim in hac quoq. ſolitudine magnam voluptatem capiemus, ſi eiuſmodi abs te literas acceperimus.

Diogeni L.

C Quanquam de tuæ erga nos charitatis ſynceritate antehac quoq. nobis exploratum erat: tamen multo magis eandem nunc perſpeximus, cùm tanta coorta tempeſtate, non modò nihilo ſegniorem, ſed etiã multo ſtudioſiorem amicum te nobis præbuiſti. Eóque nomine te admiramur, quotidiéque prædicare non deſinimus. Nam tu quidem à benigno Deo, qui eos, à quibus boni aliquid efficitur, aut dicitur, præmijs longè ſemper ſuperat, mercedem omni ſermone præſtantiorem accepturus es. Nos autem, quibus rebus poſſumus, gratiam tibi rependimus, nec te admirari, laudare, beatum prædicare, a- D mare, vereri, colere, animóque te, quoquo gentium circumferre intermittimus, charitatis videlicet lege tibi copulati atque aſtricti. Nam quòd ex eorum numero ſemper fuerimus, qui te apprimè diligant, planè quoque ipſe ſcis, domine mi ſummopere venerande atque admirande. Quapropter eorum munerum nomine quæ ad nos miſiſti, velim ne nobis ſuccenſeas. Poſteaquam enim honorem eum, qui ab ipſis manabat, tanquam è vindemia quadam vuam expreſſimus ac percepimus, munera ipſa remiſimus:

A non quòd te aſpernaremur, aut animi tui nobilitati minimè confideremus, quòd ijs haudquaquam indigeremus. Quod etiam in multis alijs fecimus. Nam alij quoque quamplurimi, tibíq. nobilitate pares, ac nos ardentiſſimè amantes, vt amplitudo tua poterit intelligere, idem iſtud fecerunt: atque apud eos nobis eadem hæc excuſatio ſuffecit: quam tu quoque admittas velim. Nam ſi res ita nata fuerit, vt in penuria verſemur, magna cùm animi fiducia, tanquam ſi noſtra eſſent, expoſcemus: ídque tu reipſa perſpicies.
B Quamobrem ea accipe, ac diligenter ſerua: vt ſi quando tempus poſtularit, fidenti ac libero animo ea abs te depoſcamus.

Eidem L I.

Cum ſuperiorem epiſtolam ſcripſiſſem, atque reuerendiſſimum ac religioſiſſimum virum Aphratem ita nobis affixum eſſe conſpicerem, vt nec hinc abire ſuſtineret, ac præterea ne literas quidem à nobis accepturum ſe eſſe mi-
C naretur, niſi munera ea, quæ ad nos miſiſſes, accepiſſem, typum, qui tuæ nobilitati maximè gratus futurus, animúmque tuum recreaturus ſit, huic rei impoſui. Quem tu cùm ex ipſo intellexeris, eum præclari huiuſce cõſilij adminiſtrũ fieri iube. Nec enim te fugit, quanta huius rei vtilitas futura ſit, tum ob ipſius in Phœniciam aduẽtum, tum ob tuã liberalitatem ac munificẽtiam. Atque vtriuſq. huius rei mercedẽ ipſe capies: vt qui erga eos, qui in Phœnicia Gentiles Chriſtianæ fidei rudimentis imbuunt, atq. Eccleſiarũ ædificationi ſtudium atque operam impendunt, li-
D beralitatis tuæ ſpecimen edideris, ac præterea eiuſmodi virum excitaris, ad eóſq. conſolãdos miſeris: nunc præſertim, cùm in tãta difficultate verſantur, atque à multis oppugnantur. Quamobrem, cum animo tuo cõſiderata præclari huiuſce negotij magnitudine, ne eum vel tantillũ cũctari patere: verùm hoc effice, vt nulla interpoſita mora hoc iter ſuſcipiat. Sic enim tibi, domine mi ſummopere admirande, per egregium huiuſmodi ſtudium atque operam, amplam apud benignum Deum mercedem recondes.

ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μὴ θαῤῥεῖν σου τῇ εὐγενείᾳ, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καθεστάναι ἐν χρείᾳ· ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν πεποιήκαμεν. καὶ γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ καὶ τῆς σῆς εὐγενείας ἄξιοι, καὶ σφόδρα ἡμῶν ἐκκαιόμενοι, ὡς ἔξεστί σου τῇ θαυμασιότητι μανθάνειν, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο πεποιήκασι, καὶ ἤρκεσε πρὸς αὐτοὺς ἡμῖν αὕτη ἡ ἀπολογία, ἣν καὶ αὐτὴν προσίεσθαι παρακαλοῦμεν. εἰ γὰρ δὴ κατασταίημεν ἐν χρείᾳ, μετὰ πολλῆς ἀπαιτήσομεν καθάπερ ἐξ ἰδίων, μετὰ πλείονος τῆς παῤῥησίας, καὶ τοῦτο ὄψει διὰ τῆς πείρας αὐτῆς. δεξάμενος τοίνυν αὐτὰ, φύλαττε μετὰ ἀκριβείας· ἵν' εἴποτε καιρὸς καλέσειεν, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν αὐτὰ ἀπαιτήσωμεν παρὰ τῆς σῆς θαυμασιότητος.

Τῷ αὐτῷ ια'.

Μετὰ τὸ γράψαι τὴν προτέραν ἐπιστολὴν, ἰδὼν τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Ἀφραάτην προσηλωμένον ἡμῖν, καὶ οὐκ ἀνεχόμενον οὔτε ἀπελθεῖν ἐντεῦθεν, καὶ ἀπειλοῦντα μήτε γράμματα δέχεσθαι παρ' ἡμῶν, εἰ μὴ ἀπολάβοιμι τὰ ἀποσταλέντα, ἐπέθηκα τοῦτον τῷ πράγματι σφόδρα κεχαρισμένον τῇ εὐγενείᾳ σου, καὶ ἀναπαύοντά σου τὴν ἐμμέλειαν, ὃ παρ' αὐτοῦ μαθὼν, κέλευσον αὐτὸν διάκονον γενέσθαι τῆς καλῆς ταύτης οἰκονομίας. οἶσθα γὰρ ἡλίκον ἔσται τοῦ πράγματος τὸ κέρδος καὶ διὰ τῆς παρουσίας τούτου τῆς εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ διὰ τῆς φιλοτιμίας τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας· καὶ ἀμφοτέρων τούτων αὐτὸς λήψῃ τὸν μισθὸν, ἅτε τοσαύτην δαψίλειαν ἐπιδεικνύμενος περὶ τοὺς ἐν Φοινίκῃ κατηχοῦντας τοὺς Ἕλληνας, καὶ περὶ τὴν οἰκοδομὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐσπουδακότας, καὶ ἄνδρα τοιοῦτον ἀναστήσας, καὶ πέμψας εἰς παράκλησιν αὐτῶν, καὶ μάλιστα νῦν ἐν τοσαύτῃ δυσκολίᾳ καθεστηκότων, καὶ παρὰ πολλῶν πολεμουμένων. ἐννοήσας τοίνυν τοῦ κατορθώματος τὸν ὄγκον, μὴ ἀφῇς μηδὲ μικρὸν αὐτὸν ἀναβαλέσθαι, ἀλλ' ἀμελητὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἅψασθαι παρασκεύασον, πολλὴν σαυτῷ διὰ τῆς καλῆς ταύτης σπουδῆς δέσποτά μου θαυμασιώτατε προαποτιθέμενος παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ τὴν ἀμοιβήν.

A

Ἀδολίᾳ νβ'.

Ὅτι μὲν ἠῤῥώστησας ἔγνωμεν, καὶ ὅτι χαλεπῶς ἠῤῥώστησας, καὶ πρὸς αὐτὰς ἦλθες τοῦ θανάτου τὰς πύλας, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀνέκυψας ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ τοῦ κινδύνου λοιπὸν ἀπαλλαγεῖσα πρὸς ὑγείαν ὁδεύεις· ἀλλ' οὐ παρὰ τῶν σῶν γραμμάτων ἔμαθον τι τούτων, διὸ καὶ σφόδρα ἤλγησα· ἀλλ' ἑτέρωθεν, καὶ παρ' ἑτέρων. πλὴν ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῖν τὸ, τῆς ἀῤῥωστίας ἀπηλλάχθαι σου τὴν εὐλάβειαν. οὐ B μὴν ἐπειδὴ ἀρκεῖ, πράως φέρομεν τὴν μακρὰν σου ταύτην σιγήν· ἐβουλόμεθα γὰρ καθάπερ καὶ αὐτὴ οἶσθα, καὶ παραγενομένην ἐνταῦθα ἰδεῖν. καὶ γὰρ εἰ μὴ ἀῤῥωστία περιέπεσε, τὸ κωλῦον οὐδὲν ἦν. ὅ, τε γὰρ χειμὼν ὁ ἐνταῦθα ἔαρ ἡμερώτατον τέως μιμεῖται, τῶν τε Ἰσαύρων ἡ Ἀρμενία ἀπήλλακται. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀναγκάζομεν, οὐδὲ βιαζόμεθα μὴ βουλομένην ὑπὲρ τῆς ἐνταῦθα παρουσίας· ἀλλ' ὅταν οὔτε Ἰσαύρων φόβος, οὔτε χειμῶνος σφοδρότης, οὔτε ὁδοῦ ταλαιπωρία, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν κωλύῃ, τοῦτο αἰτοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ὑπάρχειν, τὰ γράμματα, C τὰ τῆς θερμῆς σου καὶ γνησίας διαθέσεως. εἰ γὰρ τούτων ἀπολαύομεν συνεχῶς, ἀπαγγελλόντων ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας καὶ εὐθυμίας τῆς σῆς, οὐ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα παραμυθίαν. ἐννοοῦσα τοίνυν ἡλίκην ἡμῖν χαριῇ χάριν, μὴ κατόκνει τοῦτο ποιεῖν. οἶσθα γὰρ ὅπως ἀντεχόμεθά σου τῆς εὐλαβείας, καὶ ὅσην ἀεὶ περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἐπεδειξάμεθα τὴν ἀγάπην.

Adoliæ LII.

Quòd in morbum incideris, & quidem ita grauem & acerbum, vt ad ipſas quoque mortis portas acceſſeris, intelleximus. Quin illud etiam nobis exploratum eſt, te è morbo conualuiſſe, ac periculo iam liberatã ad ſanitatẽ graſſari. At ex tuis literis nihil horum intellexi (eóque nomine magnum animo dolorem cepi) verùm aliunde, atque ab alijs. Cæterùm illud nobis ad conſolationem abunde eſt, quòd è morbo emerſeris. Nec tamen, quando id nobis ſufficit, propterea tamen longum hoc tum ſilentium æquo ac placido animo ferimus. Vellemus enim, quemadmodum ipſa quoque noſti, te huc venientem cernere. Ac ſanè, niſi morbus accidiſſet, nihil erat quod impediret. Nã & huius regionis hyems amœniſſimi Veris ſpeciem imitatur, & Armenia Iſauris liberata eſt. Veruntamen, vt huc venias, inuitam ac repugnantem minimè cogimus. Quod autem nec Iſaurorum metus, nec hyemis acrimonia, nec itineris ærumna, nec aliud quicquam impedit, hoc petimus, nimirum vt à te, cuius ardens erga nos ac ſyncera beneuolentia eſt, crebrò literas accipiamus. Nam ſi eas, de tua valetudine animique tui hilaritate nos certiores facientes, quàm ſæpiſſimè obtineamus, non mediocrem hinc quoque conſolationem capiemus. Cùm igitur, quanto nos beneficio affectura ſis, animaduertas, id facere ne graueris. Scis enim quam te complectamur, quantámque ſemper erga te charitatem præ nobis tulerimus.

Νικολάῳ πρεσβυτέρῳ νγ'. D

Σφόδρα ἡμᾶς ἀνεπτέρωσας, καὶ πολλῆς ἐνέπλησας τῆς ἡδονῆς, δηλώσας ὅτι σοι πολλὴ φροντὶς τῆς Φοινίκης ἐστὶ, καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, διὰ γραμμάτων ἀλείφεις τοὺς αὐτόθι, ζῆλον πληροῦν ἀποστολικόν. διὰ ταῦτά σε θαυμάζοντες καὶ μακαρίζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι καὶ πρότερον τοὺς μοναχοὺς ἔπεμψας, καὶ ὅτι νῦν ἐν πραγμάτων δυσκολίᾳ τοσαύτῃ, οὐ μόνον αὐτοὺς οὐκ ἀπήγαγες, ἀλλὰ μένειν αὐτοὺς ἐκέλευσας, ἀρίστου κυβερνήτου καὶ ἰατροῦ

Nicolao presbytero LIII.

Magnopere nos erexiſti, atq; ingenti voluptate perfudiſti, cùm illud ſignificaſti, per magnã tibi Phœniciæ curam eſſe, teque, tãto licet interuallo diſſitũ, eos, qui illic degunt, per literas ad pietatis ſtudiũ acuere atque hortari. Quã quidẽ in te zelum Apoſtolicũ præſtas. Eáq; de cauſa te admirari ac beatũ prędicare minimè intermittimus, quòd & monachos antea miſiſti, & nũc in tanta negotiorũ difficultate nõ modo eos nõ abduxiſti, ſed etiã manere coëgiſti, optimi videlicet gubernatoris atq; egregij

medici munere perfungens. Vt enim ille, cùm fluctus excitari videt, tum plus ſtudij ac diligentiæ adhibet, atque hic itē, cùm febrim in maiorē flammā exarſiſſe perſpicit, tum maiori arte atque induſtria vtitur: ad eundē modum tu quoque, nobiliſſime ac religioſiſſime domine, rem virtute tua dignā feciſti, quòd cùm ægras res eſſe ac ſeditione labore cōſpexiſti, tum potiſſimùm operam dediſti, vt ne ij, qui illic degunt, aciem deſererent, verùm remanerent, ac partes ſuas explerent. Quāobrem tuis ipſe veſtigijs hærens, reuerendiſſimum dominum meum Gerontium Preſbyterum, ſi conualuerit, atq. ad integram ſanitatē redierit, cōfeſtim quæſo vrge, vt iter illud ineat. Quanquā enim nos quoque eum huc venire ac videre cupimus: tamen, quoniam regionis illius negotia celeritatē ingentémq. vigilantiam deſiderant, ne in via longum tempus teratur, hyémſq. interueniens iter ipſi intercludat, abs te vehementer petimus, vt & eum, ſi ex morbo recreatus ſit, ad ſuſcipiendum iter adurgeas: illúdque cures, vt vir ſuauiſſimus, ac mihi chariſſimus, Ioannes Preſbyter itineris comitem ſe ipſi adiungat. Nec enim te quoq. fugit, regionis illius negotia nunc demū eo pluribus correctoribus indigere, quo longius ſerpſerunt mala. Hæc igitur cùm animo tuo reputans, ac, quanti animæ ſalus momēti ſit, perſpiciens, quantáſq. res iam antehac ſtudio tuo ac diligentia ſis conſecutus, velim tā per te ipſe, quàm aliorū, quos nanciſci potueris, opera atq. induſtria cures, vt quæ correcta & ſanata ſunt, firma maneant, atq. etiā multo maiore acceſſione cumulētur. Tu quidē certè nihilo minorē, quàm ij, qui huc venerunt, voluptatē nobis attuliſti. Siquidē animo ac voluntate veniſti: atque charitatis oculis, corpore licet abſentem, te quotidie cernimus, animóq. paſſim circumferimus. Quin fortaſſe quoque congredi, ac mutuo conſpectu frui nobis dabitur, cùm tempus id permittet. Nam, vt nunc res ſunt, etſi alioqui tui videndi atque amplectendi magna cupiditate tenemur, te tamen iſtic manere neceſſarium eſſe ducimus. Nec enim dubitamus, quin tu ſine vlla intermiſſione omnia facturus curaturúſque ſis, quò probis ac ſtrenuis viris Phœniciam impleas, atque & eos, qui illic

A γενναίου πρᾶγμα ποιῶν. καὶ γὰρ ἐκείνων ἕκαστος, ὁ μὲν ὅταν ἴδῃ τὰ κύματα ἐγειρόμενα, τότε μᾶλλον πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν σπουδήν· ὁ δὲ ὅταν τὸν πυρετὸν ἐπὶ μείζονα φλόγα διεγερθέντα, τότε πολλῇ κέχρηται τῇ τέχνῃ· καὶ αὐτὸς τοίνυν κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε ἄξια τῆς σαυτοῦ πεποίηκας ἀρετῆς, ὅτι τὰ πράγματα εἶδες νοσοῦντα καὶ στασιάζοντα, τότε μάλιστα ἐπικείμενος τοῖς ἐκεῖσε διατρίβουσιν, ὥστε μὴ λειποτακτῆσαι, ἀλλ' ἐπιμεῖναι, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν. τὰ σαυτοῦ τοίνυν μιμούμενος, τόν τε κύριόν μου

B τὸν τιμιώτατον Γερόντιον τὸν πρεσβύτερον εἰ ῥᾷον σχοίη, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἐπανέλθῃ, εὐθέως κατέπειξον τῆς ἐκεῖ ἅψασθαι ὁδοῦ. ἐπιθυμοῦμεν γὰρ αὐτὸν ἡμεῖς καὶ ἐνταῦθα παραγενόμενον ἰδεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ταχύτητος, καὶ πολλῆς δεῖται τῆς ἀγρυπνίας τὰ ἐκεῖσε πράγματα, ὥστε μὴ πολὺν ἐν τῇ ὁδῷ διατρῖψαι χρόνον, καὶ τὸν χειμῶνα ἐπιστάντα ἀποκλεῖσαι αὐτῷ τὴν ὁδόν, παρακαλοῦμεν σου τὴν τιμιότητα αὐτόν τε ῥαΐσαντα ἐπεῖξαι ἀπελθεῖν, τόν τε γλυκύτατον καὶ ποθεινότατον

C Ἰωάννην τὸν πρεσβύτερον παρασκευάσαι συνεφάψασθαι τῆς ἀποδημίας αὐτῷ. οἶσθα γὰρ καὶ αὐτὸς ὅτι νῦν μάλιστα τὰ αὐτόθι πολλῶν δεῖται τῶν διορθωσομένων, ὅσῳ ἐπὶ μεῖζον εἵρπυσε τὰ κακά. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, καὶ εἰδὼς ἡλίκον ἐστὶ σωτηρία ψυχῆς, καὶ οἷα κατώρθωταί σου τῇ τιμιότητι διὰ τῆς ἔμπροσθεν σπουδῆς, πάντα ποίησαι καὶ διὰ σαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων, ὧν ἂν οἷός τε ᾖς, παρακληθῆναι· ὥστε τὰ διορθωθέντα μεῖναι ἀκίνητα, ἕτερα τε αὖθις πολλῷ πλείονα γενέσθαι προσθήκην. αὐτὸς μέν τοι τῶν ἐνταῦθα ἐλ-

D θόντων οὐκ ἔλαττον ἡμᾶς εὔφρανας. τῇ μὲν γὰρ γνώμῃ καὶ παραγέγονας, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης σε ὀφθαλμοῖς καὶ μὴ παρόντα σωματικῶς, ἡμεῖς καθ' ἑκάστην ὁρῶμεν τὴν ἡμέραν, ἐπὶ τῆς διανοίας πανταχοῦ περιφέροντες. ἔσται δὲ ἴσως καὶ ἡ κατ' ὄψιν ἡμῖν συντυχία, ὅταν ὁ καιρὸς ἐπιτρέπῃ· ὡς νῦν γε καὶ ἡμεῖς καί τοι σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν ἰδεῖν τὴν ἀγάπην σου, καὶ περιπτύξασθαι, ἀναγκαίαν εἶναι νομίζομεν τὴν αὐτόθι σου μονήν. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι οὐ παύσῃ πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν Φοινίκην γενναίων ἀνδρῶν, καὶ τούς τε ἐκεῖ

μεμενηκότας στηρίζων ἐπὶ πλέον, ὥστε μὴ ἀφέντας τὰ αὐτόθι ἐπιμεληθῆναι, τούς τε πλησίον ὄντας ἀναζητῶν, καὶ μετὰ πολλῆς ἐκπέμπων προθυμίας· πᾶσι τὸ κέρδος γινόμενος μέγιστον τοῖς τε ἐγγὺς, τοῖς τε μακρὰν, καὶ τὴν τῶν ἀρωμάτων μιμούμενος φύσιν, ἅπερ οὐ τὸν τόπον μόνον τὸν ὑποδεχόμενον αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀφεστηκότα ἀέρα πολλῆς ἐμπίμπλησι τῆς εὐωδίας. A

Γεροντίῳ πρεσβυτέρῳ νδʹ.

B

Καὶ ἤδη μὲν ἐπέσταλκά σου πρὸς τὴν εὐλάβειαν, νομίσας σε ἐν Φοινίκῃ εἶναι, καὶ νῦν δὲ ἐπιστέλλω ταῦτα ἅπερ καὶ ἔμπροσθεν, ὅτι νῦν μάλιστα πάντα δεῖ ποιεῖν καὶ πάσχειν, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ἔρημον τὴν καλὴν ὑμῶν γεωργίαν, μηδὲ ἀφεῖναι διαφθαρῆναι τινὰ τῶν ἤδη κατορθωθέντων. καὶ γὰρ καὶ ποιμένες ὅταν ἴδωσι πολλὴν πάντοθεν τοῖς προβάτοις ἐπιτιθεμένην λύμην, τότε μάλιστα ἀγρυπνοῦσι καὶ διεγείρονται, καὶ σφενδόνῃ μεταχειρίζουσι, καὶ τῇ ἄλλῃ κέχρηνται τέχνῃ, ὥστε πᾶσαν τῆς ἀγέλης ἀπελάσαι βλάβην. Εἰ γὰρ πρόβατα C ἄλογα πεπιστευμένος ὁ Ιακὼβ, ἔτη δεκατέσσαρα διετέλεσε δουλεύων, καὶ θάλπει, καὶ ψύχει ταλαιπωρούμενος, καὶ ἀγρυπνίᾳ πολλῇ, καὶ τὴν ἐσχάτην θητείαν ἐθήτευσεν, ἐννόησον ὅσα καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν χρὴ τοὺς τὰ πρόβατα λογικὰ ἐμπεπιστευμένους, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αὐτῶν παραπολέσθαι. παρακαλῶ τοίνυν σου τὴν εὐλάβειαν ὅσῳ μείζων ὁ χειμὼν, καὶ πλείονα τὰ κακὰ, καὶ σφοδρὰ τὰ κωλύματα, καὶ πολλοὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, τοσούτῳ μᾶλλον καὶ αὐτὸν διαναστῆναι, καὶ ἑτέρους παρακαλέσαι συνεφάψασθαί σοι τῆς καλῆς ταύτης προνοίας, καὶ D μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἐπειχθῆναι, καὶ παραγενέσθαι ἐκεῖσε. καὶ γὰρ καὶ τῆς ἀποδημίας αὐτῆς οὐ μικρὸν ἕξεις μισθόν. εἰ δὲ τῆς ἀποδημίας, πολλῷ μᾶλλον εἰ τῶν ἔργων ἅψαιο, καὶ σπουδὴν πολλὴν ἐπιδείξαιο. τοῦ γὰρ οἴκοι καθῆσθαι, πολλῷ βέλτιον καὶ χρησιμώτερον τὸ, τοιαύτας ἀποδημίας ἀποδημεῖν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὄντα, καὶ ταῦτα ἔστιν ἔχειν ἃ νῦν ἔχεις, τὴν νηστείαν, τὰς ἀγρυπνίας, τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν. οἴκοι δὲ καθήμενον, οὐκ ἔστι καρπώσασθαι,

A remanſerunt, magis ac magis fulcias & corrobores, vt ne relictis regionis illius negotijs pedem referant: & eos, qui vicini ac propinqui ſunt, exquiras, atque cum ingenti animi alacritate ac ſtudio emittas, cunctiſque tam propinquis quàm remotis ampliſſimam vtilitatem affeias: atque vnguentorum naturam imiteris, quæ non modò locum eum, quo excipiuntur, ſed etiam longiùs remotum äerem magna ſuauitate perfundunt.

Gerontio Presbytero LIV.

B

Et iam ad pietatem tuam literas dedi, exiſtimans te in Phœnicia eſſe: & nunc item eadem, quæ priùs, ſcribo, nempe vobis nunc maximè quiduis agendum ac perferendum eſſe, vt ne ſegetem veſtram vacuam & inanem deſeratis, nec quicquam eorum, quæ rectè & cum laude geſta sũt, labefactari atq. interire ſinatis. Nam & paſtores, cùm ingentem labem ad oues interne graſſantem conſpexerint, tunc potiſſimùm excitantur, ac vigilant, fundámque ſumunt, cæteríſque artibus vtuntur, quò incommo- C dum omne à grege propulſent. Et quidem cum Iacob pecudum rationis expertium curam gerens, totos decem & quatuor annos ſerui munus obierit, æſtúq. ac frigore & vigilijs multis conflictatus, viliſſimíque mercenarij officio functus ſit, perpende animo, quidnã ij, quorũ fidei oues ratione præditæ commiſſæ ſunt, agere ac perpeti debeãt, ne qua ex ipſis pereat. Quocirca te oro atque obſecro, vt quo maior eſt tẽpeſtas, & plura mala, & maiora impedimenta obijciuntur, pluréſq. ſunt qui inſidias ſtruant, eo etiã magis ipſe te excites, alióſq. itẽ horteris, vt præclarã hanc cu- D ram tecũ ſuſcipiãt, illúcq. quàm celerrimè peruenire maturẽt. Nam huiuſce quoq. profectionis, nõ paruã mercedẽ es habiturus. Quòd ſi profectionis, multo profectò magis, ſi res ipſas tractes, multúmq. ſtudiũ adhibeas. Siquidẽ huiuſmodi peregrinationes ſuſcipere, lõgè præſtãtius atq. cõducibilius eſt, quã domi deſidere. Illic enim degens, hæc etiã habere potes, quę nunc habes, hoc eſt ieiuniũ, vigilias, cæteráq. Chriſtianæ philoſophiæ genera. Domi autẽ deſidens, ea lucrari non potes, quæ, ſi in illa regione cõmoreris, adipiſci potes,

Gen. 31.

nimirum tot animarum ſalutem, periculorum mercedem, tantæque animi promptitudinis animi præmium. Nam ne ipſa quidem animi promptitudo præmio caret. Quamobrem, quales tibi ipſi coronas in futurum condas, tecum reputans, ne quæſo cunctéris, ac moram vllam interponas, verùm vbi è morbo conualueris, mox ad iter te accinge, de rebus ad vſum tuũ neceſſarijs nihil laborans. Siquidẽ reuerendiſſimo ac religioſiſſimo Preſbytero Conſtantino negotium dedi, vt, ſiue ad ædium extructiones, ſiue ad ſubleuandam fratrum inopiam impenſis opus ſit, largè vobis ac prolixè omnia ſuppeditet, atq. adeo nunc etiam largius ac profuſius, quàm antè. Cùm igitur & pronos ac faciles inde ſumptus habeas, &, quod caput eſt, rem Deo gratam facturus ſis, depulſa omni cunctatione confeſtim iter matures quæſo, atque ex ipſa Phœnicia hoc nobis ſignifices: vt licet in graui ac moleſta ſolitudine hæreamus, ingens tamen hinc ſolatium conſequamur. Nam ſi te animo ac voluntate ita comparatum illuc abijſſe intellexerimus, vt pro animarum illius regionis ſalute nihil facere ac pati recuſes, tanta voluptate perfundemur, vt ne ſolitudinem quidem incolere nos exiſtimemus. Quamuis enim te quoque huc venire, ac tuo cõſpectu frui cupiamus: tamen, quia hoc, quod dixi, magis neceſſarium eſt, periculúmque eſt, ne hyems iter illud tibi præcludat, propterea te vrgemus, atque, vt proficiſci matures, obſecramus.

Symeoni & Mari presbyteris, atque in Apamienſi regione monaſticam vitam profitentibus L V.

Etſi magno itineris ſpatio à vobis diſiungimur, atque in grauiſſima ſolitudine commoramur: tamen cognita animi veſtri virtute ingentiq. philoſophia, per quam omnibus, qui iſtic ſunt, lucem ac ſplendorẽ affertis, magnũ veſtri amorẽ cõcepimus. Ac quoniã, tum ob hyemis aſperitatẽ, tũ ob itineris longitudinẽ, veſtro interim congreſſu frui minimè licet, per literas vos conuenire ſtuduimus, vos orãtes atque obſecrantes, vt & pro malorum eorum, quæ vniuerſum terrarum orbem inuaſerunt, depulſione prolixas ad Deum preces

A ψυχὰς ἐπιτελέσῃ τοσούτων, τὸν ἀπὸ τῶν κινδύνων μισθὸν, τὴν ἀπὸ τῆς τοσαύτης προθυμίας ἀμοιβήν. ἔστι γὰρ καὶ προθυμίας ἀμοιβή. ἐννοῶν τοίνυν ἡλίκους σεαυτῷ προαποτίθεσαι στεφάνους, μηδὲν μελλήσῃς, μηδὲ ὑπερθῇ· ἀλλὰ ῥαΐσας, ἐντεῦθεν ἤδη τῆς ἀποδημίας ἅψασθαι παρακλήθητι, μηδὲν φροντίζων τῶν χρειῶν ἕνεκεν. πάντα γὰρ εἶπον τῷ κυρίῳ μου τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Κωνσταντίῳ, εἴ τι εἰς οἰκοδομὰς ἀναλῶσαι δέοι, εἴ τι εἰς χρείας ἀδελφῶν, μετὰ πλείονος παρασχεῖν ὑμῖν τῆς δαψιλείας, καὶ μετὰ πλείονος
B νῦν ἢ ἔμπροσθεν. ἔχων τοίνυν καὶ τὴν ἐκεῖθεν εὐκολίαν, καὶ πρὸ πάντων τὸ, πρᾶγμα ποιεῖν ἀρέσκον θεῷ, πάντα ὄκνον ἐκβαλὼν, ἐπιληφθῆναι ταχέως παρακλήθητι, καὶ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τοῦτο δήλωσον, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ ὄντες χαλεπῇ, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν. εἰ γὰρ μάθοιμεν ὅτι ἀποδεδήμηκας ἐκεῖσε μετὰ τῆς γνώμης ἐκείνης, πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν ὑπὲρ σωτηρίας τῶν αὐτόθι ψυχῶν παρεσκευασμένος, οὐδὲ ἐρημίαν ἡγησόμεθα οἰκεῖν ἀπὸ τῆς τοσαύτης ἡδονῆς. ἐ-
C πιθυμοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς παραγενόμενόν σε ἰδεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ὅπερ εἶπον ἀναγκαιότερον, καὶ δέος μήποτε ὁ χειμὼν ἀποκλείσῃ σοι τὴν ὁδὸν, τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε, διὰ τοῦτό σε ἐπείγομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ταχέως ἐπιληφθῆναι.

Συμεὼν καὶ Μάρει πρεσβυτέροις, καὶ μονάζουσιν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀπαμείας.

D ΕΙ καὶ πολλῷ διειργόμεθα τῷ τῆς ὁδοῦ διαστήματι, καὶ ἐν χαλεπωτάτῃ καθήμεθα ἐρημίᾳ, ἀλλ' ὅμως μαθόντες ὑμῶν τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν πολλὴν φιλοσοφίαν, δι' ἧς τοῖς αὐτόθι πάντας καταλάμπετε σφοδροὶ γεγόναμεν ὑμῶν ἐρασταί. καὶ ἐπειδὴ τῆς κατ' ὄψιν ὑμῶν συντυχίας τέως ἀπολαῦσαι οὐκ ἔνι, διά τε τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν, διά τε τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, διὰ γραμμάτων συγγενέσθαι ἐσπουδάσαμεν ὑμῖν, παρακαλοῦντες ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν εὔχεσθαί τε ἐκτενῶς ὑπὲρ τῆς λύσεως τῶν τὴν οἰκουμένην καταληφθέντων κα-

κῆν, καὶ πέμψαντες εἰς τοῦτο διεγείρητε μετὰ πολλῆς (A) τῆς προθυμίας· ἡμῖν τε, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχέστερον ἐπιστέλλειν περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας· ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὑμῶν ὄντες, καὶ πρὸς αὐτὰς τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς ἀπῳκισμένοι, πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν, συνεχέστερον τὰ περὶ τῆς ῥώσεως ὑμῶν μανθάνοντες. σφόδρα δὲ ἡμᾶς εὔφρανεν ὁ ποθεινότατος καὶ γλυκύτατος Ἰωάννης ὁ πρεσβύτερος, ἐν τοσαύτῃ καιρῶν δυσκολίᾳ ἐλόμενος οἴκοθεν διαναστῆναι, καὶ ἅψασθαι τῆς ἐπὶ τὴν Φοινίκην ἀποδημίας. παρακαλῶ τοίνυν ἐννοή- (B) σαντας τοῦ κατορθώματος ἡλίκον τὸ μέγεθος, εἴ τινας εὕροιτε γενναίους ἄνδρας, δυναμένους αὐτῷ συμπρᾶξαι πρὸς τὸ τῶν κατορθωμάτων τούτων τὸ μέγεθος, πολλῇ τῇ προθυμίᾳ συναποστεῖλαι αὐτῷ παρακλήθητε, ἐννοοῦντες ἡλίκον ἐντεῦθεν καρπώσεσθε τὸν μισθόν.

Ῥωμύλῳ, καὶ Βύζῳ, μονάζουσι νϛʹ.

Ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην ὑμᾶς καὶ ἐνταῦθα παραγενομένους ἰδεῖν. ἀκούων γὰρ ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν, σφοδρὸς ὑμῶν γέγονα ἐραστής, τοῖς (C) τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς ὑμᾶς φανταζόμενος. ἐπεὶ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, καὶ διὰ τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, καὶ διὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν, καὶ διὰ τὸν τῶν Ἰσαύρων φόβον, διὰ τῶν γραμμάτων ἐσπούδακα ὑμῶν συγγενέσθαι τῇ τιμιότητι, δήλην ὑμῖν ποιῶν τὴν διάθεσιν, ἣν ἔχομεν πρὸς τὴν εὐλάβειαν τὴν ὑμετέραν. ἔνι γὰρ καὶ τοὺς πόῤῥωθεν ὄντας, καὶ μὴ ὁραθέντας φιλεῖν· τοιαύτη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ δύναμις, οὐ διείργεται ὁδοῦ μήκει, οὐδὲ μαραίνεται χρόνου πλήθει, οὐδὲ νικᾶται πειρασμῶν ἐπαγωγαῖς, ἀλλὰ ταῦτα πάντα νικῶσα, ἀνωτέρα πάντων (D) γίνεται, καὶ πρὸς ὕψος ἄφατον αἴρεται. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ σφόδρα περὶ ἡμᾶς διακείμεθα, οὐδενὶ τούτων γεγόναμεν ῥαθυμότεροι, ἀλλὰ καὶ γράφομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦν ἡμῖν. οὕτω γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, ὅταν ἀκούωμεν τοὺς οὕτω βιοῦντας, καὶ τὴν στενὴν ταύτην καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντας ὁδὸν, ὑγιαίνοντας καὶ ἐῤῥωμένους.

adhibeatis, & omnes magna cum alacritate ad hoc excitetis: nóſque, cùm facultas dabitur, de veſtra valetudine per literas quàm ſæpiſſimè certiores faciatis: vt, licet etiam procul à vobis diſſiti, atque ad vltimos quoque terræ angulos relegati, magnam tamen hinc conſolationem capiamus, de veſtræ valetudinis ſtatu perſæpe aliquid audientes. Nos quidem certè permagna voluptate affecit vir chariſſimus & ſuauiſſimus Ioannes presbyter, quòd in tanta temporum difficultate denuo excedere, atque in Phœniciam proficiſci animum induxerit. Quapropter à vobis peto, vt præclaræ huiuſce laudis magnitudine animo perpenſa, ſi quos præſtantes ac generoſos viros nanciſcamini, qui ad egregiarũ harum rerum magnitudinem auxiliarẽ manum afferre poſſint, eos magna cum animi alacritate vnà cum eo mittatis, quantam hinc mercedem laturi ſitis, cogitantes.

Romulo & Byzo monachis L VI.

Vos quidem huc quoque venire, atque oculis perſpicere vellem. (Veſtræ enim pietatis fama commotus, ingenti veſtri amore afficior, atque charitatis oculis vos intueor.) Quoniam autem, tum ob itineris longinquitatem, tum ob hyemis tempus, tum ob Iſaurorum metum, id nunc minimè licet, vos per literas conuenire ſtudui, meam erga vos beneuolentiam perſpicuam vobis faciens: qua fit, vt eos etiam, qui procul abſunt, nec vnquam viſi ſunt, amare liceat. Nam eiuſmodi charitatis natura eſt, vt nec viæ longitudine dirimatur, nec temporis diuturnitate debilitetur, nec illatis tentationibus infringatur, verum hæc omnia vincat, ac ſupra omnia aſſurgat, atque in ſublimitatem omni oratione præſtantiorem attollatur. Ob eámque cauſam nos etiam, quandoquidem apprimè vos amamus, nihil horum ſegniores effecit. Quin potiùs, & ipſi ſcribimus, & viciſſim, vt de veſtra ſalute certiores nos faciatis, vos rogamus. Sic enim, etiam in ſolitudine degentes, magno ſolatio afficiemur, cùm eos, qui ita viuũt, arctúmque atque anguſtum iter ingrediuntur, incolumi ac ſima valetudine eſſe intellexerimus.

A

Adoliæ LVII.

Quamuis ipſa rarò ad nos ſcribas, nos tamen quoties homines nanciſcemur, qui hinc iſtuc proficiſcantur, literas ad te dare minimè deſinemus. Ac quidē te huc venire, ac cernere vellemus, idque in primis optamus. Verùm quoniam hoc arduum fortaſſe ac difficile tibi viſum eſt (nam alioqui Iſaurorum periculū penitus ſublatum eſt) nos certè conſolationem eam, quàm, dum crebrò ad te ſcribimus, capere ſolemus, nobiſipſis præbere minimè intermittemus. Etenim quoties tabellarij, qui iſtuc iter faciat, nobis poteſtas fit, non vulgarem voluptatē capimus, cùm ad te literas damus. Hæc igitur cùm tibi explorata ſint, ornatiſſima & religioſiſſima domina mea, velim quoque ipſa des operam, vt de tua valetudine animíque hilaritate quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribas. Quemadmodum enim de profectione nihil te accuſamus (quòd res ea difficultatem habere tibi viſa ſit: eodem modo de tam longo ſilentio tibi ſuccenſere minimè deſinemus, quoniam de tua totiúſque domus tuæ valetudine aſſiduè aliquid audire vehementer expectamus.

Αδολίᾳ ιζ'.

Ημεῖς κἂν αὐτὴ σπανιάκις ἐπιστέλλῃς, οὐ παυσόμεθα, ὁσάκις ἂν ἐπιτύχωμεν τῶν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀφικνουμένων, γράφοντες πρὸς τὴν εὐγένειαν τὴν σήν. ἐβουλόμεθα μὲν γὰρ καὶ ἐνταῦθά σε παραγενομένην ἰδεῖν, καὶ σφόδρα τοῦτο ἐπιθυμοῦμεν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐργῶδες ἴσως κατεφάνη σου τῇ εὐγενείᾳ, (τὰ γὰρ τῶν Ισαύρων πέπαυται παντελῶς) τὴν γοῦν B ἀπὸ τοῦ γράφειν συνεχῶς τῇ τιμιότητί σου παράκλησιν οὐ παυσόμεθα παρέχοντες ἑαυτοῖς. καὶ γὰρ ὁσάκις ἂν ἐπιτύχωμεν γραμματηφόρου ἐκεῖσε παραγινομένου, οὐ τὴν τυχοῦσαν καρπούμεθα εὐφροσύνην ἐπιστέλλοντές σου τῇ τιμιότητι. τοῦτ' οὖν εἰδυῖα κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη, καὶ αὐτὴ σπουδὴν ποιεῖσθαι παρακλήθητι τοῦ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ εὐθυμίας. ὥσπερ γὰρ τῆς ἀποδημίας ἕνεκεν οὐδὲν ἐγκαλοῦμεν, διὰ τὸ δόξαι δυσκολίαν ἔχειν τὸ πρᾶ- C γμα· οὕτω τῆς σιγῆς ἕνεκεν τῆς μακρᾶς οὐ παυσόμεθα αἰτιώμενοι, διὰ τὸ σφόδρα ἐπιθυμεῖν συνεχῶς μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός.

Theodoſio ex Ducibus LVIII.

Multo melle literas tuas condijſti, vel, vt rectius loquar, melle dulciores eas effeciſti. Mel quippe iis, qui ipſius dulcedine aſſiduè fruuntur, non iam æquè dulce eſſe videtur, ſaturitate nimirum voluptatis vim opprimente. At literæ tuæ lætum nobis de tua proſpera valetudine nuncium afferētes, tantum ab eo abſunt, vt hoc efficiant, vt tum præſertim voluptatem nobis augeant, cùm frequentiùs mittuntur. Ac tu quidem epiſtolam meam exoſculatus es: ego verò te ipſum epiſtolæ patrem vtraque manu complexus ſum, collóque tuo circumfuſus, charúmque mihi caput exoſculatus, ingentem conſolationem percepi. Sic enim affectus eram, vt non epiſtolam duntaxat tuam legere arbitrarer, ſed etiam te ipſum adeſſe,

Θεοδοσίῳ ἀπὸ Δουκῶν ιη'.

Πολλοῦ τοῦ μέλιτος τὴν ἐπιστολὴν ἀνέχρωσας, μᾶλλον δὲ καὶ μέλιτος αὐτὴν ἡδίω πεποίηκας. τὸ μὲν γὰρ ὅταν συνεχέστερον ὁμιλήσῃ τοῖς ἀπολαύουσιν αὐτοῦ τῆς γλυκύτητος, οὐκ ἔτι ὁμοίως ἡδὺ φαίνεται, τοῦ κόρου τὴν D τυραννίδα τῆς ἡδονῆς καταλύοντος· τὰ δὲ γράμματα τὰ σὰ τὴν ὑγείαν ἡμῖν εὐαγγελιζόμενα τὴν σήν, τοσοῦτον ἀπέχει τοῦτο παθεῖν, ὅτι καὶ ἐπιτείνει τότε μάλιστα ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην, ὅταν συνεχέστερον πέμπηται. σὺ μὲν οὖν τὴν ἐπιστολὴν περιεπτύξω τὴν ἐμήν· ἐγὼ δὲ αὐτόν σε τὸν πατέρα τῆς ἐπιστολῆς καὶ περιεπτυξάμην, καὶ περιέβαλον ἄμφω τὼ χεῖρε, καὶ τῷ τραχήλῳ περιχυθεὶς, καὶ τὴν φίλην ἐμοὶ φιλήσας κεφαλὴν, πολλὴν ἐκαρπωσάμην τὴν παραμυθίαν. οὐδὲ γὰρ ἐπιστολὴν ἐνόμιζον σὴν ἐπιέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν παρ-

Digitized by Google

ναι ἡμῖν καὶ συγγίνεσθαι. τοσαύτην ἴσχυσε τῆς ἐπιστολῆς ἡ δύναμις. τοιαύτη γὰρ τῆς γνησίας ἀγάπης ἡ φύσις, κἂν διὰ γραμμάτων αὐτῆς προχέηται τὰ νάματα, αὐτὴν τὴν πηγὴν τῶν γραμμάτων φαντάζεσθαι παρασκευάζει. ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πεπόνθαμεν, καὶ οὔτε χρόνου πλῆθος, οὔτε ὁδοῦ μῆκος, οὔτε πραγμάτων περίστασις, οὔτε ἄλλο οὐδὲν πρὸς τοῦτο κώλυμα γέγονεν ἡμῖν. ταῦτ' οὖν εἰδὼς δέσποτά μου θαυμασιώτατε, ἐπίστελλε ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει, περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός, καὶ τῆς εὐθυμίας δηλῶν. οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν ταῦτα περισπούδαστον μανθάνειν.

A ac nobiſcum verſari. Tanta epiſtolæ vis fuit. Eiuſmodi quippe ſyncerae charitatis natura eſt, vt etiã ſi latices ſuos per literas profundat, id efficiat, vt ipſe literarum fons oculis obuerſari videatur. Quòd etiã ipſum nobis vſu venit. Ac neque temporis diuturnitas, neque itineris longitudo, neque negotiorũ difficultates ac moleſtię, nec denique aliud quicquam, quo minus id nobis contingeret, impedimento eſſe potuit. Hæc igitur cùm tibi perſpecta ſint, domine mi comprimis admirande, ne te quæſo de tua totiúſq. domus tuæ valetudine
B animíque hilaritate nos per literas certiores facere pigeat. Nec enim te fugit, quantæ nobis curæ ſit hæc ſcire.

Θεοδότῳ διακόνῳ ιθ΄.

Theodoto Diacono LIX.

Ταχέως ἡμῶν ἐπελάθου τοῦ χωρισμοῦ σου σφόδρα λυπηροῦ ἡμῖν γεγενημένου, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σιγῆς τῆς μακρᾶς προσέθηκας ἀθυμίαν. καὶ οὐδὲ εἰς χρόνου στενοχωρίαν ἔχεις καταφυγεῖν. ἱκανὸν γὰρ τῶν ἡμερῶν τὸ πλῆθος πολλὴν ὁδοιπόρῳ παρασχεῖν εὐκολίαν πρὸς ἐπάνοδον. ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἰσαυρικὰ προβαλλομένου ἀνασχοίμεθα ἄν, ἐπειδὴ σφόδρα σε φιλοῦμεν. καὶ γὰρ πολλοὶ οἱ ἐκεῖθεν μετὰ τὴν σὴν ἀποδημίαν ἐνταῦθα παραγινόμενοι. τί οὖν ἐστι τῆς σιγῆς τὸ αἴτιον; ὄκνος καὶ ῥαθυμία. ἀλλ' ὅμως ἀφίεμέν σε τῶν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ὀλιγωρίᾳ ἐγκλημάτων, ἂν βουληθῇς εἰς τὸ ἐπιὸν τῇ πυκνότητι τῶν γραμμάτων διορθώσασθαι τὸ παρελθόν. οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν χαριῇ, συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλων τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς.

Citò noſtri memoriam abieciſti, ad ingentem eam moleſtiam, quam ex digreſſu tuo accepimus, eum quoque animi mœrorem, quem longũ ſilentium parere ſolet, adiungens. Nec verò ad temporis anguſtiam tibi perfugium patet. Siquidem dierum multitudo ingentem ad reditum facilitatem viatori
C præbere poteſt. Quin ne Iſauricos quidem metus cauſari te patiemur, quandoquidẽ te magnopere amamus. Multi quippe ſunt, qui poſt diſceſſum tuum illinc huc venerint. Quænam igitur ſilentij cauſa eſt? Negligentia nimirum, ac ſocordia. Sed tamẽ prioris negligentiæ culpã tibi remittimus, ſi modò animum in poſterũ induxeris prætermiſſũ abs te officij munus frequẽtibus literis ſarcire. Scis enim quantam à nobis gratiam initurus ſis, de tua proſpera valetudine crebrò ad nos ſcribens.

Χαλκιδίᾳ καὶ Ἀσυγκριτίᾳ ξ΄.

D *Chalcidiæ & Aſyncritiæ* LX.

Οἶδα ὅτι σφόδρα ὑμᾶς διετάραξε τῶν ἐπαλλήλων πειρασμῶν ἡ συνέχεια, τῶν ἐπενεχθέντων τῷ κυρίῳ μου τῷ τιμιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ. ἀλλὰ μηδὲν ὑμᾶς τοῦτο θορυβείτω. ὁ γὰρ διὰ τὸν θεὸν ταῦτα πάσχων, ὅσῳπερ ἄν τι χαλεπώτερον πάθῃ, μειζόνων ἀπολαύει στεφάνων. ἱκανὴν τοίνυν ἔχουσαι ταύτην τὴν παράκλησιν, φέρετε γενναίως καὶ εὐχαρίστως τὰ συμπίπτοντα, δοξάζουσαι τὸν θεὸν ἐφ' ἅπασι τοῖς συμβαίνουσιν. οὕτω γὰρ καὶ ὑμεῖς

Non me fugit crebras tẽtationes, quæ domino meo reuerẽdiſſimo & religioſiſſimo preſbytero illatæ ſunt, magnam vobis perturbationem attuliſſe. Verùm nihil eſt quãobrẽ hoc nomine animi veſtri cõmoueãtur. Nã qui Dei cauſa hęc perpetitur, quo grauiora pertulerit, eo quoque maiores coronas refert. Cùm igitur hanc ſatis amplã conſolationem habeatis, ſtrenuo animo, & cum gratiarum actione, ea, quæ accidunt, ferte, Dei gloriam ob omnes rerum euentus prędicantes. Sic enim vos

quoque in præmiorum & coronarum, A quę illum manent, ſocietatem venietis, ſi ea, quæ acciderũt, forti & placido animo tuleritis. Scitis enim viam eſſe præſentem hanc vitam, eiúſq. tam res lætas ac iucundas, quàm graues & moleſtas præterire: illúdq. item nobis faciendũ eſſe, vt per multas tribulationes in Dei regnũ introeamus: arctámq. atque anguſtam portam eſſe, quæ ad vitã ducit. Quæ cum ita ſint, tum per hæc, tũ per ipſius præſentiã, ſolatio affectæ, nubem omnem mœroris diſcutietis, ob ipſius nimirum calamitates lætitiam ac voluptatem animo concipientes. Siquidem B eiuſmodi fructus hinc ipſi recondetur, qui nulla vi orationis explicari, nec vnquam labefactari poſſit.

Via hæc vita.

A κοινωνοὶ γενήσεσθε τῶν ἀποκειμένων αὐτῷ μισθῶν καὶ στεφάνων, ὑπὲρ ὧν γενναίως καὶ πράως ἐνηνέγκατε τὰ συμβάντα. ἴστε γὰρ ὅτι ὁδὸς ὁ παρὼν βίος, καὶ τὰ χρηστὰ αὐτοῦ καὶ τὰ λυπηρὰ παροδεύεται, καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· καὶ ὅτι στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. παρακληθεῖσαι οὖν καὶ διὰ τούτων, καὶ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ἅπαν ἀθυμίας διασκεδάσατε νέφος, χαίρουσαι, εὐφραινόμεναι ἐπὶ τοῖς τούτου παθήμασι. καὶ γὰρ B ἄφατος αὐτῷ ἐντεῦθεν κείσεται ὁ καρπὸς καὶ ἀκήρατος.

Theodoto ex Conſularibus LXI.

Hoc demum eſt patrem eſſe, nempe non modò illud nõ moleſte ferre, quòd filius veram ſapientiam profiteatur, verùm etiã ipſi idcirco gratulari, nihilq. non agere, quò ad ipſius arcem perueniat: ac ne hoc quidem, quòd ille, tum à patria, tum à domo, tum ab oculis tuis procul ſit, grauiter & iniquo animo ferre, verùm nunc potiùs eo eſſe animo, vt C ipſum tecum verſari exiſtimes, cùm ipſius virtus auctior efficitur. Ob eámque cauſam ingentes tibi gratias habemus. Atque illud quidem admirati ſumus, quonã pacto, cùm à te tantum munus, hoc eſt filium, habuerimus, tu tamen tibi faciendum eſſe duxeris, vt nos alijs quoque muneribus ornares. Nos verò honorem quidem illum, qui ex munerib. miſſis oritur, decerpſimus, munera autẽ ipſa remiſimus: non quòd te deſpiciamus (qui enim iſtud, cùm à te valde amemur?) verùm quòd ſuperuacaneum eſſe cenſeremus earum re- D rum fructum conſectari, quibus minimè indigemus. Sanè bellum lectorem Theodotum apud nos retinere, ac fingere & erudire nobis cordi erat. Verùm quoniam omnia hìc cædibus, tumultibus, cruore, atque incẽdijs plena ſunt, (Iſauris nimirum cuncta ferro atque igne populantibus) nóſq. ſedes quotidie mutamus, neceſſarium proinde eſſe duximus eum hinc emittere, domino meo religioſiſſimo diacono Theodoto etiam atque etiam mandantes, vt ipſius curam aſſiduè gerat, in ídque magno ſtudio ac diligentia incumbat. Quod

Θεοδότῳ ἀπὸ Κονσουλαρίων ξα'.

Τοῦτο πατὴρ, τὸ μὴ μόνον μὴ δυσχεραίνειν τοῦ παιδὸς τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν φιλοσοφοῦντος, ἀλλὰ καὶ σπουδάζεσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν, ὅπως εἰς ἄκρον αὐτῆς ἀφίκοιτο, καὶ μηδὲ τὸ πόρρωθεν εἶναι καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας, καὶ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν, βαρύνεσθαι, ἀλλὰ νῦν μᾶλλον αὐτὸν ἡγεῖσθαι πλησίον ἔχειν, ὅτε C αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπιδίδωσι. διὰ ταῦτά σοι καὶ ἡμεῖς πολλὰς χάριτας ἴσμεν, καὶ τεθαυμάκαμεν πῶς τοιοῦτον ἡμῖν δῶρον δεδωκὼς, τὸν υἱὸν, ἐνόμισας δεῖν σοι καὶ ξενίων εἰς τιμὴν ἡμετέραν. τὴν μὲν οὖν τιμὴν τὴν ἐκ τῶν πεμφθέντων ἐδρεψάμεθα, αὐτὰ δὲ ἀντεπεστάλκαμεν, οὐχ ὑπερορῶντές σου τῆς εὐνοίας. (πῶς γὰρ τοῦ οὕτως σφοδρῶς ἡμῶν ἐρῶντος;) ἀλλ' ἡγούμενοι περιττὸν εἶναι τούτων τὴν ἀπόλαυσιν διώκειν ὧν ἐν χρείᾳ οὐ καθεστήκαμεν. τὸν μέν τοι καλὸν Θεόδοτον τὸν ἀναγνώστην ἐβουλόμεθα μὲν παρ' ἑαυτοῖς κατέχειν D καὶ πλάττειν, ἐπειδὴ δὲ πάντα τὰ ἐνταῦθα φόνων, ταραχῆς, αἱμάτων, ἐμπρησμῶν ἐμπέπλησται, τῶν Ἰσαύρων πάντα σιδήρῳ καὶ πυρὶ ἀναλισκόντων, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβομεν, καθ' ἑκάστην μετοικιζόμενοι τὴν ἡμέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν ἐκπέμψαι αὐτὸν, πολλὰ παραγγείλαντες τῷ κυρίῳ μου τῷ εὐλαβεστάτῳ διακόνῳ Θεοδότῳ ἐπιμελεῖσθαι αὐτοῦ διηνεκῶς, καὶ πολλὴν αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν. τοῦτο δὲ καὶ

δὴ καὶ αὐτὸς κατορθῶσαι σπούδασον τῷ παιδί, καὶ πάντως ἡμῶν ἐπαινέσῃ τὴν συμβουλήν, καὶ πολλὴν εἴσῃ τῆς παραινέσεως ταύτης τὴν χάριν ἡμῖν.

Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, Κυριακῷ πρεσβυτέροις Ἀντιοχείας ξβʹ.

Ὅτι μὲν ἡμᾶς ἀπέλιπεν ὁ κύριός μου ὁ τιμιώτατος καὶ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Κωνστάντιος, ἀλγῶ· ὅτι δὲ ὑμᾶς ἀπείληφε, χαίρω, καὶ μειζόνως χαίρω, ἢ ἐκεῖθεν ἀλγῶ. εὖ γὰρ οἶδ' B ὅτι εἰς ἀκύμαντον ὁρμεῖ λιμένα, τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. κἂν γὰρ μυρίαι πανταχόθεν περιεστήκωσι ταραχαί, καὶ πολλὰ ἐγείρηται τὰ κύματα, ἀλλὰ τοιαῦτα τὰ ὑμέτερα, ὡς καὶ ἐν χειμῶνι γαλήνης ἀπολαύειν λευκῆς, διὰ τὴν περιοῦσαν ὑμῖν ἀνδρείαν, καὶ τὴν ἀπερίτρεπτον ἀγάπην καὶ διάθεσιν. ἰδόντες τοίνυν αὐτὸν ὡς ὑμῖν πρέπον ἐστί, πάντα αὐτοῦ γενέσθαι παρακλήθητε. ἴστε γὰρ ὅσος ὑμῖν κείσεται μισθός, εἰκῆ καὶ μάτην ἐπηρεαζόμενον ἀνέχειν σπουδάζουσιν. οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἄλλο τι ζητοῦμεν, ἀλλ' C ὥστε μηδὲν αὐτὸν παρὰ τὸ δίκαιον ἐπηρεασθῆναι, καὶ μάτην ἄγεσθαι καὶ περιάγεσθαι, ἐν δικαστηρίοις ἀπαρτιζόμενον, ὑπὲρ ὧν στεφανοῦσθαι αὐτὸν καὶ ἀνακηρύττεσθαι ἔδει. καὶ ὑπὲρ μὲν τούτου ταῦτα αἰτοῦμεν· ὑπὲρ δὲ ἡμῶν αὐτῶν, ὥστε συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελίζεσθαι. εἰ γὰρ καὶ πολλοῦ διειργόμεθα τοῦ μέσου τῆς ὁδοῦ, ἀλλ' ὅμως οὐ παυόμεθα διηνεκῶς ὑμᾶς ἐπὶ διανοίας φέροντες, καὶ πλησίον ὑμῶν ὄντες, καὶ καθ' ἑκάστην ὑμῖν συγγινόμενοι. τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοὶ τῶν γνησίως εἰδότων φιλεῖν. καὶ τοῦτο ἴστε καὶ αὐτοὶ σαφῶς, ἐπειδὴ καὶ D φιλεῖν ἴστε γνησίως.

Τρανκυλλίνῳ ξγʹ.

Τὰ μὲν ἄλλα πάντα εἴκει χρόνῳ καὶ παραχωρεῖ παλαιούμενα, καὶ γηράσκοντα, καὶ σωμάτων ἄνθη, καὶ οἰκοδομημάτων μεγέθη, καὶ λειμῶνες, καὶ παράδεισοι, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἅπαντα· μόνη δὲ ἡ ἀγάπη τὴν ἐντεῦθεν διέφυγε βλάβην,

A Quod ipſum vt filius tuus conſequatur, tu quoque labores velim. Atque omnino conſilium noſtrum collaudabis: nobiſque admonitionis huius nomine ingentem gratiam habebis.

Caſto, Valerio, Diophanto, Cyriaco, Antiochiæ presbyteris LXII.

Quòd reuerendiſſimus ac religioſiſſimus presbyter Conſtantius nos reliquerit, doleo: quòd autem ad vos ſe contulerit, lætor: ac magis hinc lætor, quàm illinc doleo. Neque enim mihi dubium B eſt, quin ad trãquillum portum, hoc eſt ad veſtram charitatem, appellat. Nam quamuis ſexcenti tumultus vos vndiq. circumſtent, magnóſque fluctus excitent: tamen eiuſmodi ſtatu res veſtræ ſunt, vt ob eam, qua præditis eſtis, fortitudinem, firmámque & conſtantem charitatem animiq. affectionem, etiam in medijs procellis magna trãquillitate fruamini. Quãobrem cum ad veſtrum aſpectum peruenerit, prorſus id agite, vt ipſi conſolationem adhibeatis. Nec enim ignari eſtis, quanta vos hinc merces maneat, ſi eum iniquè vexatum & C exagitatum leuare ſtudeatis. Neque enim aliud quicquã à vobis poſtulam*, quàm vt ne ipſe per iniuriã vexetur, temereq. huc atque illuc circumagatur, ac per iudiciũ tribunalia eã ob cauſam diſtrahatur, atque laceretur, ob quam eum corona cingi, ac publico præconio celebrari par erat. Ac pro eo quidẽ hæc poſtulamus: pro nobis autem vt quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribatis, ac de veſtra valetudine certiores nos faciatis. Nam etſi longo itineris interuallo à vobis diuellimur: vos tamen animo circũferre minimè deſinimus, ac vobiſcum eſſe quotidiéque verſari. Eiuſmodi enim D charitatis oculi ſunt, in ijs duntaxat, qui ſynceré amare norunt. Idque ipſi perſpicuè noſtis: quandoquidem ſyncerè quoque amare noſtis.

Tranquillino LXIII.

Cætera quidem omnia tempori cedunt, ac vetuſtatem & ſenium contrahunt, hoc eſt & florentia corpora, & altæ ſubſtructiones, & prata, & horti, ac denique omnia, quæ ex terra oriuntur: ſola autem charitas ab eiuſmodi detrimento immunis eſt:

ac temporis longinquitate non modò non flacceſcit, ſed ne morte quidē ipſa interrūpitur. Eóque nomine nos quoque, tametſi diuturno tempore à ſuauitate tua abfuerimus, vigentem tamen tui amorē retinemus: ac nunc quidem lingua, ſemper autem animo atque cogitatione. Eáque de cauſa quàm ſæpiſſimè ad pietatem tuā literas dedimus. Quoniā autem, quo ſtatu valetudo tua ſit, intelligere valde expetimus (ſcis enim ipſe quàm te valere cupiamus) ſi fieri poſſit, facileque aliquem nanciſci queas, qui literas ad nos ferat, velim, vt, quemadmodū officij tui ratio poſtulat, de eo nos certiores facias. Nam res noſtras, atq; ea, quæ in Armenia & Thracia geruntur, ſynceræ atque ardenti charitati tuæ narrabit is, qui tibi has literas reddet.

A καὶ οὐ μόνον οὐ μαραίνεται χρόνου πλήθει, ἀλλ' οὐδὲ αὐτῷ διακόπτεται τῷ θανάτῳ. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εἰ καὶ μακρὸν ἀπελείφθημεν χρόνον τῆς ἐμμελείας τῆς σῆς, ἀλλ' ἀκμάζουσαν αὐτὴν διατηροῦμεν, καὶ γλώττῃ μὲν νῦν, γνώμῃ δὲ ἀεί. διὸ καὶ συνεχῶς ἐπεστάλκαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ. ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν περισπούδαστον μανθάνειν τὰ τῆς ὑγιείας ὁρμᾷ τῆς σῆς, (οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα) εἰ δυνατὸν γένοιτο, καὶ ῥᾳδίως ἐπιτύχοις τινὸς τοῦ διακομίζοντος ἡμῖν τὰ γράμματα, τὰ σαυτῷ πρέποντα ποιῶν, B δῆλον τοῦτο ποιῆσαι ἡμῖν παρακλήθητι. τὰ γὰρ καθ' ἡμᾶς τά τε ἐν Ἀρμενίᾳ τά τε ἐν Θρᾴκῃ, διηγήσεταί σου τῇ γνησίᾳ καὶ θερμῇ ἀγάπῃ ὁ τὰ γράμματα ἐγχειρίζων.

Cyriaco Epiſcopo LXIV.

Dominus meus Sopater, Armeniæ huiuſce præfectus, in qua nunc incluſi tenemur, Armeniæ quidem præfuit vt pater: plus autem officij erga nos exhibuit, quàm à patre poſtulādum videretur. Huic itaque huiuſce beneuolentiæ vicem cùm rependere cuperem, & exquirerem, optimā viam mihi inueniſſe videor, nimirum ſolicitum tuū ac vigilantem animum, cuius opera gratiā ipſi referre potero. quî tandē iſtud, & quónam pacto? Ipſius filius iam diu iſtic literarū cauſa cōmoratur. Hunc ſi læto atque alacri animo (quemadmodū charitati tuæ conuenit) videre ſtudueris, beneficiíque aliquid in eum cōtuleris, omni ære alieno nos liberaris. Quamobrem hoc effice: ac, tum eorum, qui magiſtratu funguntur, tum tuorum familiarium, quique ipſi externam regionem patria iucundiorē reddere queūt, notitiā ipſi concilia. Sic enim, & ab eo, & à me, atque adeo à teipſo gratiam inibis, probum ſcilicet ac benignum virum, communémque pauperum portum per filium iuuans.

Κυριακῷ ἐπισκόπῳ ξδ'.

Ὁ δεσπότης μου Σώπατρος, ὁ τῆς Ἀρμενίας ἄρχων, Ἀρμενίας ταύτης ἐν ᾗ νῦν ἐσμὲν καθειργμένοι, ἦρξε μὲν Ἀρμενίας ὡς πατήρ· ἐπεδείξατο δὲ περὶ ἡμᾶς θεραπείαν πλείονα ἢ C πατήρ. ταύτης αὐτῷ τῆς εὐνοίας ἀποδοῦναι τὴν ἀμοιβὴν σπουδάζων τε καὶ ζητῶν, εὑρηκέναι μοι δοκῶ καλλίστην ὁδὸν, τὴν μεμεριμνημένην σου καὶ ἄγρυπνον ψυχὴν, δι' ἧς δυνήσομαι αὐτὸν ἀμείψασθαι. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; υἱός ἐστιν αὐτῷ διατελῶν αὐτόθι χρόνον ἤδη πολὺν ἐπὶ λόγων κτήσει. τοῦτον ἐὰν σπουδάσῃς μετὰ προθυμίας ἰδεῖν, καὶ τῆς σοὶ πρεπούσης ἀγάπης, καὶ ποιήσῃς ἀπολαῦσαί τινος τῶν χρηστῶν, τὸ πᾶν ἐσόμεθα ἐκτετικότες. ποίει δὲ τοῦτο, καὶ καθίστη γνώριμον αὐτὸν καὶ τοῖς ἐν τέλει, τοῖς καὶ σοὶ γνω- D ρίμοις, καὶ δυναμένοις αὐτῷ τὴν ἀλλοτρίαν ἡδίω τῆς ἐνεγκούσης ποιῆσαι. οὕτω γὰρ χαριῇ μὲν ἐκείνῳ, χαριῇ δὲ ἐμοὶ, χαριῇ δὲ σαυτῷ, ἄνδρα χρηστὸν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ κοινὸν τῶν πενήτων λιμένα διὰ τοῦ παιδὸς ὠφελῶν.

Marciano & Marcellino LXV.

Satis amplū mœroris illius, quē, vt ex literis veſtris accepi, ſuſtinetis, ſolatiū vobis eſt philoſophica hęc veſtra mens, ac ſublimis & firma cōſtanſq; affectio. Vt enim molli ac diſſoluto homini ne

Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ ξε'.

Ἀρκοῦσαν ἔχετε παραμυθίαν τῆς ἀθυμίας ἧς ὑπομεμένετε, καθὼς ἐπεστάλκατε, τὴν φιλόσοφον ὑμῶν γνώμην, καὶ ὑψηλὴν, τὴν ἀπερίτρεπτον καὶ ἀκλινῆ διάθεσιν. ὥσπερ γὰρ τὸν χαῦνον καὶ διακεχυμένον οὐδὲ

γαλήνη, καὶ τὸ κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, ὠφελῆσαί τι μέγα δυνήσεται· οὕτω τὸν στεῤῥὸν, καὶ συγκεκροτημένον, καὶ νήφοντα οὐδὲ χειμὼν χαλεπὸς διασαλεύει ποτὲ, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον ἐργάζεται. τοιαύτη γὰρ τῶν πειρασμῶν ἡ φύσις, τοῖς γενναίως αὐτοὺς φέρουσι πολλὰ κομίζει τὰ βραβεῖα, καὶ λαμπροὺς τοὺς στεφάνους. ταῦτ᾽ οὖν κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐγενέστατοι, καὶ ἀρκοῦσαν ἐν τοῖς δεινοῖς ταύτην ἔχοντες τὴν παραμυθίαν, μήτε θορυβεῖσθε ἐπὶ τῶν γινομένων, μήτε διαλίπετε συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλοντες. ἐβουλόμεθα μὲν γὰρ καὶ παρόντας ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ περιπτύξασθαι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, ἀλλὰ πολλὰ τὰ κωλύματα, συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν μὴ κατοκνεῖτε, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας δηλοῦντες τῆς ὑμετέρας. ἴστε γὰρ ἡλίκην ἡμῖν χαριεῖσθε τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ὅσης ἡμᾶς ἐμπιπλᾶτε τῆς εὐφροσύνης.

Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, Κυριακῷ πρεσβυτέροις Ἀντιοχείας ξϛʹ.

Τῇ γλώττῃ μὲν ὀλιγάκις ὑμῶν ἐπέστειλα τῇ εὐλαβείᾳ, τῇ γνώμῃ δὲ συνεχέστερον καὶ πυκνότερον. μὴ δὴ τοσαύτας εἶναι νομίζετε ἡμῶν τὰς ἐπιστολὰς, ὅσας ὑπεδέξασθε διὰ χάρτου καὶ μέλανος, ἀλλ᾽ ὅσας ἐπεθυμοῦμεν ὑμῖν διαπέμψασθαι. εἰ γὰρ οὕτω βουληθείητε δικάσαι, μυριάδες γραμμάτων παρ᾽ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπέμφθησαν· εἰ δὲ οὐδεὶς ὁ διακομίζων, οὐ τῆς ἡμετέρας ὀλιγωρίας, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων δυσκολίας ἡ σιγὴ γίνεται. ταῦτα δὲ εἶπον, ἵνα καὶ γραφόντων ἡμῶν, καὶ σιγώντων, τὴν αὐτὴν περὶ τῆς ἡμετέρας ἀγάπης τῆς περὶ ὑμᾶς φέρητε ψῆφον. ἡμεῖς γὰρ ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐγκολαψάμενοι ἡμῶν τῇ διανοίᾳ, τὴν μνήμην τὴν ὑμετέραν πανταχοῦ περιφέρομεν. καὶ νῦν δὲ χάριν ὑμῖν ἴσμεν πολλὴν, ὅτι τὸν καλὸν μοναχὸν καὶ μετὰ τῆς πρεπούσης ὑμῖν εὐνοίας ὑπεδέξασθε, καὶ τοὺς βουλομένους ἀκαίρως πρὸς αὐτὸν φιλονεικεῖν, ἡμερωτέρους πεποιήκατε. οὐκ ἄρα μάτην ἔλεγον, οὐδὲ κολακεύων ὑμᾶς, ὅτι κἂν μυρία πανταχόθεν ἐγείρηται κύματα, ἐν γαλήνῃ τὰ ὑμέτερα. οἱ γὰρ οὕτω ῥᾳδίως ἑτέροις ναυάγια διαλύοντες, εὔδηλον ὅτι πόῤῥω τῶν κλυδωνίων ἑστήκατε.

A tranquillitas quidem ac ſecundus curſus magnam vllam vtilitatem afferre poteſt: eodem contrà modo firmum & ſolidum & vigilantem virum ne grauis quidem tempeſtas vnquã commouet, verùm clariorẽ & illuſtriorẽ reddit. Ea enim tentationũ natura eſt, vt his, qui forti animo eas ferunt, multa præmia ſplendidáſque coronas accerſat. Hæc igitur cum vobis perſpecta ſint, reuerẽdiſſimi ac nobiliſſimi domini mei, cúmque hanc ſatis amplam in rebus acerbis conſolationẽ habeatis, cauete ne quicquam horũ, quæ fiunt, animos veſtros B perturbet. Atque quã ſæpiſſimè ad nos velim ſcribatis. Etenim id quidẽ maximè vellemus, pręſentes vos intueri atq. complecti. Quoniã autem, quominus id nunc fieri poſſit, multa impedimẽto ſunt, ſine intermiſſione ad nos ſcribere, ac de veſtra valetudine certiores nos facere ne grauemini. Nec enim vos fugit, quantam ſi hoc faciatis, à nobis gratiam inituri, quantáque nos voluptate cumulaturi ſitis.

Caſto, Valerio, Diophanto, Cyriaco, Antiochiæ presbyteris LXVI.

C

Lingua quidem rarò ad vos ſcripſi: animo autẽ & voluntate crebrò ac frequenter. Quare ne totidẽ duntaxat epiſtolas noſtras eſſe exiſtimetis, quot per chartã & atramẽtum accepiſtis: verùm quot ad vos mittere cupiuimus. Nam ſi rẽ ita reputare volueritis, ſexcentæ profectò literæ ad vos à nobis miſſæ ſunt. Sin autem nemo eſt qui perferat, non noſtræ vtiq. ſocordiæ, ſed rerũ difficultati ſilentiũ noſtrum aſcribi debet. Hęc autem dixi, vt, ſiue ſcribamus, ſiue taceamus, eandẽ de noſtra erga vos chari- D tate ſententiã feratis. Nos enim, quocunq. in loco ſimus, inciſam & exſculptam in animo noſtro veſtri memoriam circũferimus. Ac nunc quidẽ ingentẽ vobis gratiam habemus, quòd probum monachũ cum ea, quæ à vobis poſtulabatur, beneuolẽtia ſuſcepiſtis, eóſque, qui importunè aduerſus eum rixari cupiebant, mitiores reddidiſtis. Quare non fruſtra, nec adulandi ſtudio illud dicebã, vos, etiãſi innumeri vndiq. fluctus excitentur, in trãquillitate tamen eſſe. Nam cùm ab alijs naufragia tam facilè propulſetis, nõ eſt dubium quin ipſi procul à tempeſtate remoti ſitis.

Vos verò quàm ſæpiſſime quæſo de veſtra bona valetudine ad nos literas date. Neque enim ignari eſtis, quanto nobis ſtudio ſit id ſcire. Tanta enim veſtrarum literarum, cùm firmã veſtram valetudinem nobis nunciant, vis ac facultas eſt, vt quamuis tam grauibus bellis, tumultibus, perturbationibus, quotidianiſque mortibus vndique cingamur, tamen cùm tot eiuſmodi à vobis epiſtolas accipimus, præ gaudio volitemus, maximámque hinc cõſolationem ſentiamus. Huiuſmodi quippe eſt ſyncerus amor, vt etiam per literas, lætum hunc nuncium afferentes, eos, qui corpore diſiuncti ſunt, perfacilè recreare ac reficere poſſit.

Theodoto Diacono LXVII.

Ipſe quidem, reuerendiſſime ac religioſiſſime mi domine, iis ſaltem malis, quibus Armenia laborat, defunctus es: nos autem præter eos tumultus, vel, vt rectiùs loquar, quotidianas mortes, quæ hîc vigent, illud non vulgariter diſcruciat, quòd à tua quoque ſuauitate, ac vera & ſyncera beneuolentia diuulſi ſumus. Acceſſit etiam ad huius mœroris cumulum diuturnum tuum ſilentium. Nam ex quo die hinc diſceſſiſti, ſecundã hanc duntaxat epiſtolam accepimus. Nec verò hæc accuſandi tui cauſa commemoro, ſed dolore commotus. Nam quòd iter iſtud ad nos viatoribus clauſum ſit, neminem fugit. Verùm vt hoc tibi excuſationẽ affert, ita nos non perinde conſolatur. Quin potiùs hoc ipſo quoque nomine potiſſimùm angimur, quòd ea quoque digreſſus tui atque abſentiæ conſolatione, quæ vnica nobis erat, caremus. Quoniam igitur hæc difficultas in præſentia diſcuti non poteſt, verùm pericula quotidie ingraueſcunt, velim alia ratione mœſtitiam eam, quam ex longo tuo ſilentio contraximus, minuendam cures, nimirum vt noſtri memoriam nunquam intermittas, & cùm ad nos ſcribes, longiores epiſtolas facias, atque in exponendo valetudinis tuæ ſtatu, animíque tranquillitate & ſecuritate, prolixiorem moram trahas. Sic enim, quod nobis ex tempore deficit, ex epiſtolarum prolixitate farcire poteris.

A γράφετε δὴ συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας. ἴστε γὰρ ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον τοῦτο μανθάνειν. τοσαύτην γὰρ ἔχει τὴν ἰσχὺν τὰ γράμματα ὑμῶν, τὰ τὴν ῥῶσιν ὑμῶν ἡμῖν ἀπαγγέλλοντα, ὅτι καὶ τοσούτοις περιεστοιχισμένοι δεινοῖς, θορύβοις, ταραχαῖς, θανάτοις καθημερινοῖς, ἡνίκα ἂν τοσαύτας ὑμῶν δεξώμεθα ἐπιστολάς, καὶ ἀναπτερούμεθα ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, καὶ μεγίστην ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὴν παραμυθίαν. τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν γνησίως, ὡς καὶ διὰ γραμμάτων δύνασθαι τῶν τὰ τοιαῦτα εὐαγγέλια ἐ-
B χόντων, τοὺς τῷ σώματι κεχωρισμένους ἀνακτᾶσθαι ῥᾳδίως.

Θεοδότῳ διακόνῳ ξζʹ.

Αὐτὸς μὲν κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε τῶν γοῦν ἐν Ἀρμενίᾳ ἀπηλλάγης κακῶν, ἡμᾶς δὲ μετὰ τῶν ἐνταῦθα θορύβων, μᾶλλον δὲ τῶν θανάτων τῶν καθημερινῶν, οὐχ ὡς ἔτυχε λυπεῖ καὶ τὸ τῆς σῆς κεχωρίσθαι γλυκύτητος, καὶ τῆς γνησίας, καὶ εἰλικρινοῦς
C διαθέσεως. γέγονε δὲ καὶ ἑτέρα λύπης ταύτῃ προσθήκη, ἡ μακρά σου τῆς ἐμμελείας σιγή. ἐξ οὗ γὰρ ἐντεῦθεν ἀπῆρας, δευτέραν ταύτην ἐδεξάμεθα μόνην ἐπιστολήν· καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν λέγω, ἀλλ' ἀλγῶν· ὅτι μὲν γὰρ ἄβατος ὁδοιπόροις ἡ ἐνταῦθα φέρουσα ὁδὸς οὐδεὶς ἀγνοεῖ· ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς ἀπολογίαν σὴν ἀποχρῶν ἂν εἴη, εἰς δὲ ἡμετέραν παραμυθίαν οὐδαμῶς. ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα, ὅτι καὶ τὴν λειπομένην ἡμῖν παραψυχὴν τῆς ἀποδημίας τῆς σῆς καὶ ταύτην ἀφῃρήμεθα. ἐπεὶ οὖν τοῦτο λυθῆναι τέως οὐκ
D ἔνι τὸ ἄπορον, ἀλλ' ἐπιτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ δεινά, ἑτέρῳ τρόπῳ τὴν ἐκ τῆς μακρᾶς σιγῆς ἀθυμίαν ἐγγινομένην ἡμῖν παραμυθήσασθαι παρακλήθητι, μεμνημένος τι ἡμῶν διηνεκῶς, καὶ ἡνίκα ἂν γράφῃς, μακροτέρας ποιῶν τὰς ἐπιστολάς, καὶ περὶ τῆς σῆς ὑγιείας τε καὶ εὐθυμίας, καὶ ἀσφαλείας ἐνδιατρίβων διηγήμασιν. οὕτω γὰρ δυνήσῃ τὸ λεῖπον ἡμῖν ἐκ τοῦ χρόνου, ἐκ τοῦ μήκους παραμυθήσασθαι τῶν ἐπιστολῶν.

A

Τῷ αὐτῷ ξζ΄.

Καὶ τοῦτο σὸν τοῦ θερμοτάτου καὶ σφοδροῦ ἡμῶν ἐραστοῦ. μετὰ γὰρ τὸ τὴν προτέραν ἀναγνῶναι ἐπιστολὴν, ἐδεξάμην καὶ δευτέραν, ἐν μιᾷ ἀμφοτέρας ἡμέρᾳ, καὶ σφόδρα ἥσθην. εἶχε γάρ τι πλέον ἡ δευτέρα, οὐχὶ ῥήματα σὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ γράμματα σὰ ἡμῖν ἐπιδεικνῦσα· ὃ καὶ προσθήκην ἡμῖν ἐποίησεν ἡδονῆς, ὅτι μὴ τῆς ψυχῆς σου μόνον τῆς θερμῆς καὶ γνησίας, ἀλλὰ καὶ τῆς δεξιᾶς μετὰ δαψιλείας τὴν εἰκόνα ἐθεασάμεθα. B ποίει δὴ τοῦτο συνεχῶς, καὶ τὴν παραμυθίαν ἣν αὐτὸς ἡμῖν καὶ τοῦτον ἐπινοήσας τὸν τρόπον, μετὰ δαψιλείας παρέχε. ἐνταῦθα γάρ σε ἑλκύσαι λοιπὸν οὐ τολμῶμεν. τοσαῦτα τῆς Ἀρμενίας τὰ κακὰ, καὶ χειμὼν ἕτερος ἅπαντα διεδέξατο. ὅπου γὰρ ἄν τις ἀφίκηται, χειμάῤῥους αἱμάτων, πλῆθος σωμάτων νεκρῶν, οἰκίας κατεσκαμμένας, πόλεις ἀνῃρημένας ὄψεται. ἡμεῖς δὲ δοκοῦμεν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ χαλεπῷ, τῷ φρουρίῳ τούτῳ κατακεκλεισμένοι. οὐ μὴν ἀδείας ἀπολαύειν δυνάμεθα, C διὰ τοὺς καθημερινοὺς φόβους, διὰ τὰς φήμας τὰς θανάτων γεμούσας, διὰ τὴν συνεχῶς προσδοκωμένην τῶν Ἰσαύρων ἔφοδον, διὰ τὴν τοῦ σώματος, ᾗ μέχρι νῦν προσπαλαίομεν, ἀσθένειαν. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ἐν τοσούτοις ὄντες κακοῖς, οὐ μικρὰν καὶ ἐν τοσαύτῃ περιστάσει καρπούμεθα παραμυθίαν, ὅταν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενα δεχώμεθα γράμματα.

Eidem LXVIII.

Id quoque tuum eſt, hoc eſt hominis perquàm acriter atque ardenter nos amantis. Lecta enim priore epiſtola, ſecundam inſuper accepi, eodem vtramque die: magnáque lætitia ſum affectus. Habebat enim poſterior quiddam amplius. Quippe non verba duntaxat tua, ſed etiam ſcriptum tuum nobis indicabat. quod quidem voluptatem etiam nobis auxit. Nec enim feruentis duntaxat ac ſynceræ animæ tuę, ſed etiā inſuper manus imaginem conſpeximus. Quare quàm ſæpiſſimè id facias quæſo, ac ſolatium illud, quod nobis hac quoque ratione excogitaſti, prolixè impertias. Huc enim te tralrere minimè iam audemus: tot Armeniæ mala ſunt. Ac tempeſtas altera omnia excepit. Nam quocunq. tandem quiſpiam venerit, cruentos torrentes, cadauerum agmina, domos ſolo ęquatas, vrbes euerſas perſpiciet. Nos autem, tametſi periculo vacui eſſe videamur, in hoc præſidio, tanquā graui quodam carcere cōcluſi, tamen ob quotidianos metus, ob rumores cædibus plenos, ob perpetuas Iſauricarū excurſionum expectationes, ob corporis denique imbecillitatem, cum qua ad hunc vſque diem luctamur, tranquillitate ac ſecuritate frui minimè poſſumus. Sed tamen etiam inter tot mala non paruum ſolatium capimus, cùm literas lætum de tua firma valetudine nuncium afferentes accipimus.

Νικολάῳ πρεσβυτέρῳ ξη΄.

D Καὶ τοῦτο τῆς γνησίας σου καὶ θερμῆς ἀγάπης, τὸ, ἐκ τοσούτου καθήμενον διαστήματος, περιτρέμειν ἡμῶν τῆς σωτηρίας. πέρυσι μὲν οὖν τόπους ἐκ τόπων ἀμείβοντες ἐν αὐτῇ τοῦ χειμῶνος τῇ ἀκμῇ, νῦν μὲν ἐν πόλεσι, νῦν δὲ ἐν φάραγξι καὶ νάπαις διετρίβομεν, ὑπὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐφόδου πολλαχόθεν ἐλαυνόμενοι, ὀψὲ δέ ποτε λωφησάντων μικρὸν τῶν ἐνταῦθα κακῶν, τὰς ἐρημίας ἀφέντες, ἐπὶ τὴν Ἀραβισσὸν κατεδράμομεν, ἀσφαλέστερον μὲν τῶν ἄλλων χωρίων τὸ ἐν αὐτῇ φρούριον εὑρόντες,

Nicolao presbytero LXIX.

Iſtud quoque ſynceræ tuæ ac feruentis charitatis eſt, quòd cum tanto à nobis interuallo diſſitus ſis, tamen de ſalute noſtra ſic ſollicitꝰ. Nos verò nuper quidem aſperrima hyeme loca ſubinde commutantes, nunc in vrbibus, nunc in terræ faucibus & ſyluis commorati ſumus ab Iſauris in nos impetum facientibus omni ex parte vexati & exagitati. Tandem autem aliquando his malis nonnihil ſedatis, loca deſerta relinquentes, Arabiſſum confugimus; quod videlicet illius oppidi arcem reliquis locis tutiorem inueniſſemus.

Nam ne in oppido quidem degimus: quandoquidem ne id quidem tutum eſt. Eſt autem nobis hæc ſedes quouis carcere deterior. Præter id enim quòd ſingulos in dies, vt ita dicam, pro foribus noſtris mors eſt, Iſauris videlicet omnia inuadentibus, atq. igni & ferro tum corpora, tum ædificia delentibus, famem etiam, quam loci anguſtia, & eorum, qui huc confugiunt, multitudo minatur, pertimeſcimus. Ac præterea diuturno morbo, quem nobis hyems & perpetua fuga peperit, conflictati, etſi vim ipſius & acerbitatem nunc effugimus, nonnullas tamen adhuc ipſius reliquias circũferimus. Sed quanquam in tot acerbitatibus ac moleſtijs verſamur, permagnam tamen ex feruenti veſtra & ſyncera atque conſtanti charitate conſolationẽ capimus. Quæ cùm vobis perſpecta ſint, ne quæſo de veſtra ſanitate quam ſæpiſſime ad nos ſcribere grauemini. Quãuis enim tanto à vobis locorum ſpatio diuellamur: arctiſſimo tamẽ charitatis vinculo vobiſcũ deuincti ſumus. Tibi verò ingentem gratiam habemus, quòd cùm in tot tantíſque perturbationibus verſeris, non paruam tamen negociorum Phœniciæ curam geris. Quapropter ſi quid noui illinc afferatur, ne nobis id ſignificare pigreris. Vix enim vlla ex parte quiſquam ad nos commeare ſuſtinet, quòd omnes viæ, quæ huc ferũt, vndique clauſæ ſint. Quamuis autem crebrò ad nos literas mittere difficile ſit: tamen quoties poteſtas fiet, hoc velim facias, atque, & quid illic rerum geratur, exponas, & de veſtra valetudine, de qua aliquid intelligere vehementer cupimus, certiores nos facias.

A (οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ πόλει διάγομεν, ἐπειδὴ καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλές) δεσμωτηρίου δὲ πάντως χείρονα ὑπομένοντες οἴκησιν. μετὰ γὰρ τοῦ καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν ἐπὶ θύραις ἡμῖν εἶναι τὸν θάνατον, τῶν Ἰσαύρων πάντα ἐπιόντων, καὶ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ καὶ σώματα, καὶ οἰκοδομήματα ἀφανιζόντων, καὶ λιμὸν δεδοίκαμεν, ὃν ἡ στενοχωρία, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐνταῦθα συνδραμόντων ποιεῖν ἀπειλεῖ. καὶ ἀῤῥωστίαν δὲ μακρὰν τὴν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, καὶ τῆς συνεχοῦς φυγῆς ἐγγενομένην ἡμῖν ὑπομεί-

B ναντες, νῦν τὸ μὲν χαλεπὸν αὐτῆς διαπεφεύγαμεν, ὀλίγα δὲ αὐτῆς περιφέρομεν λείψανα. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τοσούτοις ὄντες κακοῖς, καὶ τηλικαύταις περιστάσεσι, μεγίστην καρπούμεθα παραμυθίαν ἐκ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, τῆς θερμῆς, καὶ γνησίας, καὶ ἀπεριτρέπτου. τοῦτ' οὖν εἰδότες, συνεχῶς ἡμῖν εὐαγγελίζεσθαι περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας μὴ κατοκνεῖτε. εἰ γὰρ ἐκ τοσούτου καθήμεθα διαστήματος, ἀλλ' ὅμως τῇ τῆς ἀγάπης ἁλύσει μετὰ πολλῆς ὑμῖν συνδεδέμεθα τῆς ἀκριβείας. χάριν δὲ ἔχω σοι πολλὴν τῇ τιμιότητι, ὅτι καὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ

C πραγμάτων καὶ ἐν τοσαύταις ὢν ταραχαῖς, πολλὴν ποιῇ σπουδήν. ἂν οὖν τι πλέον ἐκεῖθεν ἐπαγγελθείη, δήλωσον ἡμῖν μὴ κατοκνήσῃς· ἡμῖν γὰρ οὐδεὶς οὐδαμόθεν ταχέως ἐπιχωριάζειν ἀνέχεται, τῶν ὁδῶν πάντοθεν, τῶν ἐνταῦθα φερουσῶν, ἀποτετειχισμένων. ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἐργῶδες τὸ πέμπειν πρὸς ἡμᾶς συνεχῶς, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, τοῦτο ποίει, τά τε ἐκεῖθεν πάντα δηλῶν, καὶ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν γνωρίζων, περὶ ἧς σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν.

D

Aphthonio, Theodoto, Chæreæ presbyteris, ac monachis LXX.

Equidem ipſe quoque vos huc venire, ac videre cuperem: quoniam autem multa ſunt quæ impediãt, hoc quidem nunc expoſcere minimè audeo: illud autẽ à vobis peto, vt quãuis procul ſitis, precum tamen veſtrarum, quæ fiducia præditæ ſunt, opem atq. auxiliũ nobis afferatis. Nam hoc ſubſidium, nec vetuſtate debilitatur, nec itineris longitudine dirimitur: verùm quocumque in loco quiſpiam fiducia erga Deum,

Ἀφθονίῳ, Θεοδότῳ, Χαιρέᾳ, πρεσβυτέροις καὶ μονάζουσιν ο'.

Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς παραγενομένους ὑμᾶς ἐνταῦθα ἰδεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ τὰ κωλύοντα, τοῦτο μὲν οὐ τολμῶ νῦν ἀπαιτεῖν, ἀξιῶ δὲ καὶ πόῤῥωθεν ὄντας, τὴν ἀπὸ τῶν πεπαῤῥησιασμένων εὐχῶν ὑμῶν παρέχειν συμμαχίαν ἡμῖν. αὕτη γὰρ οὔτε χρόνῳ μαραίνεται ἡ βοήθεια, οὔτε ὁδοῦ μήκει διείργεται, ἀλλ' ὅπουπερ ἂν διάγῃ τις παῤῥησίαν πρὸς τὸν θεὸν ἔχων,

A (καθάπερ οὖν καὶ ὑμεῖς) δυνάμει καὶ πόρρωθεν ὄντας ἐντεῦθεν τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. μετὰ δὲ τῆς εὐχῆς, καὶ γράμματα ἡμῖν παρέχειν τὰ συνεχῶς περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελιζόμενα. εἰ γὰρ καὶ πολλὰ τὰ πανταχόθεν ἡμῖν περιεστοιχισμένα κύματα, καὶ ἐρημία τόπου, καὶ πολιορκία, καὶ Ἰσαύρων ἔφοδος, καὶ καθημερινὸς θάνατος, (θανάτῳ γὰρ συζῶμεν διηνεκεῖ, καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ, τῷ φρουρίῳ τούτῳ συγκεκλεισμένοι, καὶ σώματος ἀσθενείᾳ παλαίοντες χαλεπῇ) ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ πολλαὶ αἱ περιστάσεις, οὐ μικρὰν εἰς παραμυθίαν B τῶν κακῶν τούτων τὴν ὑμετέραν ἔχομεν ἀγάπην. εἰ γὰρ καὶ ὀλίγα ὑμῖν συνεγενόμεθα, ἀλλὰ πολλὴν πεῖραν ὑμῶν τῆς διαθέσεως εἰλήφαμεν, τῆς γνησίας καὶ θερμῆς, καὶ μέλιτος γλυκυτέρας, τῆς ἀπεριτρέπτου, τῆς στερρᾶς καὶ πεπηγυίας, ἣν καὶ παρόντες καὶ ἀπόντες ἐπιδείκνυσθε. διὰ δὴ ταῦτα καίτοι πόρρωθεν ὑμῶν ὄντες, καὶ τοσούτοις συνεχόμενοι δεινοῖς, ὥσπερ ἐν λιμένι τινὶ τῇ μνήμῃ τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς ἐπαναπαυόμεθα, θησαυρὸν μέγιστον τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἶναι νομίζοντες. C τῆς μὲν οὖν χαλεπῆς ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγημεν, τοῦ χειμῶνος παρελθόντος, καὶ ἐπιστάντος τοῦ ἦρος, ἔτι δὲ τὰ λείψανα αὐτῆς περιφέρομεν, ἅπερ ἐπιτείνει τῶν Ἰσαυρικῶν θορύβων ἡ συνέχεια. ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ πόρρωθεν ὄντες μεμνῆσθαί τε ἡμῶν διηνεκῶς μὴ κατοκνεῖτε, καὶ γράφειν ἡμῖν συνεχῶς ἡνίκα ἂν ἐξῇ, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελιζόμενοι.

A inſtar veſtri, præditus, verſetur, ijs etiã, qui procul diſſiti ſunt, hac ratione magnopere prodeſſe poteſt. Simul autem cùm precibus literas quoque velim ad nos detis, quæ de veſtra valetudine nos quã ſæpiſſimè certiores faciant. Quanquam enim multi fluctus vndecumque nos cingunt, nimirum & loci ſolitudo, & obſidio, & Iſaurorum impetus, & quotidiana mors (nam perpetuò cum morte viuimus, in hac arce, non ſecus ac carcere quodam incluſi, atque cum graui corporis ægritudine colluctantes:) nihilominus tamen etiamſi multæ B ſint noſtræ calamitates, haud paruum huiuſmodi malorum ſolatium in charitate veſtra poſitum habemus. Quamuis enim haud diuturnam vobiſcum conſuetudinem habuerimus: tamen ſynceræ ac feruentis melléq. dulcioris & firmæ atque conſtantis beneuolentiæ, quam & coràm, & abſentes oſtenditis, periculum ſæpe fecimus. Quapropter licet à vobis procul remoti, ac tot tantiſque rerum acerbitatibus conſtricti, tamen in virtutis veſtræ recordatione, non ſecus atque in portu quodam acquieſcimus, ampliſſimi cuiuſ- C dam theſauri inſtar veſtrã charitatem nobis eſſe exiſtimantes. Ac quidem exacta hyeme, atque exorto Vere, graui morbo liberati ſumus: verùm ipſius reliquias adhuc circũferimus: quas etiã Iſaurici tumultus, qui nunquam intermittũt, augent & exulcerant. Hæc igitur cùm vobis explorata ſint, etiamſi procul à nobis abeſtis, noſtri tamẽ quæſo ſemper meminiſſe, atque, cùm licebit, crebras literas, lætũ nobis de veſtra valetudine nuncium afferentes, ad nos mittere ne grauemini.

Μάλχῳ οα'.

D Μήτε ἀθύμει, μήτε ἁμαρτίαις λογίζου τὴν καλλίστην ἀποδημίαν τῆς μακαρίας θυγατρός σου. εἰς γὰρ ἀκύμαντον κατέπλευσε λιμένα, καὶ πρὸς ζωὴν ἦλθε μηκέτι πέρας ἔχουσαν, καὶ τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον κυμάτων ἀπαλλαγεῖσα, ἕστηκεν ἐπὶ τῆς πέτρας, ὅσα συνήγαγεν ἀγαθὰ ὥσπερ ἐν ἀσύλῳ λοιπὸν ἔχουσα θησαυρῷ· καὶ δεῖ χαίρειν ὑπὲρ τούτων, καὶ σκιρτᾶν, καὶ εὐφραίνεσθαι, ὅτι τὴν ἐκείνης ψυχὴν καθάπερ γεωργὸς ἄριστος καρπὸν ὥριμον τῷ κοινῷ πάντων παρέστησας δεσπότῃ. ταῦτα καὶ

Malcho LXXI.

D Nec animum deijce, nec præclariſſimum beatæ filiæ tuæ diſceſsũ peccatis tuis aſcribe. Etenim ad tranquillum portum appulit, atque in eam vitam, quæ nullum iam finẽ habitura eſt, peruenit, ac pręſentis vitę fluctibus erepta, in petra ſtat, ea omnia bona, quæ collegit, tanquam in tutiſſimo theſauro deinceps habens. Eóque nomine gaudere & exultare ac lætitia perfundi conuenit, quòd ipſius animam, velut optimus agricola maturum fructum, communi omnium domino exhibuiſti. Hæc

A aliáque, ex huiuſmodi rationibus confecta medicamenta, tum tibi, tum ornatiſſimæ dominæ meę ipſius matri adhibens, mercedem pro his rebus vobis reconditam amplifica: vt non tantùm optimæ educationis nomine, verumetiam quòd placido & grato animo pulcherrimum ipſius è vita diſceſſum tuleritis, ingẽtem à benigno Deo mercedem accipiatis.

τὰ ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν ἐπιτιθεὶς φάρμακα καὶ σαυτῷ, καὶ τῇ κυρίᾳ μου τῇ κοσμιωτάτῃ μητρὶ αὐτῆς, πλεόναζε τὸν ὑπὲρ τούτων ἀποκείμενον ὑμῖν μισθὸν, ἵνα μὴ μόνον τῆς καλλίστης ἀναστροφῆς, ἀλλὰ καὶ τοῦ πράως καὶ εὐχαρίστως ἐνεγκεῖν τὴν καλλίστην ταύτην αὐτῆς ἀποδημίαν, πολλὴν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ λάβητε τὴν ἀντίδοσιν.

Alphio LXXII.

B Etſi procul à te ſeiuncti ſumus: tamen ea, quæ cùm laude geris, atque ingentem eam liberalitatẽ, qua in egentes vteris, audientes, gaudio & lætitia exultamus. Ac nobis quidem in votis eſſet, te quoque conuenire, magnáſque præſenti gratias agere. Quoniam autem id minimè licet, quoniã Iſaurica mala ingraueſcunt, atque omnes viæ intercluſę ſunt, (nec enim dubito, quin alioqui huc ipſe acceſſiſſes, magnúmq. ſtudium adhibuiſſes, vt ad nos vſque accurreres: verùm id nunc fieri nequit) idcirco per literas te ſalutamus, atque oramus, vt cùm licebit, quàm crebertimè ad nos ſcribas, déque tua totiúſq. domus tuæ valetudine certiores nos facias. Nec enim vulgarem, hîc quoq. degentes, ex eiuſmodi tuis literis conſolationem percipimus.

Ἀλφίῳ οβ'.

Ἡμεῖς εἰ καὶ πόῤῥω σου καθήμεθα, ἀλλ' ἀκούοντές σου τὰ κατορθώματα, καὶ τὴν πολλὴν μεγαλοψυχίαν, ἣν περὶ τοὺς δεομένους ἐπιδείκνυσαι, σκιρτῶμεν, εὐφραινόμεθα, χαίρομεν. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ κατ' ὄψιν συντυχεῖν σου τῇ τιμιότητι, καὶ πολλὰς παρόντι παρόντες ὁμολογῆσαι σοι χάριτας. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, διὰ τὸ τὰ Ἰσαυρικὰ μὲν ἐπιτεθῆναι πλέον, καὶ πᾶσαν ἀποτετειχίσθαι τὴν ὁδόν. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι εἰ μὴ τοῦτο ἦν, καὶ αὐτὸς παρεγένου, καὶ πολλὴν ἐποιήσω σπουδὴν δραμεῖν ἕως ἡμῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τέως οὐ δυνατὸν, καὶ γράφομεν, C καὶ προσαγορεύομέν σου τὴν τιμιότητα, καὶ παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡνίκα ἂν ἐξῇ, ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς ἡμῖν εὐαγγελίζεσθαι. οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐνταῦθα καθήμενοι, ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων τῆς σῆς τιμιότητος, καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Agapeto LXXIII.

Etſi iam longum tempus effluxit, cùm abs te ſeiuncti ſumus, atque etiam magno itineris interuallo à te dirimimur: charitate tamen tecum adſtrin- D gimur, atque in propinquo commoramur, imò, vt rectiùs loquar, in ipſa mente, quocumque tandem in loco ſimus, te circumferimus. Vſqueadeo feruentem illam & ſynceram ac vehementem & conſtantem amicitiam, quę tibi iampridem atque ab initio nobiſcum interceſſit, intimo pectore impreſſam habemus. Quin ipſi quoque, domine mi pręſtantiſſime ac ſummopere admirande, florentem atque incolumem erga te beneuolentiam retinemus, nec eam vel ob temporis magnitudinem, vel ob itineris longinquitatem debilitari atq.

Ἀγαπητῷ ογ'.

xiſti, luculentámque victoriam adepta es, méque etiã tanta voluptate complexiſti, vt ne in aliena quidē & peregrina regione, nec in ſolitudine, verùm iſtic vobiſcũ me eſſe exiſtimem, ſummámq. ex animi tui virtute voluptatē capiam. Quamobrem gaude & lætare, quòd huiuſmodi victoriã aſſecuta ſis, atque huiuſmodi belluarũ tam facili negotio cōpreſſeris, impudentéſq. eorum linguas & rabida ora obſtruxeris. Veritas enim, cum qua pugnaſti, & pro qua iugulata es, hãc vim habet, vt paucis ſæpe verbis de Sycophantis triũphet: quemadmodum contrà mendacium, etiamſi infinitis ſermonũ artificijs obuoluatur, facilè tamen diffluit & collabitur, araneæq. telã imbecillitate ſuperat. Gaude igitur & lætare. Neq; enim hæc verba ſubinde repetere deſinam. Viriliter age & confortare, omnéſq. ab ipſis tibi cōparatas inſidias irride. Nã quo atrocius ſæuiunt, eo profundiores plagas ſibi ipſis inferunt, in eáque cauſa ſunt, vt cùm ne te tantulũ quidē lędant (quemadmodũ nec fluctus rupem) ſeipſos infringant, imbecillioréſq. reddant, atq. horribilia ſibiipſis ſupplicia coaceruẽt. Quæ cùm ita ſint, caue quicquã eorũ, quæ minantur, pertimeſcas, quamlibet dentibus rugiant, quãlibet ingenti iracundię temulentia æſtuent, quamlibet truculentũ quendã vultum præferant, ac præ improbitate in ferarũ immanitatē proruerint. Nam qui te ex multis & varijs eorum inſidijs ad hunc vſque diem eripuit, idem te quoque poſthac, ſi fortem animum pręſtiteris, in maiore ſecuritate conſtituet: ipſáq. etiam dictura es, Sagittæ paruulorũ factæ ſunt plagæ eorum, & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. Quod quidē & iam contigit, & rurſum cõtinget: adeò vt, & tu maiorem mercedem referas, illuſtrioréſq. coronas accipias, & illi morbo pœnitentiæ experte laborantes maiori ſupplicio addicãtur. Ecquod enim inſidiarũ genus prætermiſerũt? ecquod machinarũ genus nō mouerũt, dũ ſolidæ tuæ, ac Deo fideli, generoſęq. & fortiſſimæ animę inſidias ſtruere conãtur? In forum te, quę præter Eccleſiã & cubiculũ nihil noras, pertraxerunt, à foro ad tribunalia, à tribunalib. ad carcerē. Falſorũ teſtiũ linguas acuerunt, impudentē calũniã cōcinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrẽtes profuderũt,

Vis veritatis.

Pſal. 63.

A στήσασα λαμπρὰν, καὶ νίκην ἀραμένη φαιδρὰν, καὶ ἡμᾶς δὲ τοσαύτης ἐνέπλησας ἡδονῆς, ὡς νομίζειν μήτε ἐν ἀλλοτρίᾳ εἶναι, μήτε ἐν ξένῃ γῇ, μήτε ἐν ἐρημίᾳ, ἀλλ' ἐκεῖσε παρεῖναι, καὶ μεθ' ὑμῶν εἶναι, καὶ ἐντρυφᾶν σου τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου τοιαύτην ἀραμένη νίκην, καὶ τοιούτους οὕτως εὐκόλως ἐπιστομίσασα θῆρας, καὶ τὰς αἱμοβόρους αὐτῶν ἐμφράξασα γλώττας, καὶ λυσσῶντα ἀποῤῥάψασα στόματα. τοιαύτη γὰρ ἡ ἀλήθεια μεθ' ἧς ἠγωνίσω, καὶ ὑπὲρ ἧς ἐσφάγης πολλάκις, ἐν βραχέσι ῥήμασι κρατεῖ τῶν συκοφαντούντων·
B ὥσπερ οὖν τὸ ψεῦδος κἂν μυρίοις περιβάλληται λόγων διαφύλοις, διαῤῥεῖ καὶ καταπίπτει ῥᾳδίως, καὶ ἀραχνῶν ἐστὶν ἀσθενέστερον. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου, (οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς ταῦτα λέγων τὰ ῥήματα) ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ καταγέλα πάσης ἐπαγομένης σοι παρ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς. ὅσῳ γὰρ ἂν χαλεπώτερον ἀγριαίνωσι, τοσούτῳ βαθυτέρας καθ' ἑαυτῶν τὰς πληγὰς ἐπιφέρουσι, σὲ δὲ οὐδὲ μικρὸν ἀδικοῦντες, ὥσπερ οὐδὲ τὴν πέτραν τὰ κύματα, ἑαυτοὺς δὲ διαλύοντες, καὶ ἀσθενεστέρους ποιοῦντες,
C καὶ ὑπερβεβηκυίας καθ' ἑαυτῶν σωρεύοντες τὰς τιμωρίας. μηδὲν τοίνυν δέδιθι τῶν ἀπειλουμένων, κἂν τοὺς ὀδόντας βρύχωσι, κἂν θυμῷ πολλῷ μεθύωσι, κἂν φόνιον βλέπωσιν, εἰς ἀγριότητα θηρίων ὑπὸ τῆς πονηρίας ἐκπεσόντες. ὁ γὰρ μέχρι σήμερον ἐξαρπάσας σε τῶν ποικίλων αὐτῶν καὶ διαφόρων ἐπιβουλῶν, οὗτος σε καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀνδριζομένην ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσει πολλῇ. καὶ ἐρεῖς καὶ αὐτή· βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. ὅπερ καὶ γέγονε, καὶ ἔσται·
D ὥστε καί σε μείζονα καρπώσασθαι μισθὸν, καὶ λαμπροτέρους στεφάνους λαβεῖν, ἐκείνους τε ἀμεταμέλητα νοσοῦντας μείζονι παραδοθῆναι κολάσει. τί γὰρ ἐνέλιπον ἐπιβουλῆς; ποῖον εἶδος μηχανημάτων οὐκ ἐκίνησαν, ἐπιχειροῦντες ἐπιβουλεύειν τῇ στεῤῥᾷ σου καὶ γενναιοτάτῃ ψυχῇ; κατήγαγον εἰς ἀγορὰν, τὴν ἐκκλησίας καὶ θαλάμου πλέον εἰδυῖαν οὐδὲν, ἀπ' ἀγορᾶς εἰς δικαστήριον, ἀπὸ δικαστηρίου εἰς δεσμωτήριον, ψευδομαρτύρων ἠκόνησαν γλώσσας, συκοφαντίαν ἔῤῥαψαν ἀναίσχυντον, φόνους εἰργάσαντο, καὶ χειμάῤῥους αἱμάτων ῥεῦσαι ἐποίησαν, καὶ πυρὶ, καὶ

σιδήρῳ σώματα νέων ἀνάλωσαν, ἄνδρας πολλοὺς δὲ τοιούτοις πληγαῖς, αἰκισμοῖς, μυρίαις τιμωρίαις περιέβαλον, πάντα ἐκίνησαν, ἵνα δυνηθῶσιν ἀναγκάσαι σε καὶ βιάσασθαι τῷ φόβῳ εἰπεῖν τἀναντία ὧν ᾔδεις. καὶ καθάπερ ἀετὸς ὑψηλὰ πετόμενος, οὕτω διαρρήξασα αὐτῶν τὰ δίκτυα, πρὸς τὸ σοὶ πρέπον τῆς ἐλευθερίας ἀνέβης ὕψος, οὐ περιλογισθεῖσα παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ συκοφάντας αὐτοὺς ἀποφήνασα ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι τούτῳ τοῦ ἐμπρησμοῦ, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἐδόκουν μεγαφρονεῖν οἱ ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι. ἐννοοῦσα τοίνυν τὰ παρελθόντα ἅπαντα, πόσα κύματα, καὶ χειμῶνα σοι οὐκ εἰργάσαντο, πόσην ζάλην, καὶ κλυδώνιον οὐκ ἐποίησαν· ἀλλ' ἐν μέσῃ μαινομένῃ θαλάττῃ μετὰ γαλήνης ἔπλευσας· προσδόκα ταχέως καὶ τὸν λιμένα μετὰ πολλῶν τῶν στεφάνων. ὅτι δὲ καὶ περὶ ἡμῶν βούλει μανθάνειν, ζῶμεν, ὑγιαίνομεν, πάσης ἀπηλλάγμεθα ἀρρωστίας. εἰ δὲ καὶ ἠρρωστοῦμεν, ἱκανὸν ἡμῖν φάρμακον εἰς ὑγείαν τῆς σῆς εὐλαβείας ἡ ἀγάπη, ἡ γνησία, καὶ θερμὴ, καὶ στερρὰ, καὶ ἀπερίτρεπτος. ἐπεὶ οὖν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν εὐφροσύνην φέρει τὸ, συνεχῶς μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεώς σου, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἁπάσης, παρακαλοῦμεν ὃ καὶ χωρὶς παρακλήσεως εἴωθας ποιεῖν, συνεχέστερον ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, καὶ τῶν προσηκόντων σοι. οἶσθα γὰρ ὅπως καὶ σὲ, καὶ τὸν εὐλογημένον σου οἶκον πάντα μεριμνῶμεν.

A igni ac ferro iuuenum corpora cõſumpſerunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt, nullum denique lapidem non mouerunt, quo te metu perterritam huc adigerent, vt iis, quæ videras, contraria diceres. At tu, inſtar aquilæ ſublime volantis, eorum retibus fractis ad libertatis faſtigium virtuti tuæ cõſentaneum aſcendiſti: ſic videlicet te cõparans, vt ab ipſis minime circumſcribereris, imò etiam, quantum ad huius incendij crimen attinebat, cuius nomine miſeri atque infelices homines præſertim gloriari videbantur, eos calumniæ conuinceres. Quæ cùm ita ſint, ea, quæ præterierunt, tecum reputãs (nempe quot fluctus orti ſint, qui tamẽ tempeſtatem tibi minime inuexerũt, quot procellæ, quę tamen naufragium minime peperer unt, verùm furente etiam mari tranquilla nauigaſti) portum etiam vnà cum plurimis coronis propediẽ expecta. Quoniam autem de nobis quoque aliquid audire cupis, viuimus, valemus, morbo omnino liberati ſumus. Quòd ſi etiam ægrotamus, idoneum nobis ad recuperandam ſanitatem remedium eſt ſyn- C cera & feruens, ac firma & conſtans tua erga me charitas. Quoniam igitur non vulgari voluptate afficimur, cũ de tua valetudine ac plena ſecuritate quàm ſæpiſſime aliquid audimus, te, id quod etiam nõ rogata facere ſoles, rogamus, vt de tua, domeſticorũmque tuorum omnium ac neceſſariorum valetudine ſæpiùs ad nos ſcribas. Non enim ignoras, quãta tui, totiúſque tuæ benedictæ domus cura teneamur.

Παιανίῳ ϛε'.

Χαλεπὰ τὰ γεγενημένα· ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν παθόντων καὶ στάντων γενναίως, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ποιησάντων θρηνεῖν ἀναγκαῖον. καθάπερ γὰρ τὰ δυσθάνατα τῶν θηρίων πολλῷ τῷ θυμῷ ταῖς ἀκμαῖς τῶν δοράτων ἐμπίπτοντα, πρὸς τὰ βαθύτερα τῶν σπλάγχνων ὠθοῦσι τὰ ξίφη· οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰς παρανομίας ταύτας τολμῶντες, τὸ χαλεπὸν τῆς γεέννης πῦρ κατὰ τῆς ἑαυτῶν συνάγουσι κεφαλῆς. εἰ δὲ ἐγκαλλωπίζονται οἷς ποιοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά εἰσιν ἐλεεινοὶ, καὶ πλειόνων ἄξιοι δακρύων, ὅτι καὶ ταύτῃ χαλεπωτέρας ἑαυτοῖς τὰς εὐθύνας κατασκευάζουσι. του-

Pæanio XCV.

D Grauia quidem ſunt ea quæ contigerunt: at non ob eos, qui paſſi ſunt, fortiterq; in acie ſteterũt, verũ ob eos, qui ea perpetrarũt, lugendũ eſt. quemadmodũ enim quę difficilius enecãtur, feræ, magno cum furore in haſtarum cuſpides irruẽtes, in intima viſcera gladios protrudũt: eodẽ modo ij quoque, qui hæc ſcelera deſignare nõ dubitant, grauem & acerbũ gehennę ignẽ aduerſus capita ſua colligũt. Quòd ſi etiã ob ea, quæ faciunt, gloriãtur, hoc ipſo nomine potiſſimũ miſeri ſunt, pluribúſq; lacrymis digni, quòd hac quoq; ratione grauiores ſibiipſis pœnas accerſant.

Quamobrem hos perpetuo fletu proſequi par eſt: ijs contrà, qui ab ipſis crudeliter mactantur, ob præmia coronáſque in cœlis reconditas gratulari conuenit, atque hoc maximum & luculentiſſimum lethalis plagæ diabolo inflictæ argumentum exiſtimare. Nam niſi ille lethale vulnus accepiſſet, haudquaquã per eos, qui ipſi obtemperant, tantos flatus edidiſſet. Hæc igitur omnia tecum reputans, domine mi ſummopere admirande, maximam hinc conſolationem cape, déque tua valetudine quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribe. Etenim te quidem cernere, atque iſtud nobis charum caput complecti cupimus: quoniam autem id minimè licet, te oro atque obſecro, vt & ipſe de tua valetudine nos crebrò certiores facias, & ijs, qui valde nos amant, ingentem ad eandem rem facultatem afferas.

Amprucle diaconiſſæ atque illis, quæ cum ipſa ſunt XCVI.

Fluctus rupibus illiſi, eas quidem nec tantillum commouere poſſunt: ipſi autem ſeſe potius ob vehementem impetum frangũt ac de medio tollũt. quod etiam nunc in vobis, & in ijs, qui vobis inſidias fruſtrà moliuntur, perſpici poteſt. Etenim hinc vobis & maior apud Deum fiducia, & maior apud homines gloria cõparatur: illis contrà condẽnatio & ignominia & probrum. quandoquidem ea quoq. virtutis & improbitatis natura eſt, vt illa tũ magis floreat, cùm bello vexatur: hæc contrà, etiam cùm bellũ infert, imbecilior reddatur, atq. hac maximè ratione opprimatur. Cùm igitur ex ijs, quæ fiunt, ingentem conſolationis anſam habeatis, gaudete ac lætamini, robúrq. concipite. Neque enim vos fugit, quibus nã propoſitis præmijs ad fortitudinis huiuſce certamen vos accinxiſtis, & quænã vos, ſi ea, quæ accidũt, fortiter & cum gratiarũ actione toleritis, bona maneant, ea ſcilicet, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt. Atque moleſtiæ quidẽ fluunt, ac ſimul cũ præſenti vita extinguuntur: præmia vero ea, quę hinc cõparantur, à morte aliena ſunt. Quin etiam ante ea præmia, non paruam hinc quoq. voluptatẽ percipitis, quippe quas bonæ conſciẽtiæ ſpes, ac coronarum illarũ expectatio paſcat.

τοὺς οὖν δεῖ θρηνεῖν διηνεκῶς, τοῖς δὲ πικρῶς οὕτω σφαττομένοις παρ' αὐτοῦ συνήδεσθαι τῶν βραβείων, τῶν στεφάνων τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποκειμένων, καὶ ταύτην μεγίστην ποιεῖσθαι καὶ σαφεστάτην ἀπόδειξιν τῆς καιρίας τοῦ διαβόλου πληγῆς. εἰ γὰρ μὴ καιρίαν αὐτὸς ἐδέξατο, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἔπνευσε διὰ τῶν πειθομένων αὐτῷ. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν δέσποτά μου θαυμασιώτατε, μεγίστην δέχου παράκλησιν, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, ἐπιθυμοῦμεν γὰρ ἰδεῖν, καὶ περιπτύξασθαι τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλήν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο νῦν οὐκ ἔνι, παρακαλοῦμεν τὴν εὐλάβειαν, αὐτόν τε ἡμῖν συνεχῶς ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ τοῖς σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπῶσι πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευάζειν τὴν εὐκολίαν.

Ἀμπρούκλῃ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ. ϟϛʹ.

Τὰ κύματα ταῖς πέτραις προσρηγνύμενα, ἐκείνας μὲν οὐδὲ μικρὸν διασαλεῦσαι δύναται, ἑαυτὰ δὲ μειζόνως τῇ ῥαγδαίᾳ τῆς ῥύμης διαλύοντα ἀφανίζει. τοῦτο καὶ ἐφ' ὑμῶν ἐστιν ἰδεῖν νῦν, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ὑμῖν εἰκῆ καὶ μάτην. ὑμῖν μὲν γὰρ καὶ ἡ παρὰ τοῦ θεοῦ παῤῥησία, καὶ ἡ παρ' ἀνθρώποις δόξα πλείων ἐντεῦθεν γίνεται, ἐκείνοις δὲ κρίμα, καὶ αἰσχύνη, καὶ ὄνειδος. ἐπεὶ καὶ τοιοῦτον ἡ ἀρετή, καὶ τοιοῦτον ἡ κακία· ἡ μὲν γὰρ πολεμουμένη μειζόνως ἀνθεῖ, αὐτὴ δὲ καὶ πολεμοῦσα ἀσθενεστέρα γίνεται, καὶ ταύτῃ μάλιστα καταλύεται. μεγίστην τοίνυν ἔχουσαι παράκλησιν τῶν γινομένων τὴν ὑπόθεσιν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ κραταιοῦσθε. ἴστε γὰρ ἐφ' οἷς ἀπεδύσασθε ἐπάθλοις εἰς τὸν τῆς ἀνδρείας ταύτης ἀγῶνα, καὶ ποῖα ὑμᾶς καρτερούσας καὶ εὐχαρίστως φερούσας τὰ συμπίπτοντα, ἀναμένει ἀγαθά, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· καὶ τὰ μὲν λυπηρὰ τοιαῦτα παρέρχεται, καὶ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἔπαθλα, ἀθάνατα μένει· καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων δὲ ἐκείνων, οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν καρποῦσθε ἡδονήν, τῇ ἐλπίδι τοῦ χρηστοῦ συνειδότος, καὶ προσδοκίᾳ τῶν στεφάνων ἐκείνων τρεφόμεναι.

Ταῦτα

Digitized by Google

ταῦτα οἶδ' ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων οἶσθα γραμμάτων· ἀλλ' ἵνα μακρὰν ποιήσωμεν τὴν ἐπιστολὴν, ἐξέτεινα τὴν παράκλησιν. εὖ γε γὰρ οἶδ' ὅτι σφόδρα ἡμῶν τῶν γραμμάτων ἐρᾷς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς σφόδρα· καὶ τοῦτο οἶμαι αἴτιον εἶναι τοῦ συνεχῶς ἡμῖν ἐγκαλεῖν, ὅτι μὴ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν· οὐ γὰρ δυνάμεθά σου κορέσαι τὴν ἐπιθυμίαν, κἂν καθ' ἑκάστην πέμπωμεν γράμματα, διὰ τὸ σφόδρα ὑμᾶς ἐκκρέμασθαι τῶν ἐπιστολῶν· ὁ θεός σοι τὸν μισθὸν δῴη, καὶ τὴν ἀμοιβὴν τῆς τοσαύτης περὶ ἡμᾶς ἀγάπης καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλ- B λοντι αἰῶνι· ἡμεῖς μὲν τοι οὐ διαλιμπάνομεν διὰ τῶν ἐμπιπτόντων συνεχῶς ἐπιστέλλοντες, (ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριούμεθα τοῦτο ποιοῦντες) καὶ τῇ σῇ ψυχῇ συνεχῶς διὰ τῶν γραμμάτων προσαγορεύοντες. καὶ γὰρ τὴν ἀγάπην, ἣν ἐνέθηκας ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς, ταύτην διηνεκῶς ἀκμάζουσαν διατηροῦμεν, κἂν πλείονα τούτου πάλιν ἀπολειφθῶμεν ὑμῶν χρόνον, οὐδὲ ἐντεῦθεν αὐτὴ ἀμαυροτέρα γίνεται. ἐν γὰρ διανοίᾳ πανταχοῦ περιφέρομεν ὑμᾶς, ἐκπληττόμενοι τὸ ἀπερίτρεπτον ὑμῶν τῆς γνώμης, καὶ τὴν πολλὴν ἀνδρείαν. γράφε δὴ καὶ C αὐτὴ συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζομένη, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, ἵνα πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

A Hæc porrò, quin tibi ante literas noſtras nota eſſent, minimè me fugit: verùm, vt longiorē epiſtolā efficerem, cohortationē produxi. Illud enim planè ſcio, te ingenti quodā atq; incredibili literarū noſtrarū deſiderio teneri. Idq; cauſæ eſſe puto, cur nobis eo nomine crebrò ſuccenſeas, quòd minùs ſępe ad te ſcripſerimus. Neque enim cupiditatem tuam explere poſſumus, quamuis etiā quotidie literas demus: propterea quòd epiſtolarū noſtrarū deſiderio ita duceris, vt ex ijs pendere videaris. Deus tibi, tum in hac vita, tum in futuro æuo, B huiuſce erga nos charitatis mercedem rependat. Nos quidem certè, quoties, quibus demus, occurrūt, ad te ſcribere minimè intermittimus. Ac ſanè nosipſos ſummo beneficio afficimus, cum id facimus, teq; quàm creberrimè per literas ſalutamus. Siquidē charitatem eam, quam nobis primùm iniecisti, perpetuò florentē ac vigentem retinemus. atque vt etiā nobis diutius adhuc à vobis abeſſe contingat, ne ſic quidem tamen ipſa obſcurior imbecilliórque effici queat. Etenim vbique vos animo circumferimus, mentis veſtræ conſtan- C tiam, ingentémque fortitudinem ad ſtuporem vſque mirantes. Quaobrem ipſa crebrò ad nos de tua, domeſticorúmque tuorum omnium, valetudine ſcribe: quò hinc quoque magnam conſolationem capiamus.

Ὑπατίῳ πρεσβυτέρῳ ϟζ'.

Οἶδας καὶ αὐτὸς κύριέ μου τιμιώτατε, ὅσον ὑμῖν φέρει μισθὸν τὰ διὰ τὸν θεὸν παθήματα, ἡλίκα βραβεῖα, οἵους στεφάνους. μηδὲν οὖν σε θορυβείτω τῶν γινομένων, ἐπείπερ τοὺς ποιοῦντας κακῶς θρηνεῖν δεῖ. ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ μυ- D ρίας κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύοντες κολάσεις· αὐτὸς τοίνυν καθὼς σοι πρέπον ἐστὶ, τῇ προσηκούσῃ κεχρημένος ἀνδρείᾳ, ἀράχνης εὐπετέστερον διάσπα τὰ ἐκείνων μηχανήματα, καὶ τὰς ἐπιβουλάς, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν, περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος. πολλὴν γὰρ δεξόμεθα παράκλησιν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, τοιαῦτα παρὰ τῆς τιμιότητος σου δεχόμενοι γράμματα.

Hypatio Presbytero XCVII.

Ne te quidem fugit, domine mi reuerendiſſime, quantam vobis calamitates eæ, quæ Dei cauſa ſubeuntur, mercedem, quantáq; præmia, & quantas coronas ferant. Quamobrem nihil eorum, quæ fiunt, te conturbet. Siqui- D dem eos demum, qui ſceleratè aliquid faciunt, lugere conuenit. Nam ij demum ſunt, qui ſexcentas aduerſus caput ſuum pœnas congerunt. Tu igitur, quemadmodum te dignum eſt, eam, quam conuenit, fortitudinem præſta: atque illorum technas & inſidias facilius, quàm araneæ telam, diſcerpe: deque tua valetudine quàm ſępiſſimè ad nos ſcribe. Magna enim, in aliena licet regione degentes, accommorantes, conſolationem capiemus, ſi huiuſmodi abs te literas accipiamus.

A

Chalcidiæ XCVIII.

Non vulgari dolore affecti ſumus, cùm te tam graui morbo teneri accepimus. Scis enim, ornatiſſima mea ac religioſiſſima domina, quanto valetudinis tuę ſtudio teneamur. Quamobrem ne cura & ſolicitudine cruciemur, per quendã, qui primus iſtinc huc veniat, hoc ipſum vt ſciamus velim cures, hoc eſt nũ prorſus morbus ſublatus ſit, ac tu integræ ſanitati reſtituta ſis. Nec enim exiguam, etiam in tam deſerto loco poſiti, voluptatem capimus, cùm de tua, B hoc eſt fœminæ nos amantis, valetudine animique hilaritate aliquid audimus. Cùm igitur, quantam à nobis, epiſtolam huiuſmodi mittens, gratiam ineas, tibi ſit exploratum, abiecta omni mora & cunctatione velim confeſtim operam des, vt quemadmodum nunc nunciato tuo morbo ingenti mœſtitia nos perturbaſti: ſic rurſum nunciata tua ſanitate, ingenti nos voluptate compleas.

Χαλκιδίᾳ ϟη'.

Οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, μαθόντες ἐν τοσαύτῃ σε ἀῤῥωστίᾳ εἶναι. οἶσθα γὰρ ὅπως ἀντεχόμεθά σου τῆς ὑγιείας, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη. ἵν' οὖν μὴ κατατεινώμεθα τῇ φροντίδι, διά τινος τοῦ πρώτου ἐκεῖθεν ἀφικνουμένου τοῦτο αὐτὸ δηλῶσαι ἡμῖν σπούδασον, εἴ σοι τέλεον τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἀνῄρηται, καὶ πρὸς καθαρὰν ἐπανῆλθες ὑγίειαν. οὐδὲ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καρπούμεθα εὐφροσύνην, καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, ὅταν ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς γνησίως περὶ τῆς ὑγιείας καὶ εὐθυμίας μανθάνωμεν. εἰδυῖα τοίνυν ἡλίκα ἡμῖν χαριῇ τοιαύτην πέμπουσα ἐπιστολὴν, μὴ μελλήσῃς, μηδὲ ὑπέρθῃ, ἀλλ' εὐθέως τοῦτο ποίησαι παρακληθεῖσα, ἵν' ὥσπερ νῦν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας συνέχεας ἡμᾶς, τὴν ἀῤῥωστίαν εἰποῦσα, οὕτως τὴν ὑγείαν ἀπαγγείλασα τὴν σὴν, πολλῆς ἡμᾶς ἐμπλησθῆναι ποιήσῃς τῆς ἡδονῆς.

C

Aſyncritiæ XCIX.

Nihil quidem eſt quod malim, quàm crebrò ad vos ſcribere. Neque enim beneuolentiæ veſtræ, & honoris ac reuerentiæ, quam ſemper nobis præſtitiſtis, quemcumque in locum proficiſcamur, obliuiſci poſſumus: verùm memoriam veſtri perpetuam tenemus, eámque recẽtem ſemper ac florentem vbique circumferimus. Quod ſi non quoties voluntas fuit, ſed raro ad vos literas dedimus, hoc non negligentia noſtra, ſed rerum neceſſitate factũ eſt, & quia viatoribus clauſum iter nunc ſit. Hæc igitur cùm tibi, ornatiſſima D mea & nobiliſſima domina, perſpecta ſint, ſiue ſcribamus, ſiue ſileamus, de ea beneuolentia, quam ſemper vobis præſtitimus, eodem modo exiſtimes velim.

Ἀσυγκριτίᾳ ϟθ'.

Ἐμοὶ μὲν περισπούδαστον τὸ, συνεχῶς ὑμῖν ἐπιστέλλειν· τῆς γὰρ διαθέσεως ὑμῶν, καὶ τῆς αἰδοῦς, καὶ τῆς τιμῆς, ἣν ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξασθε, ὅπουπερ ἂν ἀφικώμεθα, ἐπιλαθέσθαι οὐ δυνάμεθα· ἀλλ' ἔχομεν ὑμῶν διηνεκῶς τὴν μνήμην, ἀκμάζουσαν πανταχοῦ περιφέροντες. εἰ δὲ μὴ ὁσάκις ἐβουλόμεθα ἐπεστάλκαμεν, ἀλλὰ σπανιάκις, τοῦτο οὐ τῆς ῥαθυμίας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, καὶ τοῦ τὴν ὁδὸν ἄβατον ὁδοιπόροις εἶναι νῦν. ταῦτ' οὖν εἰδυῖα κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη, καὶ γραφόντων ἡμῶν, καὶ σιγώντων, ὁμοίως διάκεισο περὶ τῆς διαθέσεως, ἣν ἀεὶ περὶ ὑμᾶς ἐπεδειξάμεθα.

Marciano & Marcellino C.

Eadem nobis perdiuturni ſilentij noſtri cauſa eſt, quæ etiam vobis: verùm huiuſmodi ſilentij, quod non in animo, ſed in lingua poſitum ſit. Nam animo ac voluntate nobiliſſimas ac ſuauiſſimas animas veſtras crebrò, imò perpetuò per literas ſalutamus,

Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ ρ'.

Τοῦτο καὶ ἡμῖν τῆς μακρᾶς σιγῆς αἴτιον γίνεται, ὃ καὶ τῇ εὐγενείᾳ τῇ ὑμετέρᾳ· ἀλλὰ σιγῆς οὐ τῆς κατὰ τὴν γνώμην, ἀλλὰ τῆς κατὰ τὴν γλῶτταν, ὡς τῇ γε διανοίᾳ καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ προσφθεγγόμεθα συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς, τὴν εὐγενεστάτην καὶ ἐμμελεστάτην ὑμῶν ψυχὴν, καὶ

ἐγκολαψάμενοι ὑμᾶς τῷ συνειδότι, πανταχοῦ περιφερόμεθα. τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν γνησίως· ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες κύριοί μου ποθεινότατοι καὶ τιμιώτατοι, ἐπιστέλλετε μὲν ἡνίκα ἂν ἀξιῆτε, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦντες, θαῤῥεῖτε δὲ, ὅτι καὶ σιγώντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν περὶ τῆς ἀγάπης ὑμῶν ψῆφον οἴσομεν, ἣν καὶ γραφόντων, ἀπὸ τῆς γνώμης ταῦτα ψηφιζόμενοι τῆς ὑμετέρας.

A voſque in pectore noſtro inſculptos paſſim circumferimus. Nam ea veri ac ſynceri amoris natura eſt. Hæc igitur cùm vobis explorata ſint, domini mei chariſſimi ac reuerendiſſimi, ſcribite quidem, quoties facultas dabitur, ac de veſtra valetudine certiores nos facite. Illud autem vobis perſuadete, nos, etiam ſi taceatis, idem tamen de veſtra charitate iudiciũ habituros eſſe, quod habebimus, ſi ſcribatis: ab animo ſcilicet veſtro hæc perpendentes.

Σευήρῳ πρεσβυτέρῳ ρα΄.

Seuero presbytero CI.

B Ἡμεῖς μὲν καί τοι χωρίον ἐρημότατον οἰκοῦντες, καὶ ἐπεστάλκαμεν πολλάκις πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν, καὶ τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους οὐ παυόμεθα συνεχῶς ἐρωτῶντες περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς· αὐτὸς δὲ οὐκ οἶδα, ἀνθ᾽ ὅτου μανικὸς ἡμῶν οὕτως ἐραστὴς ὢν, καὶ πολλὴν εὐκολίαν ἔχων τῶν ἐνταῦθα διακομιζόντων τὰ γράμματα, σιγᾷς οὕτω μακρὰν σιγήν· ἀλλ᾽ ἡμεῖς τὸ θερμόν σου, τὸ γνήσιον, τὸ εἰλικρινὲς τῆς διαθέσεως, ὃ περὶ ἡμᾶς ἀεὶ ἐπεδείξω, ἐννοοῦντες, καὶ ἐν τῇ σιγῇ τῇ μακρᾷ μεγίστην καρπούμεθα παράκλησιν· C πλὴν ἀλλὰ βουλόμεθα καὶ γραμμάτων συνεχῶς ἀπολαύειν τῶν σῶν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς ἡμῖν ἀπαγγελλόντων, καὶ ἃ παρ᾽ ἑτέρων μανθάνομεν, ταῦτα παρὰ τῆς γλώττης τῆς σῆς, καὶ τῆς χειρὸς ἐβουλόμεθα μανθάνειν. ποίει δὴ τοῦτο νῦν γοῦν δέσποτά μου τιμιώτατε. οἶσθα γὰρ ἡλίκα ἡμῖν χαριῇ, ὡς ἡμεῖς καὶ γράφοντες, καὶ μὴ γράφοντες, οὐ παυόμεθα μεμνημένοι, καὶ τὴν ἀγάπην, ἣν ἀεὶ περὶ τὴν σὴν ἐπεδειξάμεθα εὐλάβειαν, διατηροῦντες, ὅπουπερ ἂν ὦμεν. ἴσμεν γὰρ αὖθις τὰ μέγιστα D χαριούμεθα τοῦτο ποιοῦντες.

Nos, etſi deſertiſſimum locum incolentes, ſæpe tamen ad te ſcripſimus, cóſque qui iſtinc veniunt, de tua valetudine ſciſcitari minimè deſinimus. Tibi verò quid cauſæ ſit neſcio, quamobrem cùm tam inſano noſtri amore flagres, atque perfacilè nanciſci poſſis, quibus literas des, perdiuturno tamen tempore ſileas. At cùm nos beneuolentiæ illius, quam erga nos ſemper præ te tuliſti, feruorem ac ſynceritatẽ animo complectimur, etiam in longo ſilentio permagnam conſolationem capimus. Cæterum literis quoque tuis perſæpe frui cupimus, quibus de tua valetudine certiores fiamus: eáque, quæ aliorũ ſermone accipimus, ex tua lingua, tuáque manu audire ſtudemus. Quamobrem, domine mi reuerendiſſime, nunc ſaltẽ hoc facias quæſo. Scis enim quàm nobis hac in re gratũ facturus ſis. Nam quod ad nos attinet, ſiue ſcribamus, ſiue taceamus, nunquam tui meminiſſe deſinimus, eámq. charitatem, cuius tibi ſpecimen præbuimus, quocumque in loco ſimus, conſeruare. Id enim cùm facimus, de nobis etiam ipſimet quàm optimè meremur.

Θεοδότῳ ἀναγνώστῃ ρβ΄.

Theodoro Lectori CII.

Τί φῄς; πλείονά σοι τῶν προσδοκηθέντων τὰ κύματα ἐπηγέρθη νῦν, καὶ διὰ τοῦτο ἀλγεῖς; διὰ τοῦτο μὲν οὖν τοῦτο χαίρειν χρὴ καὶ σκιρτᾶν· ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος οὕτως ἐποίει, νῦν μὲν λέγων· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι· νῦν δὲ, ὅτι χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου. ὅσῳ γὰρ ἂν μείζων καὶ τραχύτερος ὁ χειμὼν γένηται, τοσούτῳ πλείων ἡ ἐμπορεία, λαμπρότεροι τῆς ὑπομονῆς

Quid ais? Plures in te nunc, quàm expectabas, fluctus excitati ſunt, ob idque diſcruciaris? Imò verò hoc nomine gaudere & exultare conuenit. Nam etiam beatus Paulus ad hunc modũ faciebat, nunc quidẽ his verbis vtens, Nõ ſolùm autem, ſed etiã gloriamur in tribulationibus: *Rom. 5.* nunc autem his, Gaudeo in paſſionibus meis. *Col. 1. 14.* Nam quo maior, & atrocior tempeſtas fuerit, eo quoq. maior quæſtus erit, & illuſtriores patiẽtiæ

coronæ, præmiaq. ampliora. Siquidem ipſe quoque de te bono animo ſum, vt qui animi tui firmitatē atq. conſtātiam exploratam habeam. At eorum cauſa, qui tibi inſidias ſtruunt, doleo & collacrymo, nimirum quòd ij hoſtilem in te animū gerant, à quibus te coli oportebat. Vnum eſt quod mœrore me afficit, nempe oculorum tuorum inualetudo, quorū velim ſummā rationem habeas, medicoſq. conſulas, atque ea, quæ muneris tui ſunt, ſimul præſtes. Nam de ijs calamitatibus quæ tibi inferūtur, tum te, vt prius iā dixi, gaudere cupio, tùm tibi ipſe gratulator. Scio enim quantus hinc tibi patiētiæ fructus oriatur. Quāobrem da operā, ne quid ex ijs, quæ accidunt, te cōmoueat ac perturbet. Vna enim duntaxat res moleſta eſt, nimirū peccatum. Nam cętera omnia, ſi modò vigilantē ac ſobrium animum prębeas, lucri quoque ampliſſimā materiā ſuppeditabunt, atq. arcana illa bona, quæ in cælis condita ſunt, copioſiſſimè tibi accerſent. Quamobrem cum in huiuſmodi quæſtu factitando quotidie verſeris, gaude ac lætare: atq. ad nos ſæpe ſcribere ne graueris. Quanquā enim te nobiſcum eſſe cupimus, quoniā tamen non hyems duntaxat, ſed etiam æſtas æquè tibi grauis ac moleſta eſt, illud veriti ſumus, ne te, ob oculorum præſertim morbum, in aëris intemperiem conijceremus. quæ cùm ita ſint, ad eorum curam velim operam omnem adhibeas: de eoque, cùm facultas erit, crebrò ad nos ſcribas, atque num meliuſcule ſeſe habeant, ſignifices, quo, licet alioqui tanto abs te locorum interuallo diſſiti, magnam tamen hinc voluptatem capiamus.

Amprucla Diaconiſſæ ipſiſque comitibus CIII.

Etſi longo itineris interuallo à vobis diſiunctus ſum: tamen præclara & fortia veſtra facinora, non minùs quàm qui adſunt, cognita & explorata habeo: vehementerque vobis de hac voluntatis ſententiæq. conſtantia, atque adamantina quadam animi firmitate, loquendique libertate ac fiducia gratulor. Eóque nomine beatas vos prædicare non deſino, tùm ob præſentia, tū ob ea bona, quæ vos in futuro æuo exceptura ſunt, arcana inquā illa, &

A οἱ στέφανοι, πολλὰ τὰ βραβεῖα. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς σοῦ μὲν ἕνεκεν θαῤῥῶ, (οἶδα γὰρ σου τὸ ἀπερίτρεπτον, καὶ ἀκλινὲς, καὶ στεῤῥὸν,) τῶν δὲ ἐπιβουλευόντων ἕνεκεν ἀλγῶ, καὶ δακρύω, ὅτι οὓς χρὴ ἐν τάξει εἶναι τῶν θεραπευόντων, τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιδείκνυνται. ἕν με λυπεῖ μόνον τὸ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν σου ἀσθενείας, ἣν καὶ σφόδρα ἀξιῶ πολλήν σε ποιεῖσθαι λόγον, ἰατροῖς τε διαλεγομένην, καὶ τὰ παρὰ σαυτῆς συνεισφέρουσαν. ὡς τῶν γε θλίψεων τῶν ἐπαγομένων σοι, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον, αὐτήν τε χαίρειν ἀξιῶ, καὶ ἐγὼ δέ σοι συνήδομαι. οἶδα γὰρ ὅσος ἐκ
B τούτου τίκτεταί σοι τῆς ὑπομονῆς ὁ καρπός. μηδὲν οὖν σε θορυβείτω, μηδὲ ταραττέτω τῶν περιπιπτόντων. ἓν γάρ ἐστι χαλεπὸν ἁμαρτία μόνον· ὡς τάγε ἄλλα πάντα ἀγρυπνούσῃ σοι καὶ νηφούσῃ καὶ κερδῶν ὑπόθεσις ἔσται μεγίστη, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐκεῖνα ἀγαθὰ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μετὰ πολλῆς οἴσει σοι τῆς δαψιλείας. τοιαύτην τοίνυν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πραγματευομένη πραγματείαν, χαῖρε καὶ εὐφραίνου, καὶ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν μὴ κατόκνει. ἡ-
C μεῖς μὲν γάρ σε βουλόμεθα καὶ μεθ' ἡμῶν εἶναι, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ ἡ τοῦ χειμῶνος ὥρα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ θέρους ὁμοίως ἐστὶν ἐχθρὰ, ἐδεδοίκειμεν εἰς ἀέρων σε δυσκρασίας ἐμβαλεῖν, μάλιστα διὰ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν πάθος. ἔργον τοίνυν ποιησαμένη, τὸ πολλὴν τούτοις προσάγειν τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ περὶ τούτων ἡμῖν δὴ συνεχῶς ἐπίστελλε, δήλου, εἴγε καὶ μικρὸν ἄμεινόν σοι διατεθεῖεν, ἵνα καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην.

D Ἀμπρούκλῃ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ ρy'.

Μακρὰν μὲν διῴκισμαι τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος, τὰς δὲ ἀνδραγαθίας ὑμῶν καὶ τὰς ἀριστείας τῶν παρόντων οὐκ ἔλαττον ἔμαθον. καὶ σφόδρα συνήσθην ὑμῖν τῆς ἀνδρείας, τῆς ὑπομονῆς, τῆς ἀπεριτρέπτου γνώμης, καὶ στεῤῥᾶς καὶ ἀδαμαντίνης διανοίας, τῆς ἐλευθεροστομίας, τῆς παῤῥησίας. διὰ ταῦτα μακαρίζων ὑμᾶς οὐ παύομαι ὑπέρ τε τῶν παρόντων, ὑπέρ τε τῶν μελλόντων ὑμᾶς ὑποδέξασθαι ἀγαθῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων, καὶ

πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων. σφόδρα δὲ ἡμᾶς ἐλύπησας ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος, οὐδὲ ἐπιστεῖλαι καταδεξαμένη. καὶ οἶδα μὲν ὅτι οὐκ ἐκ ῥαθυμίας τοῦτο γέγονε, (ἐπίσταμαι γὰρ καὶ γραφούσης ἡμῖν, καὶ σιγώσης, τὴν θερμὴν καὶ γνησίαν ἀγάπην, τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἄδολον, τὴν ἰσχυρὰν καὶ στεῤῥὰν) ἀλλὰ διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν ὑπογράφοντα. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐχρῆν τῇ ἐγχωρίῳ σου γλώττῃ ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, καὶ τῇ χειρὶ τῇ σῇ· σφόδρα γὰρ ἀντεχόμεθα, καθάπερ καὶ αὐτὴ οἶσθα, τοῦ συνεχῶς ἐπιστολὰς δέχεσθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς, ὥστε καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν μανθάνειν ἡμᾶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς· καὶ οὐ μικρὰν τῆς τοσαύτης ἐρημίας, καὶ τῶν ἐνταῦθα περιστάσεων παράκλησιν ταύτην ἔχομεν. εἰδυῖα τοίνυν δέσποινά μου τιμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη, ὅσην ἐπιθυμίαν ἔχομεν τούτου, μὴ διαλίπῃς τὴν καλὴν ταύτην ἡμῖν χαριζομένη χάριν· καὶ γὰρ πολλοὶ πολλαχόθεν ἐκεῖθεν ἦλθον· ἀλλ᾽ οὐκ ἐγκαλῶ ἐκείνων ἕνεκεν, διὰ τὸ μὴ γράμματα ἡμῖν ἐκόμισαν παρὰ τῆς κοσμιότητος· εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς ἀγνοεῖσθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς. νῦν μέντοι ὅτε ἐξὸν μετ᾽ εὐκολίας πάσης ἐπιστεῖλαι, καὶ μάλιστα τοιούτων γεγενημένων αὐτόθι, σφόδρα ἐπιθυμῶν δέξασθαι γράμματα. ἀνάκτησαι τοίνυν τὸ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ῥαθυμηθὲν, καὶ πυκνότητι, καὶ νιφάδι ἐπιστολῶν τὸ μῆκος τῆς ἔμπροσθεν ἡμῖν παραμύθησαι σιγῆς.

A omnem mentis captum ac ſermonis facultatem excedentia. Magno autẽ nos, qui tam longè à te ſeiuncti ſumus, mœrore affeciſti, quòd ne ſcribere quidem ad nos dignata ſis. Quanquã illud ſcio, iſtud negligentia tua minimè cõtigiſſe (nam ſiue ſcribas, ſiue taceas, ardentem & ſyncerã fuciq. expertem, ac firmam & ſolidam tuã erga me charitatẽ noui) verùm quòd, cui dictares, nemo tibi præſtò eſſet. Quanquã ſic quoque patria lingua ſcribendũ fuit, ac tua manu. Magnopere enim, vt ipſa quoq. noſti, crebras à te literas accipere ſtudemus: B quò de tua valetudine quotidie certiores fiamus. Hincque, tam vaſtę huiuſce ſolitudinis, ac rerum aduerſarum, cum quibus hic luctamur, haud exiguã conſolationẽ capimus. Cùm igitur, reuerendiſſima & religioſiſſima domina, quanta rei huiuſce cupiditate tenear, minimè te fugiat, hanc nobis gratiam impertire quæſo ne intermittas. Siquidem multi iſtinc varijs è locis ad nos venerunt. Verùm ea de cauſa minimè tecum expoſtulo, quòd literas abs te nobis non attulerunt. Veriſimile enim eſt eos tibi ignotos eſſe. Nunc autem, C cùm ſumma facultas datur, ſcribas velim. Ac præſertim, cum res huiuſmodi iſthic contigiſſent, literas abs te accipere in primis expetebam. Cura igitur, vt quod antehac abs te per incuriam prætermiſſum eſt, ſarcias, priſtinique ſilentij diuturnitatem literarum frequentia & aſſiduitate compenſes.

Πενταδίᾳ διακόνῳ ρδ΄.

Τῶν μὲν στεφάνων σε μακαρίζω, οὓς ἀνεδήσω καὶ νῦν, διὰ τῆς ἀνδρείας πάντα ἑλομένη παθεῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. διὰ τοῦτο καὶ τὸν θεὸν ὑπερασπίζοντά σου ἔχεις μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. ἕως γὰρ θανάτου φησὶν ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ ὁ κύριος πολεμήσει ὑπέρ σου, ὅπερ καὶ γέγονε. μέχρι γὰρ τούτου δραμοῦσα τὸν καλὸν τοῦτον ἀγῶνα, πολλὰ ἄνωθεν ἐπεσπάσω τὰ βραβεῖα. τούτου μὲν οὖν ἕνεκεν χαίρω. ἐπειδὴ δὲ ἔγνων, ὅτι βουλεύῃ περὶ ἀποδημίας, καὶ μεταστῆναι ἐκεῖθεν βούλει, παρακαλῶ σου τὴν τιμιότητα μηδὲν τοιοῦτον ἐννοῆσαι, μηδὲ βουλεύσασθαι. πρῶτον μὲν δι᾽ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι δὴ στήριγμα τῆς πόλεως εἶ τῆς αὐτόθι,

Pentadiæ Diaconiſſæ CIV.

Coronarum nomine, quas tibi conciliaſti, beatã te duco. Ac nũc quoque, cùm per animi magnitudinem quiduis pro veritatis defenſione perferre in ani- D mum induxeris, meritò proinde Deum habes, qui tuas partes acerrimè tueatur. Vſque ad mortẽ enim, inquit Scriptura, pro veritate certa: & Dominus pugnabit pro te. *Eccli 4. 33.* Quod etiam euenit. Nam cùm eò vſque præclarum hoc certamen obieris, multa diuinitus præmia retuliſti. Qua quidem ex re magna voluptate afficior. Quoniã autem intellexi te de diſceſſu cogitare, atque iſtinc migrare velle accepi, peto abs te, ne quicquam huiuſmodi cogites, atque ob animum proponas. Primum ob hoc ipſum, quòd ciuibus tuis ſubſidium es,

ampliſſimúſque portus, & adminiculum, ac tutus murus ijs, qui laboribus & ærumnis conficiuntur. Quare noli cõmittere, vt tantum quæſtum de manibus eijcias. Noli inquã committere, vt tantum lucrum abijcias, cùm tantos quotidie theſauros ex tua præſentia colligas. Nam qui præclara tua facinora cernũt, vel auditione accipiunt, non parum hinc lucri conſequuntur. Non te porrò fugit, quantã iſtud mercedem tibi cõciliet. Primum itaque quemadmodum dixi, hac de cauſa te rogo atq. obſecro, vt iſtic maneas. neque enim exiguũ vtilitatis illius, quàm iſtic permanendo attuliſti, documentum abs te datum eſt. Deinde, ne anni quidem tempus hoc te facere patitur. Neque enim, qua corporis imbecillitate ſis, ignoras, miniméque tibi facile eſſe in tanta vi frigoris atq. hyemis pedẽ mouere. Huc accedit, quòd, vt rumor eſt, Iſaurorũ res nunc vigent. Hæc itaque omnia, vt prudens & cordata mulier, tecum reputãs, ne quæſo hoc tempore vllo pacto pedem iſtinc mouere ſuſtineas: déque hac re velim nos quã primùm certiores facias, ac de tua valetudine quàm ſæpiſſimè ſcribas. Nam nũc quoque nos nullas abs te literas accepiſſe moleſtè tulimus: ac, ne fortè morbus hoc impediuerit, laboramus. Quãobrem, vt hanc quoque ſolicitudinem nobis eximas, primo quoque tempore ad nos literas, quæ hæc indicent, mitte.

Chalcidiæ CV.

Deus tibi pro tua erga nos reuerentia, honore, ac ſyncera charitate, tum hîc, tũ in futuro æuo mercedẽ pendat. Nec enim nunc duntaxat, ſed pridem etiam atque ab initio, quo erga nos animo ac ſtudio fueris, perſpectum habeo. Ac propterea quamuis longo itineris ſpatio abs te diſſitus ſim, atq. hîc, tum ob huius loci ſolitudinem, tum ob perpetua pericula, crebróſq. prædonũ impetus, tum ob medicorũ penuriam, in multis calamitatibus verſer: nihil tamen horum omniũ me prohibet, quominus tuæ ſuauitatis perpetuò recorder: quin potius eam charitatẽ, quam à principio, tum erga te, tum erga tuam domum habui, vegetam ac florentem retineo: quippe qui ne nunc quidem eam, vel ob temporis diuturnitatẽ, vel ob itineris longinquitatẽ cõſeneſcere

A καὶ λιμὴν εὐρὺς, καὶ βακτηρία, καὶ τεῖχος ἀσφαλὲς τοῖς καταπονουμένοις. μηδὲ τοσαύτην ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐμπορείαν ῥίψῃς, μηδὲ τοσοῦτον παρίδῃς κέρδος, τοσούτους καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνάγουσα θησαυροὺς ἀπὸ τῆς παρουσίας τῆς αὐτόθι. οἵ τε γὰρ ὁρῶντες, οἵ τε ἀκούοντές σου τὰ κατορθώματα, οὐ μικρὰ κερδαίνουσιν· οἶσθα δὲ ἡλίκον τοῦτο φέρει σοι τὸν μισθόν. πρῶτον μὲν, ὅπερ ἔφην, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν αὐτόθι μένειν· καὶ γὰρ πεῖραν οὐ μικρὰν δέδωκας τῆς ὠφελείας, ἣν παρέσχες διὰ τῆς αὐτόθι παραμονῆς. ἔπειτα B δὲ οὐδὲ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα ἐπιτρέπει τοῦτο. οἶσθα γάρ σου τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν, καὶ πῶς οὐ ῥᾴδιόν σοι κινεῖσθαι ἐν κρυμῷ τοσούτῳ καὶ χειμῶνι. πρὸς τούτοις, ὡς ἀκούομεν, καὶ τὰ Ἰσαυρικὰ αὔξει. πάντα τοίνυν ταῦτα λογισαμένη ὡς συνετὴ, μηδαμοῦ τέως κινεῖσθαι καταδέχου, καὶ περὶ τούτου γράψαι ἡμῖν διὰ ταχέως παρακλήθητι, καὶ περὶ τῆς ὑγείας συνεχῶς δήλου τῆς σῆς· ἐπεὶ καὶ νῦν ἠλγήσαμεν, μὴ δεξάμενοι γράμματά σου τῆς τιμιότητος, καὶ ἐν φροντίδι καθεστήκαμεν, μήποτε ἀρρω- C στία τοῦτο διεκώλυσεν· ἵν' οὖν καὶ ταύτην ἀπαλλάξῃς ἡμῶν τὴν φροντίδα, ταχέως ἡμῖν πέμψον ἐπιστολὴν ταῦτα δηλοῦσαν.

Χαλκιδίᾳ ρε'.

Ὁ θεός σοι τὸν μισθὸν δώῃ καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς περὶ ἡμᾶς αἰδοῦς, καὶ τιμῆς, καὶ γνησίας ἀγάπης. οὐδὲ γὰρ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς οἶδά σε σαφῶς, ὅπως περὶ ἡμᾶς διατεθεῖσα ἐσπού- D δακας. διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενος διαστήματος, καὶ πολλῷ τῆς ὁδοῦ εἰργόμενος τῷ μέσῳ, καὶ ἐν πολλαῖς ὢν ἐνταῦθα θλίψεσι, διά τε τὴν ἐρημίαν τοῦ χωρίου τούτου, διά τε τοὺς συνεχεῖς κινδύνους, καὶ τὰς ἐπαλλήλους τῶν λῃστῶν ἐφόδους, διά τε τὴν τῶν ἰατρῶν σπάνιν, οὐδὲν τούτων κωλυόμεθα μεμνῆσθαί σου διηνεκῶς τῆς ἐμμελείας· ἀλλὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἐξ ἀρχῆς καὶ περὶ σὲ, καὶ περὶ τὸν οἶκόν σου ἔσχηκα, ταύτην ἀκμάζουσαν διατηροῦμεν καὶ νῦν, οὐδὲν οὐδὲ ἀπὸ τοῦ χρόνου, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ μήκους τῆς ὁδοῦ μαραίνεσθαι αὐ-

τὴν ἀφείς. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ ἀγαπᾶν γνησίως. καὶ σε παρακαλῶ κατὰ τὴν σύνεσίν σου καὶ τὴν εὐλάβειαν, φέρειν τὰ συμπίπτοντα ἅπαντα γενναίως. οἶσθα γὰρ ὅτι ἐκ πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ νῦν διὰ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν σχεδὸν ὥδευσας πειρασμῶν, καὶ δυνάσαι μετ' εὐκολίας τὸν τῆς ὑπομονῆς ἆθλον ἀγωνίζεσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ ἠγωνίσω πολλάκις, καὶ λαμπρὸς ὑπὲρ τούτων σεαυτὸν περιάπτου τοῖς στεφάνοις. εἰ δὲ μείζων ἐστὶ τῶν παρελθόντων, ἀλλὰ καὶ ὁ στέφανος πλείων. μηδὲν οὖν σε ταραττέτω τῶν ἐπαγομένων δεινῶν· ἀλλ' ὅσωπερ ἂν αὔξηται τὰ κύματα, καὶ μεῖζον γένηται τὸ κλυδώνιον, τοσούτῳ μείζονα ἀνάμενε τὴν ἐμπορίαν, καὶ πολλῷ πλείονα τὰ ἔπαθλα τῶν ἱδρώτων, καὶ μείζονα, καὶ λαμπρότερα. οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. ὁδὸς γὰρ τὰ παρόντα, καὶ τὰ χρηστά, καὶ τὰ λυπηρὰ τοῦ βίου τούτου, καὶ ἑκάτερα ὁμοίως παρέρχεται, καὶ οὐδὲν αὐτῶν πάγιον οὐδὲ βέβαιον, ἀλλὰ μιμεῖται τὴν φύσιν ὁμοῦ τε φαινόμενα, καὶ παρατρέχοντα. καθάπερ οὖν ὁδῖται καὶ ὁδοιπόροι ἄν τε διὰ λειμώνων ὁδεύωσιν, ἄν τε διὰ φαράγγων, οὐδεμίαν οὐδὲ ἐντεῦθεν καρποῦνται τὴν ἡδονήν, οὐδὲ ἐκεῖθεν ὑπομένουσι λύπην· ὁδῖται γάρ εἰσιν, οὐχὶ πολῖται, ἑκάτερα παρατρέχοντες, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπειγόμενοι· οὕτω παρακαλῶ καὶ ὑμᾶς μήτε πρὸς τὰ φαιδρὰ τοῦ παρόντος κεχηνέναι βίου, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν καταβαπτίζεσθαι· ἀλλ' ἓν μόνον σκοπεῖν, ὅπως εἰς τὴν κοινὴν ἀπάντων ἡμῶν πατρίδα μετὰ πολλῆς παραγένεσθαι τῆς παρρησίας· ἐπειδήπερ τοῦτό ἐστι τὸ μένον, καὶ πεπηγός, καὶ ἀθάνατον ἀγαθόν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα, ἄνθος χόρτου, καὶ καπνός, καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον.

Ἀσυγκριτίᾳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῇ ρϛʹ.

Οἶδα τὴν ἀγάπην ὑμῶν, καὶ τὴν διάθεσιν, ἣν περὶ ἡμῶν ἔχειν ἐσπουδάκατε. καὶ συνεχῶς ἐβουλόμην ἐπιστέλλειν· ἀλλ' ὁ τῶν Ἰσαύρων φόβος, πᾶσαν ἀποτειχίσας ὁδόν, οὐκ ἀφίησιν εὐπορεῖν τῶν πρὸς τοῦτο διακονησομένων ἡμῖν. ἡνίκα γοῦν ἂν

A patiar. Nam ea demum ſynceræ charitatis natura eſt. Te verò pro tua prudentia & pietate oro atque obſecro, vt ea omnia, quæ accidũt, ſtrenuo animo feras. Scis enim quòd ab ineunte ætate vſque ad hoc tempus per varias atque omnis ferè generis tẽtationes inceſſiſti, atque patientiæ certamen facili negotio obire potes, quemadmodum etiam ſæpè obijſti, atque illuſtres inde coronas tibiipſi in futurũ condidiſti. Quòd ſi hæc tentatio ſuperiores excedit, at etiam corona præſtantior futura eſt. Quæ cùm ita ſint, nihil ex ijs acerbitaB tibus, quę tibi inferuntur, te perturbet: verum quo magis fluctus creſcũt, tempeſtáſque magis ingraueſcit, eo etiam maiorem quæſtum, ac præmia ſudoribus longè copioſiora & ampliora & luculentiora expecta. Neque enim condignę ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8.18. Viæ enim inſtar ſunt, & præſentes huius vitæ iucunditates, & moleſtiæ, ambæque eodem modo effluunt, nec quicquam in ijs certum ac ſtabile C eſt, verùm vmbræ naturam imitantur, vt quæ ſimul atque ſeſe oſtenderint, ſtatim prætereant. Quemadmodum igitur viatores, ſiue per prata, ſiue per ſalebroſa & abrupta loca iter faciant, nec vllã illinc voluptatem percipiunt, nec vllam hinc mœſtitiam ſentiunt (viatores enim ſunt, non ciues, vtraque prætereuntes, atque ad patriam ſuam contendentes) eodem modo te rogo atque obſecro, vt nec præſentis vitæ iucunditatibus inhies, nec rurſum moleſtarũ rerum faſce deprimaris, verùm hoc vnum ſpectes, quónam pacto ad communem patriam noſtram cum ingenti fiducia peruenias. Quandoquidem hoc demum fixum & conſtans atque immortale bonum eſt: cætera autem omnia, flos fœni, & fumus, & ſi quid his vilius fingi poteſt.

Aſyncritiæ, ipſiuſque ſodalibus CVI.

Quã erga nos charitate ac beneuolẽtia ſitis, mihi exploratũ eſt. Ac literas quidem aſſiduè ad vos dare cuperem: verùm Iſaurorum metus vijs omnibus interclusis nõ me aſſiduè ſubinde nanciſci ſinit, qui ad eã rem nobis adminiſtram operã præbeant. Quoties autem

nanciſci poſſumus, debitam vobis ſalutationẽ pendimus, vos pro noſtro more admonentes, ne ob crebras has & continuas tentationes animi veſtri cõmoueantur ac perturbentur. Nam cùm mercatores & nautæ mercium cauſa tam longa maria traijciant, ac tot fluctus intrepido animo adeant, militéſq. exigui & caduci ſtipendij cauſa vitam ipſam pro nihilo ducant, ac dum lucis huius vſura fruuntur, perſæpe & fame conflictentur, & magnis itineribus vexentur, perpetuóque in exteris regionibus degant, pòſt etiam, nullum hinc vel exiguũ vel magnum fructum conſecuti, magna ex parte præmaturam ac violentam mortem oppetant: cùm cœleſte præmiũ proponitur, ac poſt mortem maior multiſq. partibus ſublimior remuneratio, quã tandem veniam obtinebunt, qui mollitie atque ignauia torpent, ac non ipſam quoq. vitã contemnunt, ac pro nihilo putant? Hęc igitur omnia tecum conſiderans, illúdque item, res præſentes nihil à fumo & inſomnijs differre, florentémq. hominũ ſtatum, vernis folijs, quæ ſimul atque oriuntur ſtatim exareſcunt, nihilo præſtantiorem eſſe, da operam, vt omnibus huiuſmodi telis ſuperiorem te prębeas. Licet enim, ſi modò velis, ipſam quoq. vitæ pompã contẽnere ac proculcare. Vnũ id ſpecta, quónã pacto magno cũ ſtudio ac diligentia viam arctam, quæ ad cœlum vehit, conficere queas.

Caſto, Valerio, Diophanto, & Cyriaco presbyteris CVII.

Quod auro, cùm igni ſæpe exploratur, accidit, hoc etiam aureis animis à tentationibus euenire ſolet. Vt enim flammæ natura materiam illam, cùm, quandiu artis lex permittit, cum ea verſatur, longè ſplendidiorem ac puriorem reddit: eodem modo frequentium tentationum fornax homines eos, qui mente ad auri ſimilitudinem accedunt, auro quouis ſplendidiores ac longè præſtantiores efficit. Ob eámque cauſam, quamuis tam longè à vobis ſeiuncti ſimus, vos tamen beatos prædicare nunquam deſinimus. Scitis enim, ſcitis, inquam,

A ἐπιτύχωμεν τούτων, τὴν ὀφειλομένην ἀποδίδομεν ὑμῖν πρόσρησιν, τὰ συνήθη παρακαλοῦντες ὑμᾶς, μηδὲν θορυβεῖσθαι μηδὲ ταράττεσθαι ὑπὸ τῶν συνεχῶν τούτων καὶ ἐπαλλήλων πειρασμῶν. Εἰ γὰρ ἔμποροι καὶ ναῦται φορτίων ὀλίγων ἕνεκεν, οὕτω μακρὰ διαβαίνουσι πελάγη, καὶ τοσούτων κατατολμῶσι κυμάτων· καὶ στρατιῶται δὲ καὶ αὐτῆς καταφρονοῦσι τῆς ζωῆς ὑπὲρ ἐπικήρου καὶ βραχέος μισθοῦ, καὶ ζῶντες καὶ λιμῷ μάχονται πολλάκις, καὶ ὁδοιπορίαις μακραῖς κατατείνονται, καὶ διηνεκῶς ἐ-
B πὶ τῆς ἀλλοτρίας διάγουσιν, ὕστερον δὲ καὶ ἄωρον, καὶ βίαιον πολλοὶ τούτων ὑπομένουσι θάνατον, οὐδὲν ἐντεῦθεν οὐ μικρὸν, οὐ μέγα καρπωσάμενοι· ὅταν οὐράνιος ὁ ἆθλος προκέηται, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν μείζων ἡ ἀντίδοσις, καὶ πολλῷ πλείων, ποίας τεύξονται συγγνώμης οἱ καταμαλακιζόμενοι, καὶ μὴ καὶ αὐτῆς καταφρονοῦντες τῆς ζωῆς; Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζόμενος, καὶ ὅτι καπνὸς τὰ παρόντα, καὶ ὄναρ, καὶ πᾶσα εὐημερία ἀνθρωπίνη φύλλων ἠρινῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκειται, γι-
C νομένων τε ὁμοῦ καὶ μαραινομένων εὐθέως, ὑψηλοτέρα πάντων τῶν τοιούτων γίνου βελῶν. ἔξεστι γὰρ ἐὰν θέλῃς καὶ τὴν βιωτικὴν καταπατῆσαι φαντασίαν. ἐν σκόπει μόνον, ὅπως μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διανύσαι δυνηθῇς, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνάγουσαν.

Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, καὶ Κυριακῷ πρεσβυτέροις ρζ'.

Ο συμβαίνει τῷ χρυσίῳ βασανιζομένῳ πολλάκις ὑπὸ πυρὸς, τοῦτο καὶ ταῖς χρυσαῖς
D εἴωθε προσγίνεσθαι ψυχαῖς ὑπὸ τῶν πειρασμῶν. ἐκείνην τε γὰρ τὴν ὕλην λαμπροτέραν πολλῷ καὶ καθαρωτέραν ἡ τῆς φλογὸς ἀποφαίνει φύσις, ὁμιλοῦσα αὐτῇ χρόνον τοσοῦτον, ὅσον ἂν ὁ τῆς τέχνης ἐπιτρέπει νόμος· τούς τε τῷ χρυσίῳ κατὰ διάνοιαν ἐοικότας ἀνθρώπους, χρυσίου παντὸς φαιδροτέρους, καὶ πολυτελεστέρους μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας ἡ τῶν ἐπαλλήλων πειρασμῶν ἐργάζεται κάμινος. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, οὐ παυόμεθα διηνεκῶς μακαρίζοντες ὑμᾶς. ἴστε γὰρ, ἴστε σαφῶς, ὅσον τῶν

Digitized by Google

τοιούτων ἐπιβουλῶν ὁ κέρδος, καὶ πῶς ἡ τοῦ A παρόντος εὐημερία βίου ὄνομα μόνον ἐστὶ ψιλὸν, πράγματος ἔρημον, τὰ δὲ μέλλοντα ἀγαθὰ, πεπηγότα, ἀκίνητα, μόνιμα, ἀθάνατα. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαῦμα τῆς ἀρετῆς, ὅτι τοιαῦτα ἡμῖν τὰ ἔπαθλα παρέχεται, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων, οἱ ἀγῶνες αὐτῆς ἔπαθλα γίνονται, καὶ οὐ μόνον τοῦ θεάτρου λυθέντος τὰ βραβεῖα τοῖς νενικηκόσιν ἔρχεται φέρουσα, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ μέσῳ τῷ σκάμματι λαμπροὺς τοῖς ἀγωνιζομένοις πλέκει τοὺς στεφάνους. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀντιδόσεσι τῶν B θλίψεων χαίρει καὶ εὐφραίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐταῖς ταῖς θλίψεσι καλλωπίζεται, οὕτω λέγων· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. εἶτα ἀπαριθμούμενος τὸν ὁρμαθὸν τῶν βραβείων τῆς θλίψεως, φησὶν, ὅτι ὑπομονὴν αὕτη τίκτει, τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν, τὸν ἀκύμαντον λιμένα, τὴν ἐν γαλήνῃ ζωὴν, τὴν πέτρας ἰσχυροτέραν, καὶ ἀδάμαντος στερροτέραν, τὴν ὅπλου παντὸς δυνατωτέραν, καὶ τειχῶν ἀσφαλεστέραν. αὕτη δὲ κατορθωθεῖσα, δοκίμους, καὶ γενναίους ποιεῖ τοὺς αὐτῆς τροφίμους, μεθ' ὑπερβολῆς ἀχειρώτους. οὐδενὶ γὰρ ἀφίησι τῶν περι- C πιπτόντων αὐτοῖς θορυβεῖσθαι λυπηρῶν, οὐδὲ ὑποσκελίζεσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἡ πέτρα ὅσῳ περ ἂν ὑπὸ πλειόνων παίηται κυμάτων, αὐτὴ μὲν ἐκκαθαίρεται μειζόνως, οὐδὲ μικρὸν κινουμένη, τῶν δὲ προσρηγνυμένων αὐτῇ τὸν ὄγκον ὑδάτων διαφθείρει ῥᾳδίως· οὐ τῷ παίειν ἀλλὰ τῷ παίεσθαι ἀφανίζουσα· οὕτω δὴ καὶ ὁ δόκιμος ἐξ ὑπομονῆς γενόμενος, πάσης ἀνώτερος ἕστηκεν ἐπιβουλῆς. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι ἰσχυρότερος γίνεται, οὐ τῷ ποιεῖν κακῶς, ἀλλὰ τῷ πάσχειν κακῶς τοὺς ποιοῦντας διαλύων ῥᾳδίως. D ταῦτα οὐχ ὡς δεομένοις παρ' ἡμῶν μανθάνειν ἐπέσταλκα· οἶδα γὰρ ὑμῶν τὴν σύνεσιν, ἣν καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπεδείξασθε· ἃ γὰρ διὰ ῥημάτων ἐφιλοσοφήσαμεν νῦν ἡμεῖς, ταῦτα ὑμεῖς δι' ὧν ἐπάθετε ἀνεκηρύξατε. οὐ τοίνυν ὡς δεομένοις μανθάνειν παρ' ἡμῶν ταῦτα ἐπέσταλκα, ἀλλ' ἐπειδὴ μακρὸν ἐσιγήσατε χρόνον, μᾶλλον δὲ κοινῇ μακρὰν ἐσιγήσαμεν σιγὴν, ἐβουλήθην καὶ τὴν ἐπιστολὴν γενέσθαι μακράν, ἀθληταῖς δὲ ὑπομονῆς οὕτω γενναίοις ἐπιστέλλοντα, περί τινος ἑτέρου διαλέγεσθαι ἐχρῆν,

A perſpicuè, quantum huiuſmodi inſidiarum lucrum ſit, atque huius vitæ proſperitatē nudum duntaxat & inane vocabulum ac re vacuum eſſe, futura autem bona, firma, ſtabilia, certa, immortalia. Nec verò hoc duntaxat admirandi virtus habet, quòd hæc nobis præmia conciliat, verùm etiam quòd ante præmiorum tempus ipſius certamina præmiorum rationem habent; atque ipſa non modò ſoluto theatro victoribus palmam affert, ſed etiam in media arena pręclaras athletis coronas nectit. Ac proinde Paulus quoque non B ob calamitatum præmia duntaxat gaudet ac lætatur: verùm etiam ob ipſas quoq. calamitates gloriatur, his verbis vtens. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Rom. 5. Ac deinde pręmiorū eorū, quæ ex calamitate ortum trahunt, ſeriē enumerās, ait: Tribulatio patientiam parit, hanc inquā bonorum matrē, portum fluctibus vacuum, tranquillā vitam, rupe fortiorē, adamante firmiorē, quibuſuis armis valentiorem, ac mœnibus tutiorē. Hæc autē omnib. numeris perfecta & abſoluta, alumnos ſuos, probatos & generoſos, atq. incre- C dibilem quendā in modū inuictos reddit. Nullis enim moleſtijs, quæ ſubinde illis accidunt, ipſos perturbari ac deijci ſinit: verum quēadmodum rupes, quo pluribus fluctibus verberatur, ipſa quidem purior efficitur, ac ne tantillū quidem emouetur, aquarū autem, quæ ipſi alliduntur, tumorē nullo negotio diſſipat, ac delet nō iam percutiens eos, ſed ab illis percuſſa: eodē ſcilicet modo is quoque, qui patiētia exploratus eſt, inſidias omnes ſuperat: quódq. mirandū eſt, plus roboris hinc colligit, non inferendis, ſed perpetiendis malis, eos, qui D ferunt, mira facilitate frangens ac diſſoluēs. Hęc nō eò ſcripſi, quòd hac in re me magiſtro opus haberetis (mihi enim prudentia veſtra explorata eſt, quippe quā reb. ipſis teſtatā atq. conſpicuā feceritis. nā quę nos ſermone nūc docuimus, hæc ipſi perferendis calamitatib. prædicaſtis.) Quāobrē nō quòd me magiſtro opus haberetis, hęc ſcripſi, verùm quoniā diuturno tēpore ſiluiſtis, vel, vt rectiùs dicā, vtriq. diuturno ſilentio vſi ſumus, idcirco longiore hac epiſtola vti libuit. Porro cùm ad tam fortes ac ſtrenuos patientiæ pugiles ſcriberē, de qua tandem alia re verba facere oportebat,

A quàm de his, ob quas tantopere clari ac celebres extitiſtis? Ac ne hic quidē dimicationis fructus ſubſiſtit: verùm longius progreditur ac ſcaturit. Probatio enim, inquit, ſpem parit: & quidem ſpem reipſa omnino euenturam, non autem huic humanæ ſimilem, quę ſæpenumerò poſtquam laboribus dſuexarit eos, qui ipſi inhiant, laborum fructus eis reddere nequit, verùm præter detrimentum, eos etiam in ignominiam & periculū cōijcit. At hæc haudquaquā eiuſmodi eſt: quandoquidem nec humana eſt. Id quod vno verbo declarans Paulus, his verbis vtebatur: B Spes autē non confundit. Neque enim duntaxat eum, qui huiuſmodi certaminibus fungitur, detrimento ac pudore non afficit, verum etiam laboribus ac ſudoribus longè ampliores opes & gloriam ipſi affert. Nam ea manus illius, quæ horum laborum mercedem præbet, natura eſt. Epiſtolæ modum forſan exceſſimus: at non apud vos, à quibus tam impensè amamur. Nam cùm, non Epiſtolarum lege, ſed amicitiæ ſanctione res huiuſmodi ponderetis, minimè ſanè mihi dubium eſt, quin exiguam quoque hanc Epiſtolam exi- C ſtimaturi ſitis. Sed quanquam breuis vobis eſſe videatur, huius quoque tamen mercedem à vobis efflagitare minimè deſinam. Quam tandem? Non vt à vobis amer: neque enim flagitatore ad eam rem vobis opus eſt, cùm hoc ſponte veſtra copioſiſſimè ſemper & perſoluatis & debeatis. Nec item vt nobis reſcribatis: illud enim mihi perſuaſiſſimum eſt, vos ne ad hoc quidem monitore vllo opus habere. Quænam igitur hæc merces eſt? nimirum vt illud ex vobis intelligam, vos læto atque hilari animo eſſe, atque ex illatis vobis D acerbitatibus non modò nulla mœſtitia affici, verùm inſidias, quæ vobis fiunt, maioris etiam voluptatis materiam afferre. Nam ſi epiſtolam huiuſmodi nuncium ferentem acceperimus, ea nobis, & ſolitudinis, & famis, & peſtis, & Iſauricorum bellorum, & morborum omniū (quibus omnibus malis nunc addicti ſumus) ſolatium & remedium ac ſanatio futura eſt. Cogitantes igitur, quantam à nobis gratiam inituri ſitis, ad nos quæſo ſcribite, & res eiuſmodi ſcribite, quo tāto licet interuallo à vobis ſeiunctos, ingenti lætitia perfundatis.

A καὶ οἶδα μὲν ὅτι γραμματηφόρων περιβαλῇ σπάνιν, καὶ οὐδὲν ἀπεικός. εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ οἱ ἐκεῖθεν ἀφικνούμενοι, ἀλλ' ἔνθα καθήμεθα νῦν οὐδεὶς ἂν ταχέως παραγένοιτο τῶν ἐκεῖθεν ἐρχομένων. πλὴν ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο ἡμῖν εἰς τὸ μηδὲ ἅπαξ δέξασθαι γράμματα, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς εἰς ταύτην ἔχοντες ἀναχωρῆσαι τὴν πρόφασιν, οὐδὲ οὕτως ἐσιγήσαμεν· ἀλλὰ τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον ἀναστήσαντες, ἐντεῦθεν ἐπέμψαμεν, ὥστε καὶ τῇ σῇ συντυχεῖν τιμιότητι, B καὶ ταύτην ἡμῶν τὴν προσηγορίαν ἀποκομίσαι, καὶ μαθεῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, περὶ ἧς σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν. ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν μετ' εὐνοίας, καὶ ἀγάπης, καὶ τῆς προσηκούσης φιλοφροσύνης, ὡς μέλος ἡμέτερον, ἐπειδὰν ἐπανίῃ, τὰ περὶ τῆς ῥώσεώς σου δηλῶσαι ἡμῖν μὴ κατοκνήσῃς. μεγίστην γὰρ ἡμῖν ἀπὸ τῶν γραμμάτων, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθεζομένοις, παρέξεις τὴν παράκλησιν.

Epiſcopis qui cum Occidentalibus venerant. CLXV.

C Ἐπισκόποις ἐλθοῦσι μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐλθόντων ἐπισκόπων. ρξε'.

Priſtinam quidem veſtram animi promptitudinem, atque ſtudium, quod pro eccleſiarum commodis præ vobis tuliſtis, admirati ſumus. Poſteaquam autem tam longam peregrinationem inſuper adieciſtis, omnique cunctatione abiecta, forti, vt vos decebat, animo tam longum iter ſuſcepiſtis, non vulgariter hoc quoque nomine vos ſuſpicimus: nec vobis, tum nunc per literas, tum citra literas, gratias agere deſinimus. Nec verò nos dumtaxat, ſed etiam Orientales omnes admiratione afficiuntur, veſtræque firmitatis atque conſtantiæ ferventiſque charitatis & immotæ ſententiæ præcones ſe præbent. Ac iam, nec itineris longinquitatem, nec peregrinationis ærumnam, vllo modo grauem & moleſtam eſſe ducunt, vt ad vos excurrant, ac tot veſtra præclara facta conſpiciant. Eoque etiam nomine reuerendiſſimus, & inſigni pietate præditus, dominus meus Presbyter, etiamſi alioqui parum firmo corpore præditus, nihil non ſibi perferendum putauit, vt ad vos ſe conferret, veſtroque conſpectu atque congreſſu frueretur.

Ἐθαυμάσαμεν ὑμῶν καὶ τὴν ἔμπροσθεν προθυμίαν τε καὶ σπουδὴν, ἣν ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων ἐπεδείξασθε. ἐπεὶ δὲ καὶ μακρὰν οὕτως ἀποδημίαν προσεθήκατε, καὶ πάντα ὄκνον ἐκβαλόντες, μετὰ τῆς προσηκούσης ὑμῖν ἀνδρείας τοσαύτην ὁδὸν ἐστείλασθε, οὐχ ὡς ἔτυχε καὶ διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἐκπληττόμεθα, D καὶ εὐχαριστοῦντες οὐ διαλιμπάνομεν, καὶ διὰ γραμμάτων νῦν, καὶ χωρὶς γραμμάτων, οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν θαυμάζονται, καὶ κήρυκες ὑμῶν γίνονται διαπαντὸς τῆς στερρότητος τῆς ἀκλινοῦς, καὶ θερμῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ἀπεριτρέπτου γνώμης, καὶ οὔτε ὁδοῦ μῆκος, οὔτε ταλαιπωρίαν ἀποδημίας ἡγοῦνταί τι βαρὺ λοιπὸν καὶ ἐπαχθὲς, ὑπὲρ τοῦ δραμεῖν, καὶ ἰδεῖν ὑμῶν τὰ τοσαῦτα κατορθώματα. διὸ δὴ καὶ ὁ κύριός μου ὁ τιμιώτατος καὶ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καί τοί γε ἀσθενεῖ κεχρημένος σώματι, πάντα εἵλετο παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ παραγενόμενος καὶ τῆς κατ' ὄψιν ἀπολαῦσαι συνουσίας ὑμῶν.

δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης ὑμῖν ἀγάπης, κἂν ἐπὶ μεῖζον αἴρηται τὰ δεινά, παρακαλούμενοι μὴ κατοκνήσαι διορθουμένους αὐτά, ἀλλ' ἄξιοι τῷ προοιμίῳ ἐπιθεῖναι τὸ τέλος. ἴστε γὰρ ἡλίκος ὑμῖν ἔσται μισθὸς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ὑπὲρ τοσούτων ἐκκλησιῶν ταραττομένων πονουμένοις, καὶ πάντα ποιοῦσιν, ὥστε εἰς εὐδιεινὸν αὐτὰς ὁρμίσαι λιμένα.

Ἐπισκόποις ἐλθοῦσι μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπισκόπων. ρξϛʹ.

Καὶ τὰ ἔμπροσθε, παρὰ τῆς τιμιότητος ὑμῶν γεγενημένα μεγάλα, τὸ δικαίαν καὶ πρέπουσαν ὑμῖν ἀγανάκτησιν ὑπὲρ τῶν τοσαύτας ἐκκλησίας κατειληφότων κακῶν ἀγανακτῆσαι, τὸ συναλγῆσαι, τὸ μὴ μέχρι τούτου στῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν· πολὺ δὲ μέγιστον καὶ τὸ νῦν γεγενημένον παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν, τὸ ἀναστῆναι ἕκαστον ὑμῶν οἴκοθεν, τὸ μακρὰν οὕτως ἀποδημίαν στείλασθαι, τὸ διατρίβειν ἐπ' ἀλλοτρίας, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας ὑπομένειν καμάτους, ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων. διὰ ταῦτα ὑμῖν εὐχαριστοῦντες οὐ παυόμεθα, θαυμάζοντες, μακαρίζοντες ὅσους ἑαυτοῖς ὑπὲρ τούτων παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ προαπετίθεσθε τοὺς μισθούς. καὶ ἐπεὶ οὔτε συγγενέσθαι ὑμῖν δυνατὸν νῦν ὑπὸ ἐξορίας κατεχομένοις, οὔτε συνεχῶς ἐπιστέλλειν, τῷ μὴ ταχέως εὐπορεῖν γραμματοφόρων, (ἦ γὰρ ἂν νιφάδας ἐπέμψαμεν γραμμάτων) τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν οἴκοθεν ὁρμώμενον ἐλθεῖν, καὶ θεάσασθαι τὴν εὐλάβειαν τὴν ὑμετέραν, παρεκαλέσαμεν, ὥστε καὶ πρὸς ἡμᾶς γραμμάτων ἐπιτυχεῖν καὶ αὐτόν, καὶ κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν ὡς ὑμῖν πρέπον ἐστίν, ἡνίκα δὲ ἔξῃ, καὶ ἡμῖν δηλοῦν μὴ κατοκνήσητε τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας. σφόδρα γὰρ ἡμῖν περισπούδαστον τοῦτο μανθάνειν, καὶ οὐ μικρὰ τῆς ἐρημίας, ἐν ᾗ καθήμεθα, τοῦτο ἡμῖν ἔσται παράκλησις.

A Poſteaquam igitur ipſum, vt veſtra charitas poſtulat, exceperitis, illud à vobis petimus, vt etiamſi mala ingraueſcunt, vos tamen iis medicinam afferre ne grauemini, verùm parem initiis finem imponatis. Scitis enim quantam vobis Deus pro ſua benignitate mercedem relaturus ſit, ſi pro tot eccleſiis perturbatis laboretis, nihilque omittatis, quò eas ad tranquillum portum appellatis.

B *Epiſcopis, qui cum Occidentalibus Epiſcopis venerant.* CLXVI.

Magna quidem ac præclara ea quoque ſunt, quæ prius feciſtis, nempe quòd iuſtam, virtutique veſtræ conſentaneam, ob ea mala, quæ tot Eccleſias occuparunt, indignationem concepiſtis, earúmque vicem doluiſtis: neque hic gradum fixiſtis, verùm etiam, quæ muneris veſtri ratio poſtulabat, ipſi præſtitiſtis. Illud autem longè maximum ac præclariſſimum, quod nunc à vobis factum eſt, nimirum quòd vnuſquiſque veſtrum domeſticis ſedibus re-C lictis tam longam peregrinationẽ iniit, atque in extera regione commoratur, ac pro Eccleſiarum vtilitate diuturnæ peregrinationis labores ſuffert. Ac propterea vobis gratias agere, vóſque ob tot ac tanta præmia, quæ hoc nomine Deus vobis pro ſua benignitate recondit, admirari ac beatos prædicare non deſinimus. Ac quoniam nos nec ob exilium, quo nunc coërcemur, vobiſcum verſari, nec item, quòd, cui literas demus, haud facilè nanciſcimur, aſſiduè ad vos ſcribere poſſumus: D (nam alioqui literarum frequentia vos obruiſſemus) idcirco reuerendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum (qui etiam ipſe ſponte ſua proficiſci ac vos videre cupiebat) obſecrauimus, vt literas à vobis ad nos obtineret, atque ipſe charitate veſtra coràm frueretur. Poſteaquam igitur eum, pro eo atque vos decet, exceperitis, de veſtra valetudine, cùm licuerit, certiores nos facere quæſo ne grauemini. Siquidem nobis id ſcire ſummo ſtudio eſt: neque paruam ſolitudinis huius, in qua verſamur, conſolationem hinc accepturi ſumus.

A

Iiſdem. CLXVII.

Ampliſſimas vobis ob tantam animi firmitatem, ac ſtudium, & curam, laboreſque & ſudores, ac deniq. ob longam hanc peregrinationem, quam vtilitatis eccleſiarum cauſa ſuſcepiſtis, gratias agimus. Etenim quanto grauius eos, qui omnia perturbāt, iudicium manet, tanto quoque maius, vberiúſque vobis præmiū expectādum eſt, qui ad ea, quæ ab aliis ſceleratè ac nefariè admiſſa sūt, corrigenda, tantum patientię ſtudiique adhibuiſtis. Atque vtinam corām quoque B vobiſcum cōgredi poſſemus. quod quoniam nobis exilij neceſſitas ademit, tandem aliquando atque ægrè ornatiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Preſbyterum ad vos proficiſcentem nacti, has literas miſimus, quibus debitum vobis ſalutationis munus pendimus, ac, tum pro præſentibus veſtris officiis, tum pro eo, quo flagratis, ſarciendorum incommodorum zelo, gratias agimus. Nam etſi nihilo meliore ſtatu res eſt: tamen ipſi, quod muneris veſtri erat, præſtitiſtis. Eóque nomine plena numeriſque omnibus C abſoluta merces à benigno Deo vobis conſtituta eſt, vt qui ad medicinam admiſſis ſceleribus afferendam tanto ſtudio tantáque animi alacritate perpetuò vſi ſitis.

Τοῖς αὐτοῖς. ρξζ'.

Χάριν ὑμῖν ἴσμεν πολλὴν τῆς τοσαύτης εὐνοίας, καὶ σπουδῆς, καὶ φροντίδος, καὶ τῶν πόνων, καὶ τῶν ἱδρώτων, καὶ τῆς μακρᾶς ταύτης ἀποδημίας, ἣν ὑπὲρ τῶν συμφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ πεποίησθε. ὅσῳ γὰρ τοῖς ταράττουσιν ἅπαντα μεῖζον τὸ κρίμα, τοσούτῳ καὶ ὑμῖν πλείων ὁ μισθὸς, τοσαύτῃ κεχρημένοις ὑπομονῇ καὶ σπουδῇ, εἰς διόρθωσιν τῶν κακῶς παρ' ἑτέρων γεγενημένων. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ παρόντες B κατὰ πρόσωπον συντυχεῖν ὑμῶν τῇ εὐλαβείᾳ· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἀφῃρήμεθα ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἐξορίαν ἀνάγκης, ὀψέ ποτε καὶ μόλις ἐπιτυχόντες τοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένου, τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, διεπεμψάμεθα ταυτὶ τὰ γράμματα, τήν τε ὀφειλομένην ὑμῖν ἀποδιδόντες πρόσρησιν, καὶ εὐχαριστοῦντες, ὑπέρ τε τῶν παρελθόντων, ὑπέρ τε τῶν νῦν, ὑπέρ τε ὁλοκλήρου τῆς διορθώσεως τῶν κακῶν. κἂν γὰρ μηδὲν γένηται πλέον, ὑμεῖς τὸ ὑμέτερον πεποιήκατε. διὸ καὶ C ἀπηρτισμένον ἔχετε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὸν μισθὸν, τοσαύτῃ καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ τὰ κακῶς γεγενημένα ἰάσασθαι διαπαντὸς κεχρημένοι τοῦ χρόνου.

Probæ matronæ Romanæ. CLXVIII.

Etſi longo itineris ſpatio abs te diſiunctus ſum: tamen ſynceram ac feruentem tuam charitatem, non ſecus ac ſi corām eſſem, tuáque omnia cernerem, certò expertus ſum, iis nimirum, qui iſtinc ad nos veniunt, ea de te afferentibus, D quæ audire cupiebam. Eáque de cauſa multas atque ingentes tibi gratias habeo, atque ob iſtum tuum animum glorior, méque effero: viróſque mihi chariſſimos, religioſiſſimum Preſbyterum Ioannem, & ornatiſſimum diaconum Paulum tibi commendo, atque ad tuas manus velut ad portum tranſmitto. Abs te igitur, cumprimis venerāda & nobiliſſima domina mea, peto, vt, quemadmodum humanitas tua poſcit, ipſos videas.

Πρόβῃ ἐλευθέρᾳ, ἐν Ῥώμῃ. ρξη'.

ΕΙ καὶ πολλὴν διῳκίσμεθα τὴν μέσον τῆς ὁδοῦ, ἀλλὰ τῆς γνησίας σου καὶ θερμῆς ἀγάπης ὡς παρόντες, καὶ πάντα τὰ σὰ ὁρῶντες, οὕτως ἀκριβῆ πεῖραν εἰλήφαμεν, τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων πρὸς ἡμᾶς ἀπαγγελλόντων D περὶ τῆς σῆς ἐμμελείας ταῦτα, ἅπερ ἐπεθυμοῦμεν μανθάνειν. διὰ τοῦτό σοι χάριτας ἴσμεν πολλὰς καὶ μεγάλας, καὶ ἐναβρυνόμεθα, καὶ καλλωπιζόμεθα ἐπὶ τῇ διαθέσει τῆς εὐγενείας σου, καὶ τοὺς ἀγαπητοὺς τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον Ἰωάννην, καὶ τὸν τιμιώτατον διάκονον Παῦλον παρακατατιθέμεθά σου τῇ κοσμιότητι, ὡς εἰς λιμένα τὰς σὰς αὐτοὺς παραπέμποντες χεῖρας. ἰδεῖν τοίνυν αὐτοὺς ὡς σοι πρέπον ἐστὶ, δέσποινά μου τιμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη, παρακλήθητι.

οἶσθα γάρ, ὅσος ἔσται σοι τῆς φιλοφροσύνης ταύτης ὁ μισθός· καὶ ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχέστερον ἡμῖν δήλου τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, περὶ ἧς σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν, ἐπειδὴ σφόδρα αὐτῆς ἀντεχόμεθα.

Nec enim te fallit, quantam huiuſce comitatis mercedem relatura ſis. Ac, quàm ſæpiſſimè licebit, de tua valetudine, de qua, nobis vehementer chara, aliquid intelligere vehementer aueo, fac me certiorem.

Ἰουλιανῇ, καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ. ρξθ'.

Ὅσῳ χαλεπώτερον τὸ κρίμα γενήσεται τοῖς τὰ τοιαῦτα παρανομήσασι, τοσούτῳ πλείων ὑμῖν ἔσται ὁ μισθός, τοῖς τὰς τοιαύτας παρανομίας λύειν ἐσπουδακόσι, καὶ τοσούτοις ἐπιδεικνυμένοις πόνοις καὶ καμάτοις. οὐδὲ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς τῆς ὑμετέρας διαθέσεως ἡ εὐποιΐα, καὶ ἡ σπουδή, ἣν καὶ εἰς τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπεδείξασθε, καὶ εἰς τὴν φιλοφροσύνην τῶν παρ' ἡμῶν ἐκεῖσε ἀφιγμένων. διὸ καὶ χάριτας ὑμῖν ἔχομεν, καὶ παρακαλοῦμεν τῇ αὐτῇ ἐπιμένειν προθυμίᾳ· καὶ ἐρρωμενεστέραν ἐπιδείξασθαι εὐτονίαν τε καὶ ἀνδρείαν. ἴστε γὰρ ἡλίκον τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, καὶ ὅσον λήψεσθε τὸν μισθόν, τοσαύτην ταραχήν, καὶ οὕτω κύματα ἄγρια, τὰ εἰς ὑμᾶς ἧκον, καταστέλλουσαι, καὶ τὴν προσήκουσαν εἰς τὴν τῶν γεγενημένων κακῶν εἰσφέρουσαι διόρθωσιν.

Iulianæ & iis, quæ cum ipſa ſunt. CLXIX.

Quo grauiore pœna mulctati ſunt, qui tot ſcelera perpetrarunt, eo quoque vobis, qui tot ſcelera tollere ac delere ſtuduiſtis, tantúmque laboris & ærumnæ ſuſcipitis, amplior merces futura eſt. Neque enim nobis obſcura fuit ea beneficentia, idque ſtudium, quod & in negotio, de quo agitur, & in excipiendis benignéque complectendis iis, quos iſtuc miſimus, præſtitiſtis. Eóque nomine gratias vobis habemus, vóſque rogamus & obſecramus, vt in eodem ſtudio & alacritate permaneatis, ac firmius etiam & valentius animi robur & fortitudinem adhibeatis. Neque enim vos fugit, quanta huiuſce præclari facti magnitudo ſit, quantámque mercedem percepturæ ſitis, tantos motus, ac tam ſæuos fluctus, quantum in vobis eſt, compeſcentes, eámque, quam par eſt, acceptis incommodis medicinam afferentes.

Ἰταλικῇ. ρο'.

Ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ὥσπερ τῇ φύσει, οὕτω καὶ τῇ πράξει καὶ τῇ μεταχειρίσει διῄρηται ταῦτα τὰ γένη, ἀνὴρ λέγω καὶ γυνή. τῇ μὲν γὰρ οἰκουρεῖν νενόμισται, τῷ δὲ τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν ἐν ἀγορᾷ πραγμάτων ἅπτεσθαι. ἐπὶ δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγώνων, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας πόνων οὐκ ἔτι τοῦτο, ἀλλ' ἔστι καὶ γυναῖκα, ἀνδρὸς ἐρρωμενεστέραν τῶν καλῶν τούτων ἀντέχεσθαι ἀγώνων. καὶ τοῦτο δηλοῖ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τὴν πατρίδα τὴν ὑμετέραν ἐπιστολῇ, πολλὰς ἀνακηρύττει γυναῖκας, λέγων αὐτὰς οὐ μικρὰ πεποιηκέναι ἐν τῷ καὶ ἄνδρας διορθοῦν, καὶ ἐνάγειν ἐπὶ τὰ προσήκοντα. τίνος ἕνεκεν ταῦτά φημι; ἵνα μὴ νομίσητε ἀλλότριον ὑμῶν εἶναι τὸ τῆς σπουδῆς ἅπτεσθαι, καὶ τῶν πόνων τῶν εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν διόρθω-

Italicæ. DLXX.

In externis negotiis, vt natura, ita etiam actione atque adminiſtratione, diſtincti ſunt hi ſexus, nimirum vir & mulier. Sic enim moribus comparatum eſt, vt mulier domi ſe teneat, vir autem publica & forenſia negotia ſuſcipiat. At in diuinis certaminibus, iiſque laboribus, qui Eccleſiæ cauſa ſubeuntur, locum haudquaquam hoc habet: verùm fieri poteſt, vt fœmina in præclaris his certaminibus laboribúſque capeſſendis virum quoque fortitudine animique firmitate ſuperet. Quod etiam indicans Paulus, in ea epiſtola, quam ad patriam veſtram ſcripſit, complures fœminas ampliſſimis laudibus effert, ipſas nimirum haud parum in eo elaboraſſe aſſerens, vt viros etiam corrigerent, atque ad officium reuocarent. Quorſum autem hæc commemoro? Nempe ne alienum vobis exiſtimetis, ſtudium illud, ac labores eos attingere, quæ ad eccleſiaſticarum rerum emen-

Rom. vlt.

dationem conducunt: verùm &, quod primum eſt, per vos ipſos, & per alios, quorum opera vti licebit, ad ſedandam communem tempeſtatem ac perturbationem, in quam Orientis Eccleſiæ inciderunt, eam, quam conuenit, curam ac diligentiam adhibeatis. Nam quo atrocior tempeſtas & grauiores procellæ extiterunt, eo quoque maior copioſiórque merces vobis referetur, ſi, vt turbatam pacem reducatis, nihil non agere ac perpeti in animum inducatis, omniáque ea, quæ commota & perturbata ſunt, in congruenti ſtatu collocare ſtudeatis.

A σιν συντελουμένων, ἀλλ' ὥσπερ πρέπον ὑμῖν ἐστὶ καὶ δι' ἑαυτῶν, καὶ δι' ἑτέρων ὧν ἂν οἷόν τε ᾖ, τὴν προσήκουσαν εἰσενέγκητε σπουδὴν, εἰς τὸ λῦσαι τὴν κοινὴν ζάλην καὶ ταραχὴν, τὴν τὰς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολῆς καταλαβοῦσαν· ὅσῳ γὰρ χαλεπωτέρα γέγονεν ἡ ζάλη, καὶ βαρύτερος ὁ χειμὼν, τοσούτῳ καὶ ὑμῖν πλείων ἔσται ὁ μισθὸς, τοὺς πάντα πρᾶξαι καὶ παθεῖν αἱρουμένοις, ὑπὲρ τοῦ τὴν διαταραχθεῖσαν εἰρήνην ἐπαναγαγεῖν, καὶ ἐν καταστάσει τῇ προσηκούσῃ σπουδάσαι κα-
B ταστῆσαι διαταραχθέντα ἅπαντα.

C

Montio. CLXXI.

Etſi, quantum ad corporis præſentiam attinet, procul à te ſemotus ſum: at animi tamen affectu propinquus ſum, tecúmque quotidie verſor, ac te amplector, nimirum ardentem tuum erga me amorem, hoſpitalitatem, comitatem, ingentem obſeruantiam atque ſtudium, quod mihi ſemper præſtitiſti, mecum reputans, tuique memoriam pro deliciis habens, ſyncerámque beneuolentiam ac doli expertem apud omnes prædicans. Eáque de cauſa literarum tuarum deſiderio teneor: téque rogo, vt quàm ſæpiſſimè ad me ſcribas, méque de tua valetudine certiorem facias: quo ingentem hinc conſolationem capiam de valetudinis tuæ firmitate, quæ mihi ſummæ curæ eſt, aliquid intelligens. Quare ne me quæſo hac voluptate carere ſinas: verùm, quotiès facultas dabitur, hæc ſcribe, lætóque nuncio nos dona.

Μοντίῳ. ροα'.

Πόῤῥω μὲν σου καθήμεθα τῇ παρουσίᾳ τοῦ σώματος, ἐγγὺς δὲ τῇ διαθέσει τῆς ψυχῆς, καὶ συνεσμέν σοι, καὶ συμπεπλέγμεθα, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τὸν θερμόν σου περὶ ἡμᾶς ἔρωτα, τὴν φιλοξενίαν, τὴν φιλοφροσύνην, τὴν τοσαύτην θεραπείαν καὶ σπουδὴν, ἣν διὰ πάντων ἐπεδείξω, καθ' ἑαυτοὺς ἀναλογιζόμενοι, καὶ ἐντρυφῶντες τῇ μνήμῃ τῆς εὐ-
C νοίας τῆς σῆς, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντές σου τὴν εἰλικρινῆ διάθεσιν, καὶ δόλον οὐκ ἔχουσαν. διὸ καὶ γραμμάτων ἐπιθυμοῦμεν τῆς εὐνοίας τῆς σῆς, καί σε παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν, μανθάνοντες τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. πάνυ γὰρ ἡμῖν τοῦτο περισπούδαστον εἰδέναι. μὴ τοίνυν ἀποστερήσῃς ἡμᾶς ταύτης τῆς εὐφροσύνης· ἀλλ' ὁσάκις ἂν ἐξῇ, γράφε, ταῦτα
D ἡμᾶς εὐαγγελιζόμενος.

Helladio. CLXXII.

Quamquam mihi exigua tecum hactenus conſuetudo fuit, magnum tamen ſynceri tui atque ardentis erga me amoris experimentum cepi. Etenim inſignes ac generoſæ animæ breui temporis momento eos, qui ad ſe adeunt, ſibi deuinciunt. Id quod ſcilicet ipſe quoque feciſti, vt qui breui tempore tam acrem tui amorem mihi attuleris. Ob eámque cauſam ad te ſcribo, rerúmque mearum ſtatum expono, nempe quòd in magna quiete atque otio degam, méque hic omnes diligenter ac ſtudioſè colant atque obſeruent,

Ἑλλαδίῳ. ροβ'.

Ὀλίγα μέν σοι συνεγενόμεθα, πολλὴν δὲ τὴν πεῖράν σου τῆς γνησίας καὶ θερμῆς εἰλήφαμεν ἀγάπης. καὶ γὰρ αἱ γενναῖαι ψυχαὶ ἐν βραχεῖ καιρῷ τοὺς ἐντυγχάνοντας χειροῦνται· ὃ δὴ καὶ αὐτὸς πεποίηκας ἐν ὀλίγῳ σφοδροὺς ἡμᾶς ποιήσας ἐραστὰς τῆς εὐνοίας τῆς σῆς. διὸ καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς δηλοῦμεν, ὅτι ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ διάγομεν πολλῇ, πάντων ἡμᾶς ἐνταῦθα θεραπευόντων μετὰ σπου-

δῆς, καὶ μετὰ πολλῆς ὁρώντων τῆς εὐνοίας. ἵν' οὖν καὶ τὰ ὑμέτερα μανθάνοντες εὐφραινώμεθα, συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν μὴ κατόκνει, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι, ἵνα καὶ ἐκ τούτου πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν, τοιαῦτα περὶ τῆς σῆς εὐγενείας δεχόμενοι γράμματα.

A magnáque cum beneuolentia conſpiciant. Vt igitur rebus quoque tuis cognitis læto animo ſim, ſcribere ad me quàm ſæpiſſimè, ac de tua valetudine certiorem me facere ne graueris. Huiuſmodi enim literis abs te acceptis, ingenti hinc conſolatione afficior.

Εὐηθίῳ. ρογ'.

Εἰ καὶ τῷ σώματι κεχωρίσμεθά σου τῆς εὐγενείας, ἀλλὰ τῇ ἀγάπῃ συνδεδέμεθά σου B τῇ ψυχῇ. τοιαῦτα ἐνέχυρα φιλίας ἡμῖν ἐναπέθου, πολλὴν περὶ ἡμᾶς τὴν θεραπείαν καὶ τὴν διάθεσιν ἐπιδειξάμενος αὐτόθι. διὰ τοῦτο ὅπερ ἂν ἀφικώμεθα, οὐ παυόμεθα χάριτας ὁμολογοῦντες τῇ εὐγενείᾳ τῇ σῇ, καί σε παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν καὶ αὐτὸν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι. ἡμεῖς γὰρ τὴν ὁδὸν ἅπασαν, ἀπραγμόνως καὶ μετὰ ἀσφαλείας διανύσαντες, ἐν τῇ Κουκουσῷ διατελοῦμεν, ἐντρυφῶντες τῇ ἡσυχίᾳ τοῦ χωρίου, καὶ τῇ ἀπραγμοσύνῃ, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντες θεραπείας τε καὶ εὐνοίας. ἵν' οὖν καὶ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς ὑμετέρας μανθάνοντες εὐφραινώμεθα, πυκνὰ καὶ συνεχῆ πέμπειν ἡμῖν τὰ γράμματα σπούδασον, εὐαγγελιζόμενα ἡμᾶς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. οὕτω γὰρ μεγίστην ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Euethio. CLXXIII.

Etſi corpore abs te remotus ſum, amore tamen ac beneuolentia cum animo tuo deuinctus ſum. Huiuſmodi videlicet amicitiæ pignora nobis iniecisti, dum tantam erga me obſeruantiam ac beneuolentiam iſtic præ te tuliſti. Ob idque, quemcumque in locum acceſſerim, gratias tibi agere minimè intermitto. Ac te rogo, vt ad me quàm ſæpiſſimè ipſe quoque ſcribas, ac de tua valetudine me facias certiorem. Ego enim, via omni tranquillè ac tutò decurſa, Cucuſi dego, loci quietem atque otium pro delitiis habens, atque ingentem omnium obſeruantiam & beneuolentiam obtinens. Vt igitur valetudine quoque tua cognita lætitiam concipiam, da operam, vt crebras, imò aſſiduas literas, quæ de tua totiúſque domus tuæ valetudine, quæ volumus, nuncient, ad nos mittas. Hinc enim ampliſſimam conſolationem percipiemus.

EIVSDEM EPISTOLÆ LXVIII. AD DIVERSOS.

Nunc primum in lucem editæ an. 1613. *ex codice mſ. Collegij Antuerpiani ſociet.* IESV. *Frontone Ducæo, ſocietatis* IESV *Theologo interprete.*

Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Chalcedone incluſis. 174.

A BEATI vos & ob vincula, & ob animũ, quo vincula toleratis, & in his apoſtolicæ fortitudinis ſpecimen exhibetis: quandoquidem illi etiã dum flagellarentur, vexarentur, ac vincirentur, hæc multa cum voluptate tolerabant. Neque verò tantum multa cum voluptate tolerabant, ſed etiam dum B catenis vincti eſſent, ſuo munere fungebantur, & de toto terrarum orbe ſolliciti erant. Quocirca veſtram etiam charitatem oro, vt ne idcirco animo concidatis, ſed quanto maiorem vobis ſentitis infligi dolorẽ ex iis quæ patimini, tanto etiam maiorem animi alacritatem oſtẽdite, voſque ſingulis diebus eccleſiarum curã gerere, quæ in toto ſunt orbe terrarum, vt conueniens malis remedium adhibeatur, neque idcirco reddamini ſegniores, quod numero paucos vos eſſe videatis, & quod vndequaque vexemini. C Non enim dubium eſt, quin cum ex his quæ patimini, maiorem vobis apud Deum fiduciam concilietis, maiores inde quoque vires adepturi ſitis. Date igitur operam, vt cùm ſeſe offerret occaſio, ſtudium & alacritatem exhibeatis, ac tum per voś ipſos, tum per alios quoſcumque, per quos licuerit, ea facere ac dicere ſtudete, quæ procellam poterunt exortam ſedare. Sic enim maximè profici poterit, ſi vos ſtudium adhibueritis: quod ſi D nihil profici potuerit, vos nihilominus ob hanc animi promptitudinem & alacritatem mercedem à benigno Deo recipietis.

Agapeto. 175.

Multos ſubiit & continuos ſudores reuerendiſſimus ac religioſiſſimus preſbyter dominus meus Elpidius, dum

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΔΙΑΦόρους ἐπιστολαὶ ξη'.

A Ἐν Χαλκηδόνι ἐγκεκλεισμένοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις τε καὶ διακόνοις. ροδ'.

ΜΑΚΑΡΙΟΙ καὶ τῶν δεσμῶν ὑμεῖς, καὶ τῆς γνώμης, μεθ' ἧς φέρετε τὰ δεσμὰ, ἀποστολικὴν ἀνδρείαν ἐν τούτοις ἐπιδεικνύμενοι. ἐπεὶ κἀκεῖνοι καὶ μαστιγούμενοι, καὶ ἐλαυνόμενοι, καὶ δεσμούμενοι, μετὰ πολλῆς ταῦτα ἔφερον τῆς ἡδονῆς. οὐ μόνον δὲ μετὰ πολ- B λῆς ἔφερον τῆς ἡδονῆς· ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτῶν ἐποίουν ἐν ταῖς ἁλύσεσιν ὄντες, καὶ τὴν οἰκουμένην μεριμνῶντες ἅπασαν. διὸ δὴ παρακαλῶ καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην μηδὲν ἐντεῦθεν ἀναπεσεῖν, ἀλλ' ὅσῳ πλείων ὑμῖν ἡ ὀδύνη γίνεται ἐξ ὧν πάσχετε, πλείονα καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιδείξασθαι, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μεριμνᾶν ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὅπως ἂν γένοιτό τις διόρθωσις ἡ προσήκουσα, μηδὲ εἰς τὴν ὀλιγότητα ὑμῶν ἀπιδόντες, καὶ τὸ περιελαύνεσθαι C πανταχόθεν, ὑπτιώτεροι γένησθε. δι' ὧν γὰρ πάσχετε μείζονα τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ παῤῥησίαν κτώμενοι, πλείονα εὔδηλον ὅτι καὶ τὴν δύναμιν ἕξετε. χρήσασθε τοίνυν εἰς καιρὸν τῇ προθυμίᾳ, καὶ δι' ἑαυτῶν, καὶ δι' ἑτέρων ὧν ἂν οἷοί τε ᾖ, ταῦτα καὶ πρᾶξαι καὶ εἰπεῖν σπουδάσατε, ἵνα τὸ κατέχον κλυδώνιον καταστεῖλαι δυνήσησθε. μάλιστα μὲν γὰρ ἔσται τι καὶ πλέον σπουδαζόντων ὑμῶν· εἰ δὲ ἄ- D ρα μηδὲν γένοιτο πλέον, τῆς προθυμίας καὶ τῆς γνώμης ἕξετε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὸν μισθόν.

Ἀγαπητῷ. ροε'.

Πολλοὺς καὶ συνεχεῖς ἱδρῶτας ὁ κύριός μου ὁ εὐλαβέστατος καὶ τιμιώτατος πρεσβύτερος Ελ-

πόλεις, τοὺς τὸ ὄρος οἰκοῦντας, τὸ Ἀμανὸν λέγω, σπουδάζων ἀπαλλάξαι τῆς κατεχούσης αὐτοὺς ἀσεβείας. καὶ ἀπήλλαξε, καὶ μετέθηκεν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ ἐκκλησίας ᾠκοδόμησε, καὶ μοναστήρια συνεστήσατο· καὶ ἔξεστι ταῦτα τῇ εὐγενείᾳ σου καὶ παρ' ἑτέρων μανθάνειν. ἐπεὶ οὖν οἶδα ὅτι τῶν εὐλαβῶν ἀνδρῶν καὶ γνησίων σφοδρὸς ἀεὶ γέγονας ἐραστὴς, εἰδὼς ὅτι σοι χαριοῦμαι γνώριμον ποιῶν τὸν τοσαῦτα κατωρθωκότα, ὁμοῦ καὶ προσειπεῖν σε δι' ἑκάστης προφάσεως ἐπειγόμενος, προστέθεικα ταῦτα τὰ γράμματα, τήν τε ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδιδοὺς, καὶ τὸν ἄνδρα παρακατατιθέμενος σου τῇ εὐγενείᾳ. ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν ὡς σοι πρέπον ἐστὶ δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ θαυμασιώτατε, δεῖξον αὐτῷ διὰ τῶν ἔργων ὡς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ ταύτην ἦλθεν ἔχων παρ' ἡμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἀλλ' ἴσχυσε ταυτὶ τὰ γράμματα, πολλῆς αὐτὸν ποιῆσαι ἀπολαῦσαι εὐνοίας τε καὶ ἀγάπης. οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς χάριν πολλὴν ὁμολογήσομεν τῇ ἀγχινοίᾳ τῇ σῇ, ὅτι καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς δυνάμεθα συνάπτειν σου τῇ ἀγάπῃ γνησίως τοὺς ἐπιθυμοῦντας αὐτῆς ἀπολαύειν· ὧν εἷς οὗτός ἐστι, σφοδρὸς ἐραστὴς ὢν σου τῆς κοσμιότητος. διὸ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ταύτην παρ' ἡμῶν ᾔτησε τὴν ἐπιστολήν.

Ἡσυχίῳ. ρος'.

Ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν καὶ παρόντα σε θεάσασθαι, καὶ τῆς γλυκυτάτης καὶ ἡδίστης σου ἀπολαῦσαι συνουσίας. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐργῶδες, καὶ διὰ τὴν τῆς ὁδοῦ δυσκολίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀσχολίαν, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ζητοῦμεν παράκλησιν, ἣν οὔτε σώματος ἀῤῥωστία, οὐδὲ ὁδοῦ τραχύτης διακωλῦσαι δύναται. δίδου δὲ τὴν χάριν ἡμῖν κούφην τε οὖσαν καὶ ἀνεπαχθῆ, καὶ πολλὴν κομίζουσαν ἡμῖν τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐ μικρὸν τῆς ἀθυμίας τῆς ἐκ τοῦ σωματικοῦ χωρισμοῦ, ὑποτεμνομένην. ἂν γὰρ ταύτης ἀπολαύσωμεν τῆς παρακλήσεως, καὶ πλησίον ἡγησόμεθα εἶναι· καὶ ἀεὶ μετὰ τῆς τιμιότητός σου. ἀρκεῖ μὲν γὰρ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦτο ποιῆσαι. πλείονα δὲ αὐτὴ ἡ φαντασία λαμβάνει προσθήκην, ὅταν καὶ τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἔχῃ συμμαχίαν.

A huius montis incolas, hoc eſt Amani, ſtudet ea, qua detinentur impietate liberare. Iamque adeò liberauit, & abduxit eos ab errore, conſtruxit eccleſias, & monaſteria exædificauit, atque hæc ab aliis nobilitas tua poterit intelligere. Quando igitur pios viros atque generoſos à te ſcio vehementer adamari, neque mediocrem à te gratiam initurum me noui, ſi eum tibi notum faciã, cuius tam præclara extant facinora, ſimul vt quacumque data occaſione te ſalutare contendo, adijciẽdas has cenſui literas, vt & debitam tibi ſalutationem penderem, & virum tuæ nobilitati com- B mendarem. Quamobrem illo intuens eum aſpectu, quo te decet, domine mi obſeruandiſſime ac ſummopere admirande, illi rebus ipſis oſtende non temerè neque fruſtra noſtra illum hac munitum epiſtola ad te veniſſe, ſed harum interuentu literarum multam ipſum apud te beneuolentiam & charitatem expertum eſſe. Sic enim fiet, vt & nos multam ſolertiæ tuæ gratiam habeamus, quod tanto licet à te diſſiti locorum interuallo, per epiſtolam tuæ charitati conciliare ac congluti- C nare poſſimus eos, qui potiri illa percupiunt, ex quibus vnus hic eſt ſummo tuæ ſuauitatis amore inflammatus: quam ob cauſam & ſummo ſtudio has à me literas poſtulauit.

Heſychio. 176.

Nos & præſentem intueri te cupimus, & dulciſſimo iucundiſſimóque tuo congreſſu frui: ſed quoniam eſt hoc difficile, cum propter itineris difficultatem, tum propter negotiorum occupationes, ac corporis imbecillitatem; conſolationem, quæ percipitur ex literis, requirimus, quam neque cor- D poris ægritudo, neque aſperitas itineris poteſt interrumpere. Hoc igitur nos affice beneficio, quod & leue eſt, & minimè moleſtum, multámque nobis voluptatem affert, & contractam ex corporum ſeparatione mœſtitiam non mediocriter mitigat. Nam hoc ſolatio ſi fruamur, & nos comminus eſſe arbitrabimur, & perpetuò cum reuerentia tua verſari. Sufficit enim vel ſola charitas ad hoc præſtandum: ſed multa tamen acceſſione cumulabitur ipſa animi cogitatio, ſi literarum ſubſidio iuuetur.

Artemidoro. 177.

Magna te complexurum ipſum beneuolentia dominus meus Antiochus arbitratus eſt, ſi cum literis noſtris tuæ ſuauitati ſe ſiſteret. Da igitur operam domine mi plurimum venerande, vt ne opinione ſua fruſtretur, & cùm ea qua par eſt illum exceperis beneuolentia, ſi quid æquum ac rationi conſentaneum petat, promptum quæſo ac paratum illi te præbe, illique rebus ipſis oſtẽde non fruſtra nec temerè literis noſtris ipſum comitatum ad te veniſſe: ſed ad obtinendam beneuolentiam, & iuſtum auxilium plurimum noſtris eum literis adiutum fuiſſe. Sic enim fiet, vt & ille beneficium adipiſcatur, & ego me honore affectum agnoſcam ex eo, quòd beneficium ille fuerit conſequutus.

Euthaliæ. 178.

Magnopere ſyncera & feruenti charitate conditæ fuerunt literæ tuæ, vero miniméque fucato amore. Quocirca ingentes tibi gratias habemus, & quod ſcribas, & quod ſynceræ tuæ erga nos beneuolẽtiæ maximum ſpecimen edas. Deus tibi mercedem tanti amoris & & hic & in futuro ſæculo tribuat, teque muniat & cuſtodiat, atque in omni ſecuritate animique tranquillitate conſtituat. Non enim te latet domina mea reuerendiſſima, non mediocri nos affici voluptate, cum vel in hac ſolitudine degentes frequenter audimus ex animi tui ſententia res tibi ſuccedere. Hæc igitur nobis aſſiduè ſcribe, neque fœlicem de tua proſpera valetudine nuntium mittere deſine, vt etiam in ſolitudine degentes multam inde conſolationem hauriamus.

Adoliæ. 179.

Difficile fortaſſe propter corporis imbecillitatem fuiſſet, vt huc venires. Nihil quippe aliud ſubeſſe potuit impedimenti: cum à latronibus omnino quieti ſimus: ſed quid laboris eſt in ſcribendo? neque enim hîc quoque ad illam confugere excuſationem potes. Hæc autem à me idcirco dicuntur, quod cum ſextam, vt equidem arbitror, ad te miſerim hanc epiſtolam, duas tantum à nobilitate tua receperim. Verumtamen ſiue ſcribas, ſiue taceas, quæ noſtrarum ſunt partium, præſtare non deſinemus. Non enim veteris illius ac ſynceræ poterimus amicitiæ tuæ

A Ἀρτεμιδώρῳ. ροζ'.

Πολλῆς ἐνόμισεν ἀπολαύσεσθαι εὐνοίας ὁ κύριός μου Ἀντίοχος, εἰ μετὰ γραμμάτων ἡμετέρων φανείη τῇ ἐμμελείᾳ τῇ σῇ. δεῖξον τοίνυν δέσποτα τιμιώτατε, ὡς οὐ κενῶς ἄλλως ταῦτα ἐνόμισε, καὶ δεξάμενος αὐτὸν μετὰ τῆς σοι πρεπούσης εὐνοίας, ἄν τι δίκαιον νομίζῃ, καὶ λόγον ἔχον, ἕτοιμον σεαυτὸν αὐτῷ παράσχου παρακληθεὶς, καὶ δεῖξον διὰ τῶν ἔργων αὐτῷ ὡς οὐ μάτην οὐδὲ εἰκῇ ταύτην ἦλθε φέρων παρ' ἡμῶν τὴν ἐπιστολὴν, ἀλλὰ γέγονέ τι πλέον αὐ- B τῷ εἰς εὐνοίας καὶ συμμαχίας δικαίας λόγον ἀπὸ τῶν γραμμάτων τῶν ἡμετέρων. οὕτω γὰρ ἀπολαύσεται μὲν τῆς εὐεργεσίας ἐκεῖνος, καρπώσομαι δὲ ἐγὼ τὴν τιμὴν, δι' ὧν καὶ ἐκεῖνος τῆς εὐεργεσίας ἀπήλαυσεν.

Εὐθαλίᾳ. ροη'.

Σφόδρα γνησίας καὶ θερμῆς ἀγάπης ἀνακέκραταί σου τὰ γράμματα, εἰλικρινοῦς καὶ ἀδόλου διαθέσεως. διὰ ταῦτά σοι πολλὰς χάριτας ὁμολογοῦμεν, καὶ ὅτι γράφεις, καὶ ὅτι τῆς γνησίας σου φιλίας τῆς περὶ ἡμᾶς μέγιστον δεῖ- C γμα ἐκφέρεις. ὁ Θεός σοι τὸν μισθὸν δώη τῆς τοιαύτης διαθέσεως καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ τειχίσειέ σε, καὶ φρουρήσειε, καὶ ἐν πάσῃ καταστήσειεν ἀσφαλείᾳ, καὶ εὐθυμίᾳ. οἶσθα γὰρ αὐτὴ κυρία μου τιμιωτάτη ὡς οὐ μικρὰν ἡμῖν εὐφροσύνην φέρει. καὶ ταῦτα ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις, τὸ συνεχῶς ἀκούειν κατὰ νοῦν σοι τὰ πράγματα φέρεσθαι. ταῦτα δὴ δήλου συνεχῶς ἡμῖν, καὶ μὴ διαλείπῃς περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελιζομένη, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενοι, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώ- D μεθα τὴν παράκλησιν.

Ἀδολίᾳ. ροθ'.

Τὸ μὲν παραγενέσθαι ἴσως ἐργῶδες διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν· οὐδὲν γὰρ ἕτερον κώλυμα, τὰ γὰρ τῶν λῃστῶν πάντα πέπαυται, τὸ δὲ γράφειν ποῖον ἔχει πόνον; οὐ γὰρ δὴ καὶ ἐνταῦθα εἰς ἐκεῖνο καταφυγεῖν ἔχεις. ταῦτα δὲ λέγω, ὅτι ἕκτην, ὡς ἔγωγε οἶμαι, ταύτην διαπεμψάμενος τὴν ἐπιστολὴν, δύο μόνας ἐδεξάμην παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς. πλὴν ἀλλ' εἴτε γράφῃς, εἴτε σιγᾷς, ἡμεῖς τὰ ἑαυτῶν ποιοῦντες οὐ διαλιμπάνομεν. οὐ γὰρ δυνησόμεθα ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀρχαίας ἐκείνης καὶ

γνησίας φιλίας, ἀλλ' αὔξουσαν αὐτὴν διηνεκῶς διατηροῦμεν, καὶ ἡνίκα ἂν ἐξῇ, γράφομεν. ἐπειδὴ δὲ σφόδρα μεριμνῶμεν τὰ σά, σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν καὶ γράμματα παρὰ σοῦ δέχεσθαι, περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν εὐαγγελιζόμενα τῆς σῆς. μὴ δὴ ταύτης ἡμᾶς ἀποστέρει παραμυθίας. ἀλλ' εἰδυῖα ὅσον χαρίζῃ, κἂν ἐπίπονόν ἐστιν ἡ τοῦ γράφειν, δι' ἡμᾶς τοὺς σφόδρα σε ἀγαπῶντας, καὶ τοῦτον καταδέχου τὸν πόνον· καὶ δήλου τὰ περὶ τῆς ῥώσεως ἡμῖν τῆς σῆς, σφόδρα ἐπιθυμοῦσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ ταύτης μανθάνειν.

Ὑπατίῳ πρεσβυτέρῳ. ρπ'.

ΟΥ παύσομαι μακαρίζων σου τὴν τιμιότητα τῆς ὑπομονῆς, τῆς ἀνδρείας, τῆς καρτερίας τῆς πολλῆς, ἣν ἐπεδείξω, καὶ ἐπιδείκνυσαι ἐν τοῖς πειρασμοῖς. καὶ διὰ τοῦτο καὶ διὰ τῆς προτέρας ἐπιστολῆς ἐδήλωσα, ὅτι διπλοῦς καὶ τριπλοῦς ἐστιν ὁ μισθὸς ὑπὲρ τούτων ἀπόκειται, ὑπέρ τε ὧν αὐτὸς τοσαύτην στερρότητα ἐπιδείκνυσαι, καὶ ἑτέρους εἰς τὸν αὐτὸν ἄγεις ζῆλον, ἐν γήρᾳ οὕτω βαθεῖ τοσαύτην προθυμίαν ἐπιδεικνύμενος ὑπὲρ τοῦ διωκομένου λαοῦ. καὶ ἐβουλόμην μὲν συνεχῶς ἐπιστέλλειν σου τῇ τιμιότητι· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ εὔκολον, διά τε τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν, καὶ τὸν τῶν λῃστῶν φόβον, καὶ τὴν τοῦ χωρίου ἐρημίαν ἐν ᾧ καθήμεθα, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ προσαγορεύομέν σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ αἰτοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι. σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν περὶ ταύτης μανθάνειν. μακαρίζομεν δὲ καὶ τοὺς τιμιωτάτους διακόνους ΕΥσέβιον καὶ Λαμπρότατον, τοὺς κοινωνήσαντάς σοι τῶν διωγμῶν. ἴστε γὰρ ἡλίκοι στέφανοι τούτων ὑμῖν ἀπόκεινται, καὶ ὅσος ὁ μισθός, καὶ ὅση ἡ ἀνταπόδοσις. ταῦτ' οὖν εἰδότες, μένετε ἑδραῖοι, ἀμετακίνητοι. τῆς τε γὰρ ὑπομονῆς δαψιλῆ τὸν μισθὸν ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποδώσει, καὶ τὰ παρόντα ταχέως λύσει δεινά. γράφετε δὲ ἡμῖν συνεχῶς, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας ἡμῖν εὐαγγελιζόμενοι, περὶ ἧς σφόδρα σπουδάζουσιν ἡμῖν μανθάνειν.

Ἐπισκόποις. ρπα'.

Καὶ ἡ καταλαβοῦσα τὰς ἐκκλησίας τὰς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ταραχὴ σφοδροτάτη καὶ ποικίλη, καὶ ἡ παρὰ τῆς εὐλαβείας ὑμῶν εἰσενεχθεῖ-

A obliuiſci, ſed vigentem illam ac florentem perpetuo retinemus, & quoties facultas datur, ſcribimus. Quoniam autem de tuis rebus valdè ſolliciti ſumus, literas quoque à te accipere ſummopere deſideramus, quæ fœlicem de tua valetudine nuntium ferant. Noli ergo nos hoc ſolatio priuare: ſed cum non te lateat, quãto nos beneficio tibi deuincias, tametſi laborioſum eſt ſcribere, in gratiam noſtri, qui te impensè diligimus, hunc quoque laborem ſuſcipe, déque tua ſanitate nos fac certiores, qui de illa quotidie quippiam intelligendi ſummo deſiderio tenemur.

B *Hypatio presbytero.* 180.

Nunquam reuerentiam tuam beatam prædicare deſinam, ob patientiam, fortitudinem, tolerantiã multam, quam exhibuiſti, & exhibes in tentationibus. Propterea quoque prioribus tibi literis ſignificaui duplicem ac triplicem horum cauſa te manere mercedẽ, & quod tantam conſtantiam præ te feras, cæteróſque ad eundem zelum impellas, dum in tam longa ſenectute tantam pro populo perſecutionem paſſo alacritatem animi exhibes. Cuperem equi-
C dem creberrimas ad reuerentiam tuam mittere literas: ſed quoniam id facile non eſt, tum propter hybernum tempus, tum propter metum prædonum, locique, in quo degimus ſolitudinem, quoties facultas datur, venerationem tuam ſalutamus, vtque ad nos quàm ſæpiſſimè ſcribas petimus, ac felicem de tua valetudine nuntium mittas, ſiquidem certiores de illa fieri magnopere deſideramus. Reuerendiſſimos quoque diaconos Euſebium & Lamprotatum, qui tibi conſortes tribulationum fuerũt, beatos ducimus. Non enim
D ignoratis, quales vos ob iſta maneant coronæ, quanta merces, quãta retributio. Quæ cum vobis explorata ſint, ſtabiles & immoti perſeuerate: copioſam enim vobis Deus patientię mercedem perſoluet, ac præſentia mala citò depellet. Cæterùm literas ad nos quàm creberrimas mittite, quæ lætum de veſtra valetudine nuntium ferant, de qua ſubinde aliquid audire vehementer optamus.

Epiſcopis. 181.

Et quæ inuaſit eccleſias Orientis perturbatio, vehementiſſima fuit ac multiplex, & magnum ſimul & im-

penſum ſtudiũ illud fuit, quod ad eam A ſedandam pietas veſtra cõtulit. Quod ſi fortè nihil dum vtilitatis inde promanarit, eos quidẽ, qui medicinã omnem aſpernãtur, neque correcti ſunt, miſeros ducimus, vos autem laudare beatóſque prædicare nõ intermittimus, quod cum tam diuturno elapſo tẽpore meliorem in ſtatum reſtitui res non potuerint, frangi tamen ac debilitari vos non ſinatis, nec animum deſpondeatis, ſed inſtetis, & florenti adhuc ac vigenti promptitudine animi pro viribus auxiliũ feratis, quod in iudiciũ cedit, & condẽnationem eorum, qui ferre vos nolunt, co- B ronas autẽ comparat & pręmia plurima ſtudio, quod à vobis adhibetur. Idcirco & nos & omnes, qui vniuerſum orbem terrarum incolunt, vos prædicãt, & corona donãt, quod tanto licet interuallo diſiunctos, neque itineris longitudo, neque temporis intercapedo negligentiores reddiderit, ſed quaſi vicini eſſetis eorum quæ gerebantur, atque ipſis oculis ea quæ perpetrabantur ſcelera conſpiceretis, ita fortiſſima prõptitudine, quæ veſtrarũ erant partium, præſtare ſtudueritis. Quod ſi necdum importunæ ſuæ contentioni, & iniuſto bello finẽ impo- C nere volũt, qui horũ à principio malorũ auctores fuerũt, ne vos cõturbet iſtud, néve aĩos veſtros debilitet: quãto enim maior vobis exoritur labor, tanto etiam maior corona nectetur, cũ Deus arcana illa & ineffabilia, quæque omnẽ ſermonem excedunt, præmia vobis cõſtituet.

Venerio Epiſcopo Mediolanenſi. 182.

Vide Baron. an. 405.17. Omnes quidem fortitudinẽ veſtram, ac fiduciam, & pro veritate loquendi libertatem etiam antea nouerant: ſed fraternum veſtrum amorem, charitatem, religionem, multam commiſerationem, ſollicitudinem eccleſiarum hoc tempus indicauit. Enimuero gu- D bernatorem quoque maris tempeſtas præſertim indicat, & optimũ medicum grauiores corporum morbi: ſic & illum qui religioſè vitam ſuam traducere ſtuduit, ac multa præditus eſt fortitudine, temporũ difficultates oſtendunt. Quod vobis etiam contigit, & quantum in vobis fuit, omnia benè ſucceſſerunt, neque vlla pars officij veſtri deſiderata eſt. Sed quoniam illi qui turbas excitarunt, & excitant, eo dementiæ ſunt progreſſi, vt non modo priora geſſiſſe illos non pudeat, ſed illis etiam grauiora patrare

A σα εἰς τὴν διόρθωσιν ταύτης σπουδὴ, πολλὴ καὶ διαφιλής. εἰ δὲ μηδὲν μηδέπω γέγονε πλέον, τοὺς μὲν ἀνίατα νοσοῦντας, καὶ μὴ διορθωθέντας, ταλανίζομεν, ὑμᾶς δὲ θαυμάζοντες καὶ μακαρίζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι μετὰ τοσοῦτον χρόνον τῶν πραγμάτων ἀδιορθώτων μεινάντων, οὐκ ἀπεκάμετε, οὐδὲ ὕπτιοι γεγόνατε, ἀλλ' ἐπίκεισθε, ἔτι ἀκμαζούσῃ τῇ προθυμίᾳ τὴν παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες συμμαχίαν, εἰς κρίμα μὲν τῶν οὐκ ἐθελόντων ὑμῶν ἀνέχεσθαι, εἰς στεφάνους δὲ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς, καὶ βραβεῖα πολλά. διὰ ταῦτα ὑμᾶς καὶ ἡμεῖς, καὶ B πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην, ἀνακηρύττουσι, στεφανοῦσιν, ὅτι ἐκ τοσούτου κεχωρισμένοι διαστήματος, οὐ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, οὐ τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος ῥαθυμοτέρους ἐποίησεν, ἀλλ' ὡς πλησίον ὄντες τῶν γινομένων, καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ὁρῶντες τὰς γινομένας παρανομίας, οὕτως ἐρρωμενεστάτῃ προθυμίᾳ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν ἐσπουδάκατε. εἰ δὲ μήπω τὴν ἄκαιρον φιλονεικίαν, καὶ τὸν ἄλογον πόλεμον καταλύειν βούλονται οἱ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς τεκόντες τὰ κακὰ, μηδὲν ὑμᾶς τοῦτο θορυβείτω, μήτε ἀπο- C κάμνειν ποιείτω. ὅσῳ γὰρ πλείων ὁ πόνος ὑμῖν ἐγγίνεται, τοσούτῳ καὶ μείζων ἔσται ὁ στέφανος τοῦ Θεοῦ, τὰς ἀπορρήτους ὑμῖν καὶ ἀφάτους ἐκείνας, καὶ λόγον ὑπερβαινούσας ὁρίζοντος ἀμοιβάς.

Βενερίῳ ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων. ρπβ'.

Τὴν ἀνδρείαν ὑμῶν, καὶ τὴν παρρησίαν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐλευθεροστομίαν καὶ πρότερον μὲν ἅπαντες ᾔδεισαν, ἔδειξε δὲ ἀκριβέστερον ὁ παρὼν καιρὸς τὴν φιλαδελφίαν, τὴν ἀγάπην, τὴν εὐλάβειαν, τὴν πολλὴν συμ- D πάθειαν ὑμῶν, τὴν κηδεμονίαν τὴν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν. ἐπεὶ καὶ κυβερνήτην ὁ χειμὼν μάλιστα δείκνυσι τῆς θαλάσσης, καὶ ἰατρὸν ἄριστον τὰ χαλεπὰ τῶν σωμάτων νοσήματα· οὕτω καὶ τὸν ἐν εὐλαβείᾳ ζῆν ἐσπουδακότα, καὶ πολλὴν ἔχοντα ἀνδρείαν, ἡ τῶν καιρῶν δυσκολία. ὃ δὴ καὶ ἐφ' ὑμῶν γέγονε, καὶ τό γε ὑμέτερον μέρος, ἅπαντα διώρθωται, καὶ οὐδὲν ἐλλέλειπται. ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ τὰς ταραχὰς καὶ τεκόντες καὶ τίκτοντες, εἰς τοῦτο ἦλθον παρανοίας, ὡς μὴ μόνον μὴ ἐγκαλύπτεσθαι τοῖς προτέροις, ἀλλὰ καὶ ἐπαγωνίζεσθαι

ἐκείνοις,

ἐκείνοις, παρακαλῶ κοινῇ πάντας ὑμᾶς ἐρρωμενεστάτῃ χρήσασθαι τῇ προθυμίᾳ, καὶ μὴ καταλῦσαι τὴν τοσαύτην σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ προσεπιτεῖναι μειζόνως, κἂν μυρίαι δυσκολίαι περιεμπίπτωσιν. οἱ γὰρ μετὰ πλειόνων ἱδρώτων καὶ πόνων μέγα τι καὶ γενναῖον κατορθοῦντες, τῶν ῥᾳδίως καὶ μετ᾽ εὐκολίας τοῦτο ποιούντων πλείονα λήψονται τὸν μισθόν. ἕκαστος γὰρ, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος, τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον. μὴ τοίνυν τὸ πολλὰ κεκμηκέναι, ποιείτω ὑμᾶς ἀπαγορεύειν· ἀλλ᾽ αὐτὸ δὴ τοῦτο μᾶλλον διεγειρέτω. ὅσῳ γὰρ ἂν προσθήκην λάβῃ τὰ τῶν πειρασμῶν, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεται τὰ τῶν στεφάνων, καὶ πλεονάζει τὰ ὑπὲρ τῶν καλῶν τούτων ὑμῖν ἀγώνων ἀποκείμενα βραβεῖα.

Ἡσυχίῳ ἐπισκόπῳ Σαλώνων. ρπγ΄.

ΕΙ καὶ πολλῷ διειργόμεθα τῷ τῆς ὁδοῦ μήκει τῆς τιμιότητός σου, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐσμὲν τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς ἀπῳκισμένοι, ἀλλ᾽ ὅμως τῷ τῆς ἀγάπης πτερῷ χρώμενοι κούφῳ τε ὄντι, καὶ ῥᾳδίως τὰς τοιαύτας ἀποδημίας ἐργαζομένῳ, πλησίον τέ σου ἐσμὲν, καὶ συνεσμέν σοι, καὶ τὴν ὀφειλομένην τῶν γραμμάτων ἀποδιδόαμεν πρόσρησιν, καί σε παρακαλοῦμεν τὴν πρέπουσαν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ποιήσασθαι σπουδήν. οἶσθα γὰρ ἡλίκος ἐστὶ μισθὸς ἐκκλησίαις πονουμέναις χεῖρα ὀρέγειν, καὶ ταραχὴν τοσαύτην εἰς γαλήνην μεταθεῖναι, καὶ πόλεμον οὕτω σφοδρὸν καταλῦσαι. καὶ ταῦτα οὐχ ὡς δεομένους ὑμᾶς τῆς παρ᾽ ἡμῶν ὑπομνήσεως παρακαλοῦμεν. καὶ γὰρ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων τὰ παρ᾽ ὑμῶν αὐτοὶ πεποιήκατε. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὔπω τὰ δεινὰ λέλυται, ἀλλὰ καὶ ἀκμάζει, ἀξιοῦμεν ὑμᾶς μὴ ἀναπεσεῖν, μηδὲ προεκκακῆσαι, ἀλλ᾽ ἕως μένει τὰ ἕλκη τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας συντρίβοντα, καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῶν φάρμακα ἐπιτιθέναι· καὶ γὰρ ὅσῳ μετὰ πλειόνων πόνων ἀνύεται τὰ προκείμενα, τοσούτῳ πλείων ὑμῖν κείσεται καὶ ὁ μισθός.

Γαυδεντίῳ ἐπισκόπῳ Βρίξης. ρπδ΄.

ΟΥδὲν ἡμᾶς ἔλαθε τῶν σῶν, ἀλλ᾽ ἔγνωμεν σαφῶς ὡς παρόντες τὴν σπουδήν σου, τὴν ἀγρυπνίαν, τὴν φροντίδα, τοὺς καμάτους, τοὺς πόνους οὓς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐπεδείξω, καί σοι χάριτας πολλὰς ὁμολογοῦμεν, καὶ ἐν τοσαύτῃ κα-

A contendant, omnes vos ſimul cohortor, vt fortiſſimam alacritatem animi adhibeatis; neque de tanto ſtudio quicquam remittatis, ſed illud amplius etiam augeatis, licet innumeræ difficultates occurrant. Qui enim pluribus cum ſudoribus ac laboribus magnum aliquod ac generoſum facinus ediderit, vberiorem illis, qui facilè ac nullo negotio idipſum geſſerint, mercedem accipiet. Siquidem vnuſquiſque, inquit beatus Paulus, propriam mercedem 1.Cor.3.8. accipiet ſecundum proprium laborem. Ne igitur idcirco animum deſpondeatis, quod multi vobis fuerint exantlandi labores, ſed hoc ipſum magis vos ex-
B citet. Quanto enim maior afflictionum fit acceſſio, tanto magis augentur coronæ, ac multiplicantur ea præmia, quæ vobis pro his præclaris certaminibus reconduntur.

Heſychio Epiſcopo Salonenſi. 183.

Etſi magno itineris interuallo à reuerentia tua diſiungimur, & ad extremos vſque orbis terrarum fines relegati ſumus; tamē leui charitatis penna vtentes, quæ faciles reddit eiuſmodi peregrinationes, & propinqui ſumus tibi, & tecum verſamur, ac debitam per literas ſalutationem perſoluimus, téque hortamur, vt ad iuuandas Orientis eccle-
C ſias conueniens ſtudium adhibeas. Scis enim quanta ſit parata merces ei, qui diuexatis eccleſiis manum porrexerit, & tantam procellam in tranquillitatem conuerterit, ac bellum adeò graue reſtinxerit. Atque ad hæc vos hortamur, non quaſi admonitione noſtra indigeatis; ſiquidem antequam noſtras literas accepiſſetis, quæ veſtri muneris erant, ipſi præſtitiſtis: ſed quia nondum ſublata ſunt mala, ſed adhuc vigent & vrgent, oramus vos, vt ne animo con-
D cidatis, neque malis cedatis, ſed quandiu manent vlcera, quibus eccleſiæ corpus affligitur, veſtra medicamenta adhibeatis. Quanto enim pluribus cum laboribus res geruntur, tanto vobis amplior etiam merces conſtituetur.

Gaudentio Epiſcopo Brixiano. 194.

Nihil nos latet rerum tuarum, ſed tanquã præſentes probè nouimus ſtudium tuũ, vigilantiã, curas, labores, quos pro veritate ſuſcepiſti, tibiq. ingētes gratias agimus, neq. mediocrē in tanta degen-

tes ſolitudine cõſolationem haurimus, ex tuæ charitatis ardore ac ſynceritate, cuius dum hic periculum fecimus, iſtic quoque integram illam vigere cognouimus, nec vllo modo aut temporis diuturnitate aut itineris longitudine debilitatam fuiſſe. quo nomine multam tibi gratiam habemus, teque hortamur vt in inſtituto pergas, & idē ſemper ſtudium præ te feras. Non enim ignoras, quot eccleſiarũ ſalus nunc agatur, & quam eximium futurũ hoc ſit recte factum. Hæc igitur cogitans, domine mi reuerendiſſime ac religioſiſſime, in eodem ſtudio perſeuerare dignare, ſic enim fiet: vt exiguis laboribus exantlatis immortalia vobis pro his præclaris certaminibus in cœlo præmia recondatis.

Pentadiæ Diaconiſſæ. 185.

Diuturno ſilentio vſa es, tametſi multi erant, qui ad nos iſtinc proficiſcerentur. quid ergo tandem in cauſa fuit? num rerum perturbatio? abſit, hoc ego de te nunquam dixerim: noui quippe magnum & excelſum animum tuum, qui vel in multis tempeſtatibus poteſt fœliciſſimè nauigare, atque in mediis fluctibus tranquillitate magna frui. Id vero tu rebus ipſis demonſtraſti, tuorúmque nuntia recte factorum ad extremos vſque fines orbis terrarum fama peruenit, & omnium ore laudaris, quod cum in vno conſtituta ſis loco, longè diſſitos excites tua pietate, atque alacriores efficias. Quænam igitur eſt cauſa ſilentij? equidem dicere minimè poſſum, tuam autem oro ſuauitatem, vt per eum, qui literas pietati tuæ tradet in manus, de tua valetudine, tranquillitate animi ac ſecuritate cum tua, tum vniuerſæ domus tuæ certiores nos facias, vt licet tanto à te interuallo ſeiuncti, atque in tam moleſta degentes ſolitudine, multum ex eiuſmodi literis percipiamus ſolatium.

Alypio. 186.

Tu quidem veritus es, ne, quod prior ad nos ſcripſiſſes, in præcipitationis reprehenſionem incurreres (ipſis enim tuis vtar verbis) ego vero tantum abeſt, vt huiuſce rei tibi actionem intendam, vt etiam negligentiæ propter tarditatem te accuſem, & amplius ante laudarim, cum prior literas ad nos miſiſſes. Atque hoc ego dico, vt tua ipſius ſententia ad id comprobandum vtar.

A καθήμενοι ἐρημίᾳ, μεγίστην ἔχομεν παράκλησιν, τῆς ἀγάπης σου τὸ θερμὸν καὶ γνήσιον, ἧς πεῖραν ἐντεῦθεν λαβόντες, ἔγνωμεν αὐτὴν ἀκμάζουσαν καὶ ἐκεῖσε, καὶ οὐδὲν οὔτε τῷ πλήθει τοῦ χρόνου, οὔτε τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ καταμαρανθεῖσαν. διὰ τοῦτό σοι χάριτας ἴσμεν πολλάς, καί σε παρακαλοῦμεν μένειν τὴν αὐτὴν ἐπιδεικνύμενον σπουδήν. οἶδας γὰρ ὅσων ἐκκλησιῶν ὑμῖν ὁ ἀγὼν πρόκειται νῦν, καὶ ἡλίκον ἔσται τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ἐπιμεῖναι τῇ αὐτῇ σπουδῇ παρακλήθητι. οὕτω γὰρ ὀλίγα κάμνοντες, ἀθάνατα ἑαυτοῖς B παρακαταθήσεσθε ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῶν καλῶν τούτων τὰ ἀγώνων βραβεῖα.

Πενταδίᾳ διακόνῳ. ρπε'.

Μακρὰν ἐσιγήσας σιγὴν, καί τοι πολλῶν ὄντων τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων πρὸς ἡμᾶς. τί ποτ' οὖν ἂν εἴη τὸ αἴτιον; τῶν πραγμάτων ὁ θόρυβος; ἄπαγε. τοῦτο οὐκ ἂν εἴποιμι. οἶδα γάρ σου τὴν μεγάλην καὶ ὑψηλὴν ψυχὴν, τὴν καὶ ἐν πολλοῖς κλυδωνίοις δυναμένην ἐξουρίας πλεῖν, καὶ ἐν μέσοις κύμασι γαλήνης ἀπολαύειν λευκῆς. C καὶ τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔδειξας, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης ἦλθεν ἡ φήμη τὰ σὰ φέρουσα κατορθώματα, καὶ πάντες σε ἀνακηρύττουσιν, ὅτι καὶ ἐν ἑνὶ χωρίῳ ἱδρυμένη, καὶ τοὺς πόρρωθεν ὄντας διὰ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς διεγείρεις, καὶ προθυμοτέρους ποιεῖς. τίς οὖν ἡ αἰτία τῆς σιγῆς; ἐγὼ μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔχω. παρακαλῶ δέ σου τὴν ἐμμέλειαν διὰ τοῦ γράμματα ἐγχειρίζοντός σου τῇ εὐλαβείᾳ, δι' αὐτοῦ δηλῶσαι ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς, καὶ τῆς εὐθυμίας, καὶ τῆς ἀσφαλείας καί σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός· D ἵνα καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, καὶ ἐν οὕτω χαλεπωτάτῃ ἐρημίᾳ διατρίβοντες, πολλὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

Ἀλυπίῳ. ρπϛ'.

ΑΥτὸς μὲν ἔδεισας μὴ τῷ πρότερος ἐπιπηδῆσαι τοῖς πρὸς ἡμᾶς γράμμασι προπετείας μέμψει περιπέσῃς (αὐτοῖς γάρ σου χρήσομαι τοῖς ῥήμασιν) ἐγὼ δέ σε τοσοῦτον ἀπέχω τούτου γράψασθαι, ὅτι καὶ ῥᾳθυμίας ἐγκαλῶ τῆς βραδύτητος ἕνεκεν, καὶ μειζόνως ἀνεκήρυξα πρότερον ἐπεσταλκότα. καὶ τοῦτο λέγω αὐτῇ πάλιν σου τῇ ψήφῳ εἰς ἀπόδειξιν τούτου κεχρημένος.

ἔφης γάρ, τοῦτο μάλιστα φιλοστοργίας εἶναι τό, καὶ σιωπῶντας προσειπεῖν. ἐπεὶ οὖν τό, τι δέος σοι τῆς προπετείας ἀνῄρηται, ὅπερ οὐ δεόντως ἐδεδοίκεις, τοῦτό τι μείζονος ἀποδέδεικται σημεῖον ἀγάπης, πέμπε λοιπὸν ἡμῖν ψεκάδας γραμμάτων. οἶσθα γὰρ ὅπως τε διετέθημεν καὶ διακείμεθα περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν· κἂν γὰρ εἰς ἐρημότατον τοῦτο χωρίον ἀπενεχθῶμεν, κἂν εἰς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, τῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης, καὶ δόλον οὐκ ἐχούσης οὐδέποτε ἐπιλαθέσθαι δυνάμεθα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην σε τὴν ἡμέραν φανταζόμενοι διατελοῦμεν, τὰς ἀρετάς σου τῆς ψυχῆς διὰ τῆς μνήμης ἀναπλάττοντες. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐργῶδες ἡμῖν ἐστι, τοσοῦτον ὑμῶν ἀπῳκισμένοις, ὑμῖν δὲ ῥᾴδιον, παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ παντὸς ὑμῶν τοῦ οἴκου. οὕτω γὰρ καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατελοῦντες, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Προκοπίῳ. ρπζ'.

Ὀλίγα μὲν σοι συνεγενόμεθα αὐτόθι, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, πολλὴν δὲ σου πεῖραν τῆς γνησίας εἰλήφαμεν ἀγάπης, ἀπραγμόνος ψυχῆς, καὶ τῆς γνησίας καὶ θερμῆς διαθέσεως. διὸ καὶ πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀπῳκισθέντες τὰ τέρματα, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν ἀναχθέντες, διὰ τὸ πανταχοῦ σε περιφέρειν, ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν, καὶ ἔχειν ἐγκεκολαμμένον τῷ συνειδότι, καὶ γράφομεν ἐκ τοσούτου διαστήματος, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδίδαμεν πρόσρησιν. καί σου παρακαλοῦμεν τὴν ἐμμέλειαν, εἰ μὴ βαρὺ μηδὲ ἐπαχθές, καὶ αὐτὸν ἡμῖν ταύτην παρέχειν τὴν χάριν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας εὐαγγελίζεσθαι τῆς σῆς. μανθάνομεν γὰρ αὐτὰ καὶ μὴ γράφοντος, τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους ἐρωτῶντες, διὰ τὸ σφόδρα περισπούδαστον εἶναι ἡμῖν εἰδέναι τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως. βουλόμεθα δὲ καὶ παρὰ τῆς γλώττης, καὶ παρὰ τῆς χειρὸς τῆς σῆς ταῦτα δηλοῦσθαι, ὥστε διπλῆν ἡμᾶς καρποῦσθαι τὴν ἡδονήν, ἀπό τε τοῦ γράφειν, ἀπό τε τοῦ γράμματα δέχεσθαι παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς. δίδου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, ἡδίστην τε οὖσαν, καὶ εὔλογον, καὶ πολλὴν ἡμῖν παρέχουσαν τὴν εὐφροσύνην.

A ſic enim dixiſti, hoc præcipuè propenſioris eſſe amicitiæ, vt etiam tacentes literis appellemus. Quando igitur & præcipitationis ac temeritatis metus eſt exemptus, quo ſine cauſa correptus fueras, & hoc ipſum maioris indicium charitatis oſtenſum eſt, ingentem ad nos deinceps literarum copiam mitte. Non enim te fugit, quo animo erga tuam ſuauitatem affecti & fuerimus, & ſimus. Nam licet in hunc deſertiſſimũ locum relegati ſimus, licet ad ipſos orbis terrarum vltimos fines, ſyncerę tuę miniméque fucatæ charitatis obliuiſci non poſſumus, ſed ſingulis diebus illã mẽte verſare nõ deſinimus, animæq. tuę virtutes
B recordatione nobis effingere. Ac cuperemus quidem crebrius ad vos ſcribere: ſed quoniam id nobis eſt difficile, qui à vobis adeò ſeiuncti ſumus, vobis autem perfacile, hortamur vos, vt frequentes ad nos literas de veſtra totiuſque domus veſtræ valetudine mittatis: Sic enim peregrè degentes ſolatio non mediocri perfruemur.

Procopio. 187.

Quanquam exigua nobis tecum iſtic conſuetudo fuit, domine plurimum ſuſpiciende: magnum tamen ſynceræ tuæ charitatis animi quieti, ſynceri ac feruentis amoris periculum fecimus. Qua-
C propter etiam ad ipſos orbis terrarum fines relegati, atque ad ipſam extremam ſolitudinem abducti, quoniam vbique te circumferimus, quocumque tandem proficiſcamur, & inſculptum in pectore geſtamus, ex tanto licet interuallo ſcribimus, ac debitam ſalutationem perſoluimus, tuámque ſuauitatem oramus, vt niſi graue ſit ac moleſtum, hanc ipſe nobis gratiam concedas, & de tua valetudine lætum ad nos nuntium mittas. Hæc enim etiam
D te minimè ſcribente intelligimus, dum eos qui iſtinc veniunt ſciſcitamur, quod magno nobis ſtudio ſit, vt de tua valetudine ac nominis celebritate certiores fiamus: cupimus tamen linguæ tuæ ac manus tuæ beneficio nobis eadem innoteſcere, vt duplicem voluptatem carpamus, tum quod ſcribamus ipſi, tum quod literas à tua nobilitate miſſas recipiamus. Hanc vero nobis concede gratiam, quæ & iucundiſſima eſt, ac rationi conſentanea, & multa lætitia nos perfundit.

Marcellino. 188.

Nos quidem in ipſum omnium deſertiſſimum locum Cucuſum relegati ſumus: cum tamen nobis in mentem venit veſtræ charitatis, qua nos complectimini, ingentem percipimus conſolationem, aque in ſolitudine diuites ſumus. Neque enim is vulgaris eſt theſaurus, ſi viros nanciſcaris, qui ſyncerè amare nouerint. Atque idcirco tametſi corpore minimè adſumus, vobiſcum anima deuincti ſumus, & catena charitatis obſtricti. Hinc etiam fit, vt ad vos tanto interuallo diſiũcti ſcribamus, ac debitam ſalutationem perſoluamus. Nam in primorũ numerum amicorum te adſcriptum à nobis fuiſſe, nec ipſe ignoras, domine mi plurimũ ſuſpiciende. Hanc igitur nobis & ipſe gratiã concede, vt frequẽter ad nos literas mittas, quæ de tuæ valetudinis ſtatu læta nuntient, vt & dum ſcribimus, & dum eiuſmodi litteras accipimus, multam conſolationem ac voluptatem carpamus, & maximo etiam in ſolitudine degentes ſolatio perfruamur.

Antiocho. 189.

Ecquando tandem ſuauis & ardentis amoris tui, ſynceræ miniméque fucatæ charitatis poterimus obliuiſci, mentis ingenuæ ac ſublimis, animi confidentis? Quamuis enim ad ipſos vltimos orbis terrarum fines proficiſcamur, vbique te circumferimus abeuntes feruidum noſtri amatorem, & arctiſſima charitatis nobiſcum lege deuinctum. Quocirca vel in ipſam noſtri huius orbis terrarum ſolitudinem, Cucuſum nimirum relegati, quamuis haud facile, qui literas perferant, nanciſci queamus, omnem adhibuimus diligentiam, vt inueſtigaremus, ac reperiremus, qui noſtram hanc epiſtolam ad te perferret, vt ſublimitatem tuam compellaremus, ac debitam ſalutationem magnificentiæ tuæ perſolueremus. Neque vero in dubium reuocari debere arbitror, cum ea quæ iam à te ſunt geſta conſidero, quin facilè noſtra ſis admonitione cariturus, vt ad nos literas crebro mittere memineris, & de tua valedine certiores nos facere. Non enim mediocrem conſolationem hauriemus, cum à vobis, à quibus impensè diligimur, literas accipere licębit, quæ valetudinis veſtræ ſtatum exponant,

A Μαρκελλίνῳ. ρπη'.

Εἰς μὲν αὐτὸ τὸ πάντων ἐρημότατον χωρίον ἀπῳκίσθημεν, τὴν Κουκουσόν· πλὴν ὅταν τῆς ἀγάπης ὑμῶν τῶν φιλούντων ἡμᾶς ἐννοήσωμεν, μεγίστην καρπούμεθα παράκλησιν, ἐν ἐρημίᾳ πλουτοῦντες. οὐδὲ γὰρ ὁ τυχὼν θησαυρὸς, ἄνδρας ἐπιτυχεῖν γνησίως φιλεῖν εἰδότας. διὰ δὴ τοῦτο κἂν μὴ σώματι παρῶμεν, ὑμῖν τῇ ψυχῇ συνδεδέμεθα, τῇ τῆς ἀγάπης ἁλύσει σφιγγόμενοι. ὅθεν καὶ ἐπιστέλλομεν ἐκ τοσούτου διαστήματος, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν
B προσρησιν. ὅτι γὰρ εἰς τοὺς πρώτους σε τῶν ἐραστῶν ἐγράψαμεν τῶν ἡμετέρων, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, δέσποτά μου θαυμασιώτατε. δίδου δὴ καὶ αὐτὸς ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, καὶ συνεχῶς ἡμῖν ἐπίστελλε, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος· ἵνα καὶ τῷ γράφειν, καὶ τῷ δέχεσθαι τοιαύτας ἐπιστολὰς, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παραμυθίαν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ μεγίστης καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, ἀπολαύσωμεν παρακλήσεως.

Ἀντιόχῳ. ρπθ'.

C Πότε γὰρ σου ἐπιλαθέσθαι δυνάμεθα τῆς γλυκείας καὶ θερμῆς διαθέσεως, τῆς γνησίας καὶ εἰλικρινοῦς ἀγάπης, τῆς ἐλευθέρας γνώμης καὶ ὑψηλῆς, τῆς πεπαρρησιασμένης ψυχῆς; κἂν γὰρ πρὸς αὐτὰς ἀπέλθωμεν τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης, πανταχοῦ σε περιφέροντες ἄπιμεν, τὸν θερμὸν ἡμῶν ἐραστὴν, καὶ σφόδρα ἡμῖν τῷ τῆς ἀγάπης νόμῳ συνδεδεμένον. διὸ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐρημίαν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἀπῳκισμένοι, τὴν Κουκουσὸν λέγω, καὶ οὐ ῥᾳδίως ἐπιτυχεῖν τῶν τὰ γράμματα διακομι-
D ζόντων δυνάμενοι, πολλὴν ἐποιησάμεθα σπουδὴν ἐπιζητῆσαι τε καὶ εὑρεῖν τὸν ταύτην ἡμῶν τὴν ἐπιστολὴν διακομίζοντα, ὥστε σου προσειπεῖν τὴν θαυμασιότητα, καὶ τὴν ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδοῦναι τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῇ σῇ. ὅτι γὰρ καὶ αὐτὸς ἐξ ὧν ἤδη πεποίηκας, οὐ δεήσῃ τῆς παρ' ἡμῶν ὑπομνήσεως εἰς τὸ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. καὶ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν καρπωσόμεθα παράκλησιν, ὅταν παρ' ὑμῶν τῶν σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπώντων, δεχώμεθα γράμματα, περὶ τῆς ῥώσεως τῆς ὑμετέρας δηλοῦντα, καὶ τὴν ἀγάπην

διὰ τῶν ἐπιστολῶν συνεχῶς ἀνανεοῦντα, καὶ τὴν παρουσίαν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ποιοῦντα φαντάζεσθαι. ἀρκεῖ γὰρ πυκνότης ἐπιστολῶν, ὅταν παρὰ γνησίων φέρηται, καὶ τῆς παρουσίας ὑφίστασθαι τὴν ἡδονήν.

Βρύσωνι. ρϟ΄.

Τί τοῦτο; αὐτόθι μὲν ὄντων ἡμῶν μυρία καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ἐσπούδακας, καὶ τῇ πόλει πάσῃ, μᾶλλον δὲ τῇ οἰκουμένῃ κατάδηλος γέγονας ἐπὶ τῷ φίλτρῳ ᾧ περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσαι, μὴ στέγων αὐτὸ σιγῇ κατέχειν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων, διὰ τῶν ῥημάτων πανταχοῦ ἐπιδεικνύμενος, ἐπιστεῖλαι δὲ ἡμῖν οὐδὲ ἅπαξ κατηξίωσας, καὶ ταῦτα σφόδρα διψῶσι τῶν ἐπιστολῶν τῶν σῶν, καὶ τῶν γραμμάτων ἐπιθυμοῦσιν; οὐκ οἶσθα ὅσην ἐμέλλομεν καρποῦσθαι παράκλησιν τῆς οὕτω γνησίας ψυχῆς, τῆς οὕτω θερμῆς φιλίας ἔκγονα δεχόμενοι γράμματα; καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν λέγω. οἶδα γὰρ ὅτι καὶ γράφων, καὶ σιγῶν, ἀκμάζουσαν διατηρεῖς τὴν περὶ ἡμᾶς διάθεσιν, ἀλλὰ σφόδρα ἐπιθυμῶν σου τῶν ἐπιστολῶν. καὶ μὴ γράφοντος μέν σου, οὐ παυόμεθα τοὺς ἐκεῖθεν ἀφικνουμένους ἐρωτῶντες περὶ τῆς ῥώσεώς σου καὶ τῆς εὐθυμίας, καὶ σφόδρα χαίρομεν ἀκούοντες ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν· ἀλλὰ βουλόμεθα καὶ παρὰ τῆς γλώττης τῆς σῆς, καὶ παρὰ τῆς δεξιᾶς τῆς σῆς ταῦτα μανθάνειν. εἰ τοίνυν μὴ βαρὺ μηδὲ ἐπαχθὲς ζητοῦμεν, νῦν γοῦν ταύτην ἡμῖν παράσχου τὴν χάριν, μεγίστην οὖσαν, καὶ ἡδίστην, καὶ πολλὴν ἡμῖν φέρουσαν τὴν ἡδονήν.

Ἀμπρουκλῇ διακόνῳ. ρϟα΄.

Ἐδεξάμην δευτέραν, ἣν ἔφης προτέραν ἐπιστολὴν ἐπεσταλκέναι, δέσποινά μου τιμιωτάτη, καὶ κοσμιωτάτη. καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγω· μὴ καλεῖ τόλμαν τὸ, προτέραν τοῖς πρὸς ὑμᾶς ἐπιπηδῆσαι γράμμασι, μηδὲ ἁμάρτημα νόμιζε τὸ μέγιστον ἐγκώμιον. ἀγάπης γὰρ ζεούσης καὶ θερμῆς τοῦτο δεῖγμα ποιούμεθα, καὶ τῆς γνησίας καὶ εἰλικρινοῦς σου διαθέσεως τῆς φλογὸς θερμοτέρας. ταῦτ' οὖν εἰδυῖα ἐπιδαψίλευε ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν συνεχῶς, περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν δηλοῦσα τῆς σῆς, καὶ πέμπε νιφάδας ἡμῖν γραμμάτων, τοῦτο ἀπαγγελλούσας. ἐὰν γὰρ θαρρῶμεν περὶ τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς, ὅτι ἐν εὐθυμίᾳ, καὶ ἐν ὑγιείᾳ, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθεστήκατε, οὐ

A & epiſtolæ miniſterio charitatem ſubinde renouent, ac veſtram præſentiam nobis ob oculos ponant. Siquidem poteſt frequentia literarum eam, quæ ex præſentia perciperetur, lætitiam ac voluptatem adumbrare, cum à ſynceris amicis tranſmiſſæ fuerint.

Bryſoni. 190.

Quid hoc rei eſſe dicam? ſiccine tu, qui cum nos iſtic eſſemus, innumera facere ac dicere ſtuduiſti, atque vrbi, vel potius toti orbi terrarum innotuiſti ob eum amorē, quem erga nos oſtendebas, neque ſilentio tegere id poteras, ſed & rebus ipſis, & verbis vbique ſpecimen eius edebas, literas ad nos ne ſemel qui-B dem dignatus es mittere, idq. cum ſummo tuarum epiſtolarum deſiderio teneremur, tuaſque literas expeteremus? Neſcis quantam ex eo percepturi eſſemus conſolationem, quod tam ardentis amicitiæ fœtus literas acciperemus? Atque hæc ego non exprobādi cauſa dico, quippe qui ſciam te, ſiue ſcribas, ſiue ſileas, florentem ac vegetam beneuolentiam erga nos conſeruare, ſed quod tuarum deſiderio flagrem epiſtolarum. Ac ſolemus quidem, etiamſi non ſcribas, eos qui iſtinc adueniunt, ſciſcitari de tua valetudine atque hilaritate, ac ſummopere lætari, cum ea quæ deſide-C ramus, audimus: ſed linguæ tuæ ac dexteræ tuæ beneficio hęc intelligere cupe-remus. Niſi ergo fortaſſe graue ſit, ac moleſtum, quod petimus, nunc ſaltem hanc nobis concede gratiam, quæ maxima eſt & iucundiſſima, & magnam nobis pariet voluptatem.

Amprucle Diaconiſſæ. 191.

Secundam accepi, quam te priorem miſiſſe ſcribis epiſtolam, domina mea reuerendiſſima & ornatiſſima. Atque vt eadem rurſus à me dicantur, noli auda-D ciā appellare, quòd literas ad nos prior ſcripſeris, neque peccatum id arbitrare, quod laus eſt maxima. Hoc enim feruentis & ardentis documētum eſſe charitatis cenſemus, ac ſynceræ minimeq. fucatæ beneuolentiæ tuæ, quæ flamma ipſa ſit ardentior. Cum igitur hæc tibi explorata ſint, hanc nobis frequenter largire gratiā, vt de tua valetudine certiores nos facias, & ſexcētis epiſtolis nos obruas, quæ id ſignificent. Nam ſi omni metu de illis, qui nos amāt, liberati ſim⁹, quod & hilares eſſe, ac proſpera valetudine, & ſecuritate vos frui certò ſciam⁹,

non mediocrem noſtræ in regione peregrina cõmorationis leuationem capiemus; ſed & maximo ſolatio fruemur, licet in extrema ſolitudine habitemus. Tecum ergo reputans, quantam feſtiuitatis occaſionem nobis allatura ſis, noli hanc nobis lætitiam inuidere, ſed quantum licebit, & facultas dabitur, continuè felicem nobis de tua valetudine nuntium mitte.

Aſyncritiæ. 192.

Magnum animo dolorem nos quoque cepimus, cum de morte beatæ filiæ tuæ ad nos eſt allatũ: verumtamen cum probè nota nobis ſit animi tui ſapientia, mentiſque ſublimitas, planè confidimus fore, vt tantis fluctibus ſuperior euadas. Nam vt nequaquam contriſteris fieri nequit, ſed te hortamur tamen, vt moderatè id agas, cum probè noueris, quàm fluxæ ſint & caducæ res humanæ, communéſque omnibus hæ calamitates, ac naturæ lex communis, & domini omnium noſtrum Dei decretum. Neque enim iſtud mors eſt, ſed peregrinatio, atque à deterioribus ad meliora commigratio. Hæc igitur animo voluens omnia, patienter ac generosè fer quod accidit, & clementi Deo gratias age. Quamuis enim eo grauior inflicta ſit plaga, quòd adhuc recenti priori ſucceſſerit, tamen eo tibi ſplendidior corona patientiæ, maioráq. præmia debebuntur, ſi cum gratiarum actione ac numinis glorificatione calamitatem iſtam tuleris. Ne igitur nos quoque magnopere doleamus, ſed euidenter ſciamus nonnihil tibi noſtras literas profuiſſe, ad nos hoc ipſum ſcribere ne graueris, vt indices omnem tibi mœroris nubem eſſe diſcuſſam, ac doloris vlcus magna ex parte ſanatum. Si enim hæc intellexerimus, ſexcẽtas ad te mittere epiſtolas non ceſſabimus, quod non mediocriter nobilitatis tuę ſtudioſiſſimus, cum ſyncerum ſemper ac minimè fucatum honorẽ, reuerentiam & charitatem à modeſtia tua delatã ſenſerimus. Quorum omnium perpetuò memores, florentem ac vigentem erga te beneuolentiam conſeruamus, licet ad ipſos vltimos orbis terrarum fines deferamur.

Pæanio. 193.

Magnopere me erexiſti, ac ſumma lætitia perfudiſti, quòd cũ triſtia nũtiares, verbũ adieceris, quod omnibus, quæ acciderint accinẽdũ eſt, dixeriſque, Glo-

A μικρὰν δεξόμεθα τῆς ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβῆς παράκλησιν· ἀλλὰ καὶ μεγίστην καρπωσόμεθα παραμυθίαν, καί τοι γε ἐσχατίαν ἐρημίαν οἰκοῦντες. λογισάμενος τοίνυν ὅσην ἡμῖν ἐργάσῃ τὴν ἑορτὴν, μὴ φθονήσῃς ἡμῖν τῆς τοιαύτης εὐφροσύνης, ἀλλ' ὡς ἂν ἐγχωρῇ, καὶ οἷόν τε ᾖ, εὐαγγελίζου διηνεκῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς.

Ἀσυγκριτίᾳ. ρϟβʹ.

Σφόδρα ἠλγήσαμεν καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες περὶ τῆς μακαρίας θυγατρός σου. ἀλλ' ὅμως
B εἰδότες τὸ φιλόσοφόν σου τῆς διανοίας, καὶ τὸ ὑψηλὸν τῆς γνώμης, πάνυ θαρροῦμεν ὡς ἀνωτέρα στήσῃ τῶν τοιούτων κυμάτων. μὴ λυπεῖσθαι μὲν γὰρ, ἀμήχανον· παρακαλοῦμεν δὲ συμμέτρως τοῦτο ποιεῖν, εἰδυῖα τὸ ἐπίκηρον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ ὡς κοινὰ ταῦτα πᾶσι τὰ πάθη, καὶ ὡς φύσεως νόμος κοινὸς, καὶ τοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου Θεοῦ ἀπόφασις. οὐ γὰρ δὴ θάνατος τοῦτο, ἀλλ' ἀποδημία καὶ μετάστασις ἀπὸ τῶν χειρόνων πρὸς τὰ βελτίω. ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζομένη, φέρε γενναίως
C τὸ συμβὰν, καὶ εὐχαρίστει τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. εἰ γὰρ καὶ χαλεπωτέρα ἡ πληγὴ γέγονε, πρὸς τὸ παρὰ οὖσαν τὴν προτέραν καταλαβεῖν. ἀλλὰ καὶ λαμπρότερός σοι ὁ στέφανος τῆς ὑπομονῆς, καὶ μείζω τὰ βραβεῖα, μετ' εὐχαριστίας καὶ δοξολογίας φερούσῃ τὸ πάθος. ἵν' οὖν καὶ ἡμεῖς μὴ σφόδρα ἀλγῶμεν. ἀλλ' εἰδῶμεν σαφῶς ὅτι γέγονέ σοι τι πλέον ἀπὸ τῶν γραμμάτων τῶν ἡμετέρων, μὴ κατοκνήσῃς ἡμῖν γράψαι τοῦτο αὐτὸ, δηλοῦσα ὅτι σοι τῆς ἀθυμίας διεσκεδάσθη τὸ νέφος, καὶ τὸ πολὺ
D τῆς ὀδύνης τοῦ ἕλκους ὑποτέτμηται. εἰ γὰρ ταῦτα μάθοιμεν, οὐ παυσόμεθα συνεχῶς ἐπιστολὰς πέμπειν σοι. καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀντεχόμεθά σου τῆς εὐγενείας γνησίας ἀεὶ καὶ εἰλικρινοῦς, καὶ τιμῆς, καὶ αἰδοῦς, καὶ ἀγάπης ἀπολαύσαντες παρὰ τῆς σῆς κοσμιότητος, ὧν συνεχῶς μεμνημένοι, ἀκμάζουσαν τὴν περὶ σὲ διάθεσιν τηροῦμεν, κἂν πρὸς αὐτὰς ἀφικώμεθα τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιάς.

Παιανίῳ. ρϟγʹ.

Σφόδρα με ἀνεπτέρωσας, καὶ σκιρτᾷν ἐποίησας, ὅτι τὰ λυπηρὰ ἀπαγγείλας, ἐπέθηκας τὸ ῥῆμα, ὃ πᾶσι συμβαίνουσιν ἐπιλέγειν χρὴ, εἰ-

Digitized by Google

πῶν· δόξα δὴ τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκα. τοῦτο τὸ ῥῆμα καιρία τῷ διαβόλῳ πληγή· τοῦτο μεγίστη τῷ λέγοντι ἐν παντὶ κινδύνῳ ἀσφαλείας, καὶ ἡδονῆς ὑπόθεσις. ἅμα τε γάρ τις ἐφθέγξατο τοῦτο, καὶ σκεδάννυται εὐθέως τῆς ἀθυμίας τὸ νέφος· μὴ δὴ παύσῃ τοῦτο αὐτό τε λέγων, καὶ τοὺς ἄλλους παιδεύων. οὕτω καὶ ὁ χειμὼν ὁ καταλαβὼν, κἂν τραχύτερος γένηται, εἰς γαλήνην μεταστήσεται, οὕτω καὶ οἱ χειμαζόμενοι πλείονα καρπώσονται τὴν ἀμοιβὴν, μετὰ τοῦ καὶ τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆναι. τοῦτο τὸν Ἰὼβ ἐστεφάνωσε, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὸν διάβολον ἐτρέψατο, καὶ ἐγκαλυψάμενον ἀναχωρῆσαι πεποίηκε, τοῦτο θορύβου παντὸς ἀναίρεσις. μὴ δὲ τοῦτο ἐπᾴδων τοῖς γινομένοις ἅπασι. τοῦ τόπου δὲ ἕνεκεν, μηκέτι λοιπὸν μηδεὶς ἐνοχλείτω. εἰ γὰρ καὶ ἔρημον τὸ χωρίον ἡ Κουκουσὸς, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡσυχίας ἀπολαύομεν ἐνταῦθα, καὶ οὐ τὸ τυχὸν ἐκ τῆς ἀσθενείας τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν γινομένης ἡμῖν, διὰ τῆς οἴκοι καθέδρας τῆς διηνεκοῦς, διορθῶσαι ἰσχύσαμεν. ἂν δὲ μέλλητε πάλιν ἡμᾶς ἀναγκάζειν τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν, τὰ ἔσχατα πεισόμεθα, καὶ μάλιστα τοῦ χειμῶνος ἐπὶ θύραις ὄντος. μηδενὶ τοίνυν φορτικὸς μηδεὶς, μηδὲ ἐπαχθὴς γινέσθω, ταύτης ἕνεκεν τῆς ὑποθέσεως. ἀλλὰ γράφε ἡμῖν συνεχῶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τῆς διατριβῆς τῆς αὐτόθι, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως, καὶ τῆς εὐθυμίας. οὐ γὰρ τυχοῦσαν καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοιαύτῃ διατρίβοντες, καρπωσόμεθα παράκλησιν, τοιαῦτα παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος δεχόμενοι γράμματα.

Γεμέλλῳ. ρϟδʹ.

Ἔρημον μὲν οἰκοῦμεν χωρίον τὴν Κουκουσὸν, καὶ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότατον. πλὴν κἂν πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα ἀπενεχθῶμεν, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα. ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ, καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, καὶ ἔτι λείψανα ἀῤῥωστίας περιφέροντες, καὶ φόβῳ λῃστῶν πολιορκούμενοι, (οὐ γὰρ ἀφίστανται τὰς ὁδοὺς ἀποτειχίζοντες, καὶ πάντα αἱμάτων πληροῦντες οἱ Ἴσαυροι) διηνεκῶς σε ἐπὶ διανοίας περιφέρομεν, τὴν ἀνδρείαν σου, τὴν παῤῥησίαν, τὴν γλυκεῖαν καὶ γνησίαν διάθεσιν παρ' ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, καὶ τούτων τῶν λογισμῶν

A rificetur Deus in omnibus. Hoc verbum lethale diabolo vulnus infligit, hoc in quouis periculo ſecuritatis & voluptatis occaſionem affert. Nam ſimul atque illud quis protulerit, confeſtim mœroris nubes diſcutitur. Nunquam igitur hoc dicere intermitte, atque alios docere. Sic enim fiet, vt quæ vos inuaſit tempeſtas, licet aſperior fiat, in tranquillitaté mutetur, & qui tempeſtate iactantur, maiorem accipient mercedem, ſimúlque à malis liberabuntur. Hoc Iobum corona cinxit, hoc verbum diabolum in fugam cõuertit, & confuſum recedere coëgit, hoc tumultũ omnem

B depellit. Perge itaque omnibus quæ contigerint, iſtud accinere. Loci verò cauſa, nemo vlli negotium faceſſat. Quanquam enim deſertus locus eſt Cucuſus, hic tamen & quiete fruimur, & non mediocriter ex itinere contractam infirmitatem ſanare potuimus, ex quo cœpimus domi perpetuo reſidere. Quod ſi nos rurſus cogere velitis loca ſubinde mutare, ſummis conflictabimur malis, præſertim cum hyems ſit pro foribus. Nemo igitur importunus vlli aut moleſtus, hac occaſione ſit,

C verùm ad nos de tua valetudine, déque tua iſtic commoratione nominiſque celebritate atque hilaritate ſcribe. Non enim vulgarem etiam in tanta degentes ſolitudine conſolationem hauriemus, cum eiuſmodi à tua reuerentia miſſæ literæ nobis reddentur.

Gemello. 194.

Deſertum quidem locum habitamus Cucuſum, ac totius orbis huius noſtri deſertiſſimum: quamuis tamen

D ad ipſos vltimos terræ fines relegemur, obliuiſci tuæ charitatis minimè poſſumus, ſed in extera deſertáque regione dum verſamur, & morbi reliquias etiamnum circumferimus, ac metu latronum obſidemur, (neque enim abſcedunt, ſed itinera intercludunt, & omnia cruore complent Iſauri) perpetuo te mente circumferimus, ac fortitudinem, loquendi libertatem, ſuauem ac ſynceram beneuolentam apud nos effingimus, & harum nos recordatione cogitationum oblecta-

A mus. Tu verò frequenter ad nos, domine plurimum ſuſpiciende, ſcribe de valetudinis tuæ ſtatu, & quo pacto calidarum tibi aquarum vſus ſucceſſerit, & quid rerum nunc geras, vt etiam procul à te diſſiti nihilo deteriori conditione ſimus, quàm qui ſemper tecũ verſantur, vt de rebus tuis certiores ſiamus. Noſti quippe quanto nobis ſtudio ſit, de tua valetudine quippiam audire, quòd te vehementer amemus, & arctiſſimè cum tua magnificentia deuincti ſimus.

Claudiano. 195.

B Quidnam hoc eſſe dicam? tune ille, qui noſtro amore flagrabas, & quodammodo inſaniebas, qui tantam in nobis expertus es charitatem, qui ſemper nobiſcum deuinctus eras, ne literis quidē nos tanto temporis ſpatio dignatus es, ſed tam diuturno ſilentio vti potuiſti? Quid igitur in cauſa fuit? an verò poſt diſceſſum noſtrum ex animo tuo nos eieciſti, & ſegnior erga charitatem noſtram euaſiſti? Non equidem arbitror, neque enim fieri poteſt, vt anima tam amica, tam feruida tantam mutationem patiatur. C An verò te fortaſſe morbus detinuit? at hic impedimento eſſe non potuit, quo minus ſcriberes. Quoniam igitur cauſam ignoramus, ſimul & ſilentinm ſolue, & ſilentij cauſam indica, & quamprimum epiſtolam mitte, quæ fœlici nos de tua valetudine nuntio exhilaret. Sic enim maximo nos afficies beneficio, & ſolitudinis non mediocre nobis ſolatium præbebis, ſi eiuſmodi literas acceperimus. Sed caue pigriteris: nam ſi hac accepta demum epiſtola ſilentium ſerues, D non amplius veniam dabimus, ſed extremæ te reum ingratitudinis peragemus. Quod tibi, ſat ſcio, ſupplicio quouis eſſet acerbius.

Aetio. 196.

Nos tuæ charitatis obliuiſci non poſſumus, ardentis, ſynceræ, defecatæ, puræ, minimèque fucatæ, ſed perpetuo te animo circumferimus, & inſculptum pectori noſtro geſtamus. Et cuperemus quidem frequenter te cernere: quando autem iam id fieri nequit, noſtram per literas cupiditatem explemus, & tuæ pietati debitam ſaluta-

A ἐντρυφῶντες τῇ μνήμῃ· γράφε δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν συνεχῶς, δέσποτα θαυμασιώτατε, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ πῶς σοι τὰ θερμὰ ἐχρήσατο, καὶ ἐν τίσιν ὁρμᾷ τὰ σὰ νῦν· ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὄντες, μηδὲν ἔλαττον ἔχωμεν τῶν ἀεί σοι συγγινομένων, εἰς τὸ σαφῶς εἰδέναι τὰ σά. οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν περιεσπούδασται περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς μανθάνειν, διὰ τὸ σφόδρα σου ἐρᾷν, καὶ συνδεδέσθαι μετ' ἀκριβείας τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῇ σῇ.

Κλαυδιανῷ. ρϟε΄.

B Τί τοῦτο; ὁ θερμὸς ἡμῶν ἐραστὴς, ὁ μανικὸς, ὁ τοσαύτης περὶ ἡμῶν ἀπολαύσας ἀγάπης, ὁ διηνεκῶς ἡμῖν συνδεδεμένος, οὐδὲ γραμμάτων ἡμᾶς ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ ἠξίωσας, ἀλλ' ἠνέσχου σιγῆσαι σιγὴν οὕτω μακράν; τί ποτε ἄρα τὸ αἴτιον; ἄρα μὴ μετὰ τὴν ἀποδημίαν ἐξέβαλες τῆς διανοίας τῆς σῆς, καὶ ῥαθυμότερος περὶ τὴν ἡμετέραν γέγονας ἀγάπην; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· μὴ γάρ ποτε τοῦτο γένηται, ἀπὸ φιλικῆς οὕτω ψυχῆς καὶ θερμῆς τοσαύτην γενέσθαι μεταβολήν. C ἀλλ' ἄρα μὴ ἀῤῥωστία σε κατέσχεν; ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο αὕτη γενέσθαι κώλυμα τοῦ γράφειν. ἐπεὶ οὖν ἀγνοοῦμεν τὴν αἰτίαν, μετὰ τοῦ λῦσαι τὴν σιγὴν, καὶ τὴν αἰτίαν εἰπὲ τῆς σιγῆς, καὶ πέμπε ταχέως ἡμῖν ἐπιστολὴν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζομένην ἡμᾶς. οὕτω γὰρ τὰ μέγιστα χαριῇ, καὶ τῆς ἐρημίας πολλὴν παρέξεις παράκλησιν, ἂν τοιαῦτα δεξώμεθα γράμματα. ἀλλὰ μὴ ῥαθυμήσῃς. εἰ γὰρ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην D μένεις σιγῶν, οὐκ ἔτι σοι συγγνώμην δώσομεν, ἀλλὰ γραψόμεθά σε τῆς ἐσχάτης ἀγνωμοσύνης. οἶδα δὲ ὅτι πάσης σοι τιμωρίας τοῦτο πικρότερον.

Ἀετίῳ. ρϟϛ΄.

Ἡμεῖς σου τῆς ἀγάπης οὐδέποτε ἐπιλαθέσθαι δυνάμεθα, τῆς θερμῆς, καὶ γνησίας, καὶ πεπυρωμένης, τῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἀδόλου, ἀλλὰ διηνεκῶς ἐπὶ διανοίας σε περιφέρομεν, καὶ ἔχομεν ἐγκεκολαμμένον ἡμῶν τῷ συνειδότι. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ ὁρᾷν σε συνεχῶς, ἐπεὶ δὲ τοῦτο τέως οὐχ οἷόν τε, διὰ τῶν γραμμάτων τὴν ἐπιθυμίαν ἑαυτῶν πληροῦμεν, τὴν ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδιδόντες σου τῇ εὐλα-

θείᾳ, καί σε παρακαλοῦμεν καὶ ἑαυτὸν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβομεν πολλῇ καὶ ὑπὸ φόβου λῃστῶν πολιορκούμεθα, καὶ ἐν ἀῤῥωστίᾳ τυγχάνομεν, ἀλλ' ἐὰν δεξώμεθα γράμματα παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, εὐαγγελιζόμενα ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας σου, πολλὴν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ ὄντες καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. εἰδὼς οὖν ἡλίκα ἡμῖν χαρεῖ, καὶ ὅσην ἡμῖν παρέξεις τὴν εὐφροσύνην, μὴ φθονήσῃς ἡμῖν τῆς τοσαύτης ἡδονῆς, ἀλλὰ σπούδαζε ἡμῖν συνεχέστερον ἐπιστέλλειν. πολλὴν γὰρ ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν ἡδονήν.

Στουδίῳ ἐπάρχῳ πόλεως. ρϟζ'.

Οἶδα μὲν, ὅτι συνετὸς ὢν, καὶ φιλοσοφεῖν εἰδὼς, καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν ἡμετέρων πράως οἴσεις τὴν τοῦ μακαρίου ἀδελφοῦ τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς τὴν ἀποδημίαν. οὐ γὰρ ἂν αὐτὴν καλέσαιμι θάνατον· ἐπεὶ δὲ καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν, παρακαλῶ σου τὴν θαυμασιότητα, δέσποτα μεγαλοπρεπέστατε, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ δεῖξαι σεαυτὸν, οὐχ ὥστε μὴ ἀλγεῖν, τοῦτο γὰρ ἀμήχανον, ἄνθρωπον ὄντα, καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένον, καὶ τοιοῦτον ἐπιζητοῦντα ἀδελφὸν, ἀλλ' ὥστε μέτρον ἐπιθεῖναι τῇ λύπῃ. οἶσθα γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων τὸ ἐπίκηρον, καὶ ὅτι ποταμίων ῥευμάτων μιμεῖται φύσιν τὰ πράγματα, καὶ ὡς ἐκείνους μόνους χρὴ μακαρίζειν, τοὺς μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος καταλύοντας τὸν παρόντα βίον. οὐ γὰρ ἐπὶ θάνατον ἔρχονται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀγώνων ἐπὶ τὰ βραβεῖα, ἀπὸ τῶν παλαισμάτων ἐπὶ τοὺς στεφάνους, ἀπὸ τῆς τεταραγμένης θαλάσσης ἐπὶ λιμένα ἀκύμαντον. Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν παρακάλει σαυτὸν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀλγοῦντες, μεγίστην τῆς ἀλγηδόνος ἔχομεν παραμυθίαν, τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἣν καὶ αὐτῷ σοι μεγίστην οἶμαι φέρειν παράκλησιν. εἰ μὲν γὰρ πονηρός τις ἦν ὁ ἀπελθὼν, καὶ κακίας γέμων, ἔδει θρηνεῖν καὶ ὀλοφύρεσθαι τούτου χάριν· ἐπεὶ δὲ τοιοῦτος καὶ οὕτω βεβιωκὼς, ὡς ἅπασα οἶδεν ἡ πόλις, μετ' ἐπιεικείας, μετὰ χρηστότητος, τὸ δίκαιον ἀεὶ τιμήσας, παῤῥησίᾳ τῇ προσηκούσῃ χρησάμενος, ἐλευθερίᾳ, ἀνδρείᾳ, οὐδὲν τὰ παρόντα ἡγησάμενος, ἀλλ' ἀλλότριος τῆς βιωτικῆς γα-

A tionem perſoluimus, ac te cohortamur, vt ipſe quoque ſæpius ad nos ſcribas. Quanquam enim multa in ſolitudine degimus, ac metu latronum obſidemur, morbóque detinemur, ſi tamen à tua nobilitate literas acceperimus, quæ de tua valetudine certiores nos faciant, multam etiam dum peregrè verſamur, conſolationem percipiemus. Cùm igitur minimè ignores, quantam à nobis initurus ſis gratiam, quanta nos lætitia ſis affecturus, ne quæſo tantam nobis inuideas voluptatem, ſed da ope-
B ram, vt frequentius ad nos literas mittas: multam enim inde percepturi ſumus voluptatem.

Studio Præfecto Vrbis. 197.

Scio equidem te prudentem hominem, ac philoſophandi peritum, etiam antequam literas noſtras accipias, beati fratris magnificentiæ tuę diſceſſum moderatè laturum: nō enim mortem illum placet appellare: quoniam autem nos etiam quę noſtrarum ſunt partium præſtare neceſſe eſt, excellentiã tuam hortor, domine magnificentiſſime, vt hoc quoque tempore, qualis es, teipſum ex-
C hibeas, non vt omnino non doleas (id enim fieri nequit, cum homo ſis corpori annexus, & eiuſmodi fratrem requiras) ſed vt triſtitię modũ adhibeas. Nō enim te latet, quam fragiles ſint res humanæ, ac fluuialium conditionem vndarum imitentur, ſic vt eos ſolum beatos cenſeri oporteat, qui cum bona ſpe præſentem vitam finierint. Non enim ad mortem pergunt, ſed à certaminibus ad præmia, à luctis ac palæſtris ad coronas, à mari procellis agitato ad portum tranquillum. Hæc ergo co-
D gitans teipſum conſolare, quandoquidem nos quoque non mediocri dolore correpti maximo noſtrum mœrorem ſolatio mitigamus, cum menti noſtræ viri illius virtus obuerſatur, ex qua non dubito, quin tibi quoque maxima conſolatio præbeatur. Nam ſi quidem improbus fuiſſet is qui diſceſſit, & ſceleribus coopertus, eius cauſa lugendum ac lamentandum eſſet: cum vero talis, & ſic tranſacta vita, vt tota ciuitas nouit, cum modeſtia, cum lenitate, iuſtitiam ſemper colens, & ea qua par erat fiducia præditus, libertate, fortitudine, res præſentes prò nihilo habens, ſed ab omnibus curis

Digitized by Google

ταῦτα καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενοι, καὶ φόβῳ λῃστῶν πολιορκούμενοι, καὶ τῇ τοῦ χειμῶνος ὥρᾳ λοιπὸν καταπιεζόμενοι, οὐδενὸς τούτων αἰσθανόμεθα, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ὑμετέρας εὐδοκιμήσεως, ἀλλὰ καὶ σκιρτῶμεν, καὶ χαίρομεν, καὶ μέγα φρονοῦμεν ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὑμῶν καρτερίᾳ. ἵν' οὖν διηνεκῶς χαίρωμεν ταῦτα ἀκούοντες διηνεκῶς, ἡμῖν καὶ συνεχέστατον ἐπιστέλλετε, αὐτά τε ταῦτα, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελιζόμενοι. μεγίστην γὰρ ἡμῖν παρέξετε εὐφροσύνην ἐντεῦθεν καὶ ἡδονήν.

Καλλιστράτῳ ἐπισκόπῳ Ἰσαυρίας. σ'.

Ἐγὼ μὲν σου τὴν εὐλάβειαν καὶ ἐνταῦθα παραγενομένην ἐπεθύμουν ἰδεῖν, ὥστε ἐντρυφῆσαι σου τῇ συνουσίᾳ, καὶ ἀπολαῦσαι σου τῆς γνησίας καὶ θερμῆς ἀγάπης. ἐπεὶ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, διά τε τὴν τοῦ ἔτους ὥραν, καὶ τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, τὴν διὰ γραμμάτων ὀφειλομένην σοι πρόσρησιν ἀποδίδομεν, καὶ χάριν ἔχω σου τῇ εὐλαβείᾳ, ὅτι καὶ προτέρους τοῖς πρὸς ἡμᾶς ἐπεπήδησας γράμμασι. θερμῆς γὰρ τοῦτο καὶ γνησίας φιλίας, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπεικότως ἐποίησας, ἀλλὰ καὶ σφόδρα σοι προσηκόντως. παρέχου δὴ ταύτην συνεχῶς ἡμῖν τὴν χάριν, καὶ πυκνότερον ἡμῖν δήλου τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. εἰ δὲ καὶ δυνατὸν γένηται τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ σκυλῆναι ἕως ἡμῶν, τὰ μέγιστα ἡμῖν χαριῇ, καὶ πολλῆς ἡμᾶς ἐμπλήσεις εὐφροσύνης. ἐννοήσας τοίνυν ὡς καὶ ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν ἰδεῖν σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ ὡς τὸ πρᾶγμα οὐ σφόδρα ἐργῶδες, εἰ γένοιτο καιρὸς ἐπιτήδειος πρὸς ὁδοιπορίαν, μὴ στερήσῃς ἡμᾶς τῆς συντυχίας τῆς σῆς. ἕως δ' ἂν τοῦτο γένηται, τῇ πυκνότητι τῶν γραμμάτων τὴν ἐκ τῆς παρουσίας ἡδονὴν σοφίζεσθαι προθυμήθητι.

Ἑρκουλίῳ. σα'.

Μὴ κάμνε ζητῶν ἀπολογίαν τῆς μακρᾶς σιγῆς, δέσποτά μου θαυμασιώτατε καὶ μεγαλοπρεπέστατε, καὶ ἐπὶ τὴν ἀπορίαν τῶν γραμματηφόρων καταφεύγειν. ἡμεῖς γὰρ καὶ γράφοντός σου καὶ σιγῶντος, ἀκίνητον σου τὴν περὶ τῆς ἀγάπης σου ψῆφον ἔχομεν, ἣν διὰ τῶν ἔργων ἐπιδείξω οὕτω σαφῶς, ὡς πᾶσαν εἰδέναι τὴν πόλιν τὸν θερμὸν ἡμῶν καὶ μανικὸν ἔρωτα. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω διακείμενοι, σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν συνεχῶς δέχεσθαι γράμματα παρὰ τῆς σῆς θαυμα-

A in ſolitudine conſtituti, ac metu prædonum obſeſſi, iámque hyemis tempore diuexati, nihil iſtorum præ eximia nominis veſtri celebritate ſentimus: ſed & exultamus, & gaudemus, & propter hanc tantam veſtram patientiam nos efferimus. Vt igitur dum hæc audimus, ſemper gaudeamus, ſemper nobis & continuè literas mittite, quæ cum de his rebus, tum de veſtra valetudine nos faciant certiores. Magna quippe nos id agentes lætitia perfundetis.

B *Calliſtrato Iſauriæ Epiſcopo.* 200.

Optatem equidem venerationem tuam præſentem hic cernere, vt tuo poſſē oblectari cōgreſſu, ac ſyncera feruentíque tua frui charitate: quando autem id nondum licet, cum propter anni tempeſtatem, tum propter itineris longinquitatem, debitam tibi per literas ſalutationem perſoluo; ac venerationi tuæ gratias ago, quod literis tuis prior dignatus ſis nos laceſſere. Hoc enim feruentis ac ſynceræ eſt amicitiæ: neque ſolum non abſurdè, ſed & tibi admodum conuenienter egiſti. Hoc ita-
C que nobis aſſiduè beneficium largire, déque valetudine tua frequētius redde certiores. Quod ſi fieri poteſt, vt laborem ad nos vſque veniendi veneratio tua ſuſcipiat, ſummo nos beneficio tibi deuincies, ac multa lætitia complebis. Cum igitur intelligas nos quoque percupere venerationem tuam cernere, neque rem laborioſam eſſe admodum, ſi tempus fiat idoneum ad iter agendum, ne tuo congreſſu nos priues. Donec id fiat, da operam, vt voluptatem eam, quam præſentia tua
D ſecum accerſit, per frequentes literas effingas.

Herculio. 201.

Nihil eſt, quãobrem diuturni ſilentij excuſationē quæras, & ad raritatem tabellariorum confugias, Domine mi magnificētiſſime, ac imprimis ſuſpiciende. Nos enim ſiue ſcribas, ſiue taceas, nihilo tamen magis ideo de ſententia & opinione, quam de tua charitate concepimus, poſſumus dimoueri: cum ita manifeſtè rebus ipſis illam expreſſeris, vt toti ciuitati notum fuerit, quam vehementi ac propemodum inſano amore noſtri flagrares. Nihilominus tamen ſic affecti crebras accipere literas ab excellentia tua percupimus,

quæ de tuæ valetudinis ſtatu nos admoneat. Vt enim ipſe dixiſti, maximam iſtud ſeparationis leuationem afferre, ſi de noſtra valetudine certior fias, nec te latet, quanti hoc fiat ab homine, qui amare nouerit, cum & ipſe amare probè noueris: ita nobis hoc eſt maximè cordi. Hanc itaque nobis concede gratiam, vt in tanta degentes ſolitudine multam conſolationem inde capiamus.

Cyriaco Epiſcopo. 202.

Hæccinæ ferenda ſunt? hæccine toleranda? tu vel vmbram tibi excuſationis ſuppetere arbitraris? In tanta triſtitia, tam longo tempore, in tanto tumultu ac perturbatione, in tanta tribulatione ac miſeria conſtitutis nobis ne ſemel quidem mittere literas dignatus es: at nos quidem ſemel atque iterum & ſæpe miſimus, tu verò tam longo tempore ſiles, & leue peccatum te admiſiſſe exiſtimas, cum tam ingratus in nos fueris? Me quidem in ſummam dubitationem & anxietatem conieciſti. Non enim poſſum cauſam ſilentij comminiſci, cum ardentis ac ſynceræ tuæ charitatis mihi in mentem venit, cuius ſemper erga nos ſpecimē edidiſti. Nam neq. ſegnitiei tribuere id poſſum, (ſcio quippe quam vigilanti animo ſis) neque formidini. (noui quippe fortitudinem tuam) neque torpori ac pigritiæ (noui enim diligentiam & ſolertiam tuam) ſed neque morbum: tametſi neque ille ad te impediendum ſufficeret: verumtamen ex illis qui iſtinc veniūt didicite ſanum eſſe ac proſpera frui valetudine. Quid igitur eſt cauſæ? non poſſum dicere, ſed hoc ſolùm, doleo & crucior. Omnem igitur lapidem moue, vt hoc mœrore & anxietate nos liberes, quādoquidem niſi acceptis etiam his literis ad nos multa cum celeritate ſcribere volueris, ſummū nobis dolorem inuſturus es: ita multum adhiberi laborem opus eſt, vt noſtra hæc triſtitia mitigetur.

Saluſtio presbytero. 203.

Non mediocriter dolui, cum allatum eſt ad me, te ac Theophilū presbyterum ſegniores factos eſſe. Scio namq; vnum ex vobis quinque tractatus ad Nouembrem vſq. mēſem habuiſſe, alterū nullā, atq. id mihi grauius hac ſolitudine accidit. Hoc igitur nobis ſi verū fit, indicate quæſo, ſin falſum, remedium adhibete,

A σιότητος, τὰ περὶ τῆς ὑγείας δηλοῦντα τῆς σῆς. ὥσπερ γὰρ αὐτὸς μεγίστην ἔφης παραμυθίαν εἶναι τοῦ χωρισμοῦ, τὸ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ἡμετέρας μανθάνειν, καὶ οἶσθα ἡλίκον τοῦτο ἀνδρὶ φιλεῖν ἐπισταμένῳ ἐστὶ, καὶ φιλεῖν οἶσθα καλῶς· οὕτω καὶ ἡμῖν περισπούδαστον τοῦτο. χάρισαι δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

Κυριακῷ ἐπισκόπῳ. σβʹ.

Ταῦτα ἀνεκτά; ταῦτα φορητά; οἴει κἂν B σκιὰν ἀπολογίας ἔχειν ἐν τῇ τοσαύτῃ ἀθυμίᾳ, ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ, ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, καὶ ταραχῇ, καὶ στενοχωρίᾳ καὶ ταλαιπωρίᾳ καθεστώτων ἡμῶν, οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπιστεῖλαι καταξιῶσαι. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν, σὺ δὲ σιγᾷς χρόνον οὕτω μακρὸν, καὶ νομίζεις τὸ τυχὸν ἡμαρτηκέναι ἁμάρτημα, οὕτως ἀγνώμων περὶ ἡμᾶς γεγενημένος; ἐμὲ εἰς πολλὴν ἀπορίαν κατέστησας. οὐδὲ γὰρ δυνάμενος τῆς σιγῆς τὴν αἰτίαν εὑρεῖν, ὅταν ἐννοήσω σου τὴν θερμὴν ἀγάπην καὶ γνη- C σίαν, ἣν ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξω. οὐδὲ γὰρ ῥαθυμίαν λογίσασθαι ἔχω· οἶδα γάρ σου τὴν ἄγρυπνον ψυχήν· οὔτε δειλίαν, οἶδα γάρ σου τὴν ἀνδρείαν· οὐκ ὄκνον, οἶδα γάρ σου τὸ διεγηγερμένον καὶ ἐντρεχές· ἀλλ' οὐδὲ ἀρρωστίαν, καί τοι γε οὐδὲ αὕτη ἰσχυρὰ ἦν σε κωλῦσαι. πλὴν ἀλλὰ μανθάνω παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἐρχομένων, ὅτι ὑγιαίνεις καὶ ἔρρωσαι. τί οὖν ἐστὶ τὸ αἴτιον, εἰπεῖν οὐκ ἔχω. ἀλλ' ἓν μόνον, ἀλγῶ καὶ ὀδυνώμεθα. πάντα τοίνυν ποίησον ὥστε ἀπαλλάξαι ἡ- D μᾶς καὶ τῆς λύπης, καὶ τῆς διαπορήσεως. ἐπεὶ εἰ καὶ μετὰ τὰ γράμματα ταῦτα μὴ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἡμῖν βουληθείης ἐπιστεῖλαι, οὕτως ἡμᾶς ἔχεις λυπῆσαι, ὡς πολλοῦ δεηθῆναι πόνου εἰς τὸ θεραπεῦσαι ἡμῶν τὴν ἀθυμίαν.

Σαλουστίῳ πρεσβυτέρῳ. σγʹ.

Οὐχ ὡς ἔτυχον ἤλγησα ἀκούσας, ὅτι καὶ σὺ, καὶ Θεόφιλος ὁ πρεσβύτερος ἀνεπέσατε. ἔγνων γὰρ ὅτι ὁ μὲν ὑμῶν πέντε ὁμιλίας εἶπεν ἕως Νοεμβρίου μηνὸς, ὁ δὲ οὐδὲ μίαν. καὶ τῆς ἐρημίας μοι τῆς ἐνταῦθα τοῦτο γέγονε χαλεπώτερον. βουλήθητε τοίνυν εἰ μὲν ψευδὲς τοῦτο, δηλῶσαί μοι. εἰ δὲ ἀληθὲς, διορθώσασθαι. καὶ ἀλ-

καὶ ἀλλήλους διεγείρετε. ἐπεὶ καὶ σφόδρα με ἔχετε λυπῆσαι, καίτοι μεθ' ὑπερβολῆς σφόδρα ἀγαπῶντα ὑμᾶς. καὶ ὃ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ πολὺ καθ' ἑαυτῶν ἐπισπᾶσθε τὸ κρίμα, ἀργίᾳ τοσαύτῃ συζῶντες καὶ ὄκνῳ, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν οὐκ εἰσφέροντες. ποίας γὰρ τύχοιτε συγγνώμης ἑτέρων διωκομένων, ἐξοριζομένων, ἐλαυνομένων, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τὴν ἀπὸ τῆς παρουσίας ὑμῶν, ἢ τῆς διδασκαλίας εἰσφέροντες τῷ χειμαζομένῳ λαῷ σπουδήν;

Παιανίῳ. σδ'.

Ὅταν ἐννοήσῃς δέσποτά μου θαυμασιώτατε, καὶ μέλιτος ἡμῖν γλυκύτερε, ὅτι βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς τὸ κεχωρίσθαι ἡμῶν, λογιζόμενος οἷον πρᾶγμα μεταχειρίζῃ, καὶ ὅτι πόλιν ὁλόκληρον κατορθοῖς· μᾶλλον δὲ οἰκουμένην ὁλόκληρον διὰ τῆς πόλεως ἐκείνης, σκίρτα καὶ εὐφραίνου. μετὰ γὰρ τῆς ὠφελείας πολλὴν ἔξεστί σοι καρποῦσθαι καὶ τὴν ἡδονήν. εἰ γὰρ χρήματά τινες συλλέγοντες τά τε ἀπολλύμενα, καὶ ἀπολλύντα αὐτούς, τοσαύτης ἐμφοροῦνται τῆς εὐφροσύνης, καὶ οἰκιῶν, καὶ γυναικός, καὶ τέκνων, καὶ πάντων τῶν προσηκόντων ἐπὶ πολὺ χωριζόμενοι χρόνον, τίς ἂν παραστήσειε λόγῳ τὴν ἡδονὴν τοῦ πλούτου, τῶν τοσούτων θησαυρῶν ὃν καθ' ἑκάστην συνάγεις ἡμέραν, καὶ φαινόμενος αὐτόθι μόνον. οὐ γὰρ δὴ κολακεύων σε ταῦτα λέγω, καὶ ἴσασιν οἱ καὶ ἀκούοντες ἀπόντος σου ταῦτα παρ' ἡμῶν αὐτῶν. ἀλλ' ἡδόμενος σφόδρα, καὶ χαίρων καὶ πτερυγούμενος ὑπὸ τῆς εὐφροσύνης. ἀρκεῖς γὰρ καὶ φαινόμενος, πολλοὺς ὀρθῶσαι τῶν αὐτόθι, στηρίξαι, ἀλεῖψαι, συγκροτῆσαι. οἶδα ἐγὼ τὸν ἀριστέα τὸν ἐμόν, οἶδά σου τὰς ἀνδραγαθίας τὰς αὐτόθι, τὸν ζῆλον, τὴν ἀγρυπνίαν, τοὺς δρόμους, τὸν πόνον τῆς ψυχῆς, τὴν παρρησίαν, τὴν ἐλευθερίαν, μεθ' ἧς καὶ ἐπισκόποις κατεξανίστασο, τοῦ καιροῦ τοῦτο ἀπαιτοῦντος, μετὰ τοῦ προσήκοντος μέντοι μέτρου. καὶ ἐθαύμαζόν σε ἐπ' ἐκείνοις, πολλῷ δὲ πλέον καὶ νῦν, ὅτι καὶ μηδενός σοι παρεστῶτος αὐτόθι, ἀλλὰ τῶν μὲν φευγόντων, τῶν δὲ ἐλαυνομένων, τῶν δὲ κρυπτομένων, μόνος ἕστηκας ἐπὶ τῆς παρατάξεως, τὸ μέτωπον αὐτῆς κατακοσμῶν, καὶ οὐδένα ἀφιεὶς γενέσθαι λειποτάκτην, ἀλλὰ καὶ τοὺς μετὰ τῶν ἐναντίων τεταγμένους τῇ ἐμμελείᾳ σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν μεθιστᾷς. οὐ διὰ ταῦτα δὲ θαυμάζω μόνον,

A vóſque inuicem excitate: ſiquidem grauem admodum mihi dolorem inuretis; tametſi veſtro admodũ amore flagranti. quódque grauius eſt, cum tanto in otio & inertia vitã traducatis, neque munere veſtro fungamini, multum Dei in vos iudicium accerſetis. Quis enim venia dignos vos cenſeat, qui dum cæteri perſecutionẽ patiuntur, in exilium mittuntur, relegantur, neque præſentia veſtra, vel eruditione populo tempeſtate iactato pro virili ſuccurrere ſtudeatis?

Pæanio. 204.

B Cum tecum animo reputas, domine mi plurimum ſuſpiciende ac nobis melle ſuauior, graue ac moleſtum eſſe à nobis ſeparatum eſſe, cogitans quale negotium geras, téque ciuitatem regere vniuerſam, vel potius totum orbem terrarum per illam ciuitatem, gaude & exulta: potes enim cum vtilitate non mediocrẽ inde percipere voluptatem. Si enim dum pecunias nonnulli colligunt, quæ & pereunt, & illos perdunt, tanta lætitia perfunduntur, licet ab ædibus ſuis, vxore, liberis, & propinquis C omnibus multo tempore ſint ſeiuncti; quis iucunditatem illarum opum, tantorúmque theſaurorum verbis exprimere poterit, quos iſtic quotidie tibi vel præſentia ſola cõgregas? Non enim hæc aſſentandi cauſa dico, vt probè norunt, qui etiã abſente te hic à nobis hæc audiunt, ſed præ nimio gaudio, ac lætitia geſtiens, & incitatus. Multos enim eorũ qui iſtinc ſunt, potes vel ſola præſentia tua meliorem ad frugem traducere, firmare, inſtruere, corroborare. Noui ego quam acer bellator ſis, noui quam multa geſta ſint iſtic à te præclara facinora, D zelum, vigilantiam, curſus, animæ laborem, fiduciam, libertatem, qua Epiſcopis reſtitiſti, cum tempus id requireret, tametſi cum ea qua decuit moderatione. Ac laudabam te quidem ob hæc tanta, multo vero amplius nunc, cum, licet nemo iſtic te adiuuet, ſed alij fugerint, alij relegati ſint, alij ſeſe abdiderint, tu in acie ſolus ſtes, eiúſque frontem ornes, nec vllum ordinis deſertorem fieri ſinas, ſed eos etiam qui aduerſariorum partes ſequebantur, quotidie ad tuas mira ſuauitate traducas: Neque te propter hæc laudo tantum,

ſed etiam quod in vno conſtitutus loco vniuerſi terrarum orbis curam geras, Palæſtinæ, Phœniciæ, Ciliciæ negotiorum, quæ potiſſimum curare debes. Nam Palæſtini quidem ac Phœnices, vt probè noui, hominem illum ab aduerſariis miſſum non admiſerunt, Ægenſis autem & Tarſenſis à partibus illorum ſtant, vt audiui, & admonuit quendam ex amicis noſtris Gabalorum Epiſcopus, ipſos à Conſtantinopolitanis cogi illorum iniquitati aſſentiri, ſed interim tamen reſiſtere. Multam igitur adhibeas ſollicitudinem oportet, vigilantiam multam, vt huic quoque parti remedium afferas, & ad propinquum tuum, dominũ meum Theodorum Epiſcopum ſcribas. Pharetrio quæ acciderunt, moleſta valde ſunt & triſtia: verũtamen cum eius presbyteri neque commercium & conſuetudinem cum aduerſariis habuerint, vt ais, neque cum illis communicare ſtatuerint, ſed, vt dicunt, adhuc ſtent à partibus noſtris, nihil horum cum illis communices: quandoquidem quæ in nos commiſit Pharetrius, nullam omnino veniam merentur. Clerus quidem certè ipſius omnis & ægrè ferebat, & gemebat, ac totus in noſtras partes animo tranſibat. Sed ne fortè in cauſa ſimus, vt hi reſiliant, & aſperiores reddantur, vbi cuncta ex Præfectianis cognoueris, ea apud te contine, ac perhumaniter illos tracta (noui quippe quam prudens ſis ac prouidus) eique ſignifica, nos quoque fando audiuiſſe multum ipſum iis quæ contigerant indoluiſſe, ac paratum illum fuiſſe quiduis pati, vt omnia illa quæ nefariè ſunt patrata ſarcirentur. Nobis corpus optimè valet, ac reliquias morbi depulimus: cum vero tibi hoc quoque curæ eſſe cogitamus, non mediocrem etiam nobis occaſionem id affert ſanitatis, quod tam vehemẽtem amatorem nacti ſimus. Deus tibi tanti ſtudij, charitatis, zeli, vigilantiæ mercedem, cùm in hoc tum in ſeculo futuro retribuat, téq. muniat, protegat & cuſtodiat, atq. arcana illa bona tibi largiatur. Faxit autem, vt nos quoque iucundiſſimã faciem tuam intueri quamprimum poſſimus, dulci anima tua potiri, ac pulcherrimum hoc feſtum agere. Non enim te latet pro feſto ac ſolennitate nos habere,

A ἀλλ' ὅτι καὶ σὺ ἐν ἑνὶ ἱδρυμένος χωρίῳ, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν μεριμνᾷς, τὰ ἐν Παλαιστίνῃ, τὰ ἐν Φοινίκῃ, τὰ ἐν Κιλικίᾳ, ὧν καὶ μάλιστα φροντίζειν ὀφείλεις. Παλαιστινοὶ μὲν γὰρ καὶ Φοίνικες, καθὼς ἔγνων σαφῶς, οὐκ ἐδέξαντο τὸν παρὰ τῶν ἐναντίων ἀποσταλέντα ἐκεῖσε, οὐδὲ ἀποκρίσεως αὐτὸν ἠξίωσαν. ὁ δὲ Αἰγαῶν, ὡς ἔγνων, καὶ ὁ Ταρσοῦ, μετ' ἐκείνων τάττονται· καὶ ὁ Γαβάλων ἐπίσκοπος ἐδήλωσέ τινι τῶν ἡμετέρων φίλων, ὅτι ἀναγκάζουσιν αὐτοὺς οἱ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως τῇ παρανομίᾳ αὐτῶν συνθέσθαι, καὶ πῶς ἀντέχουσι. B πολλῆς τοίνυν σοι δεῖ τῆς μερίμνης, πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας, ὥστε καὶ τοῦτο διορθῶσαι τὸ μέρος. τῷ δεσπότῃ μου γράψον τῷ ἀνεψιῷ σου τῷ κυρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ τῷ Θεοδώρῳ. τὰ κατὰ Φαρέτριον λυπηρὰ μὲν καὶ σφόδρα ἀνιαρά, πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῦ οὔτε συνέτυχον τοῖς ἐναντίοις, ὥς φῂς, οὔτε αἱροῦνται αὐτοῖς κοινωνῆσαι, ἀλλ' ὡς λέγουσιν, ἔτι μεθ' ἡμῶν ἑστήκασι, μηδὲν τούτων κοινωνήσῃς πρὸς αὐτούς. ἐπεὶ ἃ ἐποίησεν εἰς ἡμᾶς ὁ Φαρέτριος, οὐδεμίαν ἔχει συγγνώμην. ὁ μέν τοι κλῆρος αὐτοῦ πᾶς καὶ C ἤλγει, καὶ ὠδύρετο, καὶ ἐθρήνει, καὶ μεθ' ἡμῶν ὅλως ἦν τῇ γνώμῃ. ἀλλ' ἵνα μὴ τούτους ποιήσωμεν ἀποπηδῆσαι, καὶ τραχυτέρους ἐργασώμεθα, μαθὼν ἅπαντα ἀπὸ τῶν ἐπαρχικῶν, παρὰ σαυτῷ κάτεχε, καὶ μετὰ πολλῆς ἡμερότητος προσφέρου, (οἶδα γάρ σου τὸ οἰκονομικόν) καὶ λέγε, ὅτι καὶ ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ὅτι σφόδρα ἤλγησεν ἐπὶ τοῖς γενομένοις, καὶ ὅτι ἕτοιμος ἦν πάντα παθεῖν ὑπὲρ τοῦ διορθῶσαι πάντα τὰ κακῶς τολμηθέντα. τὸ σῶμα ἡμῖν ἐν ὑγείᾳ πολλῇ, καὶ τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας ἀπε- D θέμεθα. ὅταν δὲ ἐννοήσωμεν, ὅτι σοι καὶ τοῦτο φροντίς ἐστιν, οὐ μικρὰ καὶ τοῦτο ὑγείας ἡμῖν ὑπόθεσις γίνεται, ὅτι οὕτω σφοδρὸν ἔχομεν ἐραστήν. ὁ Θεός σοι τῆς τοιαύτης σπουδῆς, τῆς ἀγάπης, τοῦ ζήλου, τῆς ἀγρυπνίας δῴη τὸν μισθόν, κἀν τῷ παρόντι βίῳ, κἀν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καὶ τειχίσαι, καὶ φρουρήσαι, καὶ ἀσφαλίσαιτο, καὶ καταξιώσαι τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν. δοίη δὲ καὶ ἡμῖν ταχέως ἰδεῖν σου τὸ ποθεινὸν πρόσωπον, ἀπολαῦσαί σου τῆς γλυκείας ψυχῆς, καὶ τὴν καλλίστην ταύτην ἑορτὴν ἀγαγεῖν. οἶσθα γὰρ ὅτι καὶ ἑορτή ἐστι καὶ πανήγυρις, τὸ,

καταξιωθῆναι τῆς ἡδίστης καὶ πολλῶν ἀγαθῶν γεμούσης συνουσίας σου, καὶ ταύτης ἀπολαῦσαι πάλιν.

Ἀνατολίῳ ἐπάρχῳ. σε΄.

Ὀψὲ μὲν ἐπιστέλλω καὶ βραχέα, μᾶλλον δὲ βραδέως, πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν. πλὴν ἀλλ' οὐ ῥᾳθυμία τὴν σιγὴν εἰργάσατο, ἀλλ' ἀρρωστία μακρά· ὡς τῇ γε ἀγάπῃ διηνεκῶς συνδεδέμεθα, τὸ γνήσιόν σου τῆς ἀγάπης εἰδότες, τὸ ἐλευθέριον τῆς γνώμης, τὸ ἄπλαστον καὶ εἰλικρινές. καὶ οὐκ ἐπαυσάμεθα πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντες τὴν διάθεσιν, ἧς συνεχῶς ἀπελαύσαμεν παρὰ τῆς σῆς εὐγενείας, οὐχὶ παρόντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπόντες. οὐ γὰρ μετὰ τὴν ἀποδημίαν ἔλαθεν ἡμᾶς, ὅσα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ ἡμῶν ἐσπούδακας. ὁ Θεός σοι δῴη τὸν μισθὸν τῆς τοιαύτης σπουδῆς, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. ἵνα δὲ καὶ πλείονος ἀπολαύωμεν ἡδονῆς, μὴ γράφοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ γράμματα δεχόμενοι παρὰ τῆς ἐμμελείας τῆς σῆς, ἐπιστεῖλαι ἡμῖν παρακλήθητι, περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς διαγγελιζόμενος, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἐρημίᾳ ταύτῃ καθεζόμενοι, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν. ἂν γὰρ δεξώμεθα ἐπιστολὴν τῆς ἀγάπης σου, τὰ περὶ τῆς ῥώσεως ἡμῖν ἀπαγγέλλουσαν τῆς σῆς, καὶ τῶν σοι προσηκόντων ἁπάντων, πολλὴν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες γῇ, δεξώμεθα παράκλησιν.

Θεοδούλῳ διακόνῳ. σϛ΄.

ΕΙ καὶ χαλεπὸς ὁ χειμὼν, καὶ πρὸς ὕψος ἐγήγερται μέγα, καὶ οἱ βουλόμενοι λυμαίνεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς εἰς Γοτθίαν, πολλὴν ποιοῦνται σπουδὴν, πανταχοῦ περιτρέχοντες, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ διαλίπητε τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέροντες. καὶ γὰρ μηδὲν ἀνύσητε πλέον, ὅπερ οὐχ ἡγοῦμαι, ἀλλ' ὅμως τῆς γνώμης, καὶ τῆς προθέσεως ἀπηρτισμένον ἔχετε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὸν μισθόν. μὴ τοίνυν κάμῃς ἀγαπητὲ σπουδάζων, μεριμνῶν, φροντίζων, καὶ διὰ σαυτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων, ὧν ἂν δέῃ τι ᾖ, ὥστε μὴ γίνεσθαι ταραχὰς αὐτόθι καὶ θορύβους. πρὸ δὲ πάντων εὔχεσθε, καὶ μὴ διαλίπητε ἐκτενῶς δεόμενοι τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης σπουδῆς, ἵνα λύσῃ τε τὰ κατέχοντα νῦν κακὰ, καὶ πολλὴν παράσχῃ τε καὶ βαθεῖαν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰρήνην.

A vt ſuauiſſimo multiſque bonis redundanti congreſſu tuo dignemur, & ruſſus illo fruamur.

Anatolio Præfectiano. 205.

Sero quidem ac tardè ad nobilitatem tuam ſcribo: verumtamen non negligentia, ſed prolixa ægritudo corporis ſilentij cauſam attulit: alioqui perpetuò charitate deuincti tecum ſumus, vtpotè quibus perſpectá ſit charitatis tuæ ſynceritas, & ingenuitas, candor ac puritas animi tui. Neque deſinim⁹ apud omnes amorem prædicare, quem erga nos ſine B intermiſſione non præſentes ſolum ſed etiam abſentes præ ſe tulit tua nobilitas: non enim nos fugit poſt diſceſſum noſtrum, quanta noſtra cauſa facere ac dicere ſtudueris. Deus tibi tanti ſtudij mercedē, cum in hoc tum in futuro æuo rependat. Verumtamen vt maiorē hauriamus animo voluptatem, non ſolum dum ſcribimus, ſed etiam dum literas à tua ſuauitate miſſas accipimus, felici quæſo de tua valetudine nuntio nos exhilara, vt etiam in hac degentes ſolitudine multam conſolationem percipia- C mus. Si enim tuæ charitatis recipiamus epiſtolam, quæ de tua ſanitate tuorúmque omnium propinquorum certiores nos faciat, multo, etiam dum in extera regione verſamur, ſolatio perfruemur.

Theodulo Diacono. 206.

Etſi grauis nunc hyemis ſæuit aſperitas, & ad ſummum faſtigium eſt euecta, neque vllum ceſſant mouere lapidem, qui eccleſias Gothiæ labefactare conantur, dum vndique diſcurrunt: vos tamen quæ veſtrarum ſunt D partium præſtare ne deſinatis. Licet enim nihildum fuerit veſtra ſedulitate perfectum, quod non exiſtimo: vobis tamen ob hunc animum & propoſitum plena & cumulata merces iam eſt à benigno Deo cōſtituta. Noli ergo defatigari, dilecte, dum ſtudes, dum ſollicitus es & curam omnē adhibes, cum per te, tum per quoſcumque alios licuerit, vt turbæ iſtic ac tumultus non excitentur. Sed ante omnia orate, neq. aſſiduis precibus cum eo quo par eſt ſtudio à benigno Deo poſtulare deſinite, vt quæ illata nunc ſunt mala depellat, ac multam eccleſiis altámque pacem largiatur.

Digitized by Google

Interim ſaltem, quod antea ſcripſi omni A ope conatuque contendite, vt negotio dilationem aliquam obtineatis. Tu vero, dum iſtic es, crebras ad nos literas mitte.

Monachis Gotthis qui in monaſterio Promoti degunt. 207.

Antequam veſtras literas accepiſſem, quantas paſſi fueritis afflictiones, quantas tentationes, quantas moleſtias, iam cognoueram: eoque nomine vos beatos admodum cenſeo, cum mihi veniunt in mentem coronæ, brauia, & præmia, quę vobis parantur. Vt enim illi, qui vobis inſidias ſtruunt, voſque perturbant, graue ſibi iudicium accerſunt, & ignem gehennæ capiti ſuo accumulant: ita vos qui talia patimini, multam mercedem multamq. retributionem obtinebitis. Nolite igitur terreri vel inde turbari, ſed gaudete & exultate, dum Apoſtolicum animi ſenſum retinetis, ex quo vox illa promanat: Nunc gaudeo in paſſionibus meis: & rurſus, Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. Probatiores igitur effecti & opulentiores cœleſtibus opibus, licet his grauiora contingant, amplius exultate. Non enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Neque vero nobis ignota eſt patientia veſtra, fortitudo, tolerantia, ſyncerus & ardens amor, animique veſtri firma & inuicta cōſtantia. Quam ob cauſam ingentes vobis gratias agimus, & cum animis veſtris perpetuo deuincti ſumus, neque longinquitas itineris nos erga charitatē veſtrā negligentiores vllo modo efficit. Sed & gratiā vobis habeo propter id ſtudium quod exhibuiſtis, vt nullus in eccleſia Gotthorum tumultus fieret, ſed dilatione aliqua negotium interrumperetur. Neque tantum non reprehendo, quod neminem miſeritis, ſed etiam laudo & ſuſpicio. Hoc enim illo multo eſt optabilius, vt omnes in eiuſmodi opus incumbant. Nolite igitur ceſſare quæ veſtri ſunt muneris exequi, tum per vos ipſos, tum per alios per quoſcumque licebit, vt negotium dilatione aliqua protelatur. Nā ſiue quid fuerit opera veſtra perfectum, ſiue non, plena & cumulata merces vobis ob hanc animi ſententiam & ſtudium conſtituetur.

Col. 1. 24.

Rom. 5. 3.

Rom. 8. 18.

A τέως μέν τοι, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἀπέσταλκα, πάντα ποιήσατε, ὥστε ἀναβολήν τινα γενέσθαι τοῦ πράγματος, καὶ γράφε ἡμῖν συνεχῶς, ἕως ἂν ᾖς αὐτόθι.

Τοῖς μονάζουσι Γότθοις τοῖς ἐν Προμώτου. σζʹ.

Ἔγνων καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων ὅσην ὑπεμείνατε θλῖψιν, ὅσας ἐπιβουλάς, ὅσους πειρασμούς, ὅσας ἐπηρείας. καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ὑμᾶς μακαρίζω, τοὺς στεφάνους τοὺς ἐκ τούτων ἐννοῶν, τὰ βραβεῖα, τὰ ἔπαθλα. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐπιβουλεύοντες ὑμῖν, καὶ ταράττοντες ὑμᾶς, B κρίμα καθ' ἑαυτῶν χαλεπὸν ἐπιφέρουσι, καὶ τὸ τῆς γεέννης κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύουσι πῦρ. οὕτως ὑμεῖς οἱ ταῦτα πάσχοντες, πολλῆς ἀπολαύσεσθε τῆς ἀμοιβῆς, πολλῆς τῆς ἀντιδόσεως. μὴ δὴ θορυβεῖσθε, μηδὲ διαταράττεσθε ἐν τούτοις, ἀλλὰ χαίρετε καὶ σκιρτᾶτε, τὸ ἀποστολικὸν φρόνημα διατηροῦντες, τὸ λέγον· νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου· καὶ πάλιν, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. εἰδότες ὅτι ἡ θλῖψις, ὑπομονὴν κατεργάζεται. ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν. δοκιμώτεροι τοίνυν γενόμενοι, C καὶ εὐπορώτεροι τὴν εὐπορίαν τὴν ἐν οὐρανοῖς, κἂν χαλεπώτερα τούτων πάθητε, μειζόνως ἀγάλλεσθε. οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς. οὐδὲ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς ἡ ὑπομονὴ ὑμῶν, ἡ ἀνδρεία, ἡ καρτερία, ἡ γνησία καὶ θερμὴ διάθεσις, τὸ ἀκλινὲς ὑμῶν τῆς γνώμης, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὸ ἀκίνητον. διὸ καὶ ἡμεῖς ὑμῖν πολλὰς ὁμολογοῦμεν χάριτας, καὶ συνδεδέμεθα ὑμῶν ταῖς ψυχαῖς διηνεκῶς, καὶ τὸ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος οὐδὲ ῥαθυμοτέρους ἡμᾶς περὶ τὴν ἀγά- D πην τὴν ὑμετέραν ἐργάζεται. χάριν δὲ ὑμῖν ἔχω καὶ τῆς σπουδῆς ἣν ἐπεδείξασθε ὑπὲρ τοῦ μηδένα θόρυβον γενέσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ τῶν Γότθων, ἀλλ' εἰς ἀναβολὴν τὸ πρᾶγμα ἐμπεσεῖν. καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐγκαλῶ, ὅτι οὐδένα ἐπέμψατε, ἀλλὰ καὶ ἐπαινῶ καὶ θαυμάζω. ἐκεῖνο γὰρ πολὺ τούτου χρησιμώτερον, τὸ, πάντας ὑμᾶς εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην ἀναλώσασθαι. μὴ δὴ διαλίπητε τὰ παρ' ὑμῶν αὐτῶν εἰσφέροντες καὶ δι' ὑμῶν αὐτῶν, καὶ δι' ἑτέρων, ὧν ἂν οἷόν τε ᾖ σοι, ὥστε ὑπέρθεσιν τῷ πράγματι γενέσθαι. ἄν τε γὰρ ἀνύσητέ τι, ἄν τε μή, τὸν μισθὸν ἀπηρτισμένον ἔχετε τῆς γνώμης καὶ τῆς προθυμίας.

A

Ἀκακίῳ πρεσβυτέρῳ. ση΄.

Ὁ οὕτω θερμὸς ἡμῶν ἐραστὴς, ὁ οὕτω σφόδρα περὶ ἡμῶν διακείμενος, οὐδὲ γραμμάτων ἡμῖν μεταδίδως τῶν σῶν. καίτοι γε ἤδη ἐπεστάλκαμεν καὶ ἅπαξ, καὶ δίς· αὐτὸς δὲ ὀκνηρότερος περὶ τοῦτο γέγονας. σπούδασον τοίνυν ἡλίκα ἡμῖν χαρίζῃ, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας σου δηλοῦν, μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἡμῖν γράψαι παρακλήθητι. πολλὴν γὰρ καρπούμεθα παράκλησιν, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς μανθάνοντες συνεχῶς.

B

Σαλβίῳ. σθ΄.

Ὅτι μὲν ἡμᾶς ἀγαπᾷς, κἂν γράφῃς, κἂν σιγᾷς, οἶδα σαφῶς. οὐδὲ γὰρ δύνασαι λαθεῖν οὕτω σφοδρὸς ἡμῶν ὢν ἐραστὴς, ἀλλὰ πάντες τοῦτο ᾄδουσι, καὶ πολλοὶ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνούμενοι, τὴν θερμήν σου καὶ γνησίαν ἡμῖν ἀπαγγέλλουσιν ἀγάπην. ἐβουλόμεθα δὲ καὶ γράμματα συνεχῶς δέχεσθαι παρὰ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς δηλοῦντα, καὶ τῆς δεσποίνης μου τῆς ἐλευθέρας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός· οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν τοῦτο περισπούδαστον. τοῦτ᾽ οὖν εἰδὼς δέσποτά μου τιμιώτατε, εἰ καὶ ἐργῶδες ὅπερ αἰτοῦμεν, λοιπὸν διὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν, καὶ τὸ σπανιάκις ἡμῖν τινας ἐπιχωριάζειν, ὅτ᾽ ἂν ἐξῇ, γράφειν ἡμῖν μὴ κατόκνει, τοῦτα δηλαδὴ ἅπερ ᾐτήσαμεν. τὴν γὰρ ὑγείαν τὴν ὑμετέραν, καὶ τὴν ἀσφάλειαν, ἡμετέραν εἶναι νομίζομεν πλοῦτον, καὶ εὐφροσύνην, καὶ πολλὴν ἡδονήν. μὴ δὴ τοσαύτης ἡμᾶς ἀποστερήσῃς ἡδονῆς, ἀλλὰ χαρίζου τοῖς σφόδρα σε ἀγαπῶσι τὴν διὰ τῶν τοιούτων γραμμάτων παράκλησιν, πολλὴν ἡμῖν κομίζουσαν τὴν παραμυθίαν.

C

D

Θεοδώρῳ. σι΄.

Ἐθαύμασα πῶς παρ᾽ ἑτέρων ἔμαθον τὴν ῥαθυμίαν Σαλουστίου τοῦ πρεσβυτέρου. καὶ γὰρ ἐγνωρίσθη μοι ὅτι μόλις πέντε ὁμιλίας εἶπεν ἕως Ὀκτωβρίου μηνὸς, καὶ ὅτι καὶ αὐτὸς καὶ Θεόφιλος ὁ πρεσβύτερος, ὁ μὲν ὄκνῳ, ὁ δὲ δειλίᾳ, οὐ παραβάλλουσι τῇ συνάξει. ἀλλὰ Θεοφίλῳ μὲν σφοδρότερον ἐπέστειλα, καθαψάμενος αὐτοῦ, Σαλουστίῳ δὲ ἕνεκεν τῆς σῆς ἐπιστέλλω τιμιότητος, ἐπεὶ οἶδα πῶς αὐτοῦ σφοδρὸς ἐραστὴς εἶ. καὶ σφόδρα χαίρω καὶ εὐφραίνομαι ἐπὶ τούτῳ.

Acacio presbytero. 208.

Tu qui tanto noſtri amore flagras, tam vehementi beneuolentia nos complecteris, ne literarum quidem nos participes tuarum facis. Atqui iam ſemel atque iterum ad te ſcripſimus, tu vero in hoc ſegnior euaſiſti. Cum igitur intelligas, quanto nos beneficio tibi deuincturus ſis, ſi de tua valetudine certiores nos reddas, da operam quæſo, vt quam celerrimè ad nos literas mittas. Non enim mediocri conſolatione permulcebimur, ſi de amicorum noſtrorum valetudine, ſine intermiſſione moneamur.

Saluioni. 209.

Nos quidem abs te amari, ſeu ſcribas, ſeu non ſcribas, probè ſcio. Non enim poteſt tam ardens amor in nos tuus nos latere, ſed hoc omnes prædicant, multique, qui iſtinc ad nos adueniunt, feruentẽ ac ſyncerã nobis charitatẽ tuam annũtiant. Sed & optaremus ſine intermiſſione literas à tua generoſitate recipere, quib. de tua & dominę meę vxoris tuæ, totiuſque domus tuæ valetudine fieremus certiores. Scis enim quanto id nobis ſtudio ſit. Hæc igitur cum tibi perſpecta ſint domine mi plurimum venerande, tametſi difficile eſt quod petimus, cum propter tempus hybernum, tum quod pauci ad nos accedant, cum licuerit, ne te pigeat ad nos ſcribere, atque ea ſignificare quæ petiuimus. veſtram enim ſanitatem & ſecuritatem noſtram eſſe ducimus opulentiam ac lætitiam, atque adeo vberem voluptatem. Caue igitur tanta voluptate nos priues, ſed iis qui te impenſè diligunt hanc per literas conſolationem imperti, quæ noſtrum tædium ſolatio non mediocri mitigabit.

Theodoro. 210.

Miratus ſum, qui factum ſit, vt ex aliis Saluſtij presbyteri negligentiam intelligerem. Siquidem ſignificatum mihi eſt vix eum quinque tractatus Octobri menſe habuiſſe, neque ipſum & Theophilum presbyterum, alterum præ pigritia, alterum præ metu minimè ad collectam venire. Sed Theophilum quidem per literas vehementius increpaui, Saluſtij vero cauſa ad reuerentiam tuam ſcribo, quod illum abs te vehementer amari ſciam, quam ob cauſam non mediocriter gaudeo & oblector.

Sed & ſuccenſeo tuæ reuerentiæ, quod A
hoc mihi non manifeſtũ reddideris, qui
debuiſſes ipſum corrigere: neutrum tamen
horũ præſtitiſti. Nunc ergo ſaltem
oro te, cum tibi tum nobis hanc maximam
concede gratiam, vt vehementer
illum excites, neque obdormire permittas,
aut otiari. Niſi enim nunc in hac negotiorum
iſtorũ tempeſtate ac procella
conuenientem fortitudinem præ ſe tulerit,
quãdo ſic eius opera indigebimus,
vbi tranquillitas & pax redierit? Te igitur
hortor vt quæ ſunt officij tui prout
decet, exequutus, & illũ & omnes ad auxiliũ
populo ferẽdum tempeſtate iacta- B
to excites, quod antequã literas noſtras
acciperes, ſat ſcio tua ſponte ac nullo
monente præſtare cœpiſti.

Timotheo Presbytero. 211.

Nos quidem nuper ad te atque ad
honoratiſſimum dominum meum Marcianum
tribunum ſcripſimus, tu verò
neq; literas ad me ab illo mitti curaſti,
neq; ad nos ipſe ſcripſiſti. Nihilominus
tamẽ nos noſtrum morem ſequuti, ſine
intermiſſione veſtri recordari, atque ad
vos cum facultas ſuppetit, ſcribere non
deſinimus, quod nunc etiam facimus, C
ingentéſque vobis gratias agimus ob
ſtudium quod exhibetis, & pericula
quæ ſubitis, vóſque beatos prædicamus.
Neque enim exiguas vobis coronas
reconditis, dum ad modicum tempus
afflicti, perennem vobis in cœlo
mercedem ac multo maiorem his ſudoribus
preparatis. Non enim ſunt con-
Rom. 8. 18. dignæ paſſiones huius temporis ad futuram
gloriam, quæ reuelabitur in
nobis.

Theophilo Presbytero. 212.

Vehementer dolui, cum audiui te ac D
Saluſtium preſbyterum haud frequenter
ad collectam accedere, neque mediocrem
id mihi mœrorem inuſſit. Peto
igitur, vt ſiquidẽ id falſum ſit, indicare
mihi ſtudeatis, quod ſine cauſa calumniam
paſſi ſitis: ſin verum, eiuſmodi negligentiam
emendetis. Vt enim maxima
vobis merces cõſtituitur, præſertim
in hoc ſeculo, ſi conueniẽtem fortiudinẽ
exhibeatis; ita non mediocre vobis
iudicium imminet, ſi negligẽtes ſitis ac
remiſſi, neque munere veſtro fungamini.
Scitis namque, quid paſſus ille fuerit,
qui talentum vnum defoderat, cui
cum nihil aliud crimini verteretur, ob

καὶ ἀγαπῶ πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, ὅτι μοι οὐκ ἐποίησας τοῦτο δῆλον, δέον καὶ διορθῶσαι, αὐτὸς δὲ οὐδέτερον τούτων ἐποίησας. νῦν γοῦν παρακαλῶ καὶ σαυτῷ, καὶ ἡμῖν τὰ μέγιστα χαριζόμενος, διεγεῖραι αὐτὸν σφοδρότερον, καὶ μὴ ἐᾶν αὐτὸν καθεύδειν, μηδὲ ἀργεῖν. εἰ γὰρ μὴ νῦν ἐν τῷ χειμῶνι τῶν πραγμάτων τούτων, καὶ τῇ ζάλῃ, τὴν προσήκουσαν ἐπιδείξαιτο ἀνδρείαν, πότε αὐτοῦ δεηθησόμεθα οὕτως, ὅταν γαλήνη γένηται καὶ εἰρήνη; παρακαλῶ τοίνυν τὰ σαυτῷ πρέποντα ποιεῖν, καὶ αὐτόν, καὶ πάντας διεγείρειν εἰς τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ἀντίληψιν τοῦ χειμαζομένου λαοῦ, ὃ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων εὖ οἶδ' ὅτι οἴκοθεν καὶ παρὰ σαυτοῦ ποιεῖς.

Τιμοθέῳ πρεσβυτέρῳ. σια.

Ἡμεῖς μὲν καὶ πρῴην ἐπεστάλκαμεν, καὶ τῷ κυρίῳ μου τῷ τιμιωτάτῳ τριβούνῳ Μαρκιανῷ, αὐτὸς δὲ οὔτε παρ' ἐκείνου γράμματα ἡμῖν πεμφθῆναι παρεσκεύασας, οὔτε αὐτὸς ἡμῖν ἐπέσταλκας. ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς ἑαυτοὺς μεμνημένοι, οὐ παυόμεθα διηνεκῶς ὑμῶν μεμνημένοι, καὶ ἐπιστέλλοντες, ἡνίκα ἂν ἐξῇ. ὃ δὴ καὶ νῦν πεποιήκαμεν, χάριτας ὑμῖν ὁμολογοῦντες μυρίας ὑπὲρ τῆς σπουδῆς ἧς ἐπιδείκνυσθε, καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπομένετε, καὶ μακαρίζοντες ὑμᾶς. οὐ γὰρ μικροὺς ἐντεῦθεν ὑμῖν προαποτίθεσθε στεφάνους, πρὸς ὀλίγον μὲν θλιβόμενοι, διηνεκεῖς δὲ ἀμοιβὰς ἐν τοῖς οὐρανοῖς παρασκευάζοντες ὑμῖν, καὶ πολλῷ μείζω τῶν ἱδρώτων τούτων. οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

Θεοφίλῳ πρεσβυτέρῳ. σιβ'.

Σφόδρα ἤλγησα ἀκούσας ὅτι καὶ σὺ καὶ Σαλούστιος ὁ πρεσβύτερος οὐ συνεχῶς πρὸς τὴν σύναξιν παραβάλλετε, καὶ οὐχ ὡς ἔτυχέ με τοῦτο ἐλύπησε. παρακαλῶ τοίνυν εἰ μὲν ψευδὲς τοῦτο, δηλῶσαί μοι σπουδάσατε, ὅτι μάτην ἐσυκοφαντήθητε. εἰ δὲ ἀληθές, διορθώσασθε τὴν τοιαύτην ῥᾳθυμίαν. ὥσπερ γὰρ μέγιστος ἡμῖν ἐστιν ὁ μισθὸς μάλιστα ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τὴν προσήκουσαν ἀνδρείαν ἐπιδεικνυμένοις, οὕτως οὐ τὸ τυχὸν ἐστὶ κρίμα ὀκνοῦσι, καὶ ἀναδυομένοις, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν οὐκ εἰσφέρουσιν. ἴστε γὰρ τί πέπονθεν ὁ τὸ τάλαντον καταχώσας τὸ ἕν, ὃς οὐδὲν ἕτερον ἐγκαλούμενος, διὰ τοῦτο μόνον

A ἐχαλάζετο, καὶ ἀπαραίτητον ἐδίδου δίκην. σπουδάσατε οὖν διὰ τάχους ἐλευθερῶσαί με τῆς φροντίδος. ὥσπερ γὰρ πολλήν μοι φέρει παράκλησιν καὶ παραμυθίαν, ἐπειδὰν ἀκούσω, ὅτι μετὰ προθυμίας ἁπάσης ἅπαντα τὸν χειμαζόμενον λαὸν συγκροτεῖτε, οὕτως ἐπειδὰν μάθω, ὅτι τινὲς ῥαθυμοῦσιν, οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀλγῶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ῥαθυμοτέρων. τὴν μὲν γὰρ καλλίστην ἀγέλην ἐκείνην ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις καθ' ἑκάστην συγκροτεῖ τὴν ἡμέραν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἔγνωτε· οἱ δὲ ῥαθυμίᾳ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐλλιμπάνοντες, οὐ μικρὸν ἑαυτοῖς διὰ τῆς ῥαθυμίας ταύτης συνάγουσι κρίμα.

B Φιλίππῳ πρεσβυτέρῳ. σιγ'.

Ἐθαύμασα, πῶς ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ ἡμῖν οὐκ ἐπέσταλκας, ἀλλ' ἀγάπην μὲν περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσαι καὶ ἀπείρας πολλήν, γραμμάτων δὲ ἡμῖν οὐ μετέδωκας τῶν σῶν. νῦν γοῦν ἡμῖν γράφειν μὴ κατοκνήσῃς, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς δηλῶν. ὡς ἡμεῖς γε καὶ μὴ γράφοντός σου τὰ σὰ περιεργαζόμεθα. καὶ ἔγνωμεν, ὅτι καὶ τῆς σχολῆς ἐξεβλήθητε, τὴν ὑμῖν πρέπουσαν παρρησίαν ἐπιδειξάμενοι. τοῦτο ὑμῖν μισθός, τοῦτο πραγματεία οὐράνιος, τοῦτο στέφανος ἀκήρατος, τοῦτο βραβείων πλῆθος. ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογιζόμενος, γενναίως φέρε τὰ συμπίπτοντα. ἰσχυρὸς γὰρ C ὁ Θεὸς καὶ τοὺς πειρασμοὺς λῦσαι τούτους, καὶ ταχίστην ποιῆσαι γαλήνην, καὶ τῆς ὑπομονῆς ὑμῖν ταύτης πολλὴν καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι δοῦναι τὸν μισθόν.

Σεβαστιανῷ πρεσβυτέρῳ. σιδ'.

Εἰ καὶ τῷ σώματι κεχωρίσμεθά σου τῆς τιμιότητος, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀγάπῃ σοι συνδεδέμεθα, καὶ ὅπουπερ ἂν ὦμεν, περιφέρομέν σου τὴν διάθεσιν ἐπὶ τῆς μνήμης, κἂν εἰς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀπενεχθῶμεν τὰ τέρματα. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς ἄ- D ληστον ἔχεις τὴν μνήμην ἡμῶν, οὐδὲ οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. οἶδα γάρ σου τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τῆς ἀγάπης τὸ στερρόν, τὸ ἀπερίτρεπτον τῆς γνώμης. διὸ καὶ παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς διαγγέλλεσθαι. σφόδρα γὰρ ἡμῖν περισπούδαστον περὶ ταύτης μανθάνειν· καὶ πολλὴν ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

A hoc ſolum punitus eſt, & ineuitabiles pœnas dedit. Date igitur operam, vt me quam celerrimè cura liberetis. Vt enim ſummam conſolationem mihi præbet ac ſolatium, cum audio vos ſummo ſtudio populū vniuerſum tempeſtate iactatum inſtruere; ſic cum affertur ad me quoſdā ſegnes eſſe, non mediocre mihi ſegnities illorū dolorē inurit. Sanè quidem pulcherrimū illū gregē Dei gratia quotidie confirmat, vt vos quoq. reipſa comperiſtis: qui vero præ nimia negligētia, quæ ſuarū ſunt partium, præſtare deſinunt, non mediocre per inertiam eiuſmodi ſibi iudicium accerſunt.

B *Philippo Presbytero.* 213.

Miratus ſum, qui factum ſit, vt tam diuturno tempore nihil ad nos ſcripſeris: atque in nos quidem non mediocrem amorem exhibueris, ſed literarum tuarum participes minimè feceris. Nunc ſaltem ad nos ſcribere ne pigriteris, ac de tua valetudine facere certiores: nam nos quidem certè, licet non ſcribas, de rebus tuis ſciſcitamur, & vos didicimus veſtro munere priuatos fuiſſe, cum eam loquendi libertatem, quam par erat, exhibuiſſetis. Hoc vobis merces, hoc cœleſtis eſt negotiatio, hoc immortalis corona, hoc congeries præmiorum. Hæc igitur omnia vobiſcum C reputātes, quicquid acciderit, generosè ferte. Poteſt enim Deus tentationes iſtas depellere, ac tranquillitatē quamprimum reducere, vobiſque copioſam iſtius patientiæ mercedem in hac vita & in ſeculo futuro largiri.

Sebaſtiano Presbytero. 214.

Etſi corpore à tua reuerentia remoti ſumus, amore tamen ac beneuolentia tecum deuincti ſumus, & vbicumque fuerimus, amicitiam tuam memoria circumferimus, licet ad ipſos orbis terra- D rum fines relegati ſimus. At tu quoque perpetuam noſtri memoriam quin conſerues, nulla ratione arbitror eſſe dubitandum. Noui quippe ſynceritatem amoris tui, charitatis firmitatem, & animi tui conſtantiam. Quocirca te oramus vt ſine intermiſſione ad nos ſcribas, ac de tua proſpera valetudine certiores nos facias. Nam de eius ſtatu ſubinde moneri ſummopere deſideramus, & non mediocrem cōſolationem, dum in hac ſolitudine degimus, ex eiuſmodi literarum lectione capiemus.

A

Pelagio Presbytero. 215.

Manſuetudinem tuam, modeſtiam, probitatem, charitatis ardorem, amoris erga nos ſynceritatem exploratã habeo. Idcirco multa cum animi promptitudine reuerentiam tuam ſaluto, ac ſignifico te à me, vbicumque gentium fuero, animo circumferri. Fac igitur quæſo vt alteram percipiamus voluptatem, & vt non ſolum ex eo quod literæ mittantur, ſed etiam ex eo quod de tua valetudine certiores fiamus, hæc nobis frequenter ſignifica. B Licet enim in aſperrimam hanc ſolitudinem relegati ſimus, cum ab amicis noſtris eiuſmodi literas acceperimus, multa lætitia perfundemur.

Muſonio. 216.

Et iam ſcripſimus ad generoſitatem tuam domine mi honoratiſſime ac religioſiſſime, & nunc idipſum rurſus agimus, tametſi tu ne ſemel quidem literas ad nos dederis. Nos tamen crebras ad te literas dare non ceſſabimus, C & quod præſtare nos decet præſtabimus. Cuperemus enim ſæpius id agere, ſed quoniam in loco admodum deſerto verſamur, & metu latronum ciuitas circumſidetur, ac temporis hyberni aſperitas itinera intercludit, neque permittunt hæc omnia, vt multi ad nos frequenter accedant, quotieſcumque licet, & tabellarios nanciſci poſſumus, pietati tuæ debitam ſalutationem perſoluimus. Nota quippe nobis eſt ac perſpecta tuæ charitatis ſynceritas, amoris ardor, animi conſtantia, & ingenuitas ab omni ſimulatione aliena. D Quo fit, vt memoria te ſemper circumferamus, vbicumque verſemur, neque tuæ ſuauitatis obliuiſci poſſimus. Verum vt non ſolum dum ſcribimus, ſed etiam dum literas accipimus, quibus de tua fiamus valetudine certiores, lætemur, crebras ad nos eiuſmodi epiſtolas mitte. Sic enim quamuis loco valde diſſiti, multam leuationem mœroris ex eiuſmodi literis ſentiemus, cum vos à quibus vehementer & ardenter amamur, hilares & expertes periculi viuere intelligemus.

Πελαγίῳ πρεσβυτέρῳ. σιε'.

Οἶδά σου τὸ πρᾶον, τὸ ἐπιεικὲς, τὸ χρηστὸν, τὸ γλυκὺ, τὸ θερμὸν τῆς ἀγάπης, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως τῆς περὶ ἡμᾶς. διὸ καὶ προσαγορεύω σου τὴν τιμιότητα μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας, καὶ δῆλον ποιῶ ὅτι ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέρω. παρακαλῶ τοίνυν, ἵνα καὶ ἑτέραν δεχώμεθα τὴν εὐφροσύνην, μὴ μόνον ἀπὸ τοῦ γράφειν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, δήλου ἡμῖν ταῦτα συνεχῶς. κἂν γὰρ εἰς χαλεπωτέραν ταύτης ἐρημίαν ἀπενεχθῶμεν, δεχόμενοι τοιαῦτα παρ' ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς γράμματα, πολλῆς ἀπολαυσόμεθα τῆς εὐφροσύνης.

Μουσωνίῳ. σις'.

Καὶ ἤδη ἐπεστάλκαμέν σου τῇ εὐγενείᾳ δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ πάλιν ποιοῦμεν, καίτοι μηδὲ ἅπαξ σου ἐπεσταλκότος ἡμῖν. ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς οὐ διαλείψομεν συνεχῶς ὑμῖν ἐπιστέλλοντες, καὶ τὸ ἡμῖν αὐτοῖς πρέπον ποιοῦντες. ἐβουλόμεθα γὰρ καὶ πυκνότερον τοῦτο ποιεῖν, ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν ἐρημίᾳ πολλῇ χωρίου διατρίβομεν, καὶ ὁ τῶν λῃστῶν φόβος πολιορκεῖ τὴν πόλιν, καὶ ἡ τοῦ χειμῶνος ὥρα ἀποτειχίζει τὰς ὁδοὺς, καὶ ταῦτα πάντα οὐκ ἀφίησι πολλοὺς ἡμῖν ἐπιχωριάζειν, ὁπηνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ γραμματηφόρων ἐπιτυγχάνωμεν, τὴν ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδεδώκαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ. ἴσμεν γάρ σου τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης, τὴν θερμὴν διάθεσιν, τὸ ἀπερίτρεπτον τῆς γνώμης, τὴν ἐλευθερίαν, τὸ ἀνυπόκριτον. διὸ καὶ ἐπὶ μνήμης σε διηνεκῶς περιφέρομεν ὅπουπερ ἂν ὦμεν, καὶ ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἐμμελείας οὐ δυνάμεθα. ἵνα δὲ μὴ τῷ γράφειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δέχεσθαι γράμματα, περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς δηλοῦντα, εὐφραινώμεθα, πέμπε συνεχῶς ἡμῖν τοιαύτας ἐπιστολάς. οὕτω γὰρ καὶ πόρρωθεν ὄντες πολλὴν καρπωσόμεθα ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων παραμυθίαν, ὅταν ἀκούωμεν, ὅτι ὑμεῖς οἱ σφοδροὶ ἡμῶν ἐρασταὶ καὶ θερμοὶ, ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ διάγετε.

Βαλεντίνῳ. σιζ'.

Οἶδά σου τὴν φιλότιμον ψυχήν, τὸν ἔρωτα τὸν θερμόν, ὃν περὶ τὰς τῶν πενήτων ἔχεις προστασίας, τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν ἀεὶ περὶ τὴν καλὴν ταύτην ἐπιδείκνυσαι πραγματείαν, καὶ παρέχων, καὶ μεθ' ἡδονῆς τοῦτο ποιῶν, καὶ διπλοῦν σοι τὸν στέφανον τῆς φιλανθρωπίας, καὶ λαμπρότερον καθιστᾷς, καὶ τῇ δαψιλείᾳ, καὶ τῇ γνώμῃ ἀφ' ἧς καὶ ἡ δαψιλεία γίνεται. ἐπεὶ οὖν ἐδήλωσεν ἡμῖν ὁ τιμιώτατος πρεσβύτερος Δομετιανός, ὁ τῶν χηρῶν καὶ παρθένων τῶν αὐτόθι τὴν προστασίαν ἔχων, ὅτι σχεδὸν ἐν λιμῷ καθεστήκασιν, ὥσπερ εἰς λιμένα, τὰς σὰς καταφεύγομεν χεῖρας, ὥστε τουτὶ λῦσαι τοῦ λιμοῦ τὸ ναυάγιον. δέομαι οὖν σου, καὶ σφόδρα δέομαι, μεταπεμψάμενος τὸν πρεσβύτερον, ὅπερ ἂν ᾖ δυνατόν, ἐπικουρῆσαι παρακλήθητι. τῆς γὰρ ἐν ἄλλῳ καιρῷ ἐλεημοσύνης ἡ νῦν παρεχομένη πολλῷ πλείονα παρέχει τὸν μισθόν, ὅσῳπερ ἐν χαλεπωτέρῳ χειμῶνι καὶ ζάλῃ καθεστήκασιν οἱ δεόμενοι λαβεῖν, οὐ τῆς εἰωθυίας ἀπολαύοντες ἀφθονίας. ἐννοήσας τοίνυν καὶ τοῦ πράγματος τὸ κέρδος, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ καιροῦ γινομένην προσθήκην, τὰ σαυτοῦ ποιῆσαι παρακλήθητι. οὐδὲ γὰρ δεῖ πλέον εἰπεῖν πρὸς φιλάνθρωπον οὕτω καὶ ἡμερωτάτην γράφοντας ψυχήν. οἶδας γὰρ ὅτι καὶ σπόρτουλα ἡμῖν χρεωστεῖς. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκείνων ἕνεκεν εἰς τοῦτό σοι διαλυόμεθα· καὶ γράψαι δὲ ἡμῖν παρακλήθητι, ὅτι ἐπένευσας ἡμῶν τῇ αἰτήσει, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος, καὶ παντὸς τοῦ εὐλογημένου σου οἴκου.

Εὐθυμίῳ πρεσβυτέρῳ. σιη'.

Μηδὲν ὑμᾶς λυπείτω τὸ τῆς χρείας ἐξεωσθῆναι, ἀλλ' ἐννοοῦντες, ὅσον καὶ ἐντεῦθεν ἐδέξασθε τὸν μισθόν, καὶ πῶς αὔξεται τὰ τῶν στεφάνων ὑμῖν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε ὑπὲρ τῶν παθημάτων τούτων, καὶ τῶν ἐπιβουλῶν. πολλὴν γὰρ ὑμῖν συνάγει ταῦτα τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐμπορίαν, καὶ λαμπροτέρους ποιεῖ, καὶ μείζονα καθίστησι τὰ βραβεῖα. στενὴ γὰρ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. καὶ ἡμῖν δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς μὴ κατόκνει. οἶσθα γὰρ ὅπως συνδεδέμεθά σου τῇ ἀγάπῃ, καὶ πῶς ὅπουπερ ἂν ὦμεν, ἐπὶ διανοίας σε περιφέρω, ἀεί σου θερμὸς γινόμενος ἐραστής, νῦν δὲ πολλῷ θερμότερος, ὅσῳ καὶ λαμπρότερος ἀπὸ τῶν παθημάτων γέγονας.

A *Valentino.* 217.

Liberalem animum tuum, & amoris ardorem exploratum habeo, quo ad ferendum pauperibus ſubſidium incũbis, & quam in hac præclara negotiatione præ te fers cupiditatem, dum & prębes, & cum voluptate prębes, ac duplicẽ tibi coronã miſericordiæ ac ſplendidiorem comparas, cùm liberalitate, tùm animi propoſito, ex quo liberalitas ipſa promanat. Quando igitur nobis reuerendiſſimus preſbyter Domitianus, cui viduarum ac virginum iſtic cura cõmiſſa eſt, ſignificauit eas propemodum fame
B vexari, tanquam ad portum quendam ad manus tuas confugimus, vt ab iis ab hoc famis naufragio vindicentur. Te igitur oro ac vehementer oro, vt miſſo preſbytero, quantum fieri poterit, illis auxilio eſſe velis: ſiquidẽ ea quæ nunc præbetur eleemoſyna multo maiorem ea quæ alio tempore præberetur, mercedem acquirit, quanto grauiori tempeſtate ac procella iactantur, qui ſibi dari hoc petunt, conſuetis facultatibus deſtituti. Cum igitur rei vtilitatem intelligas, & quanta ex temporis conditione fiat acceſſio, exorari te ſine, vt quę
C tuarum ſunt partiũ præſtes. Nihil enim amplius eſt dicendum, cum ad clementiſſimũ & benigniſſimũ hominem ſcribamus: quippe qui noueris te etiã ſportulas nobis debere: verumtamen ſi hoc præſtes quod earũ nomine debes, nobis perſolutũ arbitrabimur. Tu vero ad nos quoq. velim ſcribas te noſtræ petitioni annuiſſe, déq. tuæ totiuſque benedictæ domus tuæ valetudine facias certiores.

Euthymio Presbytero. 218.

Nihil vos contriſtet, quod munere veſtro ſpoliati eſtis, ſed cum animis veſtris reputantes, quantã hinc etiam mercedem receperitis, & quo pacto coronæ
D vobis augeãtur, gaudete & exultate ob eiuſmodi afflictiones & inſidias. Multũ enim vobis hæc in cœlis quæſtum coaceruãt, & illuſtriores vos efficiũt, ac prę mia maiora cõſtituunt. Anguſta quippe & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam. Ad nos quoque frequẽter ſcribere de valetudine tua ne graueris. Scis enim quantis tecum charitatis vinculis obſtricti ſimus, & quo pacto vbicumque gentium degam, te mente circumferam, tuóque ſemper amore ardeam: iam vero tanto etiam magis ardeam, quanto ex eiuſmodi afflictionibus illuſtrior euaſiſti.

Matt. 7.14

Digitized by Google

Seuerinæ & Romulæ. 219.

Niſi probè perſpecta mihi veſtra ſyncera charitas eſſet, ac ſtudium quòd erga me ſemper oſtendiſtis, non mediocris vos negligentiæ propter id, quo vſæ eſtis, ſilentium, ídque cum à nobis frequentes literas acceperitis, accuſarem. Sed quoniam ſcio vos ſiue ſileatis, ſiue ſcribatis, pariter erga nos affectas eſſe, propterea non auſim vos huius ſilentij cauſa reprehendere, tametſi mirificè cupio literas veſtras accipere, quibus de veſtra valetudine certior fiam. Nihil enim eſt cauſæ cur ad hanc excuſationem confugiatis, quod non ita crebro tabellarios nanciſcamini: ſiquidem deſideratiſſimus & ſuauiſſimus Saluſtius nobis dilectus, ad hoc ſat ſcio vobis potuit inſeruire. Verumtamen ne ſic quidem vos accuſo, quod admodum de veſtra charitate confidam. Nos itaque, quoties licebit, ad vos crebras literas mittere non deſinemus, quippe cui ſynceritas & ardor beneuolentiæ veſtrę cognitus ſit & exploratus.

Pæanio. 220.

Reſpirauimus, exultauimus, non iam exteram aut peregrinam amplius regionem incolere nos arbitramur, cum ad eam vrbem, quæ tam multa perpeſſa eſt, tua ſublimitas ſit reuerſa. Hac autem idcirco nos voluptate perfundimur, non quod dignitas tibi maior obtigerit: dignitas enim animæ tuæ virtus eſt tua, nec vllus ipſam tibi antea potuit auferre, neq. nunc reddidit. (quo enim pacto, cum ablata minimè fuerit?) ſed idcirco exultamus, quod magnam conſolationis occaſionem attulerit tuus in vrbem illam reditus, iis qui vexabantur, mactabantur, in vincula conijciebãtur, cũ cõmunis illorũ protector ſis, & ad te oẽs illi tanquã ad latiſſimũ portũ cõfugiãt. Scis quippe inde lucrũ decerpere, vnde lucrũ decerpẽdũ eſt. tu vero deinceps de tuorũ rectè factorũ magnitudine ſcribe, ac manifeſtè ſignifica, quot iacentes excitaueris, quot lapſos erexeris, quos fluctuãtes firmaueris, quibus laborantib. tam lõgo tẽpore ſubſidio fueris, quot ſegniores factos diligẽtes reddideris, quos diligentes antea, diligentiores effeceris, omnia deniq. tua in hac acie præclara facinora ſigillatim expone. Nã hæc quidẽ cuncta mihi ſunt explorata prius etiã quã literas tuas accipiã, vtpote qui animũ tuũ nouerim, generoſum

A Σευηρίνῃ καὶ Ρωμύλῃ. σιθ'.

ΕΙ μὴ σφόδρα τὴν γνησίαν ὑμῶν ἀγάπην ᾔδειν, καὶ τὴν σπουδὴν, ἣν ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσθε, καὶ ῥαθυμίαν πολλὴν ὑμῖν ἐνεκάλεσα, τῆς μακρᾶς ἕνεκεν ταύτης σιγῆς ἣν ἐσιγήσατε, καὶ ταῦτα πολλάκις καὶ συνεχῶς παρ' ἡμῶν δεχόμεναι γράμματα. ἀλλ' ἐπειδὴ οἶδα, ὅτι καὶ σιωπῶσαι, καὶ γράφουσαι, ὁμοίως περὶ ἡμῶν διάκεισθε, τούτου χάριν ἐγκαλεῖν οὐκ ἂν ἀνασχοίμην τῆς σιγῆς ἕνεκεν, εἰ καὶ σφόδρα ἐπιθυμῶ πυκνὰ παρ' ὑμῶν δέχεσθαι γράμματα, περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν B δηλοῦντα. οὐδὲ γὰρ ἔχοιτ' ἂν καταφυγεῖν εἰς τὸ, μὴ συνεχῶς ἐπιτυγχάνειν γραμματοφόρων. ὁ γὰρ ποθεινότατος καὶ γλυκύτατος ἀγαπητὸς ἡμῶν Σαλούστιος, εὖ οἶδ' ὅτι πρὸς τοῦτο ὑμῖν διακονήσασθαι ἠδύνατο. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ὑμῖν ἐγκαλῶ, διὰ τὸ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῶν περὶ τῆς ἀγάπης. αὐτοὶ μέντοι ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν οὐ παυσόμεθα. οἶδα γὰρ ὑμῶν τὸ γνήσιον καὶ θερμὸν τῆς διαθέσεως.

Παιανίῳ. σκ'.

C Ἀνεπνεύσαμεν, ἐσκιρτήσαμεν, οὐκέτι ἀλλοτρίαν, οὐδὲ ξένην οἰκεῖν ἡγούμεθα, τῆς σῆς θαυμασιότητος πρὸς τὴν τοιαῦτα πάσχουσαν ἐπανελθούσης πόλιν. ποιεῖ δὲ ἡμῖν τὴν τοσαύτην ἡδονὴν, οὐ τὸ, σὲ πλείονος ἀπολελαυκέναι τιμῆς. ἡ γὰρ σὴ τιμὴ τῆς ψυχῆς σου ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, καὶ οὔτε ἔμπροσθεν σέ τις αὐτὴν ἀφελέσθαι ἴσχυσεν, οὔτε νῦν ἀποδέδωκεν. πῶς γὰρ τὴν μὴ ἀφαιρεθεῖσαν; σκιρτῶμεν δὲ ὅτι μεγάλη παράκλησις τοῖς ἐλαυνομένοις, τοῖς σφαττομένοις, τοῖς D δεσμουμένοις εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην εἰσελήλυθας, κοινὸν ὄφελος, καὶ λιμὴν εὐρύτατος τούτων ἁπάντων γενόμενος. καὶ γὰρ οἶσθα κερδαίνειν ὅθεν κερδαίνειν χρή. γράφε δὴ λοιπὸν τῶν κατορθωμάτων σου τὸ μέγεθος, καὶ λέγε σαφῶς πόσους κειμένους ἀνέστησας, πόσους καταπεπτωκότας ἀνώρθωσας, τίνας σαλευομένους ἐστήριξας, τίσι πεπονηκόσιν ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ χρόνῳ παρέστης, τίνας ῥαθυμοῦντας σπουδαίους ἐποίησας, τίνας σπουδαίους ὄντας σπουδαιοτέρους εἰργάσω, καὶ πάντα ἁπλῶς καθ' ἕκαστον τὰ ἐπὶ τῆς παρατάξεώς σου ταύτης ἀνδραγαθήματα. οἶδα μὲν γὰρ ταῦτα καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν σῶν, ἐπειδὴ καὶ τὴν ψυχὴν οἶδα τὴν σὴν, καὶ τὸν γενναῖον ἀθλητὴν,

καὶ τὸν θαυμαστὸν ἀθλητήν. ἀλλ' ὅμως βούλομαι καὶ παρὰ τῆς ποθεινοτάτης μοι γλώττης ταῦτα μανθάνειν· δίδου ἡμῖν ταύτην τὴν αἴτησιν. οἶσθα γὰρ ἡλίκην δὴ χαριεῖ χάριν, τοῦτο ποιῶν.

Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ. σκα'.

Τῇ τετάρτῃ τοῦ Πανέμου μηνὸς μέλλων ἀπὸ τῆς Νικαίας ἐξορμᾶν, ταῦτα διεπεμψάμην τὰ γράμματα πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, παρακαλῶν, ὅπερ ἀεὶ παρακαλῶν οὐκ ἐπαυσάμην, κἂν χαλεπώτερος τοῦ νῦν κατέχοντος γένηται ὁ χειμὼν, κἂν μείζονα τὰ κύματα, μὴ διαλιπεῖν τὰ σαυτοῦ πληροῦντα εἰς τὴν οἰκονομίαν ἧς ἐξ ἀρχῆς ἥψω. λέγω δὴ τοῦ ἑλληνισμοῦ τὴν καθαίρεσιν, τῶν ἐκκλησιῶν τὰς οἰκοδομὰς, τῶν ψυχῶν τὴν ἐπιμέλειαν. μηδέ σε ὕπτιον ποιείτω τῶν πραγμάτων ἡ δυσκολία. οὐδὲ γὰρ κυβερνήτης τὸ πέλαγος ὁρῶν μαινόμενον καὶ διεγειρόμενον, ἀποστήσεται τῶν οἰάκων. ἀλλ' οὐδὲ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα βλέπων τῇ νόσῳ κρατούμενον, ἀναχωρήσει τῆς θεραπείας, ἀλλὰ τότε μάλιστα ἕκαστος τούτων τῇ τέχνῃ χρήσεται. καὶ σὺ τοίνυν δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, πολλῇ νῦν χρῆσαι τῇ προθυμίᾳ, μηδὲ ὕπτιον ποιείτω σε τὰ συμβαίνοντα. οὐ γὰρ ὑπὲρ ὧν ποιοῦσιν ἡμᾶς ἕτεροι κακῶν λόγον δώσομεν, ἀλλὰ καὶ μισθὸν ληψόμεθα. εἰ δὲ αὐτοὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν μὴ εἰσενέγκωμεν, ἀλλὰ ῥαθυμήσωμεν, οὐδὲ εἰς τοῦτο ἡμῖν προστήσεται ὁ τῶν πραγμάτων θόρυβος, ἐπεὶ καὶ Παῦλος δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ τῷ ξύλῳ προσδεδεμένος, τὰ αὐτοῦ ἐποίει. καὶ Ἰωνᾶς ἐν τῇ γαστρὶ τοῦ θαλαττίου θηρὸς φερόμενος, καὶ οἱ τρεῖς παῖδες οἱ ἐν τῇ καμίνῳ διατρίβοντες. καὶ οὐδένα τούτων τὰ ποικίλα δεσμωτήρια ταῦτα ῥαθυμότερον πεποίηκε. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν δέσποτά μου, καὶ Φοινίκης, καὶ Ἀραβίας, καὶ τῶν κατὰ ἀνατολὴν μὴ παύσῃ φροντίζων ἐκκλησιῶν, εἰδὼς ὅτι πλείονα λήψῃ τὸν μισθὸν, ὅσῳ καὶ τοσούτων ὄντων τῶν κωλυμάτων, τὰ παρ' αὐτοῦ εἰσφέρεις. καὶ γράφε δὲ ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει, ἀλλὰ καὶ πυκνότατα. ὡς γὰρ ἔγνωμεν νῦν, οὐκέτι εἰς Σεβάστειαν, ἀλλ' εἰς τὴν Κουκουσὸν ἐκελεύσθημεν ἀπελθεῖν, ὅπου σοι καὶ εὐκολώτερον ἐπιστέλλειν ἡμῖν. γράφε τοίνυν ἡμῖν πόσαι ἐκκλησίαι ἐπ' ἔτος ᾠκοδομήθησαν, καὶ τίνες ἄνδρες

A athletam ac mirabilem bellatorem: ſed chariſſimæ tamen nobis linguæ tuæ beneficio cuncta velim innoteſcere. Huic igitur noſtræ petitioni annuere ne graueris, cum intelligas, quanto nos tibi, dum hoc ages, ſis beneficio deuincturus.

Conſtantio Preſbytero. 221.

Nicææ quarto menſis Iulij die ſoluturus, haſce ad pietatem tuam dedi literas, ad id te cohortans; ad quod nunquam cohortari deſij: quamuis grauior præſente tempeſtate procella, maioréſque fluctus ingruant, vt ne intermittas ea quæ officij tui ſunt, in ea, quam ab initio cepiſti, adminiſtratione adimplere: B Græcæ ſuperſtitionis exterminationem dico, eccleſiarum ædificationes, animarum curam: neque te ſupinum aut ſocordem rerum difficultas faciat. Neq; enim gubernator, vbi mare ipſum concitari & furere videt, à nauis clauo & gubernaculis diſcedit: neque medicus, vbi ægrum morbo corripi cernit, curatione ſuperſedet: ſed tum maximè vterque iſtorum artem ſuam adhibet. Tu quoque domine mi reuerendiſſime ac religioſiſſime, multam nunc animi promptitudinem adhibe, neque te ad ſocordiã redigant præſentia mala: non enim de eis, quæ nobis inferuntur ma- C lis rationẽ reddemus, quin potius mercedem accipiemus. Si verò ea, quæ noſtrarum ſunt partium, non præſtiterimus, ſed deſides fuerimus, nihil nos ea in re adiuuabit, aut defendet malorum tumultus: quandoquidem & Paulus carcerem incolens, in vinculis officium ſuum fecit, & Ionas in ventre belluæ marinæ incluſus fuit, & tres pueri in camino verſati ſunt: neque tamen horum quemquam vincula varia ad deſidiam redegere. Hæc igitur tecum reputans D domine mi, ne omiſeris Phœniciæ, Arabiæ, & Orientis eccleſiarum curam gerere, illud perſuaſum habens locupletiorem te mercedem recepturum eſſe, ſi tot & tantis intercedentibus impedimentis, quæ tuarum partiũ ſunt, præſtiteris. Neque tibi graue ſit identidem ad nos ſcribere, ſed & creberrimas literas dato. Nam ſicuti nunc cognouimus, non Sebaſteam ſed Cucuſum exulatum ire iuſſi ſumus, quò tibi literas mittere facilius erit. Scribe igitur nobis, quot anno quolibet ædificatæ ſint ec-

Vide Niceph. lib. 13, cap. 27.

ὄντες, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμὲν, οὕτως ὑμᾶς ὁρῶμεν, καὶ φανταζόμεθα τοῖς τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς. τοιοῦτον γὰρ ὁ φίλος, οὐ διείργεται ὁδοῦ διαστήμασιν, οὐ μαραίνεται ἡμερῶν πλήθει, οὐ νικᾶται θλίψεων περιστάσει, ἀλλ᾽ εἰς ὕψος αἴρεται διὰ παντὸς, καὶ φλογὸς μιμεῖται δρόμον. καὶ τοῦτο ἴστε μάλιστα πάντων, ἐπεὶ καὶ φιλεῖν μάλιστα πάντων ἐπίστασθε. διὸ καὶ σφόδρα ὑμᾶς μακαρίζομεν. εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς οἰκτροὶ καὶ εὐτελεῖς, ἀλλ᾽ ὁ θεὸς ἱκανὸς ὑμῖν δοῦναι τῆς ἀγάπης ταύτης μείζονα τὴν ἀντιμισθίαν, καὶ πολλῷ πλείονα. καὶ γὰρ ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀεὶ νικᾷ ταῖς ἀντιδόσεσι τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἢ λέγοντας. ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ὑμᾶς ἰδεῖν, καὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι συνουσίας τε ἐμφορηθῆναι καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἀγάπης ὑμῶν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, οὐ δι᾽ ὄκνον, καὶ ῥαθυμίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῇ ἀνάγκῃ τῆς ἐξορίας πεπεδῆσθαι, τὸν γοῦν δεύτερον ἡμᾶς μὴ ἀποστερήσητε πλοῦν, ἀλλὰ πέμπετε ἡμῖν νιφάδας ἐπιστολῶν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλούσας. εἰ γὰρ τοιαῦτα δεξαίμεθα γράμματα συνεχῶς, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, καὶ ταῦτα ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες. εἰδότες οὖν ἡλίκα ἡμῖν χαριεῖσθε, καὶ ἐν ὅσῃ καταστήσετε ἡμᾶς εὐφροσύνῃ, μὴ φθονήσητε τῆς τοσαύτης ἡμῖν ἡδονῆς. ὁμιλοῦντες γὰρ ὑμῖν τοῖς γράμμασιν, αὐτοὺς ὑμᾶς ἡγησόμεθα ἐνταῦθα παρεῖναι, καὶ τρανωτέραν ἐντεῦθεν τῆς παρουσίας ὑμῶν ληψόμεθα τὴν φαντασίαν.

Ἡσυχίῳ. σκγ΄.

Ἐγὼ μὲν ἐπεθύμουν καὶ μὴ γράψας πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν πρότερος δέξασθαι ἐπιστολήν. τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐραστοῦ σφοδροτάτου. οὐκ ἀνεμείναμεν δὲ ἡμεῖς τὰ σὰ γράμματα, ἀλλὰ πρότεροι τοῦ γράφειν ἐπεπηδήσαμεν, τὸν θερμὸν ἔρωτα, ὃν περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἔχομεν, κἂν τούτῳ δεικνύντες. πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτου σοι χάριν ἴσμεν. εὖ γὰρ οἶδ᾽ ὅτι οὐκ ἐξ ὀλιγωρίας, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ σφόδρα μετριάζειν τοῦτο πέπονθας. δείκνυε τοίνυν λοιπὸν μετ᾽ ἀδείας τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, νιφάδας ἡμῖν πέμπων ἐπιστολῶν, δηλούσας τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. ἂν γὰρ τοιαῦτα

A perpetuo verſemur, vt re vera verſamur, ita vos cernimus, & caritatis oculis contemplamur. Eiuſmodi enim res eſt amicitia, non itinerũ interuallo dirimitur, non longo dierum ſpatio debilitatur, ſed in altum perpetuo tollitur, & flammæ curſum imitatur. Atque hoc vos præ cæteris omnibus noſtis, quandoquidem præ cæteris omnibus etiam amare ſcitis, quocirca vos quoque beatos dicimus. Licet enim miſerabiles ſitis ac deſpecti, at potens eſt Deus, & ſufficit ad conſtituendam vobis mercedem hac caritate maiorem, ac multo vbe- B riorem, cum eorum meritũ, qui aliquid boni egerint dixerintve, ſuis præmiis ac longo ſuperare ſoleat interuallo. Et optarem equidem ipſis oculis vos præſentes cernere, & congreſſu veſtro conſpectuque frui, atque hoc pacto veſtra caritate oblectari: quando autem id non licet, non ob pigritiam aliquam aut negligentiam, ſed quod exilij neceſſitate præpediamur, nolite ſaltem nos altera nauigatione priuare, ſed ingentem copiam epiſtolarum ad nos mittite, quæ de veſtra nos faciant valetudine certiores. Nam ſi eiuſmodi literas fre- C quenter à vobis miſſas acceperimus, multam conſolationem percipiemus, quantumuis longinqua & extera in regione degamus. Cum igitur vobis exploratum ſit, quanto nos deuincturi ſitis beneficio, quantaque lætitia perfuſuri, nolite hanc nobis voluptatem inuidere: dum enim vobiſcum per literas colloquemur, vos ipſos hic adeſſe arbitrabimur, & euidentius tanquam ob oculos poſitos poterimus animo contemplari.

Heſychio. 223.

Cupiebam equidem, antequam ad D ſuauitatem tuam ſcripſiſſem, literas ab ea prior accipere: hæc enim vehementiſſimi amoris eſt proprium: verũtamen literas tuas non expectauimus, ſed priores ad te ſcripſimus, vt in hoc ſaltem ardẽtis amoris erga tuam ſuauitatem noſtri ſpecimen ederemus. Sed hoc tamen nomine tibi gratiam habemus, vt qui probè ſciamus non ex contemptu, ſed præ nimia humilitate tibi hoc contigiſſe. Audacter igitur hunc tuum in nos amorem oſtende, ac literas, quibus de tua valetudine certiores fiamus, ad nos creberrimas mitte. Si enim eiuſmodi

literas acceperimus, licet ad ipſos orbis orbis terrarum fines amandati ſimus, licet ad locum iſto deſertiorem, multo ſolatio tædium noſtrum veſtræ caritatis officium mitigabit. Nihil enim ita poteſt animum erigere multaque voluptate perfundere, ac ſi amet, ameturque ſyncerè. Atque hoc tu omnium maximè noſti, quandoquidem tu quoque omnium maximè amare noſti.

Marciano & Marcellino. 224.

Quidnam cauſæ eſt, quamobrem, cum tantoperè nos ametis (neq; enim tanto licet à vobis interuallo diſiunctos latet nos amor veſter, quod & vehemens ſit & inflammatus) ſilere potuiſtis, ac ne ſemel quidem literas ad nos dediſtis, & rem iſtam ſimilem ænigmati reddidiſtis? Neque enim legitima fuit illa excuſatio, quam in epiſtola ad religioſiſſimum presbyterum Conſtantium miſſa expreſſiſtis. Veruntamen nolim hæc exactè diſquirere. Sit ita ſanè, rem ita ſe habere, atque hanc fuiſſe cauſam ſilentij demus, ecce, & hæc ipſa nunc vobis eripitur,* & literis noſtris vos laceſſimus, ac ſimul gratias agimus ob ſynceram hanc caritatem, quam erga nos ita florentem conſeruatis, ac petimus, vt quotieſcunque licebit, crebras ad nos literas detis. Non enim dubito quin huc impigrè aduolare parati fuiſſetis, niſi ea, quæ veſtra modeſtia commemorauit, impedimenta interceſſiſſent, immò verò animo iam ac voluntate aduolaſtis. Sed quoniam id reipſa fieri tantiſper non poteſt literarum ſaltem ſolatio noſtrum mœrorem lenite, ac de veſtra totiuſque veſtræ domus valetudine nos facite certiores. Si enim eiuſmodi literæ ad nos à vobis miſſæ fuerint, quamuis in aſperiori degamus ſolitudine, quam ſit iſta, multam ex literis veſtris conſolationem capiemus.

Conſtantio presbytero, 225.

Miratus ſum, qui fieret, vt tu qui tam vehementer nos amas, quique nihil nõ agère, dicere, ac pati noſtra cauſa paratus es, (neque enim nos fugit, neque fieri poteſt, vt ſyncerè amantem id fugiat) ne ſemel quidem ad nos ſcriberes, idque cum nos haud longè à vobis aduenissemus, & mihi plurimum colẽdus,

A δεξώμεθα γράμματα, κἂν πρὸς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης ἀπενεχθῶμεν τὰ τέρματα, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον, πολλὴν ἀπὸ τῆς ἀγάπης ὑμῶν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. οὐδὲν γὰρ οὕτω ψυχὴν ἀνέχειν δύναται, καὶ ἐν πολλῇ καθιστᾶν ἡδονῇ, ὡς τὸ φιλεῖν, καὶ φιλεῖσθαι γνησίως. καὶ τοῦτο οἶσθα μάλιστα πάντων αὐτὸς, ἐπειδὴ μάλιστα πάντων καὶ φιλεῖν οἶσθα.

Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ. σκδ'.

B Τί τοῦτο; οὕτως ἡμῶν ἐρῶντες, οὐδὲ γὰρ ἐκ τοσούτου καθημένους ὑμῶν διαστήματος, ἔλαθεν ἡμᾶς ὁ ἔρως, διότι σφοδρός τε ἐστὶ, καὶ πεπυρωμένος, κατεδέξασθε σιγᾶν, καὶ οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπεστείλατε, ἀλλ' αἴνιγμα τὸ πρᾶγμα ἡμῖν πεποιήκατε. οὐδὲ γὰρ ἀρκοῦσα πρόφασις, ἣν ἐγράψατε ἐπιστέλλοντες πρὸς τὸν κύριόν μου τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον Κωνστάντιον. πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ἀκριβολογοῦμαι. ἀλλ' ἔστω τοῦτο οὕτως ἔχειν, καὶ κείσθω τῆς σιγῆς ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν, ἰδοὺ καὶ αὕτη ὑμῖν ἀνῄρηται, καὶ C πρότεροι τοῖς πρὸς ὑμᾶς ἐπεπηδήσαμεν γράμμασι, χάριτάς τε ὑμῖν ὁμολογοῦντες τῆς γνησίας ἀγάπης, ἣν οὕτως ἀκμάζουσαν περὶ ἡμᾶς διατηρεῖτε, καὶ παρακαλοῦντες ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ ἐπιστέλλειν ἡμῖν συνεχῶς. ὅτι μὲν γὰρ καὶ παραγενέσθαι ἐνταῦθα οὐκ ἂν ὠκνήσατε. εἰ μὴ τὰ εἰρημένα κωλύματα παρὰ τῆς κοσμιότητος ὑμῶν ἦν, οὐδὲν ἀμφιβάλλω. μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς γνώμης καὶ παρεγένεσθε. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἔργῳ πληρωθῆναι τέως οὐκ ἔνι, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἡμῖν παρέχετε παρά- D κλησιν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν, καὶ τοῦ οἴκου παντὸς εὐαγγελιζόμενοι. εἰ γὰρ τοιαῦτα δεξαίμεθα συνεχῶς παρ' ὑμῶν γράμματα, κἂν ἐν χαλεπωτέρᾳ ταύτης ἐρημίᾳ καθήμεθα, πολλὴν ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν ὑμῶν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ. σκε'.

Ἐθαύμασα πῶς οὕτω σφοδρὸς ἡμῶν ὢν ἐραστὴς, καὶ πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ πάσχειν παρεσκευασμένος· οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς ἔλαθεν, οὐδὲ γὰρ ἔνι φιλοῦντα γνησίως λαθεῖν, οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπέστειλας, καὶ ταῦτα πλησίον ἐλθοῦσιν ὑμῶν, καὶ τοῦ τιμίου μου,

καὶ ἐνδοξοτάτου ἀδελφοῦ Λιβανίου ἐνταῦθα ἀφιγμένου. καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν, ἀλλ' ἀλγῶν λέγω. ἐπεὶ γὰρ σφόδρα διάκειμαι περὶ τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ σὺ τῆς ψυχῆς φροντίδα ποιεῖς μετὰ πάσης τῆς σπουδῆς, καὶ λιμὴν εἶ κοινὸς τῶν ἐν ἀνάγκαις ὄντων, πενίαν λύων, χηρείαν διορθούμενος, ὀρφανίας ἀνέχων, κοινὸς πατὴρ ἁπάντων ὤν, τούτου χάριν σφόδρα σου ἐρῶ, καὶ γράμματα παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας δέχεσθαι ἐπιθυμῶ. δίδου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, καὶ ἔμπλησον ἡμῶν τὴν ἐπιθυμίαν. οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καρπωσόμεθα παράκλησιν, καὶ ταῦτα ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, ἂν τῆς ποθεινῆς σου καὶ ψυχῆς καὶ χειρὸς δεξώμεθα γράμματα, περὶ τῆς σῆς ἀπαγγέλλοντα ὑγείας, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός.

Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ. σκϛ'.

Ἐλύσατε ἡμῖν τὸ αἴνιγμα. ὅτι γὰρ οὐκ ἤρκει εἰς ἀπολογίαν ἡ ἐγκειμένη τότε πρόφασις, αὐτοὶ νῦν ἐδηλώσατε, μὴ δεξάμενοι γράμματα, καὶ πρότεροι τοῦ γράφειν ἐπιπηδήσαντες. τοιαύτη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ φύσις. οὐκ ἀνέχεται σιγᾷν, ἀλλὰ κἂν θρασύτητος μέλλῃ κρίνεσθαι, τὸ αὐτῆς πληροῖ. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ γράψασθαι ὑμᾶς διὰ τὸ προτέρους ἐπιστεῖλαι, ὅτι καὶ στεφανοῦμεν ὑπὲρ τούτου, καὶ ἀνακηρύττομεν· καὶ νῦν μάλιστα τοὺς γνησίους ἡμῶν ἔγνωμεν ἐραστάς, οὐκ ἀπὸ τοῦ γράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ προτέρους γράψαι. ἱκανὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ τῆς ἀρρωστίας ὑμᾶς ἀπαλλάξαι, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἐπαναγαγεῖν, καὶ δοῦναι εὐκολίαν πολλὴν καὶ τῆς κατ' ὄψιν ἡμῖν συνουσίας. ἱκανὴν μὲν γὰρ καὶ νῦν καρπούμεθα παράκλησιν ἀπὸ γνησίας οὕτω ψυχῆς δεχόμενοι γράμματα· ἐπιθυμοῦμεν δὲ καὶ ἐκείνης τῆς συντυχίας, ἧς γένοιτο μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, ὥστε μεγίστην ἡμᾶς ἀγαγεῖν ἑορτήν.

Καρτερίᾳ. σκζ'.

Τί φής; αἱ συνεχεῖς ἀρρωστίαι οὐ συνεχώρησάν σοι παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς; καίτοι παραγέγονας, καὶ μεθ' ἡμῶν εἶ, καὶ ἀπὸ τῆς γνώμης σου τὸ πᾶν ἀπειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν σοι ὑπὲρ τούτων ἀπολογίας δεῖ.

A & clariſſimus frater Libanius ad nos pergeret. Hæc à me non eo conſilio dicuntur, vt vos accuſẽ, ſed vt dolori meo ſatisfaciam. Nam quoniã haud mediocri beneuolentia pietatem veſtram perſequor, non aliam ob cauſam, ſed quoniam omni ſtudio de animæ tuæ ſalute ſollicitus es, & iis qui neceſſitatibus premuntur communem te portum offers, dum egenis ſuccurris, dum viduis ſubuenis, dum ſuſtentas orphanos, & communem omnibus te parentem præbes, hac de cauſa cum ingenti amore tui afficiar, literas etiam recipere à tua pietate deſidero. Hanc igitur nobis cõcede gratiam, ac deſiderium noſtrum exple, B non enim mediocri ſolatio leuabimur, licet in ſolitudine conſtituti, ſi amãtiſſimi animi tui manuſque literas acceperimus, quæ nos de tua totiúſque domus tuæ valetudine faciant certiores.

Marciano & Marcellino. 226.

Nobis ænigma ſoluiſtis. Non enim ad defenſionem ſuffeciſſe illam excuſationem, quę tũ ſuggerebatur, vos ipſi nunc indicaſtis, cum nondum acceptis literis noſtris nos laceſſendos putaſtis. Ea quippe charitatis eſt natura, vt ſilere minimè poſſit: verum quantumuis in periculum veniat, ne accuſetur audaciæ, munere ſuo fungitur. Nos vero C tantum abeſt, vt diem vobis dicamus, quod ad nos priores ſcripſeritis, vt etiã vos hac de cauſa corona donemus, ac prædicemus, & ſynceri amoris veſtri periculũ nunc maximè fecerimus, non ſolum quod ſcripſeritis, ſed etiam quod priores ſcripſeritis. Deus autẽ vos omni poteſt ægritudine liberare, vóſque priſtinæ reſtituere ſanitati, ac facultatem largiri communis inter nos congreſſus, & in conſpectum mutuum veniendi: ſiquidem non vulgari ſolatio recreabi-D mur, ſi ab homine nobis adeò charo literas acceperimus: ſed & illius colloquij deſiderio tenemur, quo vtinam nos quam citiſſimè frui contingat, vt nobis inſtar maximæ cuiuſdam feſtiuitatis eſſe poſſit.

Carteriæ. 227.

Quid ais? continui tibi morbi non permiſerunt, vt ad nos venires? atqui veniſti, & nobiſcum es, & ab animi tui affectu ac voluntate totum illud obtinuimus, nec vlla tibi hac in re excuſatione eſt opus.

Digitized by Google

Etenim ardens ac ſyncera tua charitas, quæ ſic perpetuò viget, nobis ſufficit ad ſuggerendam ingentis lætitiæ occaſionem. Sed quoniã non mediocrem nobis ſollicitudinem inieciſti, cum de tua ægritudine verba feciſti, ſi fortè ab illa fueris liberata* (poteſt enim Deus illa te liberaſſe, ac priſtinæ reſtituiſſe ſanitati) de eadem te certiores nos facito, vt hac ſollicitudine liberemur. Quod enim ſemper literis meis ſignificaui, nunc quoque ſignifico, vbicumque verſer, licet ad locum iſto deſertiorem ablegemur, de te tuiſq. rebus ſolliciti eſſe non ceſſabimus. Eiuſmodi nobis tuæ feruentis & ſynceræ charitatis pignora reliquiſti, quæ nũquam extingui poſſunt, neque tempore debilitari: ſed ſiue tuæ nobilitati vicini ſimus, ſiue ab illa remoti, charitatem eandem cõſeruamus, vtpotè quibus exploratum ſit, quàm ſyncera ſit charitas, qua nullo non tempore affectum erga nos eſſe te ſenſimus.

Theodoro medico. 228.

Tu quidem ad negotiorum occupationes confugis, atque inde petita excuſatione vteris, quòd non veneris: ego vero nihil hac oratione tibi opus eſſe arbitror. Nam & veniſti, & quantum ad charitatẽ attinet, nihilo inferiore apud nos loco es, quàm qui ad nos venerunt: ſiquidem voluntatis nomine non ſecus atque illos te prædicamus, atque inter præcipuos amicos numeramus, tibique gratias agimus, quod cum modico temporis ſpatio nobiſcum verſatus fueris, ac fortaſſe ne modico quidẽ, nihilo tamen minorem erga nos amorem præ te tuleris, quàm qui diuturno tempore nobiſcum fuerint educati. Quam ob cauſam ingentes tibi gratias agimus, téque obſecramus, vt ad nos frequenter ſcribas. Præſentem enim teipſum intueri cupimus, ſed ne multis iniuriã inferam*, qui & manibus tuis indigent, & lingua tua, tantiq. portus ac refugij aditũ illis intercludamus, huc te pertrahere non audemus: ſed quotieſcumque facultas dabitur, vt ad nos crebrerrimas literas des obſecramus, deque tua valetudine certiores nos facias. Sic enim quanquam longo interuallo diſſiti, acceptis à tua ſuauitate eiuſmodi literis, multam conſolationem percipiemus.

A Ἀρκεῖ γὰρ ἡ θερμή σου καὶ γνησία ἀγάπη, ἡ οὕτως ἀκμάζουσα διηνεκῶς, ἀντὶ πολλῆς εὐφροσύνης ἡμῖν γενέσθαι. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ εἰς τὴν τυχοῦσαν φροντίδα ἡμᾶς ἐνέβαλες, περὶ τῆς ἀρρωστίας εἰποῦσα τῆς σῆς, εἴγε ταύτης ἀπαλλαγείης, (ἱκανὸς γὰρ ὁ Θεὸς ἀπαλλάξαι σε, καὶ πρὸς ὑγείαν καθαρὰν ἐπαναγαγεῖν,) ἐξ αὐτῆς ἡμῖν δήλωσον, ὥστε ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι τῆς φροντίδος. ὅπερ γὰρ ἀεὶ γράφων ἐδήλωσα, τοῦτο καὶ νῦν δηλῶ, ὅτι ὅπουπερ ἂν ὦμεν, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον ἀπενεχθῶμεν, σὲ καὶ τὰ B σὰ μεριμνῶντες οὐ διαλιμπανόμεθα. τοιαῦτα ἡμῖν ἐνέχυρα τῆς θερμῆς καὶ γνησίας σου ἀγάπης ἐναπέθου, ἅπερ οὐδέποτε σβεσθῆναι δύναται, οὐδὲ καταμαρανθῆναι τῷ χρόνῳ· ἀλλὰ κἂν πλησίον σου ὦμεν τῆς εὐγενείας, κἂν πόρρωθεν, ἀεὶ διαφυλάττομεν τὴν αὐτὴν ἀγάπην, εἰδότες, ὅτι τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς διαθέσεως σου, ἧς διαπαντὸς ἀπελαύσαμεν τοῦ χρόνου.

Θεοδώρῳ ἰατρῷ. σκη'.

ΑΥτὸς μὲν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἀ- C σχολίαν καταφεύγεις, καὶ ἀπολογίαν ἐντεῦθεν ὑφαίνεις τοῦ μὴ παραγενέσθαι· ἐγὼ δὲ οἶμαι οὐδὲν τούτων σε δεῖσθαι τῶν λόγων. καὶ γὰρ παραγέγονας, καὶ τῶν ἀφικομένων πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν ἔλαττον ἔχεις κατά γε τὸν τῆς ἀγάπης λόγον. ἀπὸ γὰρ τῆς γνώμης σε ἀνακηρύττοντες ὁμοίως ἐκείνοις, εἰς τοὺς πρώτους σε τῶν φίλων ἐγγράφομεν, καί σοι χάριτας ἴσμεν, ὅτι ὀλίγα συγγενόμενος ἡμῖν, τάχα δὲ οὐδὲ ὀλίγα, τῶν πολὺν ἡμῖν συντραφέντων χρόνον οὐκ ἐλάττονα περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσαι ἔρωτα. διὰ ταῦτά σοι χάριτας ἴσμεν πολλάς, καί σε πα- D ρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν. ἐπιθυμοῦμεν γὰρ αὐτὸν παρόντα σε θεάσασθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ πολλοὺς ἀδικήσωμεν, τοὺς καὶ τῶν χειρῶν τῶν σῶν καὶ τῆς γλώττης δεομένους τῆς σῆς, καὶ τοσοῦτον αὐτοῖς περικλείσωμεν λιμένα, οὐ τολμῶμεν ἐνταῦθά σε ἑλκῦσαι. ἀλλ' ἡνίκα ἂν ἐξῇ, παρακαλοῦμεν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι. οὕτω γὰρ καὶ πόρρωθεν ὄντες πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, ἂν τοιαύτας δεχώμεθα παρὰ τῆς σῆς ἐμμελείας ἐπιστολάς.

Σευήρῳ. σκθ'.

Ἐγὼ μὲν σου τὴν εὐγένειαν οὐδέποτε σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, τοῖς δὲ τῆς ἀγάπης πάντων μάλιστα ἐθεασάμην. ἐπειδήπερ κἂν πολὺ τὸ μέσον ᾖ τῆς διαστήματος, ταύτην οὐδέποτε διείργει τὴν θεωρίαν. ὁ γὰρ κύριός μου ὁ ποθεινότατος Λιβάνιος ἀπογράφων ἡμῖν τὸν ζῆλον τῆς σῆς εὐγενείας, τὸν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τὴν σπουδὴν, σφόδρα ἡμᾶς ἀνεπτέρωσε. διὸ καὶ μηδέποτέ σε ἑωρακότες, ἐπεπηδήσαμεν πρότεροι τοῖς πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν γράμμασι, παρακαλοῦντες καὶ αὐτὴν ἡμῖν ἐπιστέλλειν, ὁπηνίκα ἂν ἐξῇ. εἰ γὰρ ἔλθοι παρὰ τῆς σῆς ἐμμελείας ἐπιστολὴ ἀπαγγέλλουσα ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, μεγίστην καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. ἀγάπης γὰρ ἴσον οὐδέν.

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ. σλ'.

Πολλὰς ἔχω χάριτας τῷ κυρίῳ μου τῷ ποθεινοτάτῳ Λιβανίῳ, ὅτι καὶ οἴκοθεν ἀνέστη, καὶ ἐνταῦθα παρεγένετο, καὶ πάλιν πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀφίκετο. καὶ τούτῳ μάλιστα χάριτας αὐτῷ οἶδα. ἐμοὶ γὰρ πᾶσα σπουδὴ, τιμῆς σε καὶ θεραπείας ἀπολαύειν ἁπάσης παρὰ πάντων, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς σὺ τούτων δεῖ, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο συμφέρει ταῖς ἐκκλησίαις, ταῖς τε χειμαζομέναις, ταῖς τε ἀχειμάστοις. ἀποδεξάμενος τοίνυν αὐτὸν τῆς εὐνοίας δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ πάντα παρ' αὐτοῦ μαθὼν μετὰ ἀκριβείας, τά τε ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τὰ ἡμέτερα, (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἐρεῖ, ὀλίγον μὲν ἡμῖν συγγενόμενος χρόνον, μαθὼν δὲ ὅπως διάγομεν) ἔκπεμψον αὐτὸν χαίροντα καὶ εὐφραινόμενον. καὶ γὰρ καὶ τῆς θεοσεβείας ἐκκρέμαται τῆς σῆς, καὶ ἡμῶν σφοδρός ἐστιν ἐραστής. τὸν δεσπότην μου τὸν ποθεινότατον καὶ τιμιώτατον Ἀσυγκρίτιον τὸν πρεσβύτερον προσειπεῖν παρ' ἡμῶν παρακλήθητι, μετὰ τῶν ποθεινοτάτων αὐτοῦ τέκνων, καὶ πάντα σου τὸν κλῆρον, ὃν ἐπαίδευσας ἐν βραχεῖ, τὴν σὴν περὶ ἡμᾶς μιμεῖσθαι ἀγάπην. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἡμᾶς ἔλαθεν, ὅσην περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυνται ἀγάπην, καὶ πρὸς πάντα καὶ παθεῖν, καὶ ποιῆσαι τούτου ἕνεκεν προσδεδεγμένοι εἰσί. τοῦτο δὲ ὅλον κατόρθωμα τῆς θεοσεβείας τῆς σῆς.

A

Seueræ. 229.

Equidem tuam nobilitatem corporeis oculis nunquam vidi, charitatis autem oculis omnium maximè conſpexi: quandoquidem nullo quantumuis magno interiecto regionum interuallo poteſt eiuſmodi cōſpectus impediri. Cum enim zelum ac ſtudium nobis tuæ nobilitas pro recta fide dominus meus amantiſſimus Libanius verbis expreſſiſſet, magnopere nos erexit: quo factum eſt, vt tametſi nunquam te viderimus, priores ad pietatem tuam ſcripſerimus, ipſam orantes, vt quando facultas dabitur, ad nos ſcribas. Si enim à tua ſuauitate tranſmiſſa perferatur ad nos epi-

B

ſtola, quæ de tua valetudine certiores nos faciat, maximo, dum in hac extera regione degimus, ſolatio mœrorem noſtrum mitigabit. Nihil enim eſt, quod cum charitate conferri poſſit.

Elpidio Epiſcopo. 230.

Magnam domino meo amantiſſimo Libanio gratiam habeo, quod & domo ſua exceſſit, & huc venit, ac rurſus ad reuerentiam tuam profectus eſt: atque eius rei cauſa maximè gratiā illi habeo. Id enim omni animi contentione ſtudeo, vt tibi ab omnibus honor obſequiumque deferatur. Non quod tu iſtis

C

indigeas, ſed quoniam hoc eccleſiis eſt vtile, cum iis quæ perſecutionem patiuntur, tum illis quæ tranquillitate fruuntur. Gratam igitur & acceptam habens ipſius beneuolentiam, domine mi reuerēdiſſime ac religioſiſſime, cum ab eo diligenter cuncta didiceris, quæ Antiochiæ, quæque apud nos geruntur (nam & iſta narrabit, qui tametſi perexiguo tempore nobiſcum verſatus eſt, quid tamen rerum geramus didicit) lætum illum hilarémque dimitte.

D

Magno enim amicitiæ tuæ deſiderio tenetur, ac vehementi noſtri amore flagrat. Amantiſſimum ac reuerendiſſimum dominum meum Aſyncritium preſbyterum meis verbis velim ſalutes, vna cum amantiſſimis eius liberis, omnémque tuum clerum, quem breui temporis ſpatio tuum in nos amorem imitari docuiſti. Neque enim id nos fugit, quantam in nos charitatem præ ſe tulerunt, & quo pacto parati ſint eo nomine cuncta perferre ac peragere. Illud vero præclarum facinus totum eſt tuæ pietati acceptum ferendum.

Digitized by Google

Adoliæ. 231. A

Frequenter quidem ad pietatem tuam literas dedimus, ſed hæc frequentia nobis non ſufficit, verum id agere ſingulis diebus cuperemus. Scis enim quo animo erga tuam ſuauitatẽ ſimus. Quando autem id non licet, quoties facultas datur, maximo nos ipſos afficimus beneficio, dum ſalutationis debitum munus perſoluimus, ac de veſtra valetudine atque hilaritate ſine intermiſſione ac perpetuo quippiam audire percupimus. Cùm igitur intelligas quantam à nobis gratiam initura ſis, quoties ea de re ad nos ſcribes, oro te B omnem operam adhibe, vt creberrimas ad nos de eo literas mittas: ſiquidem non mediocrem iſtud nobis dolorem inuſſit, quòd cum vir omnibus propè notus nobiſque percarus huc profecturus eſſet reuerendiſſimus dominus meus Libanius, ad nos literarum nihil dederis, fortaſſe quod ignorares: atqui hoc ipſum eſt, quod nos malè habet, quod qui veniant iſtic ad nos, ignores. Nos enim ſciſcitari ac curioſè inquirere non ceſſamus, quinam hinc ad vos pergant, vt eorum opera deſiderium noſtrum ex- C pleamus. Id nimirum tale eſt, vt ad veſtram ſuauitatem ſine intermiſſione ſcribamus.

Carteriæ. 233.

Si probè noſſes, quantam à nobis gratiã ineas, dũ ad nos ſcribis, & ſine intermiſſione ſcribis, ac tuæ charitatis melle literas oblinis, omnẽ operam adhiberes, vt ſingulis diebus ad nos epiſtolas mitteres. Non enim iam Cucuſum nos habitare cenſemus, neq. in ſolitudine degere, tantam ex literis tuis ac tua ſyncera charitate voluptatẽ haurimus. Quod autem non literas tantum miſeris, ſed D etiam domino meo, dilectiſſimo fratri noſtro Libanio perſuaſeris, vt iſtinc ſolueret, & peregrinationem iſtam ſuſciperet, quantæ iſtud eſt beneuolentiæ? quantæ ſollicitudinis? Hac de cauſa lætamur & exultamus. Nihil enim eſt, quod cũ charitate cõferri poſſit. Atque à nobis quidẽ ipſa poſtulas, vt eandem conſeruemus beneuolentiam, quam à principio erga te præ nobis tulimus: at nos eadẽ illa menſura contenti eſſe non poſſum*, ſed quotidie conamur affectũ illum & amicitiã erga te noua quapiam acceſſione cumulare, quod dum agimus beneficio nos ipſos afficimus maximo.

Ἀδολίᾳ. σλα'.

Pag. 162. d. 12. *quod mortem.* Interpres ſcripſit, *quod mortalem fecit*, niſi forte legit θνητὸν pro θάνατον. In Oliu. ſic exhibetur hic locus τὸ ἀπείργειν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, τὸ κωλῦσαι. verior tamen lectio Vaticani cod. quam ita Latinè reddimus, *collocauit, quod à ligno vitæ auerit, & prohibuit, quod mortalem fecit.*

Pag. 163. a. 1. τὸ πάντα. Superfluum eſt illud τὸ ex Ol. quod R. non admittit: aptius eſſet, ταῦτα δὲ πάντα. *Atque hæc omnia, quæque ex illis conſequuntur ſalutis eius honoriſque cauſa ſunt condita.*

Pag. 164. a. 4. *Non ſis tu.*) Locus eſt Hieremiæ 17. 17. μὴ γενηθῇς μοι εἰς ἀλλοτρίωσιν φειδόμενός μου ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ. *Ne fias mihi in alienationem parcens mihi in die mala.* Apud Theodoretum legitur vt hic μὴ γένῃ.

Pag. 166. a. 14. *Eris gemens.*) Sic ad verbum è

Græcò LXX. Geneſ. 4. 14. at interpres ex vulgata Latina ſcripſerat, *Profugus eris.* & paulo poſt, *Cum enim ille offerret, mæſtus atque demiſſus inceſſit.* Ibid. c. 10. pro μόνους ex Ol. legendum μόνοις.

Pag. 167. d. 3. *Eſſet fortaſſe.*) Scripſit, vt opinor, interpres, *fortaſſe rationabilis.* Sic ergo reſtituendus eſt locus & hic & in illa oratione de prouidentia quam vertit Vitus Amerpachius ediditque Baſileæ an. 1552. quæ in tomo 5. reperitur, & in Florilegio Maguntino pag. 147. *Nam ſi quidem vi ſuperior euaderet, haberet aliquam rationem hæc quæſtio.*

Pag. 168. a. 14. *An non omnes.*) Sic ediderunt recentiores correctores. at veterem interpretem aliter ſcripſiſſe deprehendimus poſtea ex Pariſienſi editione 1524. *At non omnes, inq. ill. ſuperaturi ſunt.* Rurſus ibid. d. 12. emendandum ex Ol. ἀκαταψηφισθῇ. Porro ſimilem de Diabolo quæſtionem plurib. explicatam habes in priori parte huius quinti tomi homil. de Diabolo tentatore, pag. 318.

Pag. 170. d. 12. ἐμφῦσαι. Ol. ἐμφῆναι τινά.

Pag. 171. a. 10. *Cain quippe.*) Non hoc vult Chryſoſt. quod putauit interpres, de ſanitate mentis fuiſſe deturbatum Cainum, ſed hominibus, qui tum viuebant, excidiſſe animo ſupplicium Caini. Paulo poſt Ezechielis verba ſic ad verbum aptius exprimentur è Græco, *Nunc enim volam mortem peccatoris, ſicut conuerti ipſum & viuere?* 12. *Niſi permiſiſſet.*) Excerpſit hunc locum auctor libri, qui inſcribitur ἀπανθίσματα τοῦ Χρυσοσ. pag. 149. & interſeruntur quædam, quæ non ſunt Chryſoſtomi, quale illud eſt: τί σοῦ ἐγκλήμα πρὸς ἐμὲ, ὅτι εἰ μὴ που. ἰγ. & paulo poſt ἀπαχθεὶς legitur vt in R. non vt habuit Ol. ἀπατηθεὶς. *abductus*, vel *ſeductus.* Corrigendum eſt in eiſdem Florilegiis pag. 150. ὁ διὰ ἁμαρτήματα αἰδοῦς. quemadmodum & hic pag. 172. c. ἁμαρτήματος αὐτοῖς el. Ol.

Pag. 173. a. 4. ὑπακουῶν. In Florileg. pag. 150. ὑπακούοντι τῷ Θεῷ. c. 3. ὑπὸ ἀτιμίαν. Flor. ὑπὸ ἀτιμίας. c. 8. συνετίθεντο. Hanc lectionem codicis Ol. prætulimus alteri Ro. συνεβαίνετο. ſed interpres paulo poſt videbatur legiſſe ἁμαρτίας ἐλαχίστης, idcirco nihil mutauimus: nunc autem ex editione Gromorſi, didicimus eum ſcripſiſſe, *recognoſcere minimum non eſt, aut negligendum:* & ita corrigendum eſt.

Pag. 174. c. 5. οὕτω τί. Ol. οὕτως ἐλεγξ.

Pag. 175. b. 6. πάλιν. Ro. πάλιν ἀκουσον λέγοντος· οὐκ.

Pag. 176. a. 10. πληρ. ὑμῶν. Ol.

P. 177. a. 5. *Quæ vero.*) Sic immutauimus, quod erat apud interpretem etiam in antiquiſſ. editione, *quæ vero illi cogitabant*, & addidimus paulo poſt, *ſubſannantes eum*, quod interpres omiſerat.

Pag. 178. c. *nec omnia ſimul.*) ἀκρίβειαν hîc appellat τοῦ βίου non, vt putauit interpres, incommoda vitæ, ſed exactiorem viuendi rationem ex præſcripto legis Chriſtianæ, quam & infra pag. 370. b. τὴν ἄκραν φιλοσοφίαν dixit. & homil. 23. in 2. ad Corinth. ἐπὶ χρημάτων πολλὴν ἀπαιτεῖ ἀκρίβειαν. *In pecuniis accuratam ſynceritatem requirit:* & homil. 3. ἐπεδειξάμεθα πλείονα ἀκρίβειαν καὶ βίον ἀκατάγν. *curam & diligentiam maiorem adhibuimus, vitámque ab omni reprehenſione alienam*, & apud Gregorium Nyſſenum lib. de Virginitate, cap. 17. οἱ ἐν τῇ ἐπιτηδεύσει τῆς ζωῆς ἀκριβείᾳ, λύπαις καὶ παροξυσμοῖς ἁλίσκονται. *& in vita valde accurata dolore & iracundia capiuntur.* Hic igitur ita vertes, *nec Lazaro fames, aut vlcera, quo minus vita huius perfectionis integritatem aſſequeretur, obſtiterunt.* d. 4. προσθῆναι. Reſtituendum eſt ex Ol. παραθεῖναι. d. 6. αὐτὸ τὸν. Ro. τὸ αὐτὸ δῶμα. Addidimus ex Græco nomen Salomonis: nam apud interpretem ſolùm erat: *inductionis*; *alter*, *Neque deficiat.*

Pag. 179. d. 7. ἐξαδικεῖσθαι.) Ita conſtanter vterque manuſcriptus codex, manifeſtè vitioſè; legendum enim vel ἀδικεῖσθαι vel ἐξαδικεῖσθαι cum interprete, qui vertit, *vi atque iniuria alius.* ſed illud ἕτερος ſuperfluum eſt. in Oliu. ſic erat; καὶ ἐξαδικεῖσθαι. ἕτερα τῆς συνηθείας, & τῆς αὐτῆς πρὸς.

Pag. 181. a. 6. μετὰ παῤῥησίας, *cum fiducia.* Ol. b. 3. εὐσεβοῦς. *pie.* Ol. εὐλαβοῦς. *religioſa.*

Pag. 182. b. 4. ἀγίοις.) Ol. ὁμοῦ τοῖς ἀνδράσι τοῖς μεγάλοις, *magnis illis.* ibidem παλαιώσεται πλούτῳ, legit vterque codex mſ. & is quo interpres vſus eſt: emendandum tamen ex LXX. Iob 21. 7. ἐν πλούτῳ. *& in diuitiis conſenuerunt.* vt Pſalm. 6. 8. ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. *Inueterani inter omnes inimicos meos.* & Eccle. 11. 19. καὶ ἐν τῷ ἔργῳ σου παλαιώθητι. *& in opere tuo veteraſce.* Ibid. c. 3. εὐδοκιμεῖ.) SC. Ro. at in Ol. mendoſè quoque εὐηρεστεῖ. in Theſauri Græci indice profertur ex epiſtolis Budæi εὐδοκίμως pro feliciter mihi ſuccedit. & in Bibliis Germanicis εὐδοκίμως legitur Hierem. 1. 12. at in emendatioribus editionibus ἰδοὺ ἀκολούθως εὐδοκεῖται, εὐθηνεῖται πολλοῖς. hic ergo ſcribendum εὐθηνεῖται. & d. 5. προέθηκεν. vnde interpres dixit, *prepoſuit.* Locus autem Iobi ſic habet Iob 26. 14. in Germanicis libris ἐπὶ ἰκμάδα λόγου ἀκουσόμεθα. *ad humorem ſermonis audiamus*; at in Romana editione ἀκουσόμεθα, vt hoc loco legitur, & apud Symmachum ψιθύρισμα τῶν λόγων αὐτοῦ ἀκούσομεν. *Suſurrum verborum eius audiemus.*

Pag. 183. b. 9. Poſt ἀσθενής. addidimus ex Ol. ἢ βελτίονες, ex quo etiam ſupplenda vox τοιαῦτα ante αἰτίας infra d. 12.

Pag. 185. c. 5. *afflictio.*) Ad verbum eſſet, *afflictio, nec fames eſt, ſed.*

Pag. 186. a. 4. *neque ad terrorem.*) Scripſerat interpres, *atque ad terrorem cæterorum ſic vtendum ſibi omnibus cenſet.* Græca vtriuſque codicis, ſonant, vt edidimus, ſed & alter locus infr. c. 2. ἐξ ὧν ἀδικοῦνται. ſic exprimi debuit, *lucri eſt, vt ex his, quibus aliquis nulla iniuria afficiatur, alius m. e. conſ.*

Pag. 187. a. 12. *Idcirco autem.*) Hæc vſque ad verbum, præſtitiſſe, ab interprete fuerant omiſſa, vel à librario, qui apographũ eius Græcum exſcripſerat. Ea vero cum gratiæ Dei plurimum deferant, noſtra intererat non prætermitti, cum ab hæreticis vitio vertatur auctori, quod humanæ voluntati nimium tribuat, gratiæ vero diuinæ parum. qua de re vide Sixtum Senenſ. lib. 5. bibliothecæ annot. 101. & lib. 6. an. 184. & 334.

Ibid. b. 4. οἶ γὰρ ἴσ. Ol. ἴσα. mendoſè, at interpres legiſſe videtur οἶδα, *noſti*: nam ἴσ ſonat, *Scito enim.* Ibid. c. 7. πρὸς τὸ κατάθεσθαι.) Ol. ζημιῶσαι. *ad afferendam bonorum iacturam, quæ multo ſudore collecta ſunt.*

Pag. 188. b. 3. Pro ἀκαθαρσίαις mendoſè ἀκαθάρτοις, habuit Ol. & interpres, *immundis*, rectius tamen φιλονεικοτέρους, quàm quod exhibuit Rom. ἀφιλονεικοτέρους, *minus contentioſos.* Ibid. c. 7. animalia quæ dicit Rom. δυσθάνατα, vocat Ol. δυσθάνατα, quaſi quæ diu cum morte confligentur, aut quibus ægrè mors infertur, vide 839. d. 4.

Pag. 189. c. 6. αἰωμ. μακρόν.) Ol. μικρόν. *&* *exiguo.*

Pag. 190. a. 4. συλλογίσωμαι. *colligam.* Ol. συλλογίζομαι, *colligo.* c. 11. ἠνέχετο. Ol. ἠθέλησε. *voluiſſet.* Porro δόκιμοι, famæ celebritatem, & honorem potius quàm probationem ſonat.

Pag. 191. Inſcriptionem hanc libri ſecundi, codex vterque repræſentat; interpres hanc ſolam præfixerat, in veteribus editionibus. *Liber ſecundus de angore animi.* Caſſianus quoque mœroris ſpiritum cum acediæ ſpiritu copulatum eſſe admonet, qui tam atrox tamque grauis eſt dæmon vt monachos bello perpetuo laceſſat. lib. 10. c. 1. vide Parallela Damaſceni l. 1. c. 23.

Pag. 192. c. 7. τοῦ δοκεῖ. Ol. τοῦ νομίζεται.

Pag. 193. a. 4. *humanitatem.*) Sic recentiores editiones: vnde ſuſpicari poterat quis interpretem legiſſe in Græco quid diuerſum: at Vetus Gr. habuit, *humilitatem*: ſic enim vertit. τὸ μετριάζειν. pag. 190. a. κἂν αὐτὸς μετριάζειν ἐθέλῃς. *quantumlibet te per humilitatem deiicias.* Propriè μετριάζειν modeſtiam vel moderationem ſonat, vt apud Dionem Xiphilini in Othone τῷ σχήματι τοῦ προσώπου ἐμετρίαζε. *ſimulato vultu modeſtiam indicabat.* c. 6. *ne tempora.*) μήνιγγες propriè membranæ dicuntur, quæ cerebrum foris integunt. Sic apud Alexandrum Aphrod. ἐκπυροῖ τὰς μήνιγγας τοῦ ἐγκεφάλου. *cerebri membranas inflammat.* cum vero cerebrum læditur, ipſam ait μήνιγγα lædi Chryſoſtomus, vt orat. 6. aduerſ. Iudæos p. 527. ἀκράτου πολὺ χαλεπώτερος τῆς ὀργῆς πατούσης τὴν μήνιγγα. *Ira longe grauius, quam vinum merum ſoleat, percellente cerebrum.*

Pag. 194. a. 8. *ſing. diebus.*) Adde è Græco, *peccatorum impulſu corr.* & c. 3. *te leſus ſolum deprehenſum caderet, aut.* Item d. 11. emendandum ἀμαρτ' εἰδέναι, licet vterque mſſ. lectionem editam habeat.

Pag. 195. c. 7. Scribe, *merito ab omnibus extollendus eſt, qui tot tantiſque præpeditus vinc.* & d. 8. *cladem & inſaniam*: ſic enim appellat immodicam illam triſtitiam, qua afficietur.

Pag. 197. b. 12. βούλεται εἶν.) Ol. βουλεύεται ποιῆσαι. alioqui rectius legeretur βούλεται εἶ. a. 13. *& niſi naturæ.*) Hæc addidimus ab interpre omiſſam, & reliqua ad finem periodi: an vero legitima ſit hæc cauſa liberos abdicandi, ex auctore diſces lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſt. Baſilio Præfatione in Aſceti. & Auguſtino ep. 83. ad Lætum

Pag. 198. a. 6. ῥᾳθύμως.) O. προθύμως. *alacri animo.* a. 14. *primi par.*) Sic emendauimus, quod erat etiam in veteri editione, *primum temporis inſp. fil. ag. Ch. ſecundum Abel*: nam illud *ſecundum* neuter codex mſ. agnoſcit. Agnum autem appellat Abelem vtpote martyrem, quod oſtendit ex eo, quod pro Deo ſit mortuus orat. 6. aduerſ. Iudæos pag. 545. ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸν Ἄβελ μάρτυρα ἐκάλεσα;

Pag. 100. c. 1. τῷ ἀλλ. O. τῷ φίλῳ.

Pag. 201. c. 1. *quippe quod illis.*) Hoc membro interpretis auximus orationem.

Pag. 202. c. 4. *Dixi enim.*) Scripſerat interpres, vt habet Grom. *Dixerat enim, inquit, vt non prophetem*: at apud Hieremiam cap. 20. 9. καὶ εἶπα οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ οὐ μὴ λαλήσω ἔτι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. *Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipſius.* Itaque hic emendandum videtur εἶπα pro εἶπεν. vel vt eſt apud Theodoretum καὶ εἶπον, qui & eodem modo exponit οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄν. κυρ. ἀντὶ τοῦ οὐ μὴ προφητεύσω· οὐδ' οὐ μὴ προσενέγκω τοῖς ἀπειθοῦσι τοῦ θεοῦ τὴν προῤῥησιν. *Nequaquam nominabo nom. dom. Quaſi dicat, minimè prophetabo: nec enuntiabo, minime credentibus quæ Deus prædicenda mandauit.*

Pag. 203. a. 4. *impudicitiæ.*) Interpretem arbitror vertiſſe potius, *quanta impudentia*: nam τόλμα audaciam potius aut impudentiam, quam impudicitiam ſonat: nec ad omnia ſcelera ſe extendit luxuria. Paulo poſt etiam ſcripſiſſe videtur b. 8. *maleficiſque hominibus*, quod in omnibus recentioribus editionibus immutatum eſt in hæc verba, *maleficiiſque omnibus.* d. 7. *ſed ratio aliquid.*) Emendandum, *ſed oratio aliq. amplius effecit*, vel certe, *ſermo quiddam amplius demonſtrauit*: non enim hic λόγος rationem, ſed ipſum hic ſonat orationis decurſum, vt cap. 51. de Virginitate pag. 373. d. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ λόγος ἀπέδειξε.

Pag. 204. b. 6. *ordinamur.*) Interpres legiſſe videtur προοιμιάσθαι, quod melius conuenit, cum παραινῶν. quam quod exhibet vterque mſ. προοιμιάσασθαι, *ordiemur.* c. 6. ἐθεώρει. O. ἐδίωκε. c. 8. τῶν χωρῶν. Hoc ab Ol. codice; nam Rom. habuit χωρίων, & ita interpres, *locorum.* & c. 11. τὴν ἔξω χώραν. Quanta porro eſſet itineris intercapedo à Iudæa Babylonem vſque, diſces ex Ptolemæo, qui lib. 5. cap. 16. Geographiæ collocat Hieroſolyma ſub gradu longitudinis ſexageſimo ſexto, latitudinis triceſimo primo, Babylonem vero ſub gradu longit. ſeptuageſimo nono, latitudinis triceſimo quinto: itaque ſecundum longitudinem Orientem verſus diſtabat ab Hieroſolymis Babylon tredecim gradibus, qui leucas efficiunt communes ducentas quinquaginta vel circiter.

Pag. 205. c. 1. ὑπέσχετο. Ol. ὑπέσχετο. ſub finem paginæ nepotem vertit τὸν ἀδελφιδοῦν, interpres, vt apud Hieronymum & apud Plautũ, quod notat Paſſeratius, nepos ſumitur pro fratris ſororíſue filio: nam Lot Abrahami fratris filius erat non nepos aut nepos ex fratre, vt perperam loquitur auctor Theſauri Græci. Nepos enim ex fratre nihil aliud eſt, quam nepos fratris.

Pag. 206. a. 1. μὴ ὅτι γε. Ol. μὴ ὅτι γε δή. & a. 2. emendandum in vtroque codice mſ. ex inter-

prete ἐκκάζειν. d. 9. διηχήσεως.) Ol. διάλωσις γῆν.

Pag.208.a.9. τὰ ἔργα. Ol. τὰ ἐργαζόμενα. b.8. ἔργου. Ol. προσεργασάμενον.

Pag. 210.a.5. πολλὰ αὐτὸν. Ol. αὐτοῦ.

Pag. 211. b. 2. poſt derepente adde è Gr. *in foro*, &c.1. αὐτίκα. Sic Rom. at Ol. αὐτοκαδάμας. d. 10. Ol. μετ' ποιεῖν.

Pag.212.d.4.poſt maxima, adde *illi*, αὐτῷ.

Pag. 213. a. 6. αὐτὸν. Interpres legiſſe videtur αὐτὸ, *ipſum*, non *ipſius*. d. 3. χωνευτής. Ol. χαμαιπετής. c.13. *Si mihi ita fut.)* Paulo aliter ſe habent iſta Geneſ.25.22. εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τοῦτο; *Si mihi ſic futurum eſt, vt quid mihi hoc?* Vulgata vero Latina ſic effert, *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* at Geneſ. 27.46. ἵνα τί μοι ζῆν;

Pag.214.d.8. *innocens.)* Locus eſt Gen. 25.27. Ιακὼβ δὲ ἄνθρωπος ἄπλαστος. *Iacob autem ſimplex.* & vulgata Lat. idem habet. vox Hebræa vertitur etiam ab Aquila Pontico ἁπλοῦς hoc loco & à Symmacho ἄμωμος, *immaculatus*, à Septuaginta quoque ἄκακος. *innocens*, vt Pſalm.24.22. ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι. *Innocentes & recti adhæſerunt mihi.* vide poſt pag. 216. a. τὸν ἀπλαστον βίον.

Pag. 215. a. 9. *oculóſque ſibi.)* καθαιροῦν ὀφθαλμοὺς putauit interpres idem valere, quod oculos eripere, vel peſſundare, cum illum potius morem attingat Chryſoſtomus, quo ſolebant propinqui mortuorum oculos comprimere, & os contrahere, vt apud Homerum

> Ἆ δειλ' οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
> Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ. Iliad. λ.
> *An miſere non quidem tibi pater & honoranda mater*
> *Oculos claudent mortuo,* & Odyſſ. λ.
> Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.
> *Manibus oculos concludere, atque os componere.*

Euripides in Hecuba:

> Καὶ θανόντος ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.
> *Et mortua tibi concludet os.*

Virgilius 9. Æneid.

> *Nec te tua funera mater*
> *Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.*

Propert. eleg.12. lib.4.

> *Condita ſunt veſtro lumina noſtra ſinu.*

Ouidius in epiſt. Penelopes,

> *Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

Lilius Gyraldus libro de vario ſepeliendi ritu citat hunc locum ex Plinio lib. 11. cap.37. *Morientibus oculos operire rurſúſque in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, vt neque ab homine ſupremùm eos ſpectari fas ſit, & cælo non oſtendi nefas.* Item ex Plutarcho profert infelices eos vocari vulgo, quorum oculos propter abſentiam non potuerunt parentes obtegere. Varro apud Nonnium in Sigillo, *Contra lex Mania eſt in pietate, ne filij patribus luci claro ſigillent oculos*: id eſt occludāt. Ex his colligimus ita vertendum hunc Chryſoſtomi locum, *oculóſque ſibi comprimentem, & eos contrahentem atque componentem, aliáque omnia curantem: quæ parentibus*, &c. c. 1. καλῶς.) Ol. καλλίονας. c.11. πολλάκις.) Ol. πολλαχοῦ. *ſæpenumero.*

Pag 216.a.6. ἀποδυρ. Ol. ἀποδύρεσθαι. a.10. θόρυβον. Ol. θυμόν. b.1. ῥαδίως. Ol. εὐκόλως. c.10. *Decepiſti.)* Videtur interpres legiſſe, vt eſt apud LXX. παρελογίσω τὸν μισθόν μου. Vulgata Lat. *Immutaſti mercedem meam decem vicibus*: neque video vnde interpres ſumpſerit, quod hic ediderat, *ſeptem vicibus.* S. Hieronymus in quæſtionibus in Geneſ. *Pro eo, quod nos poſuimus, decem vicibus, Septuaginta interpretes poſuerunt decem agnis, neſcio qua opinione ducti cum verbum Hebraicum* מנים *Monim numerum magis, quam agnos ſonet.* Vide Auguſtinum quæſt. 95. in Geneſ. qui fœturam vult poſitam pro tempore fœturæ, ſicut Poëta ariſtas & meſſes pro annis poſuit: at Auguſt. Steuchus in cap. 31. exiſtimat errorem eſſe librariorum, qui cum LXX. vertiſſent δέκα μνᾶς, ſcripſerint addito ἀ, δέκα ἀμνῶν: ſed apud eos legimus ἀμνάδων, non μνᾶς. In Catena Græcorum in Geneſim ex Diodoro profertur, ὁ δὲ Σύρος ἔχει, καὶ ἤλλαξε τὸν μισθόν μου δέκα ἀριθμῶν, ἀντὶ τοῦ πολλάκις με ἐξουθένησε, καὶ ἐν τοῖς γάμοις καὶ ἐν τῇ προσθήκῃ τῶν κτηνῶν τῶν προβάτων. *Syrus autem habet, & Immutauit mercedem meam decies numero: quaſi dicat, ſæpe me aſpernatus eſt & in nuptiis & in propoſitione Pecudum, quæ gignebantur.* Simile quid eſt in Catena Zephyri, *Commutauit decies Laban*, &c. c.10. ἐξεθερμάνθ. Ol. ἐξεκαύθησαν. *inflammati ſunt.*

Pag.217.c.2. πλανᾶσθαι. Ol. ἀναπλανᾶσθαι. Paulo poſt in loco citato ex Geneſi reſtituimus interpretationem è Græco LXX. nam vſus fuerat vulgatæ Latinæ verbis interpres: *Quas ſi plus in ambulando laborare fecero*, &c.

Pag.218.d.6. ὑβρίσεις.) Ol. ἐνυβρίσεις.

Pag.219.a.2. *Iniuriam.)* Sic reſtituimus locum ex editione Vaticana deletis Latinæ vulgatę verbis, quæ pro Græcis interpres ſubſtituerat, *effuſus es ſicut aqua, non creſcas.* Nam & ita reddidit ex LXX. S. Hieronymus in Quæſtionibus in Geneſ. *ſicut aqua non ebullias.* & S. Ambroſius in lib. de benedict. cap.2. *affeciſti me contumelia: ſicut aqua non efferueas*: at Theodoretus quæſt. vltim. exponit illud ἐκζέσῃς, pro μὴ θερμανθῇς εἰς πολυγονίαν. *non calefias ad multos procreandos*: & Hieronymus: *quaſi aqua, quæ vaſculo non tenetur, voluptatis effuſus es impetu.* c. 12. *cum cœpiſſet.)* Tollenda eſt interpunctio, quæ præcedit, vt iſta cum iis quæ præcedunt ita iungantur, vt dicat idcirco mixtam dolori conſolationem allatam eſſe, quod fieri non poſſet, vt animus eius mœrore vacaret.

Pag.220.a.12. *vobis frater.)* Addendum è Græco, *atque hoc omnium luctuoſiſſimum paſſus eſt.* Interpres vt hoc omiſerat, ſic paulo poſt b. 10. ſcripſerat, *Ego enim ſine liberis effectus ſum.* quod neque cum vulgata Lat. neque cum Græco LXX. conuenit, quod expreſſimus: In Latina ſic eſt Geneſ. 43. 14. *Ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero.* Hoc eſt ſic me animo comparabo tanquam cunctis orbandus. Hebraïcè pathetica geminatio eſt, *Orbatus ſum, ab orbatus.*

Pag.221. a.1. τρίβεται.) Ol. τρίβεται. c.3. πολλοὶ ἂν. Ol. πολλῷ ὧν. rectius. d.8. ἀγῶνα. Ita codex

Ol. nam Rom. perperam habuit ἀσπίδων. annotat. Budæus in Commentar. apud Plutarchum in Demetrio legi τὸν ἀσπίδων ſicut & in veteri Lexico H. Stephanus legit, Σπιλὰς ἀσπίδων ὁ ἀλιτόχος: licet vſitatur ſic genitiuus ἀσπίδωνος, quem Latini retinent. d. 1. *Detulerunt*, &c.) Hæc adiecimus omiſſa ab interprete ex edit. Vaticana: in Germanicis enim Bibliis perperam redduntur iſta Latinè Geneſ. 37. 2. *Attulit autem, Ioſeph vituperium malum:* licet Symmachus Græcè quoque verterit: καὶ ἔφερεν Ἰωσὴφ διαβολὴν κατ' αὐτῶν πονηράν. *Et afferebat Ioſeph criminationem malam aduerſus eos.*

Pag. 222. b. 7. περιπαλαίοντες. Ol. περιπαλαίοντας.

Pag. 223. c. 11. ἀπήντησε. Ol. ἐμπίπτουσαι.

Pag. 225. a. 5. δεῖξαι. Ol. διδάξαι. *docere.* c. 5. *nullámque huiuſ.*) Immutauimus hunc locum ſic ab interprete expreſſum ante, *nullúmque huiuſmodi priuilegium ad Iudæos habentes.* d. 10. ζῶσαν. Ol. ταύτην. d. 11. οὐ τῷ. Emenda ex Ol. ὁ γὰρ εἷς φησιν.

Pag. 226. b. 4. *intolerabilis.*) Adiici poteſt è Græco, *atque adeo quæ poſſit eum, qui ea afficitur, enecare.* ſic pag. 216. d. ὑπὸ ἀθυμίας ἀποπνίγειν, & pag. 238. a. ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ. Paulo poſt c. 1. pro μνημονεύηται. mſ. Ol. ſcriptum exhibuit ἀναμιμνήσκηται. *recordetur.* Porro hiſtoria ſoceri Moſis, qui erat ſacerdos Madian, refertur Exodi 2. 16. & 3. 1. vbi ſacerdotes Madian appellantur Raguel & Iethro. nam quod infrà c. 14. edidimus, *Dæmoniorum ſacerdos erat*, verterat interpres, *Dæmoniis quippe hoſpes ille ſuus ſacra exoluebat.* Theodoretus quæſt. 4. ἀλλόφυλον fuiſſe Moſis vxorem ait & cauſam affert: Τύπος ἦν δεσπότου Χριστοῦ, ὃς ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα βλαστήσας τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν νύμφην ἑαυτοῦ προσηγόρευσεν. *Typus erat Chriſti domini, qui cum ex Iudæis ſecundum carnem natus eſſet, eccleſiam collectam ex gentibus appellauit ſponſam ſuam.* Idem eſt in Catena Zephyri: *Corpus ſibi aſſumens de Iudæorum gente eccleſiam ſibi ſponſam ex aliis gentibus vocauit & allegit.* Philo Iudæus lib. 1. de vita Moſis & Ioſephus lib. 2. Antiquit. Iud. c. 5. & LXX. interpretes ſacerdotem eum fuiſſe volunt Madianitarum, qui quidem verum Deum non colebant, & confirmat Bened. Pererius 11. diſputat. in Exodum, ex eo quod Exodi 18. indicetur Iethro tum primum fuiſſe conuerſum ad veri Dei cognitionem & cultum.

Pag. 227. b. 11. ὡς γὰρ ὄρνεον.) Adiecimus ὅταν, quod aberat ab vtroque mſſ. ex Prouerbiis cap. 27. 8. vbi tamen legitur καταπετασθῇ ἐκ τῆς ἰδίας νοσσιᾶς, & ἐκ τῶν ἰδίων τόπων.

Pag. 228. a. 9. ὑπὸ τῆς ἀθ. Ol. ὑπὸ τοσαύτης ἀθυμ. *tanto mœrore.*

Pag. 229. c. 9. διαστροφῆς. Emendandum ex Ol. διαστροφῆς. qua voce vſus eſt & Salomon Prouer. 2. 14. apud LXX. χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ, ὧν αἱ τρίβοι σκολιαί. *Gaudent in ſubuerſione mala: quorum viæ peruerſæ.* d. 5. *Cum vero per ſing.*) Græca potius ſonant: *In ſingulis autem iſtis beatus ille magis, quam ipſi, qui peccabant, lugebat* ac m. 230. c. 1. *ad viginti trium.*) Ita nimirum vulgata Latina Exodi 32. 28. & Sulpitius Seuerus in hiſtoria & Rupertus lib. 4. cap. 27. ſed apud LXX. in Vaticana edit. & in Germanica legimus ὡσεὶ εἰς τρισχιλίους ἄνδρας. *ad ter mille viros*, & in Bibliis Plantinianis τρεῖς χιλιάδες ἀνδρῶν. Hebræa vero & Chaldaïca paraphraſis, ferme tria millia virorum. Caietanus corruptam eſſe vulgatam ait, in cuius codicibus quibuſdam legitur *quaſi viginti tria millia*, in aliis *quaſi triginta tria millia.* Hic ergo corrigendum eſt, *ad ter mille corporum numerum.* b. 10. περιμεῖναι. Ol. περιμεῖναι. d. 11. Ol. πολὺ δάκρυον.

Pag. 231. b. 7. τὸν Θεόν. Ol. πρὸς τὸν κύριον. d. 2. ὑπὸ τῶν παιδ. Ol. ὑπὸ τῶν παίδων· ἔτι γὰρ καὶ μόνοι. Et hæc lectio verior.

Pag. 232. b. 8. *illiúſque filios.*) Interpres legiſſe videtur τοὺς ἐκείνου, non ἐκείνων, *illorum.* Sanè quidem marito iunctam fuiſſe Mariam ſororem Moyſis conſtat ex Ioſepho lib. 3. cap. 2. Antiquit. vbi τῆς ἀδελφῆς Μαριάμμης τὸν ἄνδρα Οὔρην, appellat *Vronem*, ſiue *Hur*, de quo Exodi 17. 10. agitur, *maritum ſororis Mariames:* tamen an filios ex ea ſuſceperit non liquet, & videtur hic innuere Chryſoſtomus exitium ac ſupplicium, quod de Nadab & Abiu filiis Aaron ſumpſit Deus igne in eos immiſſo, cum alienum ignem obtuliſſent Leuit. 10. 1.

Pag. 233. a. 8. καὶ λύπης. Ol. ἢ λυπῶν. b. 1. ποῖα πράγματα. Ol. ποῖα, *qualia.* b. 5. ἀντ' ἐκείνων. *illorum loco.* c. 11. *quæ intuebatur.*) Adde è Græco, *quæque iam euenerant:* interpres fortaſſe legit vt eſt in Ol. μόνον μόνον ζῶντας ὡς ἐώρακε γεγενημένας.

Pag. 234. b. 1. προσεκυλίσθη. Ol. προσεκυλίσθησαν. at lectionem editam tuetur liber Ioſue. b. 7. ἀλλοτρίους. Ol. ξένους. *peregrinos.* b. 11. adiecimus ex Ol. φυομένη. *exorta ſuſpicio.*

Pag. 235. a. 5. *defeciſſe.*) Non videri defeciſſe, verum planè defeciſſe dicit Chryſoſtomus: quanquam non negat fuiſſe verbum, vt verterat interpres: *Non enim erat, inquit viſio dirimens, verbúmque precioſum:* eodémque modo peccauit interpres librorum aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ pag. 505. a. *Non erat viſio comprimens, & verbum pretioſum non erat.* Vnde in homil. 1. in 1. ad Theſſalonic. ἀποκαλύπτουσαν τὴν προφητείαν ἀνέῳξε· καὶ γὰρ ἦν, φησί, ῥῆμα τίμιον, καὶ οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα. *recluſam aperui prophetiam. Etenim verbum, inquit, erat pretioſum, & non erat viſio diſtinguens.* in Ol. perperam legebatur διαστελλομένη. Hieronymus in 13 Eſai. exponit, *Pretioſus erat ſermo Domini, id eſt rarus.* a. 14. *calamitates.*) Adde *continuè* συνεχῶς. b. 6. αἰτήσεως πονηρᾶς. in Ol. legitur, Ἰσραηλιτῶν τοῦ βασιλέως, & fortaſſe vera lectio conflabitur ex vtraque τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν αἰτήσεως τοῦ βασιλέως πονηρίας. *Iſraëlitarum ſcilicet Regem depoſcentium iniquitas.* Dixerunt enim 1. Reg. 8. 5. καὶ νῦν κατάστησον ἐφ' ἡμᾶς βασιλέα. *Et nunc conſtitue ſuper nos Regem.* S. Auguſtinus lib. 2. de mirabilibus ſacræ ſcript. cap. 9. *Dominus per horribiles voces intonuit, quibus plebs quæ aderat ſe Dominum repuliſſe, ne regnaret ſibi, intelligeret: quos fragores per Samuelis iterum Dominus deprecationem compeſcuit, poſtquam populi de hac re pœnitudinem intus aſpexit.*

Pag. 236. a. 10. πρὸ τοῦ λίθου. Adiecimus hoc membrum ab interprete atque à librario Vati-

cani codicis prætermiſſum ex codice Oliu. cui aſtipulatur textus libri 1.Reg.c.17.34. καὶ ὅταν ἤρχετο ὁ λέων καὶ ἡ ἄρκτος, καὶ ἐλάμβανον πρόβατον. *Et quando veniebat leo & vrſa, & accipiebant ouem.* Iacob autem incommoda quæ paſſus eſt dum greges ſoceri ſui paſceret narrauit Geneſ.31.40. *die noctúque æſtu vrebar & gelu.* b. 1. *admirabilémque.*) Scribendum potius ex iis quæ addidimus ex Ol. *admirabili ſuſcepto duello victoriam*, &c. b. 10. οὕτως αὐτόν. Rectius in Ol. αὐτοῦ. c. 3. εἰ ἀνταπέδωκα. Annotauit in margine interpres 1. Reg.24.18. vbi ſic legimus ὅτι σὺ ἀνταπέδωκάς μοι ἀγαθά· ἐγὼ δὲ ἀνταπέδωκά σοι κακά. *Quia tu reddidiſti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala*: ſed hæc à Saule pronuntiantur: Dauid autem ſic ait Pſalm. 7. 4. εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* & Pſal. 34.14. ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. *Retribuebant mihi mala pro bonis.* & Pſalm.37.21. de Nabal autem 1. Reg. 25. 21. ἀνταπέδωκέ μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. *Reddidit mihi mala pro bonis.* Alibi nuſquam in Scriptura puto verbum ἀνταποδίδωμι reperiri in eam ſententiam, quæ hic ab auctore profertur. c.4. μάλιστα μὲν οὖν. *Præcipuè vero tametſi nullum aliud malum accederet, illud erat per ſe moleſtiſſimum, illud erat*, &c. d.4. τοῦ πολέμου. Ita legit interpres, ſed aptior fortaſſe videretur lectio codicis Oliu. τοῦ πολεμίου. *Poſtquam autem receſſit, atque ab hoſte ſe remouit.* & pro τὸν αὐτόν. idem habuit ὄντος μὲν αὐτοῦ τοῦ πόῤῥω τῶ.

Pag.237.c.10. ἑαυτόν. Melius Ol. αὐτόν.

Pag.238.b.11. καὶ τὸν δὲ ἀδυμίας.) Ol. δὲ τὸν ἀθυμία δὲ φόβος τὴν τοῦ δικαίου διέκοπτε ψυχὴν, καὶ πολὺ ἦν ὁ βλάβη. c.8. ὡς ἡ ἀγάπησις. Ol. ὑπὲρ ἀγάπησιν τῶν γυναικῶν, & ita ſcriptum eſt 2. Reg.1.26. ἐθαυμαστώθη ἡ ἀγάπησίς σου ἐμοὶ ὑπὲρ ἀγάπησιν γυναικῶν. *Mirificata eſt dilectio tua mihi ſuper dilectionem mulierum.* & vulgata Lat. & *amabilis ſuper amorem mulierum.* Theodoretus quæſt.7. habet vt Chryſoſtom. ἐπέπεσεν ἡ ἀγάπη σου ὡς ἡ ἀγάπησις.

Pag.239. a.2. τὸν Ιωάβ. Ol. τοῦ Ιωάβ. vtrumque vſitatum, ſed hoc apud profanos frequentius. illud in Scriptura. b. 6. καὶ κυλλῶν. Heſychio quidem κυλλὸς eſt idem qui χωλὸς claudus, & καμπύλος curuus, propriè tamen κυλλοπόδης dicitur & κυλλὸς τοὺς πόδας, cui crura pedum introrſum curuata ſunt, ideóque claudus: at 2. Reg. cap.5.6. cæci & claudi reſtitiſſe Dauidi Regi dicuntur, ὅτι ἀντέστησαν τυφλοὶ καὶ οἱ χωλοὶ, λέγοντες, ὅτι οὐκ εἰσελεύσεται. c. 8. ὅπως χρήσαιτο. Mendosè legebatur hic locus in Ol. ὅπως ἐχρήσατο τὸν αὐτὴν ὑποδεξάμενον Ναβάλ. mendosè item verterat interpres, *quonam modo ea vteretur, qui illam ſuſceperat Abedera*: ſed apud LXX. 2. Reg. 6. Ἀβιδαρὰ vocatur Cietthæus ille hoſpes arcæ quem vulgata Lat. nominat Obededom.

Pag.230. d.6. *ſed qui ex ipſius.*) Male interpres hæc expreſſerat, *ſed qui ex ipſo natus erat, ſicut & ipſe cum excederet à terra ſua lamentabatur.* verum hic ἐξελθὼν aliud ſignificat, quam excedere de terra ſua: ſic enim loquitur Dauid 2. Reg. 16.11. ἰδοὺ ὁ υἱός μου ὁ ἐξελθὼν ἐκ τῆς κοιλίας μου ζητεῖ τὴν ψυχήν μου. d. 10. χαρίεν ὄν. Ol. χαρίεν ὄντα γέροντα.

Pag.241. a. 2. οὐ γὰρ συμφορᾶς. Ol. οὐ γὰρ συμφορὰς αὐτ. μετ. ἀλλὰ δὲ αἰσχύνην εἶχεν ὁ πόλ. b.5. Σεμεί. Emendandum ex Ro. & Ol. Σεμεεὶ, licet in Bibliis legatur etiam Σεμεί. c.10. *Chuſi aduenientum.*) Scripſerat quidem interpres olim, *Chuſi euentum*, ſed immutatus eſt locus in editione Sig. Gelenij anni 1547. ad verbum eſſet, *expectabat, quæ à Chuſi erant expectanda*: vt nimirum in ciuitatem reuerſus & caſtra ſequutus Abſalonis conſiliunt diſſiparet Achitophelis, vt eſt lib.2. Reg.15. 34. & cap. 17. 14. *Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel.* d. 9. φείσασθε. Ol. φείσασθέ μοι τοῦ παιδαρίου Ἀβεσ. *Parcite mihi puero Abeſſalom*: atque ita quoque vulgata Lat. 2. Reg. 18. 5. *Seruate mihi puerum Abſalom.* certè vox παιδάριον puerum potius quam filium deſignat: Ambroſius tamen ea notione ſumpſit in Pſalm. 118. octon. 14. *Parcite filio meo Abeſſalon. Tacebat improbitatis ſcelus, pietatis autem gradum, & nomen neceſſitudinis præferebat, vt pugnaturi non aduerſarium regis, ſed filium cogitantes dolorem læſæ pietatis inhiberent.* Porro in Scriptura παιδάριον non tantum vt apud profanos ſignificat τὸ περιπατοῦν δὲ ἤδη λέξεως ἀντιποιούμενον, puerulum qui ambulat, & loquendi facultatem ſibi vindicat, vt Geneſ.33. 14. καὶ κατὰ πόδα τῶν παιδαρίων, *ſicut videro paruulos poſſe*: ſed etiam ſeruulum nonnunquam vt 1. Reg.21.7. ἐκεῖ ἦν ἓν τῶν παιδαρίων τοῦ Σαοὺλ. *Illic erat vnus de ſeruulis Saul.* vox tamen Hebræa ילד aliquando vertitur παιδάριον, aliquando υἱὸς & τέκνον, *filius*, vt Geneſ. 33.2. & Oſee 1. 2. Laudat hoc idem factum Dauidis Chryſoſt. homil. 19. in epiſt. ad Roman. quam vide in Morali exhortatione.

Pag.242. d.1. μανίας. Ol. βασκανίας μόνης οὐ. d.8. προσεδόκησε. Ol. προσαπεκδεχομένας.

Pag.244. a.2. *fuit.*) Addendum eſt, *torti, verberibus*, &c. quod omiſit interpres, vel non reperit in autographo ſuo, vt neque in loco Apoſtoli ad Hebræos occurrit: at vſus eſt verbo ἐπρίσθησαν; quam ob cauſam pro ἐδεσμίζοντο, quod erat in Ro. ſubſtituimus ex Ol. πριζόμενοι. b.8. διὰ τῶν. Corrigendum ex Ol. διὰ τούτων, & ita legit interpres. c. 1. *paruulus eſt.*) Ita quidem in vulgata Lat. Hieronymus ex Hebræo. ſed è Græco LXX. idem vertit, *quoniam modicus eſt*, & exponit, *Paruulus eſt Iacob, & crebra hoſtium incurſione deletus.* Cyrillus ex eadem ſententia: εἰ γὰρ δὴ βούλει καθ' ὃν τεθέαμαι τρόπον παραδοῦναι τοῖς ἐχθροῖς τὸν Ισραὴλ πρὸς κατάβρωσιν, ὀλιγοστὸς ἔσται παντελῶς. *Si enim vis eo modo, quo vidi, Iſraëlem hoſtibus tradere ad deuorandum, modicus erit penitus.* ὀλιγοστὸς propriè dicitur is, qui paucis comitatus eſt, vnus è paucis: ita ex toto populo Iſraëlitico duæ tribus quæ remanſerant, magna erant ex parte afflictæ. c. 8. *nolite contendere.*) Interpres ediderat, *Non poteritis conſolari me*: quod neque cum Græco neque cum Latina vulgata conuenit: Hieronymi ſubſtituimus interpretationem, quem & in illo ſubſtituere loco poteris homiliæ 29. in Geneſim, vbi perperam interpres, *Non valebitis conſolari me in contritione.* Nam & illic eadem exhibet verba regius codex manuſcriptus. μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν.

c.8. con-

c.8.*conſolemini.*) Adde, quod omiſſum ab interprete, *mortis enim modus omnem ſuperat calamitatem.*

Pag.245.c.3. *ex his quæ.*) Addendum, *vel prætermiſimus, vel nunc dix.*

Pag.246.a.2. τὸν λαὸν.) Emenda ex Ol. τὸν ναόν.

Pag.247.b.3. ὅλως δὲ. Ol. πῶς δὲ τοῦτο. b.10. *de Epaphrodito.*) In vtroque codice mſ. erat Ἐπαφρᾶ, *Epaphra*, ſed animaduertit memoria lapſum eſſe Chryſoſtomum interpres, *& Epaphroditi nomen repoſuit*, quemadmodum & interpres homiliæ 29. in 2. ad Corint. pag. 945. edit. Commel. Satius tamen fuit veram lectionem retinere, ac de loco Pauli lectorem monere. Meminit Epaphræ alibi vt Coloſſ. 1.7. & ad Philemonem 1.23. c.6. ἡ διηνεκῆ. Profertur hic locus inſertus homiliæ de laudibus ſancti Pauli collectæ à Theodoro Magiſtro pag. 515. Florilegiorum Moguntiæ editorum, vbi & aliud epithetum additur, διηνεκῆ καὶ ἀφόρητον τίκτει τὴν ἀθυμίαν αὐτῷ. *Continuum & intolerabilem ipſi peperit mœrorem*, & p.269. eiuſdem libri eodem modo repetitur.

Pag.250. b.6. χρήματα ἔχει. Ol. χρήματα παρέσχεν ἐκείνοις. *multas enim antea pecunias illis præbuit.*

Pag.251.c.12. *quàm illa cenſemus.*) Hæc & quæ ſequuntur vſque ad finem periodi nunc à nobis adiiciuntur.

Pag.25..a. *vlceri.*) Locus eſt Prouerb. 25.20. qui perperam Latinè exprimitur in Germanicis & Plantinianis Bibliis, *Sicut acetum trahit inutile*: quaſi à verbo ἕλκω eſſet tertia perſona ἕλκει, non tertius caſus nominis ἕλκος: vulgata Lat. ſic habet, *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo*. & ita Symmachus ὥσπερ ὄξος ἐπὶ νίτρῳ, ὁ ᾄδων ἐν ᾄσμασιν ἐπὶ καρδίας λυπηρᾶς. *Tanquam acetum in nitro, & qui cantat in canticis ad cor triſte.* c.6. *Mœrorem.*) Excerpſit hunc locum de mœrore auctor Florilegiorum à P. Balth. Etzelio in noſtri ordinis Collegio Moguntino editorum homil. 19. de Triſtitia & mœrore p.263. vbi pro αἰτησάμεθα, legitur prout in Ol. ἀπηυξάμεθα. poſſet etiam legi ἀπευξάμεθα. item pro αὶ τι μικρὸν τι παρ' ὅτου, legitur illic μικρόν τι πρὸς τούτοις, & ἀπαλλαγῆναι τοῦ παρόντος βίου εὐχόμεθα. *liberari è præſenti vita optamus.*

Pag.253.a.4. ἐπιτρέψει. Corrigendum ex Ol. ἐπιτρίψει, *ſed morbum potius innehunt.* Simile illud quod in Theſauro Græco citatur ex auctore noſtro δικασταὶ αὐτοὶ τὸν χειμῶνα ἐπιτείνουσι, καὶ τὴν νόσον ἐπιτρίβουσι. *Iudices ipſi tempeſtatem augent, & morbum inſligunt*, ſeu inuehunt; & Heſychius ἐπιτρίβεται exponit ἐπιφέρεται. in Ol. pro νόσημα legimus τὰ νοσήματα. a.11. ὅταν δὲ ἀθλιώτερ. In Ol. ſcriptum erat, ἄλυπον. λυπουμένη δὲ ὁ ποιοῖη. b.3. *ad deſperandum.*) Interpres fortè ſcripſerat, ad ſuperandum vel ſuperatu facilem, vt in hac eadem pag. d.6. τὸ δυσκαταγώνιστον vertit, *ſuperatu difficillimum.* d.3. ὦ φίλε. Ol. ὦ φίλος.

Pag.254.a.6. *ac paſſioni.*) Aberrauit à mente auctoris interpres: ad verbum enim eſſet, *atque intra paſſionem ſeipſum intrudat*, vel *in ægritudinem ſeipſum inſinuet.*

QVOD REGVLARES FOEMINÆ, &c.

PAG. 257. Palladius in Dialogo de vita Chryſoſtomi ſcribit eum Epiſcopum ordinatum cœpiſſe mores quorũdam Eccleſiaſticorũ caſtigare, atque vt est apud Photium p.140. Biblioth. ὁ μέγας Χρυσόστομος περιέκοψε τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους τῷ ἔθει ἐξεῖναι, καὶ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ γαστριμάργων καὶ φιληδόνων ἐλέγχους μακροὺς κατέτεινε. *illum continuo morem ſuſtulit, quo cœlibatum profeſſi diuerſi ſexus contubernales apud ſe alebant. In iniuſtos item ventriq. ac libidini deditos longis inuectus eſt orationibus.* In codice Bauarico titulus hic dabatur iſti priori πρὸς τοὺς τὰς συνεισάκτους ἔχοντας, *aduerſus eos qui ſubintroductas habent*, at in altero mſ. illuſtriſſ. Cardinalis Peronij non alius ab eo, quem vetus interpres agnoſcit, & in Romanis libris ſe reperiſſe teſtatur ὁ μακαρίτης Gerardus Voſſius in ſuis ſcholiis in capita centum S. Ephræm de humilitate, περὶ τοῦ μὴ τὰς κανονικὰς συνοικεῖν τοῖς ἀνδράσι. qui & admonet perperam hactenus in omnib. editionib. Latinis ſcriptum fuiſſe, *viris cohabitent*, omiſſa negationis particula: cũ & Ephræm ipſe dicat ἀσύμφορον τῷ μοναχῷ, *non decere monachũ verſari cum eiuſmodi mulieribus*, quas canonicas hic appellat, quod & ipſæ præſcriptam à canonib. ac legib. eccleſiaſticis ſanctioris vitæ rationẽ profiterentur. Ab hac mẽte illud eſt Baſilij in epiſt. canonica ad Amphilochium can.6. τῶν κανονικῶν τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾶν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. *Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur, ſed eorum coniũctio omni modo diuellatur.* in quẽ locũ ſcribens Theodorus Balſamõ docet monachos & monachas intelligi, & eas quæ virginitatem profeſſæ ſunt. Eſt & eiuſdẽ Baſilij c.19. in Cõſtitutionib. monaſticis, πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίῳ κανονικούς. Ad canonicos, qui in monaſterio degunt: quib. verbis monachos deſignat cœnobitas, qui in cœnobio & cœtu plurium viuunt, οἱ κατὰ συστήματα πολιτευόμενοι, *in ſocietate degunt*, & ſub finẽ capitis ait ſe innuere τὰ τῶν κοινοβιακῶν κατορθώματα, *eorum præclara facinora, qui vitam agunt cœnobiticam.* Iuſtinianus demum in Conſtit. 59. mentionem facit ἀσκητριῶν ἢ κανονικῶν ψαλλουσῶν, *aſcetriarum ſeu canonicarum pſallentium*, quæ in Xenodochiis ad opus ſepulturæ miniſtrabant, eáſq. Iulianus Anteceſſor Conſtitut. 53. *ſanctimoniales* appellat. b.1. οἴ μοι ψυχή. In B. & Romanis, quib. eſt vſus Voſſius legebatur, οἴ μοι, οἴ μοι ψυχή, at apud Hieremiã hæc tantũ, οἴ μοι ἐγώ, ὅτι ἐκλείπει ἡ ψυχή μου ἐπὶ τοῖς ἀνῃρημένοις. *Hei mihi, quia deficit anima mea propter interfectos.* c.4.31.

P.258.a.3.P. ἐπιδεῖν, quod apud auctorẽ frequẽtiùs occurrit. c.1.P. δόξαν ἔχει. c.4.B. νέων ἐξάπτει. ſed emendauimus & Græcum textum ex P. & interpretis editionem, *vt adoleſcentum corda auolent, ſuperba incedit, & intemperans.* c.4. *eandẽmque.*) Interp. *eundẽmque parat puluerem*, quaſi nimirum legiſſet κόνιν non κώνειον: non meminerat cicutæ, quæ Socrati mixta eſt, Iuuenal. Sat.13.

Qui partem acceptæ ſæua inter vincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.——

ſic infra p. 259. b. τοὺς κεραννῦντας τὴν κύλικα ὁ καταποθήσοντες. c.7. *accubitum meum croco.*) Sic enim ſcribendũ, pro eo quod interpres, *acc. meum myrrha & aloë*,

vt eſt in Vulgata Latina: addẽda etiã negatio, quę aberat à cæteris editionibus, *non veſtes & corpus.*

Pag.260.a.12. *Et cur hæc non dicerem.*) Legiſſe videtur interpres λέγειν, & alia quæpiam diuerſa: cæterum hæc Græca ſonant, *Et cur his deteriora non dicerentur ab omnibus, quãdo talia contingunt, atque ab ipſis familiaribus & amicis?* d. 1. *neque lancea.*) Interpres, *neque confodere pugione.* vt Vulgata Lat. Numer. 25.7. *& arrepto pugione ingreſſus eſt.* at LXX. καὶ ἀναλαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρὶ εἰσῆλθεν. *& capiens ſiromaſten in manu ingreſſus eſt.* Aquila vocẽ Hebræam vertit κόντον, *contum.* Symmachus δόρυ *lanceam,* Theodoretus in Pſal.105. τὸν Ζαμβρεὶ μιχθέντα τῇ Μαδιανίτιδι περιφανῶς ἀναισχύντως δόρατι χρησάμενος συνανεῖλε τῇ γυναικί. *Cum Zambri cum Madianitide rem habere palam auſus eſſet, haſta vſus ſimul cum muliere ipſum confodit.* Ambroſius tamen epiſtola 23. & alij quidam ex Latinis ſiromaſten gladij genus fuiſſe putant non haſtilis, qua de re pluribus alibi, ſi Deus dederit, agemus.

Pag.261.a.7. *conſolationem.*) Græca exigunt, *conſolationem eorum, qui caſus ipſorum lugent.* a. 8. *ſponſus noſter.*) Scribendum, *veſter*, etenim ad canonicas ſermo directus eſt.

P.262.a.6. *Micheas.*) Interpres ſcripſerat, *Amos*, & re vera locus eſt Amos 6.6. *Et nihil patiebamini ſuper contrit. Ioſeph.* Sic enim vertit Hieronymus ex LXX. apud quos nunc legitur ἔπασχε, *patiebantur*, vt apud Chryſoſt. duo tamen MSS. codices conſtanter retinent vocem Μιχαίας, vt videatur auctoris μνημονικὸν ἁμάρτημα, cui dedit occaſionem ſequẽs locus huic affinis Micheæ 1.11. *Non eſt egreſſa habitatrix Sennam: Plangite domũ iuxta eam.* Ita Plantiniana Biblia κατοικοῦσα Σενναάρ· κόψασθαι οἶκον ἐχόμενον αὐτῆς. at Germanica σαιναὰν, κόψασθαι, *non eſt egreſſa plorare*, Vaticana Σενναὰρ κόψασθαι. Propius ad vocem Hebræam accedit σαιναὰν, Vulgata Lat. *quæ habitat in exitu.* Solet hæc prophetarum loca ſæpenumero in hanc ſentẽtiam citare Chryſoſt. vt homil. 18. de ſtatuis ad Antiochenos p.232. & hom.80. in Matthæum p. 681. edit. Commel. vbi mendoſè legitur ἕνα pro Αἰνάν. vnde interpres, *vnam domum*, pro, *Non exiuit, quæ habitat Ænan ad plangendum domum.* Hic etiam emendandum ἐχόμενον pro ἐχόμενα.

b.1. *Si autem.*) Scribe vt Græca fidelius exprimas, *Quod ſi vbi Deus iraſcitur, reprehenditur is, qui.* b.6. *transferat.*) Adde interpretationi, *cum hæc captiua magis quàm illa ſit.*

Pag.263.b.11. πεπονθότας. P. ποιοῦντας. b.13. *manſuetum.*) Fortè ἥμερον aut χρηστὸν legit: Græcus textus exigit *magnum.* vt Hierem.10.6. *Magnum nomen tuum*, quod & καλὸν bonum dicitur Iacobi 2.7. *blaſphemant nomen bonum, quod inuocatum eſt ſuper vos.* pro θεοῦ in P. legitur κυρίου. c. 4. ἀλλ' ὅτι μέγα τ. ὄ. τ. κ. μ. δ. Hæc aberant à B. quæ ſuppeditauit P. ſed redundat prius illud μέγα.

Pag.264.a.4. βλάβης. P. λάβης. a.10. *laborem inſumpſ.*) At κενοῦν πόνον non hic ſonat idem, quod Latinis laborẽ exantlare, ſed eũ fruſtra inſumere, vel ſuſceptum irritum reddere, ac ſuo fructu priuare, quod exufflare dicitur Aggæi 1. 9. καὶ ἐξεφύσησα αὐτά, *& exufflaui ea.* Sic Apoſtolus Rom. 4. 14. κεκένωται ἡ πίστις. *exinanita eſt fides.* & 1.Cor.9.15. τὸ καύχημα κενώσῃ. *gloriam euacuet.* Dan.9.25. ἐκκενωθήσονται καιροί. *Euacuabuntur tempora.* Sic igitur hic interpretare: *dum diligenter corpus cõſeruauit, & omnem tamen laborem exinaniuerit, ac ſudorem effuderit per illã in Chriſtum blaſphemiam.* & paulo poſt *non pepercerit gloriæ Ch.* b.5. ἐπιβαίνειν. P.

P.265.a.6. ὠδίνουσα. Ita P. rectius B. ὠδῖνας, forte ὠδίνας ſcripſit auctor, vt ex alio loco eiũs citatur, ἣν πάλαι ὤδινεν ἐπιθυμίαν ἔτεκε, *cupiditatem, quam parturiebat, peperit.* a.11. ἐπιδέχεται. B. ἐπιφέρειν δέλει φησὶν ἀπαγ. b.6. *legumina coq.*) χύτρα cacabus eſt vel olla fictilis, in qua vel legumina vel alia cibaria coqui ſolẽt, ἕψω eſt coquere, ſed & apud Ariſtotelem ἑψητρίδας ollas legimus, hoc eſt ferueutes ollas, & apud Athenæum lib.1. citatur ex Nicochare ἀντὶ ῥαφανίων ἑψήσομεν βαλανεῖον, *raphani loco balneum parabimus*: vt igitur ἑψεῖν dicitur βαλανεῖον cum curatur vt calidum ſit balneum, ſic is qui ſubiicit ignem ollæ, ἕψων χύτρας. Eiuſmodi ſunt illa miniſteria apud Hieronymum in eadẽ epiſt. *Ipſum iactent aſſidere lectulo, obſtetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare faſciolas.* c. 8. P. ἐπιτρέψεις αὐ. *hæc committeres?* c. 10. *Nam ſi concupiſc.*) Interpres, *Nam ſi concupiſcunt, &, appetentes ſunt*, Sed vnam vnam aliquam ex canonicis illis alloqui potius videtur auctor, quod indicant quæ mox ſubiicit, καὶ οὐ τὰ μάλιστα. & in P. pro ἐρωτικὴ legebatur οὐκ ἔστι τί μοι τοῦτο. c.12. *Verum quid hoc.*) Mentem auctoris commodius aſſequeris, ſi ſcribas, *Verũ quid hoc, dicet aliquis, contra ipſorum caput?* Quaſi obiiciat ſibi, nihil hoc ad illos pertinere, quamuis rumor ſit illos turpiter abuti contubernalibus, neque reos idcirco eſſe. vide infr. 268.d. καὶ τὴν ἡμετέραν τρίψετε κεφαλήν. Germana ſunt illa Hieronymi epiſt. 47. *Quod ſi dixeris: Et mihi ſufficit conſcientia mea: habeo Deum iudicem, non curo quid loquantur homines.*

Pag.267.b.5. καὶ εἰς κατηγορίαν πίπτει. P.

Pag.268.a.2. αἰτεῖται. B. ἡγήσεται. *beneficium cenſebit, ſi quid illi imperetur.* a.14. *abominationem.*) Interpretem ſcripſiſſe arbitror, *obedientiam*, quod ab iis mutatum eſt, qui duo contraria in vno & eodem poni non videbant, vt ait poſtea τρέμειν, *tremere, & pro nihilo habere.* c.2. *Deum.*) Adde è Græco *& perfectioris religionis ſtudio.* id enim ἀσκήσεως ſonat, ac vitæ auſterioris τινὸς cõtentionẽ.

P.269.a.3. *tanto nos.*) Interp. *tanto magis iuſti ſumus parcendo infirm.* b.11. *pallidum & def.*) δυσάρεστος eſt propriè moroſus, cui placere difficulter queas, vt apud Euripidem in Oreſte δυσάρεστοι οἱ νοσοῦντες, moroſi ſunt ægroti, & ex Chryſoſtomo citatur τὸ δυσάρεστον τῶν νοσούντων. Baſilius in martyrem Iulittam, Νῦν δὲ τὸ τῶν δυσαρεστουμένων πεπόνθαμεν οἱ πολλοί, τὸ μὲν παρὸν ἀτιμάζοντες, τῶν δὲ λειπόντων ἐπιθυμοῦντες· Iã vero pleriſq. accidit idem affectus, qui hominibus moroſis ac minimè gratis, vt bonũ quidẽ quod adeſt faſtidiant & aſpernentur; quæ vero abſunt, expetant cupidiſſimè. Ita corrigẽda eſt interpretatio Baſilij, Chryſoſtomi vero ita. *videmus aliquem moroſum & implacidis moribus ob diuturnam ægritudinem.*

P.270.d.10. *Quæ cauſa.*) Interp. *quæ cauſa probus nos faciet?* P.272.c.1. *In hoc conſortio.*) Minus apte interpres, *magis in coniugiis* : neque enim

hoc prætexit nomine culpam Chryſoſt. c.6. *in ſeruitutem.*) Etſi paſſiui modus infinitiuus videtur τὸ δουλοῦσθαι, tamen actiui notionem hîc habet, vt apud Platonem epiſt.7. οὔτε τοῖς δουλουμέναις, οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον. *neque in ſeruitutem redigentibus, neque in ſeru. redactis melius.* Plutarchus in Demetr. τὰ σημεῖα κατεδούλωσε τὴν γνώμην αὐτῶν, *prodigia frangebant ſpiritus eorum*; ſic paulo ante dixit Chryſoſt. ὁ δουλουμένην τῷ ἀνδρὶ γυναῖκα: & hic ergo verte, *cohabitantem in ſeruitutem redigere*

Pag. 273. c. 6. *affert.*) Sic & veteres editiones, ſed emendandum è Græco, *affertur: proponitur tanquam vitæ perfectioris exemplar.* Eiuſmodi fuit aſpectus imaginis Polemonis, quo perculſa mulier meretrix ab improbitate deſtitit, vt ex Gregorio Nazianz. citatur in Synodo vii. actione 4.

Pag. 274. b. 9. *probauerunt.*) Rectius foret, *diuulgarunt*, vel *propalarunt*: non enim tantum ἐξακωδωνίζειν ſonat explorare, metaphora ducta ab ab equis, quos olim tintinnabulis explorabant, ſed etiam ἐξεφημίζειν, *diuulgare.* Etymologus, ἐξεκωδωνίζοντο, περιβόητοι ἐγίνοντο. *celebres euadebant.* b. 9. πειστικῆς. Adde è textu Græco mſ. P. καὶ τῆς εἰσω τῆς χαλεπῆς. b. 12. *in cauſſa vero.*) Hæc omnia vſque ad periodi finem è Græco vertimus, quorum loco interpres hæc tantum ſubiecerat, *& oderunt omnes qui ſciunt: ſciunt autem non minus, qui ſunt domi ſuæ, quàm qui non*: quaſi legiſſet οἴδασι non ἴσασι, aut aliquid aliud.

Pag. 275. a. 6. μῶμος.) B. μώμους ἐκβάλλει. ἔστι.
c. 5. *corporea volup.*) Quaſi legerit τρυφῆς, aut aliud quippiam: mentem certe auctoris non aſſequutus eſt. Solet enim olei nomine miſericordiam vel liberalitem in egenos intelligere, quaſi ἔλαιον ſit ἀπὸ τοῦ ἐλέους. Sic homilia de petit. filiorum Zebedæi pag. 422. καὶ τὴν μὲν παρθενίαν ὡς πλέξιν πυρός, τὴν δὲ ἐλεημοσύνην ὡς πλέξιν ἐλαίου νῆσαι. homilia 9. de pœnitentia p. 703. & homil. 79. in Matth. p. 670. Hic ergo ſcribe, *corporalem cibum nō impertire, & multas.* d. 6. P. πάσας ζημίας. τιμωρίας.

Pag. 276. a. 9. *præſentiam decl.*) Male interpres, *& gemmata monilia præſentes regi videri debent.*

Pag. 277. d. 7. κρύπτει. P. καλύπτομαι.

Pag. 278. d. 1. *ob illam.*) Lege potius, *ob id illa*, vt de ſubintroducta intelligatur.

Pag. 279. b. 1. ἐκβάλλουσι. B. ἐξέβαλε & τοῦ δὲ ἐπιστρέφει. b. 10. *ne quis ad exter.*) Græca ſonant, *neque enim ad exterius cubiculum abſque metu progredi poteſt illa: ſæpe autem & viri corpori nudato occurrit, atque hoc ipſe reformidans nunc quidem miſſo.* d. 4. *agglomeranti.*) Interp. *extenta & fuſum habenti.* quaſi eſſet μηκυνομένη, vel vt apud Heſychium legimus μηρυομένη accepit pro ἐκτεινομένη. mulieres enim filum quod deducendo extendunt mox contrahendo agglomerant, vtrumq. fuſi circumactione: ſed *extendenti* fuiſſet dicendum, non *extenta*: vſurpatur & apud Heſiodum pro texenti. Hieronymus epiſt. 47. *Dolet ſibi prælatum iuuenem, qui ipſe ſacculum ſignet, textrinum teneat, penſa diſtribuat, regat familiam, emat quidquid de publico neceſſarium eſt.*

Pag. 280. b. 2. *product.*) Interp. *internuntiorum & paranymphorum*, quæ nimis honeſta ſunt vocabula. paulo poſt interpres ſcripſerat, *inſtitoriam ſcortorum*, quaſi ἑταίρων legiſſet non ἑταιρῶν προξενοῦν. c. 12. *relictis.*) Immo, *amiſſis viris*, & paulo poſt δυνατόν ἐστι verte, *Quod ſi hoc paratu difficile putas.*

Pag. 281. a. 5. τῷ θεῷ. B. τῶν οὐρανῶν a. 13. *& deceptio.* Scribe, *quòd decept.*

Pag. 282. a. 4. ἐπιτιμήσουσι. P. σοι ἐπιτιμᾶν. c. 4. αἰῶνι. B. τοῖς αἰωνίοις ἐν οὐρανῷ ἀγαθοῖς.

ADVERSVS EOS QVI SVBINTRODVCTAS HABENT.

PAG. 283. a. 1. συνεισάκτους. Illuſtriſſimi Cardinalis Peronij liber addebat inſcriptioni Bauarici παρθένους, *qui ſubintroductas virgines habent*, & hūc librum ante alterum qui præceſſit collocabat, quemadmodum & Auguſtanus catalogus: quod ipſum fieri ſuadet illa verba Chryſoſtomi p. 265. d. ἤδη μὲν γὰρ σαφῶς ἀποδέδεικται πρὸς τοὺς ἄνδρας διαλεγομένοις. Euſebius lib. 7. hiſt. c. 24. videtur indicare vocem hanc συνεισάκτους Antiochenæ ciuitatis propriam fuiſſe, τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων. *Mulieres autem ſubintroductas vt Antiocheni nominant, & presbyterorum ac diaconorum, quos ſecum habent.* Vtebantur tamen hac voce paſſim ſancti Patres & Concilia vt Nicænum 1. can. 3. ἀπηγόρευσεν ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν. *Vetuit Synodus, ne liceat Epiſcopo, nec presbytero nec diacono, nec vlli penitus eorum, qui ſunt in clero, ſubintroductam habere mulierem.* Sic enim vertit Græcam vocem Dionyſius Exiguus in codice canonum, & vetus interpres in Actis Concilij Carthaginenſis v 1. Burchardus item & Nicolaus 1. & Alexander can. 5 & 6. diſtinct. 32. Theodorus Balſamon in illum canonem Nicænum ſcribens docet quoſdam arbitrari mulierem dici ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν καὶ συνοικοῦσαν τινὶ πορνικῶς, *eam quæ pro legitima vxore introducta eſt, & cum aliquo fornicatoriè cohabitat.* (fortaſſe quoniam iiſdem canonibus interdici concubinas & introductas viderunt vt illo Nicolai 1. *Nemo miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere aut ſubintroductam mulierem.*) ἄλλοι δὲ εἶπον, τὴν πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσαν τινὶ ἀλλοτρίῳ παντὸς κἂν ἀνύποπτος ᾖ, καὶ ἔξω πάσης ὑποψίας ἀπάσης τυγχάνει. *Alij autem dixerunt eam eſſe omnem mulierem cum aliquo externo cohabitantem, etiam ſi ab omni ſuſpicione aliena ſit.* Interpres hîc addiderat, *quas συνεισάκτους & ſubintroductas vocant, & contra concubinarios*, quæ tanquam ſuperflua ſunt expuncta: quod autem ſorores adoptiuas appellauit, ex conſtitutionibus Imperatorum ſumpſiſſe videtur; ſic enim Honorius & Theodoſius Impp. l. 19. Cod. de epiſc. & clericis. *Eum qui probabilē ſæculo diſciplinam agit, decorolari cōſortio ſororiæ appellationis non decet.* Conc. Ancyrunum can. 19. τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν. *Virgines quæ tanquam ſorores cū nonnullis viris habitare volunt, ab eorum conſortio prohibemus.* Sic melius vertit interpres vetus quā Heruetus, *quæ cum quibuſdam tanquam cum fratribus congrediuntur*: neque enim aliud erat in codice Tiliano mſ. quo vſus eſt, quā ὡς ἀδελφαί, non ὡς ἀδελφάς. Hieronymus ad Euſtochium epiſt. 22. *Vnde in eccleſias Agapetarum peſtis introiit?*

vnde ſine nuptiis aliud nomen vxorum? Frater ſororem virginem deſerit, cœlibem ſpernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum. eſt & Nouella Iuſtiniani apud Iulianum Anteceſſ. Conſtit. 115.475. de iiſdem ſubintroductis vide Baſil. Cæſarienſ. in epiſt. ad Gregorium canonica.

Pag. 284. a. 3. *Quòd ſi forte.*) Hæc vſque ad verbum, precor, addita ſunt à nobis, qui & ſuſpicabamur excidiſſe interpreti verbum, *fieri*, poſt *inimicos*, aut emendandum ἀναδέξασθαι pro ἀναδείξασθαι hoc modo, *Neque enim vltro & ſine cauſſa ſuſcipere has inimicitias vellem.* d. 7. *Nobis quamuis.*) Quicquid legerit interpres, hæc ſonant Græca, *Enimuero ſi nobis propoſitum eſſet illos punire, atque in iudicum ordinem aſciti eſſemus, indignandũ eſſet, & ſuccenſendum: ſin autem omiſſo illo medicorũ potius munus obimus, eorúmque qui curare cupiunt, cohortari oportet, & obſecrare, ac ſi opus ſit genua complecti.* c. 8. P. ἀπογνώσεως & ἐπιτρέψαι.

Pag. 286. a. 3. *Hic opinor.*) Interpres ediderat, *Cur tantum intra ſe caminum accendere, & in ignem ſe auſit cum periculo iniicere?* nos mentem auctoris ad verbum expreſſimus: nondum tamẽ quis ille fuerit philoſophus vllibi comperimus: niſi fortè alludere voluit ad illud factum Ageſilai Regis, quod laudat Plutarchus in libro de audiendis poëtis p. 31. edit. VVechel. quo loco docet eum qui ad amoris affectum propenſus eſt, aduerſus eum præparare ſe debere, ὥσπερ ὁ Ἀγησίλαος οὐχ ὑπέμεινεν ὑπὸ τοῦ καλοῦ φιληθῆναι προσιόντος, *quomodo Ageſilaus non paſſus eſt oſculum ſibi dari à formoſo ad ſe accedente*: quod ad illam fortaſſe hiſtoriam pertinet, quam idem narrat de Megabate in eius vita p. 602. Diogenes Laërtius tale quid de Zenone profert, lib. 7. qui cum aſſediſſet illi formoſus quidam, ſurrexit, & mirantibus dixit, *Et medicos audio dicentes præclarum eſſe ad tumores quoſque remedium quietem.* a. 6. *Ego autem.*) Ad verbum ſonant Græca ſublata interrogatione, quæ aberat ab altero mſ. *Ego vero non facile dixerim eos contubernales ſuas oſculari vel contrectare, ſed ſi quis eos horum accuſet, oſtendere conabor eos, tametſi illo vſque perueniant, ſibi multo grauius priori tormentum accerſere.* Non negat apertem illos caſtos eſſe vt inf. p. 287. c. ἴσως μὲν καὶ αὐτὸς πείθομαι. Hieronymus in epiſtola 47. ſimilis argumenti. *Facilius mala credunt homines, & quodcumque domi fingitur, rumor in publicum fit.*

Pag. 288. a. 13. *curam nullam.*) Immo aliud vult Chryſoſt. *ne vbique vel curam haberemus, vel abiiceremus eorum*: hoc eſt non in quibuſuis negotiis vel rationem haberi vel nullam haberi rationem ſcandali, ſed in quibuſdam haberi voluit, in aliis non haberi. Pari ratione contendit Hieronymus non contemnendos eſſe rumores epiſt. 47. *Audi Apoſtolum ſcribentem: Prouidentes bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnib. hominib.* Rom. 12. 17. b. 13. *ſtatuit.*) Quaſi legiſſet ἐκύρωσε, non ἠκύρωσε, *abrogauit, irritam fecit*, cum dixit Matth. 15. 17. *Quod intrat in os, in ventrem vadit.* Sic ibid. 6. ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ. *Irritum feciſtis mandatum Dei.* c. 10. ἱερᾶς. B. ἱερᾶ. vide.

P. 289. a. 12. *qui ſcandalizab.*) Addendum, *& nõ contempſit mag.* b. 13. *ſolum autem.*) Interp. *ipſum ſcandalizari ſolum habet pro iuſta cauſa.*

Pag. 289. a. 8. περιπέμποντες. B. καταπέμποντες. a. 11. P. πᾶσι πάντα. b. 5. αἰσχύνῃ. B. αἰσχυνόμενοι. d. 2. ποιῶν. P. ποιοῦντα διὰ ὑμᾶς. d. 9. ἀλλ' ὅμως.) Hoc membrum, quod aberat à Bauarico apographo debes P. mſ. qui & adiuuandus eſt, legendúmque ἐδίδαξεν αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ εἶπεν.

Pag. 290. b. 9. *tanto æquius.*) Interp. *tanto iuſtior fuiſſes infirmiorem geſtando*: ſed illud ἐβάσταξας. Doricum eſt κατὰ τροπὴν τοῦ σ εἰς ξ vt docet Etymologus in verbo Ἀιάζω. d. 10. Interp. *accuſationem vulgo proterere, & in ſid.*

Pag. 291. b. 6. πραγματείας. B. συμπαθείας. c. 3. βλάβην. B. λώβην. c. 4. *& ne cogitem.*) Ita vulgata Lat. ex Hebræo vt & Symmachus, καὶ οὐδὲν ἐνόησα περὶ παρθένου. *& nihil cogitaui de virgine*, ſed & apud Auguſtinum legimus vt è Græco LXX. *& non cogitabo de virgine*, Vaticana editio καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένον, *& non intelligam ſuper virgine*: ſed hæc verba Iob 31. 1. aberant à Bauarico quæ cum, ab interprete conuerſa eſſent ex Perronico ſunt aſcita. c. 9. προσαναθεὶς. B. προσγεγραμμένον.

P. 292. a. 6. ἐμβλέπειν. B. ἀπαντᾶν, ſed illud vetius. b. 11. P. παρθένον.

P. 293. b. 5. *qui à cupid.*) Interp. *cui purificandarum conſciẽtiarum eſt ſtudium.* d. 7. *Portus enim.*) Interpres portum verterat, ſed hoc non eſt πρόβολος, at ſcopulus eminens, qui æſtum maris frangit, vnde tranſlatio ducitur, vide inf. 321. a. & πρόβολος appellatur defenſor, tutor, propugnator, vt docet Budæus proferens hunc locum Gregorij Nazianzeni πάντως τὸν προστάτην τῆς ἐκκλησίας ἐπιγράφει, καὶ πάντως πρόβολον ἀσφαλείας δείκνυσι: vbi fortiſſimũ epiſcopum ſignificat, qui tyranni ferociam infregit virtute ſua. Hic tamen poſt vocem propugnaculum adde verbum, video, quod interpres omiſit. d. 8. αἰσχύνη. P. καταισχύνουσα.

P. 294. a. 5. *conuerſantes.*) Quaſi legiſſet ἐμπορευόμενος at παιδοτριβεῖν eſt eodem auctore Budæo non ſolum exercere, ſed & informare, inſtituere, vt Plutarchus dixit, in libro num ſeni gerenda ſit reſpub. ὁ δὲ παιδοτριβῶν νέον ἐν πράγμασι πολιτικοῖς. *Qui iuuenem publicis in negotiis inſtituit.* Ergo hoc volebat Chryſoſt. *atque ad mundanas inſtruentes curas.* πραγματευτὰς & ἀγοραίους verterat interpres, exactorum & mercatorum, ſed cum de forenſibus negotiis agatur, & de cuſtodia rei familiaris, diſpenſatorum & procuratorum atque aduocatorum aptiora ſunt nomina. Sic Hieronymus epiſt. de ſuſpecto contubernio, *quæ vel ob hoſpitij ſolitudinem vel ob cuſtodiendas facultatulas præſules ſibi quoſdam clericos aſſumpſiſſent.* b. 5. μηδὲν. P. εἰπεῖν. c. 4. *Et viduarum.*) Clarius dixiſſet. *Et viduis quidem pecunias diſtribuere*: nam ad Apoſtolorum reſponſum iſta ſpectant, cum ageretur de viduis, quæ in miniſterio quotidiano Actor. 6. 2. *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Chryſoſtomus idem homil. 14. miniſterium appellatam eſſe diſtributionem eleemoſynarum vult. καὶ ὅρα πῶς καὶ τὴν διακονίαν ταύτην καλεῖ καὶ οὐ τραπέζας ἐπιμελουμένων. & hom. 18. in 2. ad Cor. ὥστε οἰκονόμον εἶναι τῶν ἱερῶν χρημάτων καὶ διάκονον. *vt ſacrarum pecuniarum promus condus ac miniſter eſſet.* c. 13. *quibus mandatum.*) Interpr. *qui ordinati, vt quotidie ſanguinẽ & animã pro viduis exponamus:*

Digitized by Google

nos veram ſententiam Græci textus repræſentamus, quæ alludit ad illud Iul. 12.d.3. *Poſui animã meam in manibus meis*. 1. Reg. 19. 5. & *poſuit animam ſuam in manu ſua*. & Pſalm. 118. 100. *Anima mea in manibus meis ſemper*; in quem locum ſcribens Vatablus admonet Hebraïſmum eſſe, pro, in diſcrimine vitæ ſemper verſor: quod ante illum docuit Hieronymus epiſt. 135. quaſi dicat, *Quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto.*

Pag. 295. b. 6. *& habitum in opinione.*) Interpres exiſtimauit δεινὸν ad virum referri, vt dicitur aliquis δεινὸς λέγειν, dicendi peritus, ſed calamitoſum quiddam hic ſonat: itaque vertendum, *cum te virum videat graue ac moleſtum cenſere, ſi eius* p. b. 11. τὸ τοῦτον ἀναπείθεσθαι.) Si expungatur articulus τὸ, qui περιττὸς, hæc lectio P. præferenda eſt alteri B. τὸ τοῦτον ἀναπείθεσθαι ὑπὸ βιωτικῶν. c. 11. *nihil perſuadeamus.*) Diuerſum quid legiſſe videtur interpres hîc & infra vt pro λάζῃ vel λαζῇ vel λαζέσῃ quod Heſychio eſt idem quod βλάψῃ: cum ſuperioribus tamen aptius iſta nectentur, *nihil perſuadeat, & cum non perſuaſerit, alios ſumſerit*. hoc eſt alios contubernales & patronos futuros vocarit. c. 11. ἀπειπὼν. P. καὶ μὴ ἀπειπών.

Pag. 296. c. 11. ἀλλ' ἀπωλεσάν. Fortè ἀλλ' ἀπωλέσαιεν. & pro ψυχῆς καὶ αἰτίας in P. erat ἐκ αἰτίας ψυχῆς. d. 8. δι' αὐτ. προσθήκε. P. δι' αὐτ. ἐπιθέντες.

Pag. 297. a. 7. P. χαλκοπωλεῖον. b. 10. πλύνω. Legiſſe videtur πλύνωσι hic vetus interpres, dum vertit, *& lauentur ipſe & veſtes*. vide inf. p. 300. cap. 4. b. 7. P. ὑπηρετικὰ ἀνδράποδα. b. 12. P. ἀπολαύσασθαι. c. 5. P. αἰσθάνονται. c. 11. Vt nihil omittas, ſic interpretare, *quàm quæ contemptum amoliri, ac fauorem al. c. p.*

Pag. 298. a. 2. *Si quidem.*) Hos tres verſus ab interprete omiſſos reſtituimus: tantum enim ſcripſerat. *Ego autem & addo aliquid amplius.* b. 2. *Num enim.*) Interp. *Quomodo feres*: quaſi ſcriptum offendiſſet πῶς γὰρ οἴσεις. b. 9. *quæſtum.*) Hoc maluimus, quam cum interprete, *abundantiam*, ἀφθονίαν, quod & Bauaricus ſuggerebat, ſed aptius P. ἐμπορίαν, vt antea μείζων ἡ ζημία τοῦ κέρδους. *vbi maius lucro damnum.* c. 10. *anſam.*) Interpr. *ſi illis damno ſimus*. at hoc eſt βλάβην, non λαβήν. vt habet vterque mſſ. vt p. 290. d. προσκρούειν κατηγορίας dixit 296. & 303. c. λαβὰς παρέχοντες.

Pag. 299. b. 2. P. ἀλλ' ὅπως.

Pag. 300. b. 11. *ſtudium.*) Interp. *ſtudium & gloriæ Dei & ſuæ propter Deum*: expreſſit nimirum lectionem Bauar. καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης, καὶ τῆς ἑαυτῶν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ, *& Dei gloriæ & ſuæ propter diuinam*. c. 5. τὴν τιμήν. Fortè legendum τὴν παρὰ τιμὴν vel τὴν κατὰ τιμήν.

Pag. 301. c. 9. ὁ δὲ πῶς. Emenda εἰ δὲ πῶς. d. 3. εἰ τι κάμνοι, *ſiue corpore ſit infirmo*: at interpres legiſſe videtur κάμνει τὸ σῶμα. & paulo poſt d. 11. σωφρονῶσι pro φρονῶσιν, quod eſt, *ſi ſapiant*, vel *ſi prudentes ſint*.

Pag. 302. a. 8. κεφαλοδέσματα. P. tametſi vtroque vſitatius eſt κεφαλοδέσμιον vel κεφαλόδεσμος. a. 12. *Sin autem vltor.*) Videtur legiſſe πλούτου, non ὕπουλον: tu verte, *Sin autem de opulentia hac inquiras, maior eſt riſus.* a. 15. *verſatur.*) Interp. *paſcitur*, quaſi eſſet περιφέρεται. b. 4. P. ὁ τοῖς ἐρχομένοις ὑπάγων.

Pag. 303. a. 5. B. κατηγορίας, *accuſationes*. b. 3. P. ἀσχολεῖσθαι. b. 5. *ſubtemen.*) Interpres, *ceruſſæ & croci venditores*. c. 3. *gloriantur.*) Hoc malo, quàm vt interp. *ſe fucant & ornant*. Simile illud Hieronymi epiſt. 47. *Ille in eccleſia legit, in te aſpiciunt vniuerſi, niſi quod pene licentia coniugali de tua infamia gloriaris.*

Pag. 304. c. 7. *qui contra nos.*) Immo, *illarum ducem*. nam στρατηγοῦντα dixit non στρατεύοντα, & Diabolum tanquam cæterorum dæmonũ principem alibi appellat τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος. Apoſtolus Epheſ. 2. 2. & in eadem epiſt. cap. 6. 12. τὰς ἐξουσίας, τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος, *poteſtates, mundi rectores tenebrarum ſeculi huius*. Interpres etiam legiſſe videtur hic apud Chryſoſt. eodem modo τοὺς κοσμοκράτορας.

Pag. 305. c. 5. πάντας. P. *omnes*. Sicut dixit Amos 3. 8. *Leo rugiet quis non timebit?* & ipſe Chryſoſt. homil. 14. in 1. ad Corint. καθάπερ γὰρ λέοντος παρουσία ἅπαντα ποιεῖ καταπτήσσειν τὰ ζῶα. *Quomodo enim leonis præſentia efficit, vt omnia extimeſcant animalia.* & ad Antioch. hom. 8. ὁ λέων ἐφθέγξατο, καὶ τὰ θηρία φυγαδεύει πάντα. *Leo clamat, & omnes beſtias fugat.* Similis eſt comparatio in homilia de S. Pelagia pag. 553. λέοντα ἀφιεῖσα τοῖς ῥήμασι λαβὼν καὶ τοὺς ἰδόντας ἀκούσας. d. 3. ἀτριβ. B. ἀπερίτριπτον. *innutritum.*

Pag. 306. a. 10. *à via ſibi.*) Interp. *à ſua verecundia*, quaſi legiſſet, αἰδοῦς, non ὁδοῦ, quod nec ipſum male quadrat huic ſententiæ. c. 11. *non ſolum externa.*) Græca exigunt *externi, ſed & ipſæ quoque contubernales*. d. 11. οὐδ' ἔξω. P. οὐδὲ ἔξω. & ita legit interpres, qui ea quæ ſequuntur ſic verterat, *& duris ſuis præceptis eas erubeſcere faciunt*: minus opinor conuenienter: non enim viros, ſed mulieres canonicas tyrannidem dixit exercere ſolitas.

Pag. 307. c. 4. *Veruntamen.*) Græca ſonant: *neſcio niſi ſi quis ſeipſum perdere deſideret: nulla enim nobis excuſatio neque venia ſperanda erit.* d. 7. μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ.) Hæc eſt lectio P. at interpres *poſt Dei gratiam* verterat, eámque lectionem Bauaricus repræſentat μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν: ſed & totus locus ita potius exprimendus erit *virtuti rationis vna cum Dei gratia totum permittamus*. Vide ſimilia de facilitate prauam iurandi conſuetudinem ſuperandi homiliis 14. & 19. ad Antiochenos: diuinæ vero gratiæ nos cooperari debere pluribus oſtendit homil. de ſancta Pelagia pag. 555.

Pag. 309. b. 3. *frui ſuperuacuis.*) Scribe potius, *frui voluptatibus ſuperuacuum dicebat & vanum.* Hîc enim ἀπόλαυσις idem ſonat, quod apud Ariſtotelem 1. Topic. c. 4. πότερος ὁ κατ' ἀρετὴν, ἢ ὁ κατ' ἀπόλαυσιν ἡδίων βίος. *Vtra iucundior ſit vita, eane quæ virtute, an ea quæ voluptate dirigitur.* c. 9. *fidem.*) Adde, *ac Dei gloriam*. c. 14. *propinare.*) Interpr. *offerre*, atque ita quoque in Bau. legebatur προτείνειν: ſed verior eſt viſa lectio alterius codicis, cui ſimile illud apud Demoſthenem τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες Φιλίππῳ. *de iis qui libertatem Philippo Regi propinauerant.*

P. 310. d. 1. ἰδίων. Emendandũ ex interprete ἰδιωτ.

IN LIBRVM DE VIRGINITATE.

PRIMVS hunc librum Latinè tantum in lucem edidit in Italia, & Othoni Truchſeſſio Cardinali Auguſtano dicauit Iulius Pogianus; poſt à Ioanne Liuineio Gandenſi vtraque lingua Plantinianis formis expreſſus ex codice Gulielmi Sirleti Cardinalis prodiit an. 1575. Adiecit & Notas quaſdam velut auctarij vicem idem interpres, quibus ſententiam ſuam confirmauit, ſi quibus in locis de lectione non leuiter ariolandum fuerat, vel alterius interpretis lectio expendenda. Ex illis nos ea, quæ neceſſaria videbuntur, repræſentabimus, additis inſuper variis lectionibus ex codice vno collectis reuerendiſſ. Epiſcopi Ruthenenſis, quem nobis illuſtriſſimus Cardinalis Perronius commodauit. Latinam locutionem non paucis in locis immutauimus, ſicubi, dum ſermonis ſtudet elegátiæ, vel obſcurior interpres viſus eſt, vel à Latinæ vulgatæ Bibliorum interpretationis verbis minus religioſè diſceſſit. Ad capitum diuiſionem quod attinet, idem ſentit Liuineius, quod Pogianus, neque diſtributum in capita librum, aut inſcriptiones eas, quæ in codice mſſ. initio cuiúſque ſectionis ſeorſim adnotata ſunt, atque in editione Græcolatina in libri marginem reiectæ, ab auctore confectas exiſtimar. nam & perpetuum operis argumentum continenti oratione explicaſſe videtur, & inſcriptiones pleræque non ſuis locis collocatæ ſunt, ac multis in capitibus omiſſæ. Ante commentarios in Pauli epiſtolas hunc elaboratum fuiſſe librum conſtat ex homilia 19. in priorem ad Corinth. vnde Nicephorus lib. 13. cap. 2. myſticas in diuinum Apoſtolum & in ſacra Acta homilias eum condidiſſe ſcribit, in Epiſcopatu Conſtantinopoli, presbyter vero honore cohoneſtatum commentario in Pſalterium & de Virginitate & plurimos alios libros edidiſſe.

Pag. 314. b. 12. μὴ τῆς ἐ.) Expungendus eſt articulus ſuadente Ruthenenſi apographo, cui varias lectiones omnes acceptas ferre debemus: ſic enim habet, μὴ τῆς μέχρι ζωῆς.

Pag. 315. d. 3. ἐν ἐγκρατείᾳ) In hunc locum hæc annotat Ioan. Liuineius. Corollarium hoc neque in antiquo interprete Latino, neque in vllis Græcis exemplaribus, quæ permulta & emendata vidi, exſtat: & credi poterat, Chryſoſtomum id de ſuo addidiſſe. Quæ res neque inſolens eſt iis qui ex auctoribus quippiam citant, & huius operis cap. 75. ex eodem hoc prioris ad Corinth. 7. ita legitur: καὶ οἱ χαίροντες ὡς κλαίοντες ὡς μὴ χαίροντες· cùm ὡς κλαίοντες, neque in Syro, neque in vetere Latina verſione, neque in vllis omnino Græcis inueniatur. Sed & præter auctoris ad D. Paulum commentaria, quæ Græca ab Veronenſibus habemus, conſtanter tribus iterum locis cap. 34. 36. & 41. ἐν ἐγκρατείᾳ hic additum eſt, & in Syro, quod vnum, (fieri poteſt vt fallar, ſed tamen dicam quod ſencio) in tanta Græcorum codicum varietate, conſtituendæ Græcæ veritatis, propter ſummam antiquitatem, certiſſimum præſidiũ eſt, adiicitur בברירות, id eſt, in puritate: quo modo & Latinè Purè habere, & Puras noctes Plautus dixit: vt mihi quidem vix ſit dubium quin ea puta puta Pauli lectio ſit: valdéque veriſimile videatur, Paulum viduum, quod Chryſoſtomus apertè ſenſit, non virginem fuiſſe. Nam & aliud hic eſt ἐν ἐγκρατείᾳ, aliud ἐν παρθενίᾳ: & Paulus τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις ſe exemplum proponit: vbi τοὺς ἀγάμους non expertes nuptiarum & virgines, ſed viduos, & μὴ δευτερογάμους rectè Chryſoſtomum exponere, oſtendit, tum quòd ἄγαμος paullo pòſt vocetur quæ diuortium fecit, tum quòd vtrique hominum generi, & viduis & virginibus, Paulus ſe exemplum, opinor, non propoſuerit, cùm alterum eum ſolùm fuiſſe ſit neceſſe. Poſtremò quum totum hoc caput in tria quædam quaſi membra diſtributum ſit, quorum primo de maritis & coniugibus, ſecundo de viduis, tertio de virginibus diſſeratur, ſingulis ſuis tanquam locis deſcriptis virgines ad viduas adiungendæ, & velut in alienam coloniam mittendæ non videntur. Accedit quòd vetuſtiſſimi quique & optimi ſcriptores Paulum virginem negent. D. Ignatij epiſt. ad Philadelphenſes hæc ſunt verba: ὀναίμην ὑμῶν τῆς ἁγιωσύνης, ὡς Ἠλία, ὡς Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, &c. τῶν ἐν ἁγνείᾳ ἐξελθόντων τὸν βίον. οὐ ψέγων τοὺς λοιποὺς μακαρίους ἐν γάμοις συνελευσομένους, ὧν τὴν μνείαν ἐποιησάμην. εὔχομαι γὰρ ἄξιος θεοῦ εὑρεθεὶς πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραάμ. &c. ὡς Πέτρου, καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. Id eſt, *Proſit mihi veſtra ſanctimonia, vt Eliæ, vt Ieſu Naueæ, &c. qui vitam caſtam tranſierunt. Non equidem ceteros ſanctos vituperans, qui matrimonia frequentarint, horum mentionem feci. opto enim Deo dignus repertus, iſtorum veſtigiis regnum conſequi, Abrahami inquam, &c. Petri, & Pauli, & aliorum Apoſtolorum qui matrimonia frequentarunt.* Sed admonuit me reuerendiſſ. VVilhelmus Lindanus in Anglicano codice Pauli vocem abeſſe. Quod etſi credam, de fide tamen non poſſum quin ſubdubitem: cùm & Pacæi editio, qui Græca primus in lucem protulit, & Morelij, & Latinæ verſiones, quas equidem viderim, omnes conſtanter Paulum repræſentent: tum autem, quod palmarium eſt, Chryſoſtomus cap. 82. Ioannem & Euangeliſtam & Baptiſtam virgines, Petrum & Paulum continentia illuſtres vocat. quæ ſententia cum illa Ignatij planè gemina eſt. Enimuerò vtut eſt, tergiuerſandum non eſt: quare veniet ad partes Clemens Alexandrinus, cuius ex Stromate 3. fol. 179. verba hic adſcribam. Loci quidem admonuit me Nicephorus Calliſti lib. Eccleſ. Hiſtor. 2. cap. 44. ἢ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἀποδοκιμάζουσι; Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαιδοποιήσαντο· Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδράσιν ἐξέδωκεν· καὶ ὅ γε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἔν τινι ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσαγορεύειν σύζυγον· ἣν οὐ περιεκόμιζεν διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. Id eſt, *Ecquid verò Apoſtolos quoque refutant? Petrus enim quidem & Philippus liberos genuerunt: Philippus certè etiam filias viris elocauit: & Paulus in quadam epiſtola coniugem ſuam vſurpare non veretur: quam non circumducebat, ad*

miniſterij agilitatem. & quæ ſequuntur. Significat autem ad Philipp. cap. 4. nam alibi nuſquam quod meminerim σύζυγε Paulus nominat. Quãquam verò commentarium eum & Græca & Syrus Interpres, & denique res ipſa refellit: niſi, quod faciendum non eſt, ſuſtinemus, vt à quo alios dehortatus ſit Apoſtolus, idem ipſe ſui oblitus pòſt admiſerit: nihil ad rem. non enim ex Paulo, ſed ex Clementis auctoritate argumentum ducimus. Ceterùm Franc. Turrianus, vir doctus, lib. contra Magdeburgenſes pro Apoſtolorum canonibus, non longè ab ingreſſu, eiuſdem huius opinionis Methodium & Tertullianum facit. Sed nec loca adducit, & ego illius nihil vidi, in hoc non memini hactenus obſeruare: etſi non dubito, quin Turrianus facilè luculentum teſtimonium ſit allaturus. Vltimo loco diſputationem claudet Chryſoſtomus noſter, qui præter eum locum quem indicaui, cap. 41. idem bis dicit. Verba, vt breuis ſim, ex noſtra verſione hæc ſunt: At non de virginitate vſquam ſe proponit. ideóque admodum modeſtè atque cautè loquitur, qui nec ipſe ea eſſet perfunctus. & paullo pòſt: Atque hoc loco Pauli ſummum artificium ac prudentia admiranda ſit, quemadmodum inter duo neceſſaria eáque contraria interceptus, tum vt perſonam ſuam commendaret: quò conſilium ſuum plauſibile eſſet: tum vt nihil de ſe magnum prædicaret. quippe eius virtutis exſors, breuibus verbis vtrumque conſequutus ſit. Hæc habui quæ pro Chryſoſtomi ſententia dicerem: quæ ſi cui non probabitur, Theodoretum bonum & Græci nominis ſcriptorem, cum pleriſque omnibus Latinis & Scholaſticis per me ſequatur. Hæc Liuineius; quod ad Pauli perpetuum cœlibatum ſpectat, Tertulliani varia de eo profert loca Iacobus Pamelius vt ex lib. 1. ad vxorem cap. 3. & lib. de monogamia cap. 4. *Quum verò nos ad exemplum ſuum hortatur, vtique oſtendens, quid nos eſſe velit id eſt continentes, pariter declarat, quid nos eſſe nolit*, & c. 8. de Apoſtolis loquens, *Petrum ſolum inuenio maritum per ſocrum. Cæteros cum maritos non inueniam, aut ſpadones intelligam neceſſe eſt, aut continentes.* Methodij verò plurima citantur ab Epiphanio hæreſi 64. qui & hæreſi 78. citans eundem hunc locum Pauli tametſi non addit ἐν ἐγκρατείᾳ colligit tamen idem ex eo quod dicat, *Vellem omnes eſſe ſicut meipſum, Meipſum vero quomodo dicit præterquam propter caſtitatem?* Porro idem Chryſoſtomus homil. 19. in 1. ad Corinth. 7. 7. legit etiam ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ, *ſicut meipſum in continentia.*

Pag. 317. a. 11. μαστίζεσθαι. Ita Ruthen. at Plantiniana editio μαστιχᾶσθαι, quo modo & Pogianus, cruciatum iri exiſt.

Pag. 318. c. 4. *contra maieſt.*) Pogianus, *& iactat voces in ſublime nefarias*: neuter animaduertit auctorem verbis vti Dauidis Pſalm. 72. 8. ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν. *Iniquitatem in altum loquuti ſunt.* Apud Euſtathium πύξινοι ἄνθρωποι dicuntur etiam, qui buxeo colore ſunt, vt illi dentes de quibus Martialis lib. 2. epigram. 34. *Sed planè piceique buxeique.*

Pag. 319. a. 9. ἄκουε πάλιν. R. ἄκουε Παύλου αὐτοῦ. Pogianus vtrumque legit, dum vertit *Audi iterum Paulum, vel potius.* Cæterum poſt vocem, auctorem Pogianus de ſuo hic inſeruerat, *Vt virgo ſit ſancta & corpore & ſpiritu, atque idem honorab.* Sed ea ſententia neque hoc loco quadrat, & præter mentem auctoris eſt. nam id tantum vult, luctæ huius hanc eſſe propoſitam legem, ne amplectendo virginitatem matrimonium in rebus vitioſis ducas: de corporis autem & animi ſanctimonia, hic non diſſerit: adde quod paulo ante τῶν ἁγιασμάτων meminit, itaque induxi. Quod mox ait ὅτι γὰρ λύπης, &c. hoc ſignificat, eas tribus nominibus fœdas & impuras eſſe: primum quod caſtæ non ſint, neque vni viro deſponſæ, vt eſt in orationis ingreſſu: deinde quod corrupta mente, cum virginem & corpore & mente integram eſſe ſit neceſſe. Poſtremo quod ex impuro, vt ipſæ cenſeant matrimonio ſuſceptæ: vnde conſectarium ſit eas impuras etiam eſſe. *Io. Liuin.* d. 2. *Bonum nul.*) Apud Platonem in Timæo legimus, ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίνεται φθόνος. *Bonus erat; bonus autem nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur.* Correximus ex R. & Platonis textu, quod vitioſè Plantin. ἀγαθοῦ οὐδεὶ. d. 11 *ſerui Dei.*) Interpr. *ſummi Dei cultores ſunt*: nos ſubſtituimus verba Latinæ vulgatæ, ex Lucæ loco.

Pag. 321. b. 3. συγγαμεῖται. In edit. Plant. legebatur συγκαλεῖται, ſed appinxerat margini Liuineius συγγαμεῖται, quam coniecturam confirmauit R. d. 12. οὕτω. Scribendum vt legitur in R. οὕτως ὁ δικαιῶν, pro eo quod mendoſè Plantin. οὕτως ἀπαλλάττων αὐτό. Nam & Pogianus, vocem additam agnoſcit, *Sic qui coniugium a crimine vindicant.* Ex eodem mſſ. correximus pag. 322. a. 3. παρακαλοῦμεν pro παρεγγυῶμεν. & a. 11. διδάσκειν pro διδάσκειν. ibid. c. 10. emenda ex R. ἐκείνους. d. 2. καὶ ἡ παρθένος. Liuineius ſuſpicabatur deeſſe αὐτὴ, ſed neque mſ. R. id ſuggerit, neque Pogianus agnoſcit, *& iſtud ipſum virgo*: idem etiam coniiciebat legendum, d. 12. αὐτῷ pro αὐτῆς. ſed hoc poſtremum retinet R.

Pag. 323. a. 10. ἀρξεῖσθαι Rectius R. ἀρξασθαι. d. 1 *Itaque.*) Et hic edictum Pauli de fidelis cum infideli conſuetudine & conuictu interpoſuerat, *Si quis vxorem habet infidelem, & hæc conſentit*, &c. 1. Cor. 7. 12. quod cum apertè hic locum non haberet, ſuſtulit Liuineius, & à mſ. R. quoque reiectum eſt. Immutauimus tamen in eiuſdem Liuineij interpretatione ea loca, in quibus πιστοὺς & ἀπίστους vertebat *religioſos & irreligioſos*: non enim ſolent editio vulgata & Patres Latini Chriſtianos & Gentiles his vocibus deſignare, ſed *fideles* aut *infideles* appellant. ita paulo poſt dixerat, *ex antiquo fœdere*, pro, *ex Veteri Teſtamento.*

Pag. 324. c. 7. ἅπτεσθαι. R. ἅψασθαι. ſed illa eſt lectio Pauli 1. Cor. 7. 1. d. 1. λύπη γὰρ τῆς.) Canterus ὅτι, ſed mihi placet noſtrum. *Io. Liu.*

Pag. 325 d. 1. R. περὶ τὸ γάμου: ſed deeſſe negationem probè animaduertit Liuin. nam & Pogianus ſcripſerat, *vt qui de virginitate nihil audiuiſſent.*

Pag.326.a.9. μὴ ἱερᾶσθαι.

Pag.327.a.5. Mendoſè Plantin. & Sirleti apographum ἱερᾶται τινι: coniecturam confirmauit Liuineij R. ἱερᾶται τινι.

Pag.328.a.11. *decies centena.*) Scribere debuiſſet Liuineius, *dena millia denûm millium angelorum:* alludit enim ad locum Danielis 7.10. in quo Latina vulgata, *Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* Tertullianus aduerſus Praxeam cap. 18. *millies centies centena millia aſſiſtebant ei.* b.8. *Creſcite.*) Interpr. *Creſcite, & terram multipliciter frequentate:* quorum loco verba Vulgatæ ſubſtituimus.

Pag.329.a.12. *menſuram.*) Interpr. *amicire, & plenæ ætatis Chriſtianæ annos ornare.* Atqui Vulgatæ verbis vſus erat Pogianus, ſed Scripturæ locum non notarat. c.7. τῶν εὐεργετῶν.) Liuineius deſiderari putat πρὸς, quam vocẽ & legiſſe videtur Pogianus, aberat tamen & à R.

Pag.330. c.10. τῆ καλῶς.) Liuineius ſuſpicatur deeſſe alterum καὶ quod tamen aberat à R. & à Pogiani interpretatione: *maximè autem opportunitate opus eſt, vt iuſſum apte accommodari poſſit.*

Pag.332.c.12. *quæ patiuntur.*) Liuin. *quæ faciunt,* Pogian. *nec quæ ferunt, voluntarij patiuntur.* d.10. ὁ παιδὶ. R. ὁ παιδίον.

Pag.333.a. *Væ illi.*) Eſaiæ verba ſunt οὐαὶ οἱ λέγοντες, *Væ qui dicunt.* & οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς. *Qui ponunt tenebras lucem*, & ita Pogian. *Qui ponit tenebras* l. b.7. *Væ ei qui.*) Liuin. *Heu qui alteri potum dat peſtem turbidam.* Vulgata Lat. *Væ qui potum dat amico mittens fel ſuum.* c.3. ἐποτίζετε.) Amos 2.12. ἐποτίζετε τοὺς ἡγιασμένους *Propinabatis ſanctificatis*, vbi Vulgata Lat. *Et propinabitis Nazaræis vinum:* nam & Hebraïcè eſt נזר. vnde & נזיר quæ vox Threnor. 4.7. vertitur Ναζιραῖοι, ἐκαθαριώθησαν Ναζιραῖοι αὐτῆς, ὑπὲρ χιόνα ἔλαμψαν. *Mundati ſunt Nazaræi eius, ſupra niuem fulſerunt*, Symmachus illic vertit ἀφωρισμένοι. *Separati.* Rectè igitur hic exponit Chryſoſtom. τοὺς ἡγιασμένους ſanctificatos Nazaræos, quanquam in R. legebatur Ναζιραίους & ita potius ſcribendum videtur, vt & 1.Machab. 3.50. καὶ ἤγειραν τοὺς Ναζιραίους. *Et ſuſcitauerunt Nazaræos.* Eſt agitur nomen gentile Ναζωραῖος, vt fere ſemper legitur in Euangeliis, aut Ναζαρηνὸς *Nazarenus*, quaſi Nazaretha ortus vrbe Galilææ, Ναζιραῖος autem *Nazaræus*, vel Ναζιραῖος, qui voto aſtringebatur vt Numeror. 6.1. nuſquam autem in Scriptura ἁγιασθέντες & ἡγιασμένοι vocantur, vt falſo tradidit Beza in 1.cap. Matth. nec in Concordantiis Kircheri Græcis tale quicquam occurrit.

Pag.334. a.3. ὑβρίζεσθαι. Sic emendauimus pro ὑβρίζεται ex coniectura Liuineij, cui R. aſſenſus eſt. & in quo ἄρεως & ἄρχων infra legebatur pro ἄρχοις & ἄρκτων.

Pag.335. a.3. παρθένων.) Mallet παρθενίας. Liuineius & Pogianus item, *virginitatis hoſtes*, vertit. b.5. μετ' ἐκείνους. R. μετ' ἐκείνους ἐγκαλούμενοι. poſt illos, ſcilicet qui Eliſæum & Heliam maledictis inceſſerunt.

Pag.336. a.5. ἀπεσπάσθησαν.) Exemplar noſtrum hic defectus ſignum repræſentat, quem hac ſententia expleuit Pogianus: *Quod enim indigniſſima omnium facinora commiſerunt, indigni ſunt, qui cum hominibus torqueantur. neque enim, inquit, cum hominibus flagellabuntur: vt qui in id tempus reſeruati ſint, quo cum dæmonibus ſupplicia expendant. Diſcedite, enim ait, à me in ignem æternum, paratum Diabolo & angelis eius. Multi* Pſal.
ſacerdotium. Quæ vnde habeat neſcio. nam & Mat.
eo ipſo, quo nos codice vſus eſt, & Roma de amicis intellexi alium eum vidiſſe nullum. Hæc Liuineius: nos in R. nihil tale offendimus.

Pag.337.b. 11. αὐτῶν Interpres legendum putat αὐτοί. at R. conſtanter retinet αὐτῶν. *ipſa certamina.* c.7. τῶν παρθένων.) Ita corruptè in apographo noſtro exaratum eſt. Pogianus pro πρῶν vocem repoſuit, quæ certamen ſignificet: *Nemini cuius certamini contentionem.* ſed ea quæ eſſe poſſit huic ſcripturæ affinis, nondum reperi. Mihi de hoc loco diligenter cogitanti venit in mentem pro πρῶν ὄντων ſcribendum vnicum παρθενευόντων: cuius dictionis cum illis, quæ vicinitas ſit, norunt, qui aliquando in veteribus libris παρθένων contractum legerunt. Iam τ ex ει diphthongo vitiatum facilè mihi ſuſpicionem facit litterarum ductus pœnè idem. Præterea autem poſteriori hac ſententia prioris repetitio & tanquam explicatio quædam continebitur. nam quod illic τῶν σκαμμάτων dixit, hic exponit τῶν παρθενευόντων: quod illic βίων, hic πόνων eiuſdem notionis vocabulo. Sed doctiſſ. Guill. Canterus ſubſtituendum potius aliquid exiſtimat, quod aduerſarios actiuo participio notet. in quo mihi quidem non ſatisfacio. iudicet eruditus lector. Hæc Liuineius: nos in R. ſcriptum reperimus οἶδα τῶν πνευμάτων πόνων. *Noui ventorum iſtorum impetum:* Pogianus fortaſſe legit, aut ſcriptum fuiſſe collegit πνευμάτων. c.11. μέγα.) Liuin. emendat μεγάλα σκιρτήσεις. Pogianus autem nihil mutans vertit, *ſæpenumero vehementer perturbari cogit.* Et quidem retineri poteſt, vt ſit μέγα σκιρτήσεις dictum vt μέγα πνεῖ, μέγα βοᾶν. φθέγξαι. d.2. μηδὲ.) Liuineius annotat deeſſe videri ὡς ante μηδέ.

Pag.340. d.6. συνεχέστερον. R. συχνότερον τρίτον καὶ συνεχέστερον.

Pag.341. a.9. οὕτω σφόδρα. Liuineius immutans pro οὕτως legit ὅτι, & Pogianus, *quod hæc eſt lenior oratio*: nos retineri poſſe lectionem editam cenſuimus expuncto 6. b.3. τὸ μὲν τραχύ. Sic habuit R. at Plantiniana editio βαρύ. Pogianus, *ſed etiam breuitate orationis rei triſtitiam comprimat.* b.13. *corporata.*) Hæc aliter conuerterat è Græco Liuineius, cuius & annotationem ſubiiciemus, *Iudæos, quibus omnia corporata & tanquam exempla atque ſimulata quædam agebantur, qui duas* c. Ita verti Græca, οἷς ἅπαντα τὰ σωματικὰ ἐξετυποῦτο. Alludit enim ad illam celebrem D. Pauli ſententiam 1. Corint. 10. ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν. Id eſt, *Hæc autem omnia illis tanquam exempla contigerunt, ſcriptáque ſunt admonendorum noſtrûm gratia.* Itaque hic idem valet ἐξετυποῦτο, ac ſi dixiſſet, καὶ ὡς ἐπὶ τύπω συνέβαινε. Hæc Liuineius; nos vero Pogiano maluimus aſſen-

tiri, cuius hæc eſt, interpretatio: *Iudæis, quorum ad corpus omnia pertinebant*: quaſi hoc velit Chryſoſtomus, Iudæis data fuiſſe præcepta, promiſſiones, benedictiones, ritus & alia eiuſmodi in rebus ſenſilib. & corporatis, Chriſtianis autem in ſpiritualibus. Sic homil. 2. in epiſt. ad Romanos cultum Iudaïcum eſſe carnalem ait, Chriſtianum vero ſublimiorem. Non enim in ouibus vitulis fumo & vaporatione conſtitutus eſt, colendi Dei modus, ſed in mente ſpirituali, in ſpiritu enim adorare oportet Ioann. 3. & hom. 11. in epiſt. ad Hebræos *non iam pecudes vel boues, non ſanguinem aut vaporem offerri, ſed pro eis introductam rationabile obſequium, quicquid non indiget corpore nec inſtrumentis nec locis*: & homil. 2. in Geneſim, ἐπειδὴ Ἰουδαίοις διελέγετο τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις, καὶ οὐδὲν τούτων φαντάζεσθαι δυναμένοις, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τέως αὐτοὺς ἀνάγει πρὸς τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. *Iudæis enim loquebatur, qui tota præſentibus rebus inhiabant, Itaque eos interim à ſenſibilibus ad cognoſcendum vniuerſi opificem inducit.* Itaque ἐξηγοπτεύεται non eſt hic ἐν τύπῳ in figura contingere, vel adumbrari, ſed inſtitui, conſtitui, ſanciri, formari, vt Sapientiæ 19. 6. ὅλη γὰρ ἡ κτίσις ἐν ἰδίῳ γένει πάλιν ἄνωθεν διετυποῦτο. *Omnis enim creatura in hoc genere rurſus deſuper refigurabatur*: in edit. Complutenſi legimus αὖθις ἀνετυποῦτο, quod ita intelligendum eſt quaſi dicat creaturam in ſuo genere & natura permanentem ita transmutatam eſſe, vt rurſum à Deo reformata videri poſſet. Vide ſimilia de Iudæis infra pag. 369. a. c. 6. τὰς πνεύματος.) Ita quoque R. ſed Liuineius mauult τὰ πνευματικὰ, vt ei quod præceſſit, τὰ σωματικὰ reſpondeat. Rectè, nam & in locis à nobis citatis ſpiritualis cultus carnali opponitur & corporali. Poſſet & πνεῦμα legi, nam & ſæpe nos ſpiritum accepiſſe dicit Paulus Rom. 8. 13. 2. Corint. 11. 4. Gal. 3. 2. itaque Pogianus legiſſe videtur: *Spiritu ſancto afflatos*. Porro inſcriptionem capitis 31. & aliorum quæ in Græco nihil habent, quod eis reſpondeat, ex editione Pogiani mutuati ſumus.

Pag. 343. d. 8. *in monte*.) Horum verborum eum eſſe ſenſum exiſtimo, quem in verſione expreſſi. Quare ſuſpicor leuiter emendanda, & pro διελέχθη legendum διαλεχθείς. Nam Pogianum quidem, qui hæc aliter ſic conuertit: Etenim cùm Chriſtus ipſe ſediſſet in monte, de eo diſſeruit: cumque multum aliis de rebus ſermonem habuiſſet, rurſum eis amorem iniecit continentiæ: præter alia fugit τὸ οὕτως. Quod autem dicit, καὶ μεθ' ἕτερα πολλὰ πάλιν, intelligit Matth. cap. 19. quo denique loco iterum eadem ſententia longo interuallo poſt multa Chriſti facta atque dicta repetitur. Hæc Ioa. Liuineius; noſter mſ. R. nihil à Sirleti cod. diſſidet.

Pag. 346. a. 8. ἱματιοφυλάκιον. R. b. 4. ὡς ἂν εἶπεν.) Liuineius legit ἔστω ἄν. R. nihil mutat. b. 7. αὐτοῦ τις.) Addidimus τις ex mſ. R. Pog. *cum quis ad ſatietatem abutitur*. c. 1. *conſenſum*.) Pogianus paulò clarius, *indulgentiam tribuit*. c. 8. οὐκ ἐπιτάττω.) Pogianus in hac ſententia quædam addidit. ita enim habet: *Non iubeo aſſiduè rem habere cum vxore. nolo enim legis intemperantiæ lator eſſe: cùm vt inter ſe conueniant, dico; veto quidem in inferiorem locum deſcendere*, &c. quæ ſi quis interſerenda putabit, non repugnabo, dum in noſtra etiam verſione ſenſus abſolutus ſit. *Io. Liuin.* d. 3. *Volo inquit.*) *Velim, inquit*, ſcripſerat Liuineius, quod nos ſubſtituta vulgata editione mutauimus, ne ſuffragari Th. Bezæ videamur, qui idcirco velim potius edidit apud Apoſtolum, vt non tam velle, quam optare videatur, atque impropriè vulgatæ Latinæ auctorem interpretatum eſſe contendit. *Itaque Tertullianus*, inquit, *quod eius pace dixerim non ſatis firma ratione vtitur, quum ex hoc verbo vrget hanc fuiſſe puram & abſolutam Apoſtoli voluntatem*. Tertullianus tamen haud opinor minus quam Beza Græcæ locutionis vim nouerat, cuius hæc verba ſunt lib. de pudicitia cap. 16. *Vult enim omnes ſibi adhærere*. & lib. 1. ad vxorem cap. 3. *Ceterum nuſquam ita nuptias permittit, vt non potius ad ſuum exemplum nos eniti malit*. Hieronymus quoque aduerſus Iouinianum Bezæ magiſtrum, & æquè caſtitatis oſorem, lib. 1. *Vis ſcire quid velit Apoſtolus? iunge quod ſequitur: Volo autem omnes homines, &c. Fœlix, qui audit Apoſtolum volentem non ignoſcentem. Hoc, inquit, volo hoc deſidero, vt imitatores mei ſitis, ſicut & ego Chriſti*. Chryſoſtomus autem non tantum ex hoc loco infert alibi Paulum id velle, ſed etiam omnes poſſe continentes eſſe, modo velint: ſic enim homil. 16. in epiſt. ad Hebræ. εἰ γὰρ ἤθελον πάντες δυνήσονται· διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησι θέλω πάντας ἀνθ. εἶν. ὡς κ. ἐμ. ἐπειδὴ ᾔδει ὅτι πάντες δύνανται εἶναι ὡς καὶ αὐτός. οὐδὲ γὰρ εἰ ἀδύνατον ἦν τοῦτο εἶπεν. *Nam ſi volunt, poterunt omnes. Propterea Paulus quoque dicit, volo omnes hom. e. ſ. m. quoniam ſciebat omnes poſſe eſſe ſicut erat ipſe. Neque enim hoc dixiſſet ſi fieri non poſſet*. Certè hoc ipſo in loco voluntatem ſuam hic ait Chryſoſtomus Paulum ſatis declarare, εἰ τὸ Παύλου βούλημα θέλεις μαθεῖν. Paulo poſt annotarat Liuineius ante verbum ποθῶ deſiderari καὶ, quam coniunctionem aſciuimus ex mſ R.

Pag. 347. a. 8. λαοπλανικῶς. R. τῆς λαοπλανικῆς. b. 7. μόνον.) Sic mſ. R. at Plantin. μόνοις.

Pag. 348. a. 1. R. ὡρίσθω. c. 6. ἐν οὐ χαρίεσι. Adiecta eſt negatio ex mſ. R. quam exigit vterque interpres.

Pag. 349. d. 6. τὴν πρώτην. R. τὴν πρώτην τῶν αἰτῶν. Pogian. *primum hominum exquirat ſententias*.

Pag. 350. a. 10. ὡς αὐτόμολος.) In vitio ponitur & αὐτόμολος hic, & apud eundem hunc αὐτομολία ſæpe: orat. περὶ πτωχοφρονοῦς· ὅταν καὶ προσκείμενος αὐτομολία, καὶ τοῦ δυσκολία συνέλθωσιν εἰς ταυτὸν, μὴ θαυμάζε λοιπὸν ἐὰν τῶν προσδοκωμένων. *Vbi & ingenij leuitas, & vitæ difficultas eodem conueniant, nihil mirum ſi aliquid porro admitti*. Antiochena XXII. quæ adhuc cum duabus aliis proximis in membranis eſt, Latinis ignota. καὶ τίς οὐ καταγνώσεταί μου πολλὴν αὐτομολίαν, *& quis non magnæ leuitatis me condemnet*. Aliter ea voce vſus eſt huius operis XXXV. ἐν οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν αὐτομολίαν. *neque ita vulgo expeditum*. ἀλλ' ἐν προσώποις interpretatus ſum identidem transfugas ex orat. inuectiua in Ciceronem, quæ Saluſtio tribuitur. Verba hæc ſunt: His Maledicis, illos odiſti, leuiſſime transfuga: neque in hac, neque in illa parte fidem habens. *Io. Liuineius*.

Pag.351.b.8. *καὶ περὶ τούτων.*) Locus mendoſus eſt: nec Pogianus ſatisfacit, qui poſt *περὶ τούτων* addit *δῆλ.* quæ in hanc ſententiam vertit: *Quamobrem etiam antequam de his diſſereret, propter ea præmia, quæ in cælo viduitati collocata ſunt*, &c. Mihi, vt in commune aliquam velut ſymbolam cōferam, voces hæ *περὶ τούτων* monſtri aliquid alere videntur, legendúmque *περιγυνώτων*, aut ſi quid eius notionis propius eſt, quod cogitando nondum potui conſequi. Guil. Canterus legendum cenſebat, *περιπτὰζων*, ſi quis id fortaſſe malet. *Hac Ioan. Liuineius*, nos in R. ſcriptum offendimus itidem *περὶ τούτων*, mallemus tamen hic legi *περιδὼν* aut *περιοδεύς*.

Pag.352. a. 1. *παρθενεύειν.*) Mendosè Plantin. *παρθενεύειν*, rectius fuiſſet *παρθενεύειν* ſed mſ. exhibet *παρθενεύειν*, cui ſimile, quod initio libri occurrit *εἰς διδασκάλειον*. pag.1. c.9. *φησί.*) Liuineius pro *τῷ* ſuſpicabatur legendum *ἐστι*, at R. habuit *φησὶ τῷ* & Pogianus, *quod in Domino eſſe inquit coniugium*: ita hic ſcribe, *matrimonium dicit*, & d. 1. *euidens eſt enim omnibus.*

Pag. 353. a. 10. *χαμαιζήλω.* R. b. 8. *εἰ γὰρ βίας.* Suſpicatur Liuineius legendum *εἰ δὲ.* in quo ei facile aſſentior, non item in eo, quod paulo poſt caſtigandum putat *συγγνώμης ἄξιον*, aut certe *ἀξίως*: nam & *ἀξίων* retinet mſ. R. & rectè dicuntur venia digni homines, qui premuntur aut vrgentur ad aliquid faciendum: melius igitur hunc locum vertit Pogianus, *nihil omnino poſuit eiuſmodi, quod, aut vim allatam oſtendat, aut venia dignum ſit.* Hic ergo ſcribe, *quod eorum eſt, qui aliquid patiuntur, & venia ſunt digni.* d.8. *περιτεθλιμμένα* Sic emendauimus ſecuti coniecturam Liuineij, cum antea legeretur *περιθλιβόμενα*.

Pag.355.a.10. *δικαίως*: Liuineius annotat his videri quædam deeſſe. & c. 9. *περιπεπλεγμένης* emendat, cum antea ſcriptum eſſet *περιπεπλεγμένοι*. at Pogianus, *quod compedibus catena vtrinque affixis alius alium ſequi cogitur.* d.5. *κατάπτηξ.*) Antea *κατάπτηξ* habuit Plantiniana editio, ſed emendauit Liuineius *κατάπτηξ*, tamen interpretatione ſua non expreſſit, vt Pogianus, *quod alteri ne ſemel quidem principatum defert.*

Pag.356.b.7. *ὑποβάλλω.* Liuin. corrigit *ὑποβάλλομεν*, vt conueniat cum *εἰπόμεθα*: itémque paulo poſt d.10. ex eodem ſcribendum *ἐγὼ λέγω*, vt eſt apud Paulum pro *ἐγὼ γράφω* Sub finem tamen paginæ minimè ſequuti eum ſumus, cum Scripturæ verba ſic mutaret, *ſed conſilium do, vt cui Domini clementia fidenti eſſe datum ſit.*

Pag.358. b. 7. Apparet legendum non *ὁ κατ' ἀξ.* ſed *οὐ κατ' ἀξ.* inquit Liuin. eiúſque coniecturam R. confirmat.

Pag.359. c.11. *in multis.*) Addidimus ex R. *πολλὰ* ante *πολλάκις*, & pro interdum, ſubſtituimus *ſæpenumero.* nam & ita Pogian. vt *vel inuitus multum ſæpe peccare & errare neceſſe habeat.*

Pag.361. c.12. *adiutorem.*) Hoc loco ſecutus erat Vulgatam Latinam Liuineius, ſcripſerátque, *Faciamus ei adiumentum idoneum*, & ſic interpres homiliæ 24. in Ioannem, Faciamus ei adiutorium, licet illic vt hic ex LXX. ſit *βοηθὸν κατ' αὐτὸν adiutorem ſecundum ipſum*, Geneſ. 2.18. Ambroſius lib. de Paradiſo cap. 10. *Faciamus ei adiutorem ſimilem ſibi. adiutorem ad generationem conſtitutionis humanæ intelligimus.* d.9. *οἱ τοῦ θεοῦ.*) Deeſt *υἱοὶ*, *Filij Dei.* vide Gen. 6.1. & 7.

Pag. 362. a. *faceret.*) In Bibliis quibuſdam Germanicis ita vertitur illud Numeror. 25.3. *καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ.* *Et ſacrificauit Iſrael Beelphegor*: rectius Vaticana, *Et conſecratus eſt Iſrael ipſi Beelph.* Sic Pogianus hoc loco, *vt omnes Beelphegor initiarentur.* Italæ veteris editionis auctor in Pſalmo 105.28. *Et initiati ſunt Beelphegor*, vbi Græcè eſt *ἐτελέσθησαν.* Tertullianus in Scorpiaco cap.3. *adorant Deos gentis, & Beelphegor initiantur.* Vox Hebræa צמד adhærere ſignificat, aut conglutinari alicui, quaſi dicat coniunctus eſt & initiatus Beelphegor: nuſquam autem ſonat ſacrificare vel ſacrificari, vt perperam docere viſus eſt auctor Concordantiarum quas vocant in Biblia Græca LXX. itaque S. Hieronymus Numer. 25 vertit ex Hebræo, *initiatus eſt.* Ergo *τελεσθῆναι* initiari vel conſecrari dicitur Iſrael, vt apud Gregorium Nazianz. *ἐτελέσθη τῷ βαπτίσματι. initiatus eſt baptiſmo.* & Luciano *ἐτελέσθη τὰ Ἐλευσίνια. myſteriis Eleuſiniis eſt initiatus.* hic ergo ſcribe, *Beelphegori initiaretur.* a.12. *αὐτῷ.* Hæc dictio vacare videtur, vt monet Liuin. qui & addit: Quantum capio *ἐμμένειν* hic Chryſoſtomus interpretatur *τὴν τῆς ἀρετῆς*: vt Damaſceni verbis vtar, *κατὰ τὸ δυνατὸν πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσιν* · *εἰκόνα* autem *τὴν τῆς ἀρχῆς.* quomodo & Antiochena VII. auctor noſter hoc poſterius intellexit. Quod an rectè ſit à D. Theodoreto quæſtione in Geneſim XX. reprehenſum, alias Deo volente diſſeremus.

Pag. 363. b.11. *ἐξάγαγ.* R. *ἐπαγαγεῖν.* Pogian. *virum perducere poterit.* ſic infr. 367. c. *ἐπαγάγῃ*.

Pag.364. d. 11. *τέως.* Mendosè Plantin. *τέως.* R. *τέως*.

Pag.365. a.3. *eos multam.*) Interpres, *eos multa humanitus aduerſa pati*: nos verba Pauli, vt ſunt in Vulgata reddidimus. Idem paulo poſt b. 1. *παύτη* malebat, quam *πάντως*, quod ferri tamen poteſt, & ad *παρθενίας* referri: nam & à mſ. R. retinetur. Pogian. *atque ita rei moleſtiam occultans.* b. 11. *συζυγίας* R. *συνοικίας*, forte *συνοικίας* librarius ſcriptum reperit.

Pag.366. d. 5. *in thalamum.*) Rectius Pogianus, *in thalamum introeant*, quàm Liuineius, *in cubile comitentur.* *νυμφῶνα* enim in ſacris literis & apud profanos, thalamum, vertunt interpretes, vt Tob. 6. 18. *ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα. ſi ingreſſus fueris ad thalamum genialem*, vulgata, *ingreſſus cubiculum.* Euſtathius *νυμφῶνα* vel *νυμφεῖον* eſſe dicit *τὸν τόπον ἐν ᾧ οἱ νυμφίοι.* locum vel conclaue in quo ſunt ſponſi, vnde Marci 2.19. *οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, filij nuptiarum.* Chryſoſtomus homil. 9. de pœnitentia pag. 703. c. *ἔξω ἔμειναν τοῦ νυμφῶνος, extra thalamum remanſerunt.*

Pag.367. a.8. *καὶ πολλῷ.*) In R. ſcriptum quidem erat *καὶ πολλῶν*, at in margine, *πολλῷ*, quam emendationem ſequuti ſumus: Liuineius tamen lectionem illam Sirletici apographi *πολλῶν* tuetur Hebraïſmo ſimili Matth. 10. & Lucæ 12. *πολλῶν, στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς.* *Multis paſſeribus antecellitis vos*: hoc eſt multo antecellitis paſſeribus.

Neque abludit, quod Pſalmo 18. in Græcis ſic concipitur: ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύ. *Iucundiora & auro & gemmis multis pretioſis.* Id eſt, multo iucundiora. b. 9. ἀεὶ τῷ.) Idem Liuineius cum Cantero emendat πλεῖ. b. 10. *Carbones.*) Id eſt occaſio maioris ſupplicij. Hæc genuina eſt meo iudicio eius loci ſententia, & à Chryſoſtomo hîc innuitur, nec diſſentit Theophylactus. Originem quantum hactenus è ſacra ſcriptione obſeruare potui, & quod ea res diſputationi huic lucem afferet, & ſimul vt de Pauli ſenſu magis liqueat, breuiter hîc proponam. Igitur Ezechielis x. carbones iuſſi in vrbem Hieroſolymam effundi, ſupplicium irrogandum notant: vt apparet ex capit. ix. & x. eiuſdem vaticinij. Neque aliud opinor Pſalmo XVII. Dauidi ſignificat Deus igneos agens carbones, ſeu vt in Græco eſt ἄνθρακες ἀνήφθησαν: aut rurſum quod impiis Pſalmo CXXIX. imprecatur, πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες. *In eos ignei carbones decidant.* Poſtremo Prouerb. XXV. vnde hæc ſententia petita eſt, pulcerrima antitheſis, ſi intelligatur is, qui hoſtem cibo potúque curet, tum ei ſupplicium, ſi hoſtis maneat, tum ſibi à Deo præmium quærere. Quod infra D. Paulo perſuadendi artis palmam tribuit, id illi geminum eſt, quod Act. XIV. ſcribit Lucas Paulum Lyſtris Mercurium appellatum. Fuit autem Chryſoſtomus ſummus Apoſtoli huius admirator. loca, quum in promptu ſint adducere non eſt neceſſe. Hæc Ioan. Liuineius.

Pag. 370. a. 1. ὁ δὲ γάμος.) Omnino exiſtimo legendum ἔτι γάμ. id enim & αὐτὸ quod præcedit poſtulare videtur: quo modo loquitur auctor, cum aliàs ſæpe, tum cap. VIII. extremo huius operis: neque infrequens eſt encliticam hanc vt cum Grammaticis dicam, in γε aut in δὲ corrumpi. Prioris exemplum ſit è Baſilio, cuius oratione I. adu. Eunom. hæc ſunt verba: εἰ δὲ ἐν ἀπολογίας σχήματι τοὺς λόγους ποιεῖ, τοῖς γε προειρημένοις τὸ ὕποπτον ἀπεφλέξατο, καὶ μᾶλλόν τι τοῦτο προσετάξατο τῆς ἀσεβείας. Vbi in antiquo codice rectè exaratum eſt τοῖς τι προειρ. de poſteriori vt hunc locum ſine corollario non dimittam, in his Tatiani ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας, quæ nunc commodum mihi in mentem veniunt, μετὰ δὲ Ἴναχον, (Euſeb. ἐπὶ, quod probo) Φορωνέως μόγις τὸν θηριώδους βίου καὶ νομάδος ἀπηλλάγησαν, μετεκοσμήθησαν δὲ οἱ ἄνθρωποι. Emendandum eſt, μετεκοσμήθησάν τι. vt rectè eſt in Euſebio εὐαγγελ. προπαρασκ. lib. x. His de cauſis & quod alioqui ſoni eſt neſcio quomodo inamœni, ὁ γὰρ γάμος, quod ſequutus Pogianus eſt, probare equidem non poſſum. Hæc Liuineius: in R. erat ὁ δὲ γάμος. a. 3. συγκατακλύσωσι. R. καταποντισθῶσι, vt citatur ex propheta paulo poſt καταποντισθήσονται: apud Apoſtolum legitur vt in Sirleti codice. d. 2. *ad Zelotypiam.*) Liuineius, *Cedo enim, qui natura ſit ad obtrectationem propenſus.* Legit enim φύσει non φυσι. At Pogianus, *Cedo enim ſi quis natura propenſior ſit ad eam ægritudinem, quod alterum quoque vxore ſua potiri ſuſpicetur, etiam ſi falſa aliqua ſpecie eo morbo correptus ſit*, &c. Videtur vterque in textu vocem Zelotypiæ refugiſſe, non tamen in margine in quam argumentum capitis coniecit Pogianus eiuſmodi, *Quantum ſit Zelotypia id eſt obtrectatio malum. Stoici eam definiunt ita* λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ καὶ ἔχει. *Hoc interprete Cicerone. Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi Zelotypiam volo ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ille ipſe concupierit.*

Pag. 371. c. 12. *Durus.*) Liuineius ediderat, *Tam dura eſt obtrectatio, quam Orcus, & rurſum. Nam obtrectatione furens vir nihil parcit in vlciſcendo.* Nos ea quæ omiſerat, vna cum verbis vulgatæ, quantum Græca ferebant, reſtituimus, & capita verſúſque Scripturæ, vnde hæc ſunt notauimus.

Pag. 372. a. 5. παλμῶν. R. παλμογενῶν. c. 3. τοὺς συνοικοῦντας.) Apparet legendum συνοικοῦντες, qua voce maritum ſignificat, vt ſupra pag. 364. a. 4. τὸν τὸ συνοικοῦντες ἀπειλοῦσα ψυχήν. Hoc à Liuineio notatum cum non animaduertiſſet Pogianus, ſic interpretatus eſt, ac ſi eſſet τοὺς δραπέτας οἰκέτας. *reliquum eſt vt contubernales omnes non ſecus, ac fugitiuos ſeruos & eorum vxores neceſſario timeat.*

Pag. 374. b. 6. τότε.) In Plantin. legebatur τότε, quod ex R. correximus. d. 11. ὑποταγείη.) Liuineius ὑποτάξειεν legit, & ad eam lectionem videtur interpretationem ſuam accommodaſſe Pogianus, *id vero grauius eſt, quam ſi ipſa omnem imperandi poteſtatem haberet.* at mſ. noſter nihil mutat, neque nos mutandum cenſemus quicquam, ſed ita vertendum: *atque iniucundius eſt ipſi, quam ſi virum illa ſibi ſumma auctoritate ſubiiceret.*

Pag. 375. c. 1. δυσκολίας. R. δουλείας. *ſeruitus tanta.*

Pag. 376. c. 5. ἀφανεῖ. R. ὑποκειμένης. d. 1. *putidum.*) Rectius verte: cum Pogiano, *an ſordidum*, & paulo poſt μετέωρον ἐρωτᾷς. *ſed adhuc ſpe ſuſpenſus animus omnia pauet.* μετέωρος enim vt & μετέωρος ſumitur pro ſuſpenſo & animi dubio.

Pag. 377. b. 11. *ipſo veſpere.*) Nam veſpere nubebant & deducebantur, eòque pertinent, quas Iulius Pollux commemorat δᾷδας νυμφικάς, quas qui præferant, δᾳδοῦχοι dici. Quin & matrem in nuptiis filiæ faces præferre conſueuiſſe, ex Iphigenia in Aulide Euripidis intelligimus his verſibus:

Ἀγαμ. Χώρει πρὸς Ἄργος παρθένους τε τημέλει.
Κλυταιμ. Λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα;
Ἀγαμ. Ἐγὼ παρέξω φῶς ὃ νυμφίοις πρέπει.
Κλυταιμ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος· καὶ σύ γε φαῦλ' ἡγῇ τάδε.

Id eſt, vt totidem transferamus,

Agam. *Cuſtos puellis i, pete Argiuos lares.*
Clytæm. *Nata hic relicta? tum quis ignem præferet?*
Agam. *Tæda ipſe, vt æquum eſt, nubili lumen dabo.*
Clytæm. *Haud lex ea eſt, & temere tute hæc cogitas.*

Anytæ vero in Philænidem hoc Epitaphium carmen eſt:

Ὤλεο δὴ πρὸ γάμοιο Φιλαίνιον, οὐδέ σε μάτηρ
Πυθιὰς ὡραίους ἤγαγεν εἰς θαλάμους Νυμφίου.

Sic innupta Phileni iaces. nec te optima mater
Deduxit ſponſi Pythias ante torum Maturam.

Hæc Liuineius. c. 4. φορητόν. R. δυνατόν, *fieri poteſt.* d. 8. κτήσεως. Emendandum ex Liuineio ὀκνήσεως. idem admonet paulo poſt ἀμφοτέρων ἐξ ἀρχῆς πεσόντων, ſic dictum videri vt paulo poſt ἐξ ὑποθέσεως ἐναντίων. Porro ſimilem habet & huic planè gemanum de incommodis matrimonij communem locum in homilia de ſancta Thecla priori parte huius tomi 5. pag. 884. qui & genuinum illum eſſe fœtum auctoris oſtendit.

Pag. 379. b. 8. πυρετούς.)* Sic loquutus eſt & in orat. περὶ ψυχῆς· καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν οἱ τῶν τραυμάτων καταφρονοῦντες πυρετοὺς τίκτουσι καὶ σηπεδόνας καὶ θάνατον. *Et ſicut in corporibus ij, qui vulnera negligunt febres & putredines & mortem ſibi pariunt.*

Pag. 380. c. 3. ἁρμόζονται. R. ἁρμόζηται. *deſpondeatur:* eáque vera lectio videtur: nam & quæ ſequuntur, de vna ſermonem haberi ſignificant.

Pag. 381. a. 2. ἐὰν δέ.) Emendat Liuin. ἐν δὲ τῷ. c. 10. ἐπὶ τιμ.) Sic emendauimus pro ἐπί, ex coniectura Liuin. & auctoritate mſ. R.

Pag. 382. b. 8. μηδ'. R. μηδὲ ἐπὶ τιμ.

Pag. 383. a. 1. βάδισμα. R. vt 385. a. 10. c. 9. *poſſideat.*) Fidelior interpres hoc loco Pogianus, *Fides autem in Chriſtum eam vim habet, vt ipſam etiam rerum naturam ſuperet.* ſic infra 391. a. 8. φύσεως κρατεῖ. d. 1. τὸ θαυμαστόν. R. τὸ θαυμάζειν.

P. 384. a. 1. παρεξετάσωμεν. R. b. 3. *nam qui legis.*) Pogianus, qui hanc ſententiam non aſſequeretur, partim immutauit, partim interpretando contaminauit: ita enim vertit: *Nam qui eam à connubij deteſtatione liberauit, eorum etiam, quæ connubium conſequuntur, expertem eſſe voluit.* vnde apparet eum pro τοῦ νόμου, τοῦ γάμου legiſſe falſo. Alludit autem Chryſoſtomus ad locum, qui eſt epiſtola ad Galat. cap. III. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. *Chriſtus nos à legis execratione aſſeruit, factus pro nobis execrabilis.* Hæc Liuineius, qui ſi verba potius, Latini vulgaris interpretis vſurpaſſet, maiorem à Catholicis viris gratiam iniiſſet, neque ſuſtuliſſet locutionem Scripturæ, quam ex prophetis Apoſtolus, & ex Apoſtolo Patres Latini retinuerunt. Zachar. 8. 13. ὃν τρόπον ἦτε κατάρα ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Sicut eratis maledictio in gentibus.* Hieronymus in cap. 3. ad Galat. *Redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Aptiùs igitur eſt nomen maledictionis aut maledicti, quam aut dirarum, aut deteſtationis aut execrationis aut etiam execrabilis. c. 1. *ſed plerumque.*) Liuin. *ſed plerumque frugi aliquo exitu vrgente, domi m.*

Pag. 385. c. 8. ἴξεως. Addidimus hanc vocem ex mſ. R. quam & Pogianus agnoſcit, *ſed vt æquè formoſas.* d. 8. ὀϊδνοῦ. Malebat Liuineius ὀϊδνοῦ, ſed ὀϊδνος, & ὀϊδνὸς, & apud Heſychium ὀϊδνοῖς idem valent.

Pag. 386. a. 5. πῶς παντ. R. πῶς ἄπαντ. Pogian. *vt cum nulla alia iucunditate comparari poſſit.* Ibidem. τῷ κυρίῳ κατατρυφῶντες, melius vertit Pogianus, *qui ſe oblectant cum Domino,* vel ſi mauis *in Domino:* eſt enim phraſis Scripturæ Pſal. 36. 4. κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones.* quod aliter effertur Pſalm. 103. 34. ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ κυρίῳ. *Ego vero delectabor in Domino.* Delicias facere propriè apud optimos Latinitatis auctores idem ſonat, quod laſciuire ac luſitare, vel etiam faſtidire, ſuperiorem ſe verbis oſtendens, aut iocularib. vti diſſimulationibus. Plautus Menechmis

——— *eia delicias facis.*

Catullus,

Si quis delicias diceret aut faceret.

Pag. 389. a. 11. τὸ λοιπόν ἐστι.) Malè igitur, & ad curſum orationis impeditè, meo iudicio, in codicibus noſtris Græcis poſt συνεσταλμένος, *punctum depoſitum eſt.* rectéque alij quidam poſt τὸ λοιπὸν demum στιγμὴν *collocant.* quam lectionem & Syrum comprobat: vt ſenſus ſit, *Tempus contractum, non, Tempus contractum eſt, reliquum eſt,* &c. Io. Liuineius.

Pag. 390. a. 2. Παῦλος.) Nomen Apoſtoli ex mſ. adiecimus. Pogian. *quemadmodum diuus Paulus ſcripſit.* d. 13. ἀπράγμονα, commodius, tranquillam, vertes, quam otioſam. Pogian. *ſines ad tranquillitatem Chriſtus inuitat?*

Pag. 391. d. 3. τοὺς ἐσταυρωμένους.) Aut imitatio eſt Pauli ad Galat. VI. ſic loquentis: ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. *Et mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo.* quomodo & cap. LXXX. huius operis auctor ἐσταυρωμένον βίον intelligere videtur, aut certe monachos circumloquitur. Nam & Baſil. oratione prima ἀσκητικῇ· προσέδραμον τῷ σταυροφόρῳ βίῳ τῶν μοναχῶν dixit: & hic noſter ſtatim ingreſſu Antiochenæ LVI. Monachorum & crucifixorum vitam. Fuit autem Chryſoſtomus ipſe, Suida teſte, ἀσκητὴς ἄκρος, & φιλοπτωχίας καὶ ἀσκήσεως, ὡς οὐδεὶς ἄλλος ὁδηγὸς καὶ διδάσκαλος. Vt quodam loco de eo legiſſe memini. Hæc Liuineius, qui & Notarum ſuarum hic finem fecit. Porro illa, quam Antiochenam appellat, homilia fragmentum eſt illius 69. in Matthæum pag. 599. ἡ τῶν μοναχῶν λέγω, καὶ τῶν ἐσταυρωμένων. vide quæ de hac re ſupra ſunt annotata.

Pag. 392. b. 9. τὸν ἀκκισμόν.) Pruritum vertit Liuineius quaſi eſſet διὰ τὸν κνησμόν. at Pogianus, *ſuperuacaneas curas à nequitia, deliciiſque ortas:* quaſi legiſſet κακισμὸν aut aliquid eiuſmodi, ſed Mſ. R. veram lectionem exhibet διὰ τὸν ἀκκισμὸν *ob delicias ac mollitiem:* ſic enim apud Lucianum interpretatur hanc vocem auctor Græci Theſauri, vbi de vxoribus loquitur, quæ coram maritis vix audent primoribus digitis cibos attingere. Etymologus, ἀκκισμοὶ αἱ προσποιήσεις, καὶ ὑποκρίσεις & ἀκκίζεται, χλιδαρίζεται, θρύπτεται. c. 6. καὶ οἱ μὴ κλαίοντες. R. καὶ οἱ κλαίοντες, *nec qui plorant.*

Pag. 394. d. 4. σχῆμα. R. θαῦμα τοῦτο.

Pag. 395. b. 4. *Si ergo mortui.*) Hæc ſunt verba Vulgatæ, quorum loco ediderat Liuineius, *Si qui Chriſtiani ſitis, mundi rudimentis defuncti eſtis, quid tanquam viuentes in mundo decernitis?* Sunt & alia æquè obſcurè conuerſa, quæ cum verbis Scripturæ collata dilucidiora fient.

Pag. 396. d. 1. ὑπερβολῆς.) R. ὑπερβολῆς, *exceſſu.*

Pag. 397. d. 8. τοῦτο.) Hoc adiecimus ex R. quod agnoſcit

agnoſcit & Pogian. *& reliqua horum corona ſomniorum.* Idem titulum huius capitis ſic efferebat, *Quid ſit honeſtum & aſſiduè decorum eſſe.* Liuinei. *Quid ſit honeſta aſſiduitas.* Vulgata 1.Cor. 7.35. *ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi.*

Pag. 398. d. 5. ϑερμόν.) Emendationi Liuineij ſuffragatur R. & pro ϑερμὸν legit ϑερμόν: ſed aptius ζῆλον vertiſſet, *zelum*, quæ vox ab auctore vulgatæ ac Latinis Patribus Latinitate donata eſt, vt ipſe quoque Beza fatetur in c.2.Ioan.11.

Pag.399.d.4.αὐτήν.) Liuineius legit αὐτόν. Pogianus, *an hæc etiam illo deterior? ipſam enim meo exemplo deteriorem facie.*

Pag. 400. c. 14. *ſe probauit.*) Pogian. *Deo probatus eſt.* ſimplicius fuiſſet, & aptius *Deo placuit.* ſic enim Vulgatæ auctor interpretatur in nouo Teſtamento Hebræor.11. 5. εὐηρεστηκέναι τῷ θεῷ. *placuiſſe Deo*, & Hieronymus in Quæſtionibus in Gẽneſim illum ipſum Geneſis locum è LXX. vertens cum ex Hebræo dixiſſet, *Noë cum Deo ambulauit.* d.12. φϑόνος. Emendat Liuin. φόνος.

Pag.402.a.7. εἰ δὲ μέλλομεν. R. εἰ δὲ ἐ μέλλ. a.10. ζέσομεν.) Ita quoque R. non vt putabat legendum Liuineius, ζέσωμεν. qui & ideo ſcripſerat *ſpiritu feruebimus*, reſpicere auctorem putans ad illud Rom.12.11. τῷ πνεύματι ζέοντες. *ſpiritu feruentes*, cui ſimile aliud Act. 18.25. ἐ ζέων τῷ πνεύματι. *& feruens ſpiritu*: ſed retinet Sirleti apographi lectionem R. eique ſuffragatur ſimilis locus ad Galat.5.25. εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι ἐ στοιχῶμεν. *ſi ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.* at in loco Danielis idem mſ. perperam habuit συρόμενος: itaque recte corrigit Liuineius συρόμενον, cum ſit apud prophetam c. 7. 10. ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος. *Flumen ignis trahebat egrediens.* S. Auguſtinus, *tranſibat.*

ADVERSVS VITÆ MONASTICÆ OPPVGNATORES.

Horvm trium librorum Græcus textus apographo debetur, quod ex manuſcriptis codicibus Sereniſſ. Bauariæ Duci nobis deſcribi curauit R.P. Iacobus Gretſerus clariſſimus ordinis noſtri Theologus, & Catholicæ religionis aduerſus hæreticos noſtri ſeculi propugnator acerrimus: aliunde aliud oanciſci non potuimus, itaque nullas hic varias lectiones proferemus. Titulum primi, qui & aliis duobus cõmunis eſt, confirmat Catalogus Auguſtanus; Ambroſius Camaldulenſis interpres hunc tantum præfixerat, *Aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ liber primus*: ſimilis argumenti librũ habes apud S. Thomam Aquinatem *contra impugnantes religionem* & apud S. Bonauenturam *Apologiam pauperum.* Porro ſcripti videntur ab auctore hi libri, quo tẽpore religioſis exercitus in monaſterio exercitationibus, vt ſcribit Photius, ἀσκητικοὺς συνέγραψε λόγους, *aſceticas orationes conſcripſit.* Lector à Zenone prius ordinatus: nullius tamen, quòd ſciam, id ex teſtimonio conſtat hiſtorici.

Pag.404.b.10. *qui neque Deum.*) Hoc duo mẽbra ſunt à nobis addita quæ interpres omiſerat.

Pag. 405. b. 11. πεινῶντων. Emendandum videtur πεινώντων, vnde expreſſit Ambroſ. *tanta verminum.*

Pag.407. a. 14. *Tolle animam.*) Vſurpat verba Eliæ prophetæ, 3.Reg.19.4. λαβὲ δὴ τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ κύριε. *Tolle iam animam meam à me Domine.*

Pag.408.b.12. οἱ μηδὲν ἐργαζόμενοι, Fortè corrigendum οἱ ἐργαστήρια. *qui nihil.* officinas tonſorum & chirurgorum potiſſimum intelligit, de quibus apud Plutarchum de garrulitate multa & alibi paſſim reperies. d.12. *malè affecti.*) Mallem dixiſſet, *malè affecti ſint*, vel, *quod malè mulctati ſint*: monachos ſcilicet iniuriis & contumeliis affectos irrident, ſic pag. 409. c. ἐ τὰ ἄλλα πάσχοντας. & 411. a. πάσχοντα κακῶς.

Pag.411.a.8. *terrarum.*) Adde, *tanquam angelus*, ὥσπερ ἄγγελος.

P.411.b.12. σῶμα.) Scribe τὸ σῶμα, vt τὴν ψυχήν.

P.412. a.6. δι' αὐτόν.) Immo vero δι' αὐτόν, *propter ipſum.* c.8. ἐκείνοις.) Emenda, ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως ἐ ἰσχυρὰς εἶδεν. & a.7. ἐπιτρέπουσι.

Pag.414.a.6. καινά.) Mendosè Bauaricus κενά, ſed interpretem ſequimur. c.5. ἀποδίδοντες.) In altero Bauarico libro legebatur ἀπεμπολοῦντες, ſed apud Ioſephum illud legimus non iſtud. paulo poſt Ἀττικῶν τεσσάρων nomine drachmas Atticas intelligit, vt ex Ruffino Ioſephi & Euſebij conſtat interprete: *pondus drachmas, quatuor diſtrahebant.* d.8. *ego quidem.*) Interpres hoc ſolum ſcripſerat, *ego quidem comedi*, nec Gelenius quicquam amplius, *ego quidem comedi: reliquum eius ne manebit.* Ruffinus, *Ego quæ iam talibus paſta ſum, ego his iterum paſcar*: at vterque Bauaricus & excuſus Ioſephi textus addunt τὸ ἥμισυ, ſicut ante dixit, τὸ μὲν ἥμισυ κατέφαγον. d.9. Βηθεζώ.) Apud Ioſephum & in altero Bauarico Βεθεζώβ ſcriptum eſt, vnde Gelenius Vetezobra, Rufinus propius ad apographum Bauaricum accedit, de vico Bethezob: eáque verior videtur lectio: nam hyſſopus Hebraicè dicitur אזוב *Ezob*, domus בית: ergo *Bethezob domus hyſſopi.* d.14. *ſupra Iordanem.*) Clarius & concinnius vt apud Ioſephum lib.7. cap.8. Gelenius *trans Iordanem*, & Rufinus apud Euſebium lib.3. hiſtor. cap.7. *ex his qui vltra Iordanis alueum commanebant.*

Pag.416.a.1. κομιδῇ. Bauar. alter ἐσχηκότι.

P.417.b.6. *Ex verbis.*) Locus eſt Matthæi 12.37.

P.420.b.8. ἀποδείξομεν.) vterque mſ. Bauar. ὀξύνομεν; emendauimus ex coniectura, & veſtigiis interpretationis inſiſtentes ἀποδείξομεν.

Pag.421. a.10. ἀπορησομεν.) Hic omiſſa fuerant quædam in apographo Bauarico, quæ deinde nobis ex alio libro ſuppeditata ſunt, οἱ δὲ μοιχὸν πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάγκην ἐμπίπτειν γίνεται. d.14. *Nam ſi iurare.*) Pluribus locis Chryſoſtomus prorſus interdictum eſſe Chriſtianis iurare videtur docere, vt hom.15. in Geneſ. hom.8. ad Antiochen. & 1. de compũct. cordis: ſed & alias Patrum ſententias, quibus idem placuit, & quomodo ſint eæ temperandæ diſces ex Sixto Senenſi lib.6. c. 28. Biblioth.

Pag.422.c.2. καὶ ἀπογεύσονται.) Græca ſonant, *aliquando: iſtorum etiam carnes libenter dentibus tererent, propemodum & verbis ipſis.*

Pag. 424.b.8. βουλεύομαι.) Correximus quod erat in Bauar. βουλόμενοι: ſic infra 425.a. ὑπὲρ τῶν οἰκείων βουλεύομαι παίδων. c. *Itaque quod.*) In-

d

Digitized by Google

terpres ſic ediderat: *Itaque horum gratia magis indignandum ac ferendum moleſtè erat, quàm aliorum admirandum.*

Pag.425. a. 4. *Id vero.*) Interpr. *Id autem eſt item mirabilius.* Immo id negat auctor mirum eſſe. d.6. *armauimus.*) Ad verbum eſſet, *confinximus*, vt inf. pag.430.a. λόγῳ συμπλάσαι. at hoc eſſet ἐσχηματίσαμεν.

Pag. 428.a.9. *capita mulierum.*) Aliter interpunxit interpres, ac requirunt Græca: ſic ergo diſtingue, *capita, mulierum choros inſtitui*, præficarum enim eiulatus intelligit, quæ conductæ plorant in funere, vt Hierem. 9. 17. *Vocate lamentatrices, & veniant.*

Pag.429. d.4. ἐνιδώμεθα.) Interpres legit ἐνιδώμεθα, *inſpiciamus.*

Pag. 431. b. 11. *te ad illum.*) Adiecimus interpretationi, *te*, atque in textu Græco emendauimus σε pro σοι.

Pag.432. a. 8. *at hi qui adſtant.*) Adde *hoſpites*, ξένοι. Ficinus interpres Platonis in Critone, pag. 370. *adſunt hoſpites hi parati perſoluere.* b.4. *non haberes.*) Interpr. *non haberes, quatenus te ipſo vterere, quibúſve vſui eſſe poſſes*: at Ficinus rectius, quem ſequuti ſumus. b.11. *ſic vt nihil tibi.*) Vel errauit librarij calamus, vel auctor ipſe memoria fallente verba Platonis immutauit, quæ Ambroſius omiſerat: ſic enim eſt in Critone, ὥστε σε μηδένα λυπεῖν τῶν κατὰ Θετταλίαν. Ficinus vertit, *vt nemo in Theſſalia tibi ſic moleſtiam exhibiturus.*

Pag.433.b.11. *ſe feriret.*) Quaſi legiſſet παίζοντος, non πιέζοντος, *ac ſi puſio luderet.* c. 2. εἰ μὴ τὸ.) Scribendum οἱ μὲν τῷ.

Pag.434.b.2. οἰκείας.) Corrigendum οἰκίας, *ædibus.* & paulo poſt, καὶ τῇ αὐλαίᾳ ἔτι. d. 1. Hic quoque mutanda interpunctio eſt, hoc modo τὰ παρόντα αὐτοῦ πάντα, δῆλον ὅτι καὶ ἐν ὕδατι.

Pag.435. d. 1. *apponens menſam.*) παρατιθέμενος, & infra 436. a. 9. hic paſſiua potius ſignificatione accipitur, *viliſſima fruens menſa*, hoc eſt viliſſimis cibariis veſcens, vt apud Thucydidem lib. 1. τράπεζαν Μηδικὴν παρετίθετο. *Medicam menſam ſibi apponi iubebat.* Ita quoque melius exprimetur ſententiam Gregorij Nazianzeni orat.22. in Machabæos pag. 405. οὐκ ἀναμενῶ παρακλήτορας, οὐκ ἄρτον πένθους παραθήσομαι. *Non conſolatores expectabo, non pane lugubri veſcar*, vel, *nec mihi panis lugubris apponetur.* Alludit enim ad locum prophetæ Oſee 9. 4. καὶ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς. *Et ſacrificia eorum, quaſi panis luctus ipſis.* & Ezechielis 24.17. *Nec cibos lugentium comedes.* d. 8. *vt ipſi quoque.*) Interpr. *Vt ipſi quoque tyranno ex hoc & famam & claritudinem tradiderit*: quaſi legiſſet, aut ſe legere putaſſet, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν τύραννον ἐκ τούτου φήμης ἀπολαῦσαι. Diogenes quidem certè Laërtius in vita Platonis Dionyſium narrat cum audiiſſet redemptum Platonem in patriam rediiſſe, ad eum ſcripſiſſe μὴ κακῶς ἀγορεύειν αὐτόν, *orantem ne in ſe maledicta ingereret.*

Pag.436.b.3. πρὸς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα.) Immutauimus Bauarici lectionem πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. neque enim Regi conuenit Archelao πατὴρ, ſed, δίκαια vel παιδός. Meminit huius Archelai Perdicæ filij Macedoniæ Regis Plato ipſe in Theage & in Gorgia. d. 8. θαυμαστός.) Fortaſſe mutanda eſſet interpunctio, iungendáque vox θαυμαστὸς cum altera ἄνθρωπος, ne iſta ſuperflua videatur hoc modo, *Apud Thebanos vir admirabilis Epaminondas.*

Pag.437.b.11. *an vero aliud.*) Interpr. *An parum tibi gloriæ videtur aſſequutus?* At hæc non eſt mens auctoris, cuius & ſimile dictum illud pag. 438. b. καὶ μὴ δόξα οὐδὲν ἕτερον ἔστιν.

Pag. 439. b. 12. *neque enim.*) Hoc membrum omiſerat interpres Ambroſius.

Pag.441. d.11. *ita etiam quot.*) Interp. *ita impendiu quoque præeſſe iubent.* quod planè eſt ἀπροσδιόνυσον: dixerat enim paulo ante νῦν δὲ ἄξια ἐπιταγῆναι, vel potius ὑποταγῆναι. ſi nimirum iubeat egenis ſubuenire.

Pag. 442. d. 9. *quis illius.*) Videtur legiſſe ὡς δυνάμενος: ſed hoc vult Chryſoſt. *in quo illi poteris ſubuenire?* vt poſtea dixit, pag. 445. a. *num tu perſuadere poteris, vt philoſophari velint*, conuerſa nimirum ad patrem Gentilem oratione.

Pag.443. b.11. *cúmque ſit tanta.*) Atqui εὐδοκίμησις non virtutem & poteſtatem, ſed exiſtimationem & gloriam ſonat, ita paulo poſt δόκιμος, probatum & ſpectatum, vertit d.6. vbi ſcribendum potius *maximè omnium celebrem & ſpectatum facit.* c.2. πάντα.) Adde, quod omiſiſſe videtur librarius, αἰδέσιμοι, vt paulo ante, πολλοῖς μὲν αἰδέσιμος.

Pag.444.b.5. παραγγελλόμενοι.) Sic emendauimus, quod perperam in Bauar. ἀπαγγελλόμενοι. c. 4. *quam nunc.*) Immo, quàm ſi *poteſtatem aliquam ſecularem adeptus eſſet*, id enim eſt δυναστείαν κοσμικὴν vt infra 474.b.

Pag. 445. a. 13. *ne quando.*) Interpr. *quod nunquam offenſurus eſt regis animum, quia commilitonum inuidiæ non patet?*

Pag.447.b.10. *quæ ceteris iucund.*) Horum loco vſque ad finem periodi hoc tantum interpres, *quæ delicias omnes videtur ſua dulcedine longè antecedere. Dic oro.*

Pag.451.a.1. πρὸς πατέρα.) Ex hoc tertio libro in Florilegiis Moguntiæ editis profertur locus hoc titulo in margine addito, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν πιστὸν πατέρα. *Ex orat. in fidelem patrem.* reperies illum inf. pag.455. d. εἰ οἴδατε ὅτι καὶ τὸ ἡμέτερον ὑμῶν.

Pag.454. d.14. *proximorum.*) Immo, *liberorum*, τῶν παίδων.

Pag. 455. d. 12. ἅπαντα ἦν.) In Florilegiis pag. 456. lego ἅπαντα καλῶς ἦν. rectè, nam & interpres addit *ſumma cum diligentia.*

Pag.456. a. 1. τῆς γυναικὸς.) Florileg. τῆς δὲ τῶν παίδων ἀμελούσης. b. 4. οὐκ ἐπέθηκε.) Florileg. οὐκ ἐπέθηκε.

Pag. 457. a. 10. παίδων.) Hic deſunt quædam in Græco, quæ nimirum expreſſit interpres his verbis: *non autem quantum neceſſe, id faciamus.*

Pag.458. c.3. εἰς τὰ ἔσχατα.) Tranſpoſitæ videntur à librario præpoſitiones: ſic enim in Florileg. ſcriptum eſt rectius, χαλεπώτερα περὶ τούτους ἐξημαρτηκότες: fortaſſe Chryſoſtomus dixerat περὶ τὰ ἔσχατα, vel περὶ τοὺς ἐσχάτους κινδύνους.

d.4. *nihil profectò.*) Græca ſonant, *aliud profectò nihil quam hoc agitis.* d.6. ϗ ὑμῖν.) Interpres legit ἐ ὑμῖν, at hæc ſignificant, *& vobis,& liberis ipſis inferuntur.*

Pag.459.a.7. *Ne lateris.*) Locus eſt Eccleſiaſtici 16.2. quod vero ſequitur ςενάξεις γὰρ, nuſquam nobis occurrit, neque πένθος ἀώρου meminit alibi Scriptura, quodquidem ex Indice Græco vulgato conſtet, niſi Prouerb. 10.7. ςόμα δὲ ἀσεβῶν καλύψει πένθος ἄωρον. *Os autem impiorum operit luctum intempeſtiuum.* & Sapient. 14. 15. ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατήρ. *Acerbo enim luctu afflictus pater.*

Pag. 460. c. 14. *Deus vna.*) Non eſt in Græcis vox θεὸς, ſed de vno aliquo homine dicuntur hæc, vt & ea, quæ præcedunt, hoc ſenſu, *Cum vero præterea vna iraſcitur, &c. vberiorem amorem elicit. quod vtique fecit etiam Deus. Tertium.*

Pag.462.a.10. *an quod noluerit.*) Interpres, *dum liceat, ſi velit, optimum ac probatiſſimum facere: atque hoc cum ex natura.*

Pag. 463. d. 2. κατήγορον.) Legiſſe videtur Ambroſius κακήγορον: tametſi vox iſta non occurrit in veteri teſtamento nec in nouo.

Pag.465.a.1. ἀκρόπολιν.) Bion ſophiſta vt teſtatur Stobæus ſerm. 10. τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶ). *auaritiam dicebat omnis improbitatis eſſe metropolim.* Apud eundem & Timon μετὰ ταῦτα ςοιχεῖα ἔφη τῶν κακῶν εἶ) ἀπληςίαν ϗ φιλοδοξίαν. *elementa malorum eſſe dixit mox plebilem opum auiditatem & gloriæ appetitionem.* ſic 1. Timoth. 6. 10. ῥίζα τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. b.3. *Boni enim conſul.*) Interp. *Optandum in primis fuerat ei animo, qui huiuſce verbis in dies incitaretur, eam peſtem euadere poſſe.* legiſſe videtur ἀπώλειαν, non πονηρίαν, extremam nequitiam paulo poſt etiam πολυόρκους verterat, *detractores.* Eccli. 23. 12. ἀνὴρ πολύορκος πλησθήσεται ἀνομίας. *Vir multum iurans implebitur iniquitate.*

Pag. 466. a. 4. *quam longiſſ.*) Hæc vſque ad illud, *formabat ann.* interpretationi ſunt addita.

Pag.467. d. 10. ματὴν εἰκῇ.) Sic emendauimus, quod erat in Bauar. ματὴν εἰμὶ, cum ſcripſerit Ambroſius *ſine mercedis fructu,* id enim eſt fruſtra, vel incaſſum.

Pag.470.a.11. *Optandum enim.*) Aptius opinor ſic interpretabere, *Etenim boni conſulendum videtur ſi euitari poſſint hæc retia, idemque in periculum venit ſexui muliebris, ne ſit ſuperfluus, adoleſc.* b.13. *qui monitis.*) Interp. *qui leges contra ferre audent.* quaſi ſcriptum offendiſſet οἱ νομοθετοῦντες, non νουθετοῦντες.

Pag. 473. a. 8. ϗ ταῖς τῆς.) Corrigendum videtur ex interprete ἐ ταῖς τῆς ἀσελγ. *impudicis amoribus.*

Pag.474.a.9. *præſentem.*) Interp. *præſenti hoc in rerum ſtatu per ſcelera & flagitia feruntur.* paulo poſt deleuimus quod in Græco non erat, *exoletorum examina*, poſt, *aſſentatorum greges.*

Pag. 476. d. 13. *Marcio.*) Apud interpretem, *Manes* ante *Marcionem* collocabatur contra ordinem temporis, & mendosè *Valens*, pro *Valentinus*, ſcriptum erat.

Pag.477.a.3. ᾧ κινοῦνται.) Hoc ſignificat, *quo mouetur quidem nunc quoque*, vt Actorum 17. 28. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν ϗ κινούμεθα. *In ipſo enim viuimus, & mouemur.* Interpres tamen legiſſe videtur, quod aptius eſt ὃ γίνεται ϗ νῦν. b.9. αὐτοῦ.) Scribendum τὸ αὐτοῦ.

Pag. 479. d. 5. τῆς ψυχῆς.) Deeſſe quædam videntur hoc loco, ſi cum interpretis verbis conferatur: niſi forte de ſuo quippiam adiecit, vt nonnunquam ſolet.

Pag.480.d.6. Emendandum ex Platonis textu κινδυνεύοντας, in quo & notandum eſt legi tantum ἀκούοντας αὐτοῦ, omiſſo ἀπαξ. quod irrepſit dum memoria ſuggerente locum effert Chryſoſtomus.

Pag.482.b.13. *Ille vero cum ſe parum.*) Hoc potius arbitror auctorem velle, *Ille vero modicum ſibi dari temporis ſpatium poſtulauit, & totum rei ord.n.an.*

Pag.484.a.8. *& rem patri.*) Addita ſunt hæc verbis interpretis.

Pag.487.d.5. *At inquies.*) Quæritur num paria ſint delicta ſæcularium & monachorum, tractat hæc quæſtionem auctor hoc loco & hom.7. in epiſt. ad Hebræos videtúrque contendere nihilo minus obnoxios pœnis eſſe ſæculares quam monachos, ſi peccarint: S. Thomas Aquinas 2.2. quæſt. 186. duplici diſcrimine peccata diſcernés monaſtica peccata, alia inquit fieri vel contra profeſſionis vota, vel ex contemptu delicti, vel cum ſcandalo proximorum, & hæc exiſtimat grauiora, quam eiuſdem generis crimina ſæcularium: alia vero ex fragilitate vel ignorantia admitti abſque proximi ſcandalo & hæc leuiora eſſe demonſtrat: hoc ſenſu poſſe exponi & admitti, quæ dicit Chryſoſtomus, docet Sixtus Senenſ. lib.6. Biblioth. annot. 332.

Pag.489.a.2. *Contenti ſumus.*) Ad verbum eſſet, *contenti erimus:* vide hom.17. in 1. ad Timoth. fatetur tamen Beza ex Hebræorũ idiotiſmo poſſe futurum indicatiui pro imperandi modo accipi: itáque in nonnullis Vulgatæ editionibus *erat contenti ſimus*: apud Ambroſium in commentario, Cæſarium Arelaten. homil.20. at lectionem interpretis tuetur vltima editio Romana, Nouatianus apud Tertullian. de cibis Iudaïcis cap.6. & Hieronymus in 55. Eſai. & in c.6. Matthæi.

Pag. 489. c.12. *Itaque licet.*) Tota hæc periodus ab interprete omiſſa nunc à nobis additur: itémque illud pag. ſequenti c.11. *Imo neque hoc*, vſque ad finem periodi.

Pag.491.a.11. *ſanciendis.*) Videtur Ambroſius legiſſe νουθεσίαις, non νομοθεσίαις, *in admonitionibus*, quemadmodum & paulo poſt ſcribendum eſſet fortaſſe νουθετῶ b. 12. ſic infra 516 c. οὐ πᾶσι ταῖς νουθεσίαις. *non omnes alloquitur, neque admonet.*

Pag.493.b.10. ἐ τοὺς ἁγίους.) Aberrauit librarij calamus: ſcribendum enim fuit ϗ τοὺς υἱοὺς, *filióſque*, non *ſanctos.*

Pag.494. c.13. *capaciores.*) Ad verbum eſſet, *qui ſpirituales ſunt*, vt Galat.6.1. *vos qui ſpirituales eſtis.*

Pag. 495.a.3. *humanarúmque.*) Immo, *& hominum inconſtantia*, non enim ἀνθρωπίνων, ſed ἀνθρώπων hic ſcriptũ offendimus. b.5. καταλείπουσιν.) Vel certe καταλείπομεν: at interpres καταλείψομεν.

Pag.496. c.3. *ἀναζέσωσι.*) Corrigendum *ἀναζέσωσι*, ſed Eccleſiaſtici 5. 8. ſcriptum eſt *ἀναβάλλου*, & pro *μή ποτε*, *ὡς μάνης*, &c. *ἐξάπινα γὰρ ἐξελεύσεται ὀργὴ κυρίου, καὶ ἐν καιρῷ ἐκδικήσεως ἐξολῇ.* *Subito enim egredietur ira Domini, & in tempore vindictæ peribis.* Similiter & Threnorum 3. 27. non legitur *μακάριος*, ſed, *ἀγαθὸν ἀνδρί, ὅταν ἄρῃ ζυγόν.* *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum*, & *κεχάριτωμένη χαριεῖσαι*. Porro expunximus epithetum, quod addebat interpres, *iugum graue.*

Pag.497.c.6. *cum hoſte.*) Aliter hæc extulerat interpres inchoata noua periodo: *Quis oro, niſi inimicus belli rabie dirius inſtante pugnantem armis exuit, atque ita hoſtium manibus tradit?*

Pag.498.a.4. *μετὰ γάμου.*) Id eſſet, *cum nuptiis*, at *μετὰ γάμον*, vt legit interpres aptiùs, *poſt nuptias.*

Pag.499.b.3. *τὴν ζημίαν.*) *Damnum*, at interpres *ἀδημίαν* legit, quod opportunius eſt, vt opponatur *τῷ ἰδίῳ*.

Pag.501. b.3. *Iſta quoque.*) Interpr. *Iſta nobis vt Dei leges facienda erant*, quaſi legerit *νόμους Θεοῦ* non *νομοθέτας*. & paulo poſt vbi emendandum *ἐφίεσαν* pro *ἀφίεσαν* vertebat idem, *virtutis magiſtras ſtatuit leges.* cum tamen legum nulla ſit in Græcis mentio. ſic infra 512. c. *Θεοῦ φίλον ἀποδείκνυσι τοῖς πᾶσιν.*

Pag.502. b.8. *θύραζε ἦ.*) Corrigendum videtur *θύραζε μή.*

Pag.504. a.10. *διαπλάττειν.*) Legendum *διαπλάττειν*, cum interprete, *formare liberos*, vt ante dixit pag.501.b.3. *παῖδας ὅπως ῥυθμίζειν καὶ διαπλάττειν.* item c. 1. *ἐθελοκακεῖν.*

Pag.505.a.9. *viſio diſt.*) Interpres, *viſio comprimens*, hoc eſt *συστελλομένη* vel *ἀναστελλομένη*, non *διασπωμένη*. vide quæ ſupra annotata ſunt in pag.236.

Pag.507.c.10. *Iſta vobis.*) Quaſi eſſet *ὑμῖν*, non *ἡμῖν*, *nobis*, vt ante dixit *ταῦτα οὖν παρεδώκαμεν*. & infra *περὶ τῶν ἡμετέρων λόγων.*

Pag. 508. d. 12. *τὸ τὸν μέλ.*) Emenda *τὸ τὸν μέλλοντα.*

Pag.509.b.9. *ἐκ τῆς ὑμετέρας.*) Scribendum *ἐκ τῆς ὑμετέρας.* & poſt, *conſtituta*, ſubiiciendum, *ſi impedimento eſſe volueritis.*

COMPARATIO REGIS ET MONACHI.

EDitionem huius opuſculi Græcam nacti ſumus antiquiſſimam, & omnium vt opinor, primam Louanienſem anni 1529. apud Rutgerũ Reſcium, quam contulimus cum membranis nobiliſſ. viri Franciſci Oliuarij. Titulus ipſe in iis diuerſus mutato numero fuit, *πρὸς μοναχοὺς συζῶντας τῇ ἀληθινῇ φιλοσοφίᾳ*, & c. X. φιλ. Porro attigerat hoc ipſum argumentum Chryſoſtomus lib. 2. in vitæ monaſticæ oppugnatores pag.435. b. *τὸ γὰρ βασίλεια τῇ ἐρημίᾳ παραβάλλειν ἐξ αὐτοῦ ἂν τοῦ εὐχεροῦς καταγελάσαιμι τὸν ὄν.* Regis & Chriſtiani hominis comparationem ſimilem habes in morali exhortatione ſub finem homiliæ 3. in 1. epiſt. ad Corinth. b.9. *περὶ πλ.* Ol. *πλεῖν.*

Pag.512.a.4. *Dei & patris.*) Interpres, *Dei & ſeruatoris*, ſicque Louanienſis editio *σωτῆρος*, at Ol. *πατρός.* b.7. *Magiſtros mil.*) Interpres verterat, *Prætores, Proprætores, exercitus:* quæ voces reipublicæ potius quam imperij Romani magiſtratibus conueniunt. Sic apud Socratem legimus Syrianum appellari *στρατηγόν.* lib.2. cap.11. *Γρηγόριον κατήγαγεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Συριανός τε ὁ στρατηγός, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῦ ὁπλῖται στρατιῶται.* quæ ſic interpretatus eſt Epiphanius Scholaſticus, lib.4. cap. 11. *Gregorium deducebat Alexandriam Syrianus Magiſter militiæ & cum eo armati milites.* & lib. 2. cap. 13. idem Socrates *ἐπιτάττει Ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ ὄντι τὰ Θρᾴκια πεμπομένῳ μέρη.* Tripart. lib. 4. cap. 13. *Hermogeni Magiſtro militum iniunxit.* Rurſus emendauimus quod erat in Louan. *ἱππάρχους*, quaſi equitum præfectos diceret; vt 2. Reg. 1. 6. *τὰ ἅρματα καὶ οἱ ἱππάρχαι συνῆψαν αὐτῷ.* nam membranæ *ὑπάρχους* præferebant, de qua voce plura iam annotata ſunt in homiliam 6. ad Antiochenos pag. 101. d.12. *φιλαρχίᾳ.*) Ita cõnſtanter Louan. & Ol. ſed interpres aut legit aut legi voluit *φιλαργυρίᾳ* dum vertit, *auaritia*, vt ante dixit b.12. *φθόνῳ καὶ φιλαργυρίᾳ.*

P.513.c.4. *παρόντα.*) Hoc malui, quod membr. Ol. ſuggerebant, quàm quod Louan. *τὰ παρόντα ἀπώλεσεν.*

Pag.515. a.1. *δι' ἑνὸς.*) Mendoſè antea *δι' ἑνὸς*: at Ol vt correximus: interpres, *vno tantum amictu ad vitæ ſuæ inſtitutum conformi vtens.* c. 10. *ἀρρωστίᾳ.* Ol. *θεραπείᾳ.* d. 11. *Nonne Ochoſias.*) Cum in Græco reperiſſet *Ὀζίας* Brixius, cuius Regis fit mentio 2. Paralipom. 26. 1. nec tamen conuenit eius regni tempus cum Eliſæi ætate, ſubſtituit nomen Ochoſiæ, quo regnante vixit hic propheta, vt ſcriptum eſt 4. Reg. 1. 1. veruntamen illic eum ad Eliſæum miſiſſe, non narratur, ſed ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron. cum autem occurriſſet eius legatis Eliſæus, moriturum nuntiauit Regem ex eo morbo: at in eodem lib. 4. c.8.7. legimus ægrotantem Benadid Regem Syriæ miſſis legatis conſuluiſſe Dominum per Eliſæum. Ergo memoria fallente confudit has fortaſſis hiſtorias Chryſoſtomus, vt cum ſcripſit Ezechiam regem belli Perſico conflato ad Eſaiam confugiſſe: non enim Perſarum, ſed Aſſyriorum Rex erat Sennacherib, cuius exercitus Ezechiam obſedit, 4. Reg. 18. 13. & 19. 2. *Et miſit Eliacim ad Iſaiam.*

P.516 a.2. *θυσίαν.* Ol. *θυσίαν δυνατοῦ δυνατώτερον.*

Pag. 517. b. 6. *huius vero.*) Græca ſonant, *huic vero multos percuſſores ſubmittunt tyrannidis affectatores.* c.10. *ἄκρως.*) Ol *ἄκρας.* d.8. *πλέον.*) Hæc eſt lectio membranarum Ol. at Louan. *editio, πλέον, & ἐλαττῶν δυνάμενος*: interpres ſcripſiſſe potius videtur, *horum dominum*: licet antiquiores etiam editiones Latinæ dominium præ ſe ferant, & p.518. a.14. *prouidentiam*, non *prudentiam.*

AD VIDVAM IVNIOREM.

EXpreſſimus vtriuſque de viduitate libri huius textum ex apographo, quod ex inclytæ Reipublicæ Auguſtanæ bibliotheca nobis exſcribi curauit doctiſſimus & humaniſſimus vir

Digitized by Google

Dauid Hœſchelius, varias autem lectiones ex altero decerpſimus, quod excuſo iam hoc volumine ad nos peruenit olim ex Romanis manuſcriptis erutum opera R. P. Iacobi Sirmondi ordinis noſtri Theologi, quod litera S. deſignabimus vt Auguſtanum A. Titulum autem licet idem ſit in vtroque, tamen in Florilegiis pag. 285. homil. 21. de imperio & poteſtate talis appingitur margini, ἐκ τοῦ λόγου εἰς νεωτέραν χηρεύουσαν *Ex libro in adoleſcentiorem viduam*: at in Auguſtino catalogo legimus πρὸς νεωτέραν χηρεύουσαν, *ad viduam adoleſcent.* quemadmodum & in alterius libri titulo περὶ τοῦ μὴ δεῖν δευτέρῳ γάμῳ ſυναφθῆναι. ſic 1. ad Timoth. 5. 11. νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. *Adoleſcentiores autem viduas deuita.* Locum citatum in Florileg. habes pag. 527. b. 6.

Pag. 519. a. 11. καὶ οὐδὲ. S. οὐ μόνος οὐδὲ τῆς σφ. φ. αὐτ. ἐπειδὴ δὲ. c. 7. κατακτυπῶσιν. S. *pandamus.* d. 9. *prolixos.*) Interpres verterat *breues*, at vterque codex habuit μακροὺς non βραχεῖς. d. 7. εἰ δὲ ὁ νεὺς.

Pag. 521. a. *ne à qualic.*) Hic quoque diſceſſit à mente auctoris interpres, cum ſcripſit, *ne quæ tot tantiſque malis affligitur, à mente deſeratur.* b. 5. παιδ. S. παιδεύσας, *caſtigauit*, at Oſee 6. 2. legitur, vt edidimus. b. 8. ἀπίλαυσιν.) Corrigendum vtrobique ex S. ἀπόλαυσις. b. 12. ἐκεῖνο ὁ λόγος ἐστι. S. c. 1. Δαβὶδ λέγοντος, ἰσχυρὸς, καὶ χ. αἰ. οὐ πάλιν αὐτὸν. d. 4. *beati Pauli.*) Interp. *Pauli ſententiam, atque adeo decretum ac legem*; Græca decretum Chriſto tribuunt.

Pag. 522. a. 7. ἀρτίζων. S. b. 2. προσερχομένας. S. b. 6. ἔργοις. Emenda ex S. & interpretis verbis τρυφῆς. b. 8. συζητοῦσι. S. c. 6. πυνθανομένων. S. *cum iji, qui aſſidebant ipſi interrogaſſent.* d. 4. οὐ παρ' αὐτοῦ S. ἀλλὰ οὐ παρὰ τῆς ἔξωθεν τ. π. ἀπ. διδάσκοντος οὐ ἐπαινῶν. Gentilem autem hunc doctorem fuiſſe Libanium ſophiſtam ſuſpicatur illuſtriſſimus Cardinalis Baronius tom. 4. annal. ann. 362. ſect. 133.

Pag. 523. a. 9. αὐτίκα τῆς ῥώμης. S. b. 1. πρᾶγμα εὐσεβὲς ἐστι. S. & οὕτως εἰπεῖν, ὅπερ ἐφ. b. 11. νυκτὸς καὶ ἡμέρας S. & ita 1. Timoth. 5. 7. c. 2. χήρας, *vidua.* d. 6. ἀπόλαυσις, οἷας τῆς ἀνθρώπου Χριστοῦ. & ita interpres. d. 11. ἰδοὺ ἐγώ.

Pag. 524. a. 4. μὴ συζυγεῖσα φυλάξῃ. b. 1. πανταχοῦ ἀπλότης, ἐυκολία, ἀκακία. hic autem ἀπλότης *ſimplicitatem & candorem potius*, quam integritatem ſonat vt infra 531. a. 6. τὴν μὲν γὰρ ἀπλότητα. b. 7. μετέσχηκας ἤδη. b. 9. πρὸς τοὺς ἀγγέλους. b. 13. *ipſum Angelorum & Archang.* c. 3. ηὔξατο.

Pag. 525. b. 6. A. χῶρον *locum*: ſed altera lectio S. verior, vt ante dixit 522. d. εἰς τὸν ἄγιον παρελθεῖν χορόν. b. 10. ἀπηλθόντας αὐτάς. c. 5. τὸ τῆς ἀληθείας. S. *minus rectè.*

Pag. 526. a. 5. αὐτὸν ἐπιζήτησιν vt interpres. a. 8. τὸ δῶρον. b. 2. ἀθανασίας καὶ δόξης. b. 8. παραγενομένην ἀπὸ τῆς τῶν ὑπάτων παραμονῆς. c. 5. *Conſularem.*) Interpres legiſſe videtur ὑπατικὸν, non vt habet etiam S. ὑπάρχων. *Præfectorum*, ſiue Præfectos Prætorio intelligas ſiue Præfectos vrbi: ſic infra p. 532. d. 12. correximus. d. 12. *cubicularius ancillis.*) Vox ἐρίθοις, cubicularias textrices indicat, aut conclauis.

Pag. 527. c. 1. Emenda ex S. & Florileg. p. 285. ἔσωθεν τὸ βασιλ. c. 6. ἀλλ' ἵνα τί. S.

Pag. 528. a. 10. οἱ βάρβαροι χώραν. b. 5. φασὶν αὐτοί. b. 12. ταῦτα ἀκούοντες.

Pag. 529. a. 2. Emendandum ex S. διηγούμενα. d. 7. *Imperator.*) Valentis Imperatoris narrat interitum, qui aduerſus Gothos in Thracias ſeſe effundentes profectus, ab hoſtibus circunuentus in prædio, quo ex bello trepidus confugerat, impietatis ſuæ pœnas igni exuſtus dedit. Ruffinus lib. 2. c. 13. & Theodoretus lib. 4. c. 31. Sozomenus lib. 6. c. 40. b. 2. πάντα μία γέγ. b. 5. τὴν φωνὴν.) φέρ. τὴν ἀγωνίαν, & ita legit interp. b. 7. αὐτῶν ὥρας. d. 4. διὰ θεραπείας.

Pag. 530. a. 9. ὅπου γὰρ αὕτη πᾶσιν. a. 11. αὐτήρκεια καὶ κατάσχ. b. 10. πάντες εἰσὶ γυμνοὶ. c. 4. *Cratetem, qui.*) Interpres, *Cratem, Melobotum, qui ſuaſmet poſſeſſiones reliquit, ac depoſuit*: non animaduertit ſcilicet illud attingi, quod de eodem Philoſopho narrat Diogenes Laërtius lib. 6. p. 421. πεῖσαι αὐτὸν Διογένην τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι, καὶ εἴ τι ἀργύριον εἴη, εἰς θάλατταν βαλεῖν. *Diogenem illi perſuaſiſſe, vt ſuas poſſeſſiones incultas dimitteret, ac ſi quid pecuniæ haberet, iactaret in mare.* & Plutarchus de vitando ære alieno. Κράτης ὁ Θηβαῖος ὑπὸ μηδενὸς οὐ φροντίδας καὶ περισπασμοὺς δυσχεραίνων ἀφῆκεν οὐσίαν ὀκτὼ ταλάντων. οὐ τρίβωνα καὶ πήραν ἀναλαβὼν εἰς φιλοσοφίαν οὐ πενίαν κατέφυγεν. *Crates Thebanus rei familiaris diſpenſationem, curáſque & occupationes auerſatus, rem octo talentorum deſeruit, ſumptíſque pallio & pera ad philoſophiam & paupertatem confugit.* Octo talentorum tantum fuiſſe vult rem familiarem Cratetis, ex quo ſuſpicor ſubeſſe quod mendi eo loco, vbi Diogenes ducentis talentis eam æſtimat. c. 7. παρ' ὃν πλουτ.) S. καὶ πλουτ. ἐκ ἦν: ſed omiſſo fortaſſe hoc verbo rectius legeretur, παρὸν πλουτεῖν, ἀλλὰ τις. *cum diuites eſſe poſſent, exorientem ſibi.* ſic infra 532. d. παρὸν κτίσασθαι.

Pag. 531. b. 12. αὐτὸν βασιλέα. c. 7. ἵνα θρηνῆς, & καταγελάσασθαι, quod rectius eſt. c. 10. *illuſuram.*) Videtur interpres legiſſe potius καταπαίξειν, quod pro illudere proferunt vulgata Lexica, ſed ſine exemplo: nam καταβλέψειν reddere debuiſſet, *illius perſonam animaduerſuram*, aut, *vanam eius laruam perſpecturam.* d. 3. διαφορεῖ. Emenda ex S. διατρέφει, idémque eſt Pſal. 54. 23.

Pag. 532. a. 6. φέροντα ζωὴν. c. 3. ἀγαπῶσι τὸν Θεόν. d. 3. ἀρχὰς μὲν. d. 5. *cum vero.*) Interpres non ſatis ad mentem auctoris, *cælo autem & terra in conſpectu poſitis.*

P. 533 a. 11. πέλει.) Hoc verbum aberat à Romano apographo, valet tamen πέλω idem quod εἰμὶ vel γίνομαι, ſum vel fio, alij legunt πέλει & ita redditur hexameter hic παροιμιώδης apud Gellium lib. 13. c. 17. πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *Multa cadũt inter calicem ſupremáque labra.* Simile apud Catonẽ illud, *Multa inter os & offam interuenire.* a. 14. *Amans.*) Locus eſt Eccleſiaſtici 18. 26. alter autem de rege eiuſdem libri c. 10. 12. in tertio emẽdauimus *ſolo* apud interpretem pro *ſolio*: nam vt idem Nobilius poſtea annotauit in Vaticana editione Bibliorum, veriſimile eſt aliquẽ ex ſolo feciſſe ſolio, alium vero ex ſolio feciſſe throno, vt nunc eſt in Latina vulgata. c. 1. ἐπειδὴ τὸ παιδίον. c. 4. ἀλλ' ἴσως ἡ ἀξία. d. 7. ἀπέθανεν.

Pag.534. a.3. προσχήματι ἐνδημεῖ ψάς. a. 7. *peccare autem.*) Interpres ediderat, *peccare autem & ſponte & inuitum valde vſitatum*: tum annotarat hoc loco variare exemplaria. alia enim habent ἄκοντα id eſt inuitum, in aliis autem vt in Vaticano legitur ἀκάκως id eſt, ex ſimplicitate quadã. Si prior lectio retineatur, non ita eſt accipiendum, hominem inuitum peccaſe, quaſi nullum ea in re momentum voluntas habeat. Nam & veriſſima & ſancto huic authori probatiſſima ſententia eſt homil. 2. in epiſt. ad Epheſ. & 60. in Matth. nullam niſi ſponte ac voluntate admitti culpam: ſed inuitum eum peccare potuit dicere, qui ob inſcitiam peccat, vt Numeror. 15. punitur etiam, qui ex ignoratione dicitur & ſponte peccare, & ita videtur loqui Chryſoſtom. hom. 15. in epiſt. ad Hebr. aut eum inuitum vocat, qui à peccando abhorret, ſed non tantum roboris habet, vt deprauatæ conſuetudini, principum imperiis, vulgi ſtudiis audeat repugnare. Sic auctor operis imperfecti homil. 8. in Ioan. & 10. inuitum aliquem dixit bonum facere propter timorem. Hæc Nobilius, ſed cum ἄκων duo ſignificet inuitum ſcilicet, atque imprudentem, ſæpius apud auctores, ſacros & profanos ἄκων ἁμαρτάνειν dicitur, qui imprudens peccat; ſic Iob. 14.17. ἐπεσημήνω δὲ εἴ τι ἄκων παρέβην. *adnotaſti autem, ſi quid imprudens transgreſſus ſum*, apud Ambroſium, *ſi quid inſcius*, vertitur, quod aptius eſt quam quod apud Auguſtinum *inuitus*. Sic etiam interpretandum arbitror illud Laconicum apophthegma in eũ qui apud Plutarc. p. 232. cum puniretur dicebat ἄκων ἥμαρτον. *Imprudens peccaui, tum Lacon*, ἄκων τοίνυν καὶ κολάζου. *Nolens itaque etiam pœnas da.* Nam vt ait Demoſthenes orat. aduerſus Midiam. τοῖς δρῶσιν οὐκ ἴσην τὴν ὀργὴν αὐτὸς ἔχων, εἰ τ' ἄκων ἐπράξεν ὁ νόμος. ἔπειτ' οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ, τοὺς δ' ἀκουσίως αἰτίους καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν. *Sonti non tandem pœnam ſtatuit lex ſiue volens ſiue imprudens fecerit. Deinde leges capitalium facinorum cædes conſilio factas morte puniunt, qui autem imprudenter ac fortuito cædem fecerunt, cum his multo remiſſius & humanius agendum ſanxerunt.*

Pag. 535. περὶ μοναρχίας.) Epiſtolas vel libros, quibus alios à ſecundis nuptiis dehortabantur, Latini Patres nunc de viduitate ſeruanda, nunc de vnis nuptiis, nunc de Monogamia inſcribebant, cuiuſmodi extant Tertulliani, Ambroſij, & Hieronymi varia opera, interpres maluit, de cõiugio non iterando; viduam enim ab altero auocat quærendo viro. Prouerbium illud γλυκὺ πόλεμος ἀπείροισιν, Pindari eſt in Hyporchematis, quod Latinè ſic effert Vegetius lib. 3. de re militari cap. 12. *Inexpertis enim dulcis eſt pugna.*

Pag. 536. b. 1. χαμευνίαι. Omiſſa quædam à librario ſic reſtitues, ex S. χαμευνίαι, μόνον ἐν κοινῷ. καὶ συγχωρήσας τῇ χήρᾳ εἰ βούλοιτο χαμευνίαις πάλιν & αὐτὸ μαθεῖν. b. 8. οὐκ ἐκείλαν.) S. οὐκ ἐκείλουν, vt infra 539. b. 11. βουλευόμενος χρόνον ἐκφύλαττον. c. 3. προσχήματι.) Hæc quoque ſic corrigenda ſunt ex eodem, ἵνα προσχήματι τις κολάζῃ καὶ καθαρὴν μὴ ἁμάρτημα ἐν πῶς οὐχ ἑαυτὴν πρόσωπον πάντας ἀποστερήσει συγγ. ἀλλ᾽ ἐν τῇ εἰς. & αὐτῇ γένηται. c. 10. ὥσπερ τοῦ.) S. ἀλλ' ὥσπερ ἐπεὶ.

Pag. 537. a. 3. συγκρίσει ταύτην. a. 7. καὶ δὲ τὴν αὐτὴν. b. 4. πρὸ ἐπιδεῖν. b. 8. συγκρίνομεν. c. 5. ἐπιχθείς.

Pag. 538. a. 2. καὶ τὸν. b. 3. αὐτίκα. c. 3. ἐχρῆν εἶναι. c. 7. Emenda ἐρᾶσθαι. d. 5. κατακλίνεσθαι. d. 12. κατοισώσει. quod Ionicum eſt.

Pag. 539. a. 2. σπιθαμὴν πρὸς. a. 3. τὰ χαλάσματα. a. 6. οἱ νόμοι φωνοῦσι. b. 11. φανερὰ παραστήσαντα. b. 2. εἴρηται χαμευνίαι. b. 3. τι πλεῖον. c. 7. οὐδὲ αὐτὸ ὁ παῖς. d. 4. χηρεύουσι κριθῆναι χοροῦσαι. d. 7. μηδὲ ἐπαγγείλασθαι.

Pag. 541. a. 4. οὐ γὰρ αὐτὴν ἔδει. a. 8. ἔλαττον.) S. ἔλαττον. b. 10. ἵνα ἐξ ὁλοκλήρου. d. 8. τοῖς πρώτοις. d. 12. *adiutorem.*) Interpres, *adiutorium, &, per ipſum formata*, quaſi eſſet δι' αὐτοῦ.

Pag. 542. b. 2. ἵνα τοῦ.) Corrige ex S. ἵνα τοῦ ἀπέχοντα οἱ πηγεῖται, ὡς εἰς. c. 2. ὡς γὰρ τὰ πολλά. d. 6. καὶ πάντα. ibidem interpres verterat, *gubernabat, reluctaretur, & afferret.*

Pag. 543. a. 1. καὶ ἐπιζήτη.) S. & ita emendandum vt & ἐμβάλλεσθαι pro συμβάλλει. b. 9. ἄξιον τῆς τιμῆς. d. 5. Scribe vt exigit S. & interpres, αἱ γὰρ θλίψεις, & καθαρίζει.

Pag. 544. b. 2. τι τῶν ἔστιν. d. 5. Emend πολλοὶ ἀκούσει. d. 9. poſt ἀνθρώποι, adde, εἰ τι ὑπὸ ζηλοτυπίας.

Pag. 545. a. 6. παρ' ἑτέρων χρησάμενα καὶ τὰ παρ'. a. 9. ἐκείνη. a. 11. καὶ προστὴν τὴν παρ'. b. 7. πῶς αὐτοὶ. b. 11. τὴν μὲν οὖν παρθενικήν. b. 13. *Virginem.*) Omiſit hic nonnulla Nobilius, quæ ſuppleri ſic poterunt: *Virginem igitur vtpote intacta quæ ſit, eiúſque propria, neque alterius vllius fuerit, omni animi, &c.* c. 11. προσηλωθεῖσι.

Pag. 546. a. 4. πῶς δὲ αὐτὴ. b. 6. δεύτερον γαμεῖται. c. 4. εἰ γὰρ ὁ πρότερος. c. 11. *Nunc quando.*) Interpres, *Nunc quando ille citius, quam oportuit, diem obiit.*

Pag. 547. b. 9. Corrigendum ἀλλ' οὐ πάσης. & ita S.

Pag. 548. b. 2. διέκοψαν. b. 12. τῶν ἐπ' αὐτῷ. c. 2. τὰς μὲν βουλομένας. c. 10. ὅτι αὐτῷ.) Hæc vſque ad finem addita ſunt ex Auguſtano, quæ tamen nec interpres, neque Romanum apographum agnoſcit.

IN HOMILIAN IN EVTROPIVM.

HVIVS celebris homiliæ rariſſimum exemplar vnum miſit ad nos Roma R. P. Iacobus Sirmondus, cum in aliis Europæ bibliothecis non inueniretur: ſed antiquiſſima tamen editio Pariſienſis anni 1524. nobis inſtar Græci codicis erit, quam & manuſcriptam olim in collegio noſtro Agennenſi offendimus. In ea titulus imprimis erat *Epiſtola ad Eutropium Conſulem*, at Gelenius an. 1547. addidit, quæ occaſionem habitæ orationis ſiue concionis indicant, & Eutropij dignitates. Conſulem fuiſſe illum, ac Præpoſitum ſacri cubiculi teſtatur Socrates lib. 6. cap. 6. προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, καὶ τὴν τοῦ

Digitized by Google

ὑπάτου ἀξίαν καλῶν, vnde Præpoſitum eum appellat Epiphanius Scholaſticus Tripart. hiſt. lib. 11. cap. 4. Patricium quoque fuiſſe illum conſtat ex illis verbis Arcadij lib. 17. de pœnis Cod. Theodoſ. *Patriciatus dignitate ſpoliatum ſe eſſe cognoſcat.* Ad ſcriptus autem dies illi conſtitutioni hæc geſta eſſe anno Chriſti 399. ante feſtum Paſchæ ſignificat, neque textus ei Chryſoſtomi Græcus aduerſatur, vt paulo poſt annotabimus.

Pag. 549. b. 1. *Si vnquam antea.*) Simplicius & fidelius vetus interpres, *Semper quidem, ſed nunc præcipuè competenter dicetur, Vanitas:* ſed mendoſum eſt, quod ibidem ſequitur, *vbi reſplendentes ad inuicem ſyderum toto orbe lampades?* in mſ. ſic erat, *vbi ſplendentes ad vicem ſyderum tota vrbe lampades?* quibus verbis innuit apud Chriſtianos iam tum inualuiſſe conſuetudinem lampades, & lucernas pro foribus ædium accendendi, vbi vel ſolemniora feſta celebranda erant, vel publicæ alicuius lætitiæ ſigna edenda. De feſtis Ethnicorum id admonuimus in Notis in homiliam, 21. ad Antiochenos pag. 263. d. 2. *Vmbra erant.*) Vetus interpr. retulit verbum ad vmbram, & ſic in cæteris. *Vmbra erat, & pertranſiit. fumus fuit, & diſſolutus eſt: bullæ aquarum fuerunt, & diſrupta ſunt: araneæ tela erant, & diſciſſa ſunt: propterea que iterum ſpiritale iſtud carmen canimus.* Emenda igitur ἐπιδέδυ.

P. 550. a. 7. ὁ ἱκέτης.) Fortaſſe legendum δραπέτης οἰκέτης, *famulus fugitiuus*: nam ſi ſeruum voluiſſet exprimere δοῦλον potius dixiſſet. vel certe ἱκέτης quod ſupplicem aut reum ſonat ſicut infra pag. 555. d. hæc duo iunxit τὸν φυγάδα τὸν ἱκέτην. Vetus interp. *quia fugaces ſunt diuitiæ, & ſtare neſciunt loco?* b. 5. ἀξιοπιστότερα) Locus eſt Prouerb. 27. 6. vbi tamen φίλου legitur, & ἐχθροῦ *amici & inimici*: & vetus interpres Chryſoſt. ex mſ. *meliora ſunt vulnera amici, quàm oſcula inimici fraudulenta.*

Pag. 551. c. 12. *cum ipſius calamit.*) Aptius interpretabere, *cum ipſius calamitas id nobis tanquam imagine quadam expreſſerit? Heſterno enim die miſſis.* id enim ſonat τῇ προτεραίᾳ: vnde & vetus interpr. *Heſternus enim dies indicio fuit, cum ad eum ventum fuiſſet ex palatio, & ad ſacrum confugiſſet altare.* Itaque ſacrarij nomine, vel ſacrorum vaſorum intelligendum eſt, quod deinde pag. 553. a. τὸ βῆμα appellat, quam vocem ab interprete omiſſam expreſſimus hac eadem: ea vero deſignat partem eam templi, quæ ſacro altari eſt proxima, de qua in Liturgiam plura dicenda erunt. Socrates loco iam citato ὁ ἐπίσκοπος τῷ Εὐτροπίῳ ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον κειμένου καὶ ἐκπεπληγότος ὑπὸ τοῦ φόβου, καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος λόγον ἐπιπληκτικὸν ἐξέτεινε κατ᾽ αὐτοῦ. *Cum Eutropius ad baſim altaris procumberet, & præ metu conſternatus eſſet, aſſidens in ſuggeſſu orationem Epiſcopus in reprehenſionem eius habuit.* Sed immerito notam arrogantiæ ſanctiſſimo viro conatur inurere hic malè fidus hiſtoricus, à qua illum probè vindicat illuſtriſſ. Cardinalis Baronius, cum ex hac oratione ſatis appareat ab eo potius infenſum Eutropio populum fuiſſe mitigatum. Tripartitæ lib. 10. cap. 4. legimus, *Eutropio ſubaltari iacente,* apud Sozomenum lib. 8. cap. 7. κατ᾽ αὐτὸ ὑπὸ τὴν ἱερὰν τράπεζαν κειμένου. *in eum ſub ſacra menſa iacentem.* d. 4. ὢν αὐτὸ) Scriptum fuiſſe ſuſpicor, χλωρὸν ὢν αὐτὸ τὸ πρόσωπον: ſic enim vetus interpres, *cum vultus eius excolor effectus, & nihil omnino mortuo differens.* Sic & illud apud Sophoclem in Trachiniis ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν ἤδη, Actius vertit: *Iam decolorem ſanguinem omnem exorbuit.*

Pag. 553. a. 14. *in ſacra Paſcha.*) Gelenius ediderat, *quàm in proxima ſacrata Paſcha celebritate:* qua deceptus interpretatione illuſtriſſ. Cardinalis Baronius ſcripſit an. 399. ſectione 24. errorem irrepſiſſe in illud Arcadij reſcriptũ, quod datum dicitur XVI. Kal. Februar. Theodoro Cõſule, cũ ex hac oratione appareat prope Paſchale tempus fugam illã Eutropij contigiſſe. Nos igitur hinc intelligimus rectè adſcriptũ diem menſis Februarij: ſed Chryſoſtomum hoc ſibi velle omiſſo illo epitheto, proxima cuiuſuis anni ſolennitatem Paſchalem haud plures homines in Eccleſiam euocaſſe, quam tum in eam confluxerant. Sane vetus interpres ita fideliter expreſſerat, *Nihil minus eſſe video in multitudine, quam ſi ſanctus Paſcha dies ageretur,* vel vt eſt in mſ. *quam ſi ſancti Paſcha d. ag.* b. 9. *illámque metr.*) Hic locus mirè deformatus erat, quod diuerſam lectionem ſequutus videretur Gelenius: ſic enim verterat: *illámque in republica verſantium ſpeciem heri ac nudiuſtertius ſplendentem, &c. quauis anicula rugoſa deformior demonſtrata mutatione reipublicæ:* quaſi nimirum non [illegible], ſed [illegible] ſcripſiſſet Chryſoſt. vetus interpres omiſſa illa comparatione meretricij vultus fucis obliti tantum dixit: *Vt intueantur omnes, & perſpiciant vultus iſtius, qui heſterno die læti, exultantes erecti & deſpicientes omne hominum genus, hodie rugoſa anni & annis decrepita ſunt fœdiores.* ἐντρίμματα, & ἐπιχρίσματα appellat ceruſſam, ſtibium & alium eiuſmodi meretricium fucum, in quem inuehitur & homilia 31. in Matthæum. Gregorius Nazianz. orat. 31. pag. 501. ἐὰν ἐπιχρώσεις ἴδῃς ἢ ἐπιχρίσματα [illegible]. *Si illitos fuco & ceruſſa colores & pigmenta perſpexeris, eam hoc ornatu ſpolia.*

Pag. 554. c. 10. *& ſi quid humanum.*) Immo aliud ſibi vult Chryſoſt. & *ſi quid ſecus accidiſſet, tanquam homini duceret ignoſcendum.* Vetus interpres hoc omiſit.

Pag. 555. b. 11. πολλὰς ὢν) Emendandum [illegible]. c. 6. *atque hanc eſſe.*) Immutauimus, quod ſcripſerat, Gelenius, *atque hanc peccatorum medelam adhibere.* vetus interpres etiam aberrauit ab auctoris ſententia, *hoc inuenies quærere Deum, & in hoc opere remiſſionem fieri peccatorum.* c. 6. ἐργασάμενα) Gelenius ἐργασάμενος legit, vel correxit, at ſequentia pertinere ad futurum tempus indicat verbum ἐπαιτήσει: vetus tamen interpres aliter: *Si quis ergo vult ſuis peccatis veniam dari, ſi quis ſibi vult propicium fieri Deum, ipſe faciat miſericordiam peccatori. & ad exorandam pro eo clementiſſimum principem veniat. In hoc enim ſicut diximus miſericordiam quæret, & eccleſiæ laudem conferet.*

IN HOMILIA III. DE POENITENTIA.

CVM ad manus noſtras non dum perueniſſet Græcum homiliæ iſtius apographum, non licuit inter cæteras de pœnitentia in priori voluminis huius parte illam publici iuris facere: poſt animaduertimus alio præfixo titulo deliteſcere illam in eo codice, quem Regi Chriſtianiſſimo Franciſco primo Romæ deſcribi curauit anno 1541. illuſtriſſimus Cardinalis Armeniacus Georgius. Sic enim inſcribebatur, τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν; ſed Godefridus Tilmannus, cum id quod nobis reſtat ex commentario in Eſaiam Latinitate donaret, hūc illi titulum addidit *Chryſoſtomi in enarrationem in Eſaiam prophetam proœmium prius.* Vnicum igitur illud exemplar nacti, reliquum eſt, vt tantum ex altera Lælij Tifernatis Latina interpretatione varias lectiones, aut emendationum confirmationem decerpamus.

Pag. 556. c. 7. *ſalſuginis.*) Rectè aunotauit Tilmannus pro ἄλλην legendum ἅλμην quam correctionem confirmat Tifernas, dum vertit *pelagus hoc magnum & ſalſuginem non habens.* Similis locus eſt homilia de S. Phoca pag. 876. a. οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ὕδασι πόντος οὐδὲ ἅλμη, οὔτε σκόπελος, οὔτε θηρία. & pag. 878. comparat itidem Eccleſiam cum arca Noë, κατὰ θάλασσαν ἡ κιβωτὸς ἡ τοῦ Νῶε ἦν, ἀλλ' ἡ ἐκκλησία ἐν ταύτης βελτίων.

Pag. 557. a. 10. ἁμαρτωλῶν.) Scribe ἁμαρτιῶν. b. 6. ἐπὶ ἔτι.) Mſſ. καὶ περὶ θαμινὰ τινῶ. vtrum malit, videat lector: Tifernas vertit: *Ea igitur de re ſæpenumero ſermonem moueo, vt pœnitentiam agas.* b. 12. ὑμῶν.) Fortè legendum ὑμᾶς. c. 6. *cum fuerint.*) Tilmannus putabat ſe legiſſe σαρωθῶσι & συσρωμᾶσα, cum vertit, *Mox enim vt verriculo collecta ſunt quiſquiliæ, eas efferimus domo. Nouas inſtauramus. & ſuperaddimus:* addiderat enim in margine σαρρωθῶσι, mendosè. Tifernas autem, *cum fragiles, & ad caſum nutant, fragilia educimus, tignáque noua ſubmittimus.* Budæus quoque vertit σαθρωθῶσι cōquaſſari apud Chryſoſtom. in epiſt. ad Epheſ. cap. 5. σαθρωθείη ἡ οἰκοδομή. Potes & interpretari, *cum fuerint vetuſtate computrefacta. & quæ computrefacta ſunt,* quoniam ſequitur, ἐπειδὰν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας.

Pag. 558. b. 9. *Interim.*) Tilmannus, *Quoad te noſti non obſeruaſſe, eatenus ne te pudet, tamdiu erubeſcis? quamdiu nemo te coarguit:* ſed malui πῶς ſic interpretari, vt ipſe mox alio loco reddidit pag. 562. b. 11. πῶς εἰσάγω οὐχ ἵνα. *At interim propono vobis.* Tifernas, *Denique ipſe noniſti*, & *Denique frenum accipis.*

Pag. 559. a. 1. *In arborum.*) Hic maluimus vſurpare verba Tifernatis, vtpote Græcis conſona, quam iſta Tilmanni, *Septa vndique arborum foliis miſerè impoſuit conſcientiæ tuæ.* & *Audiuit vno die altero mox proſtrata eſt, tanto licet radicata tempore.* a. 8. *conſuetudinem malam.*) Tifernas addebat nonnulla hoc pacto interpretans: *Modò incide vi rem malam, & fortem conſuetudinem malámque illam deiice, & gratiam impetraſti.*

c. 5. προσῆκε.) Sic emendauimus, quod erat in apographo regio προσῆκε λέγων: vt infra 561. a. 5. προσῆκε μετ. ἀκρ. niſi malis vt infra, προσῆκες ὁ λέγω, hic legere προσῆκε, ὁ λέγω.

Pag. 560. c. 9. *Pudet dicere.*) Aberat interrogationis nota à manuſcripto, ſed agnoſcitur à Tifernate, qui ſic interpretatur, *Quorſumnam id? Cum fornicabaris, non pudebat, rem cum facis, non erubeſcis: erubeſcis cum pœnitere & confiteri debes peccata verbo. Diaboli hæc aſtutia eſt.* ſed omiſit hic nonnulla librarius, quæ ſic reſtitues ex mſ. ὅτε ἐπράττες, καὶ ἐρυθρίας. τὸ πρᾶγμα πράττεις καὶ οὐκ ἐρυθριᾷς, τὸ ῥῆμα ἐρυθριᾷς· ἐν διαβόλου δὲ ἐστι. d. 1. *ſed palam.*) Scripſerat hic Tilmannus, *Non ſinit eum ſuppudeſcere Diabolus, néve peccatum ſuum in publicum edat per confeſſionem;* & annotarat in margine: *deſit* ὁμολογούμενος, *vel ſimile quiddam:* cui coniecturæ fauet, quod ante dixit, καὶ τὸ ῥῆμα ἐρυθριᾷς: & Tifernas, *Diaboli hæc aſtutia eſt, quod te in peccato erubeſcere vetat, & peccatum edicere impedit pudore:* ſed alterius Græci codicis mſ. auxilium expectandum eſt.

Pag. 561. a. 4. ἵνα ἐν δίκαιον.) Hæc à nobis adiecta ſunt verbis manuſcripti, ſuadente interpretatione Lælij Tifern. ex qua totus hic locus ita reſtituendus videtur, ὅτι οὐ κολάζει αὐτὸν, ἵνα καὶ δίκαιον ποιεῖ. *Non ſufficit ipſi non punire, ſed eum inſuper & iuſtum efficit. Prorſus.* b. 10. *quinam potero.*) Deeſt verbum infinitiui modi σωθῆναι, vel aliud ſimile, vt conſtat ex Tifernate, *quomodo ſaluari poſſum?* ſic infra pag. 562. c. δυνηθῇναι σωθῆναι.

Pag. 562. d. 14. *Alia denuntiaſti.*) Aliud Tifernas nō minus aptum ſcripſit, ſi corrigatur, *Alia promiſiſti, & alia dicis. Quæ alia promiſi?* malè in vulgatis editionibus, *alia pramiſiſti.*

Pag. 563. c. 1. *Non iam potes.*) Ad verbum eſſet, *Non iam potes me vocare:* ſed tamen ita quoque Tifern. *Non habes, vnde hominem voces, voca, inquit, elementa.*

Pag. 563. d. 1. *coturnicem.*) Tilmannus Ortygometram verterat, & in margine annotarat eā vocem coturnicum matricem ſonare. Vſus eſt ea Plinius lib. 10. c. 23. de coturnicibus migrantibus loquens, quæ Aquilone maximè volant Ortygometra duce. ea verò eſt ὄρτυξ ὑπερμεγέθης, *coturnix permagna:* quia tamen & Vulgata Latina Exodi 16. 13. coturnices aſcendiſſe ait, Græcè καὶ ἀνέβη ὀρτυγομήτρα, & vetus interpres pſalmorum dixit, *Petierunt, & venit coturnix,* CXLIX. ᾔτησαν, καὶ ἦλθεν ὀρτυγομήτρα, vſitatā vocem retinuimus. Idem Tilmannus annotarat etiam, cum vertiſſet, *aream affectatus es,* pro ἅλωνα forſan corrigendum αὐλῶνα, *conuallem,* ſed nihil mutandum cenſemus, quod proba ſit vox ἅλων; & ſollemnis Scripturæ cum de ſegetibus & tritico agitur, vt 4. Reg. 6. 27. πόθεν σώσω σε; μὴ ἀπὸ τῆς ἅλωνος ἢ ἀπὸ τῆς ληνοῦ. *Vnde te ſaluabo? de area vel de torculari?* & Chryſoſtomus de his ipſis miraculis verba faciens infra pag. 587. c. οὐχ ἅλωνα παρεσκεύαζον, οὐ καρπὸν ἠλόων. *non aream præparabant, non fruges triturabant.* & orat. 4. aduerſus Iudæos pag. 498. ξένη τις ὑμῖν ἡ ὁδὸς ἐν παράδοξος, καὶ βοᾷ ὁ προφήτης λέγων ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς. pag. 110. τράπεζαν ἐσχεδιασμένην diximus non

Digitized by Google

cum Tilmanno *menſam dapſilem & effuſam*, ſed cum alio interprete, pag. 587. d. *paratam ex tempore.*

Pag.564. b.1. *timore corrept.*) Interpres ediderat *omnes Deum contempſiſſe*, tum in margine addiderat, καταπεφρονήκασι: atqui proba lectio eſt κατανενυγμένος à κατανύσσω, non à καταφρονέω. Lælius Tif. *alióſque vniuerſos trepidos.* Cæterum animaduertendum eſt hic ad ſenſum non ad verbum citari prophetæ verba ad Hieroboamum Regem miſſi: nam 3. Reg. 13. 2. ſic efferuntur, καὶ εἶπε, Θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει κύριος, ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβίδ. *Et dixit, Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius naſcitur domui Dauid.* Citatur iiſdem verbis & in eandem ſententiam hic locus in oratione de S. Phoca pag. 877. prioris partis huius tomi 5.

Pag 565. a.9. *Qua ex cauſa dicit Væ?*) Immo, *dicit*, λέγει. idem apud Tifernatem corrigendum eſt. *Quare inquis Væ? non iam ſalutis ſpes datur?*

Pag.566. a.7. *non cicatrix.*) Rectius Tifernas, *non liuor*; ſic enim ex LXX. vertit Hieronymus & Tilmannus ipſe in Commentario in Eſaiam huius auctoris noſtri, *neque vulnus, neque liuor ſiue vibex, neque plaga tumens.* μώλωψ enim propriè veſtigium appellatur verberum in cute. d.16. *An vllum eſt.*) Sic maluimus cum interrogationis nota efferre, vt & Tifernas, quàm aſſeuerando vt Tilmannus: *Non eſt peccatum, cuius cauſa*, &c.

Pag.567. a.3. *reportes.*) Aptius opinor erit reportem. Introducit enim Deum reſpondentem, & cauſas exponentem mandati: quam ob rem & quæ ſequuntur immutauimus ſic edita à Tilmanno: *Illa intentat vt ipſe timeam: hæc infert, vt mihi per hæc aſciſcam ſalutem.* Tifernas quoque nobiſcum ſentit, εἰς ταῦτα ἀμφοτ. χρήσιμα. *Quorum vtrumque vtiliter ingeritur: id vt terream, hoc vt alliciam.*

Pag.569. a.15. *pœnam.*) Hæc addidit de ſuo interpres: at Tifernas ſimplicius è Græco: *expetit peccatorum natura, ſed continet clementiæ pietatiſque magnitudo.* b.12. *quaſi ſi.*) Tilmannus annotauit pro ἴσω legendum ὥσπερ & fauet Tifernatis editio, *veluti ſi mulier puero dixit.* c.12. *vt nullam.*) Scribendum vt integra ſit verſio: *Vt nullum relinquat veſtigium peccatorum, nullam apparere cicatricem.* c.10. καὶ καλὸν καὶ ἐκζητεῖτε.) Tilmannus annotat pro ἐκζητεῖτε legendum ἐκδικάζετε, ſed neutrum eſt apud prophetam, verum ἐκζητήσατε κρίσιν. *Exquirite iudicium:* Tifernas quoque horum loco ſcripſit: *quærite iudicium.* Chryſoſtomus ipſe in Commentario in Eſaiam nihil tale prophetæ verbis intexit. d.2. καὶ χωνευτήριον.) Deeſt fortaſſe vox θεός, vt & in ſequenti linea ἔλεγε ante πάντα. ſic enim Tifernas, *Parum facite, & ego reliquum adiiciam, dicit Dominus: parum mihi date, & totum ipſe dono.*

QVOD NEMO LÆDITVR NISI A SEIPSO.

HANC elaboratam à ſe in exilio lucubrationem miſit ad Olympiadem fœminam illuſtrem Chryſoſtomus, vt conſtat ex epiſtola 4. pag. 752. c. ἔπεμψά σοι, ἅπερ ἔλεγον, ὅτι τὸν ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται. Hic verus eſt titulus; hoc verum argumentum eſt huius libri: ſed in vno regio codice Henrici IV. Medicæo, quem hac litera H. deſignabimus, appellabatur Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κουκουσοῦ τῆς Κιλικίας ὅτε αὐτὸς ἐν ἐξορίᾳ, ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδ. οὐδ. παρ. δυνήσεται καὶ εἰς τοὺς τρεῖς παῖδας: *Epiſtola ſcripta Cucuſo Ciliciæ oppido, cum eſſet in exilio*, &c. rectius in altero manuſcripto Franciſci Oliuarij dicitur λόγος, ὅτι τὸν ἑαυτὸν ἀδ. οὐδ. παρ. δυν. καὶ εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας πεμφθεὶς ἐκ τῆς ἐξορίας ἀπὸ Κουκουσοῦ πρὸς τὴν μακαρίαν Ὀλυμπιάδα καὶ πρὸς πάντας τοὺς πιστούς. *Liber miſſus ab exilio Cucuſo ad beatam Olympiadem, & ad omnes fideles.* Certè Cucuſum Armeniæ fuiſſe oppidum contendũt Theodoretus & alij paſſim non Ciliciæ, videtúrque potius appellandum hoc opus liber in forma epiſtolæ ſcriptus, cuiuſmodi eſt ille cuius meminit Leo Imperator in vita Chryſoſtomi, cum ait eum Cucuſi ſcripſiſſe orationem vel potius librum per epiſtolam, auditorum animas nutrientem mirabiliter, cuius initium eſt Ἰατρῶν μὲν παῖδες. *Medici quidem.* Male igitur in omnibus editionibus aliis homilia dicebatur, hoc titulo: *Quod nemo læditur niſi a ſeipſo*, ex veteri interpretatione incerti auctoris, cuius loco hanc multa fideliorem & concinniorem damus ſociorum noſtrorum opera Ingolſtadij primum editam an. 1595.

Pag.569. d.9. αἱ ἐπὶ τῶν. H. & O. αἱ τῶν βασιλέων. d.12. τὰ διαπύρου.) Sic H. at O. τὰ ἐμπύρου.

Pag.570. b.9. αὔξεται. H. c.6. τὸν δὲ ἰταμόν.) In vulgatis editionibus legebatur τὸν δὲ ἰταμὸν καὶ φοβερὸν τῆς κακίας, &c. ſed ordine verborum immutato locum ex H. & O. conſentiente quoque veteri interprete reſtituimus, cuius hæc verba ſunt: *proteruum vero & improbum, & peſſimi propoſiti virum, augeri diuitiis potentia & honoribus cumulari*, quod vero ſequitur, ἄσημον καὶ ἐξ ἀσήμων, non vt interpres ediderat, *infamem, infami quæſtu diteſcentem*, ſed ex infamibus ortum intelligimus, vt infra in epiſtola 2. pag. 708. ἄσημος καὶ ἐξ ἀσήμων φύντες, & epiſt. 3. pag. 720. d. εἰ δὲ ἄσημοι καὶ ἐξ ἀσήμων καὶ οὐδενὶ γνώριμοι. *Obſcuri, atque obſcuro genere nati, omnibúſque ignoti*, & de ſacerdotio lib. 1. pag. 49. d. ἐξ εὐτελῶν καὶ ἀσήμων ἴσως τινῶν γεγονότας. d. 6. μὴ θορυβεῖσθε.) Sic inf. 571. d. μὴ θορυβεῖσθαι: at H. & O. vtrobique μὴ θορυβηθῆτε, *ne turbemini*, & vetus interpres, *ſed quæſo vos nullus primo turbetur auditu:* quæ verior lectio videtur: non enim hæc ſcripta ſunt tanquam in concione pronuntiata, ſed in ſpeciem epiſtolæ miſſa. Matth. 24. 6. μὴ θροεῖσθε. & Act. 20. 10. μὴ θορυβεῖσθε. Vulgata, *Nolite turbari*, aptius quam Beza, *ne tumultuamini.*

Pag.571. a.5. μεταπεσεῖν. H.O. b.3. ἄπορος. H.O,

b.8. ἵνα.) Hæc eſt lectio H. vulgatæ editiones habebant ἵνα ἄλλα. Ol. ἵνα ἀλλά. c.1. ἡμᾶς αὐτοῖς.) Vox ἡμᾶς aberat ab H. & O. ſed retinetur à veteri interp. *nocere nobis vera noxa nemo alius poteſt.*

Pag. 572. a. 5. ὁ δὲ δίκαιον κακοῦργον. H. O. a. 7. ὑποχωρήσωμεν. H.O. b. 1. σχηματιζόμενοι. H.O. c.3. ἐῤῥίφησαν πέτραι. H.O. d. 7. ὑπίδῃς.) Ita mſſ. duo, non vt vulgatæ edit. φύγῃς. Vetus interpr. *ne te hominum maledicta terreant.*

Pag. 573. a. 7. κατέπιεν vulgatæ edit. κατέπιμεν, at mſſ. 2. vt edidimus & ἀπέβαλε, non ἀπεβάλομεν. a.11. τελευτήσαντι H. & vulg. πάντα ὑμῖν τελευτήσασι. O. ſic infra 575. c.6. φοβερώτερον. b.8. ἀπέπνιξε. H.O. b.9. ἐξέβαλε. H.O. μανθάνει. H. μανθάνη O. & pro ποιοῦντα H O ποιοῦντα.

Pag. 574. b. 4. κατεπαύθημεν duo mſs. & δίκαιος δὲ ὢν, omiſſa voce γῆν. O. & vulgata. b. 5. ἀπηρτισμένος. O.

Pag. 575. a. 10. ἐκβάλωσι.) Lucæ quidem 6.22. ſcriptum eſt μακάριοί ἐστε, ὅταν ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρόν. at Matthæi 5. 11. μακ. ἐστε, ὅταν εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε: quæ duo loca miſcuit hic Chryſoſt. correximus ἐκβάλωσι vt eſt apud Lucam pro ἐκβάλλουσι. b. 2. εἰωθότες. H.O. b.9. *mercedem.*) His geminum illud Tertulliani in Scorpiaco c.8. *David exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur; ipſe clauſula legis & prophetarum, nec prophetes, ſed angelus dictus, contumelioſa cæde truncatur in puellæ ſaltice lucar.* nam quod Græcis θεατρικόν, Tacito lucar, merces eſt hiſtrionum & ſaltatorum.

Pag. 576. a. 10. μαστιχθείς.) Emendauimus ex H. quod in vulgatis & O. erat μαστιχθῇ & ἀφαιρεθῇ, vt cum ſequentibus melius conueniant, & paulo poſt μικροψυχίαν maluimus vertere ſimultatem, quam puſilli animi vitium, vetus interpr. *per impatientiam ſcilicet ſuam.* b.1. ἐνταῦθα. H. ἐνθένδε. c.7. H. O. ξαινόμενος. & addebat H. ἔπειτα μαστιζόμενος, ſed præceſſit μαστιγούμενος. c. 9. καὶ αὐτὸς τὸν γοῦν. d.9 ἔχεις. O. & vulgata.

Pag. 577. a.1. σκώληξ τε καὶ φθορὰ ἀεί. H. d.10. ἐξηγεῖται. H. O. *mentis*, tuetur vulgatam lectionem vetus interpr. *Tanta namque eſt eorum, qui decipiuntur ſtoliditas.*

Pag. 578. 4. ἐκβάλλει. H. ἐπίβουλος. vetus, interp. *Iſti vero quid habebunt excuſationis?* Idem vocem illam τὰ ἀθύρματα ſic expreſſerat vberius, *quos pueriles ludus, vbi aut circulus voluitur, aut turbo verberibus agitur, & longis porticibus percurua ſpatia rotatur, ita intentos & hiantes puerilibus annis tenet.* b.12. *& præſtabiliores.*) Scribendum, *& aliis omnibus præſtabiliores*, & in Græco emendandum τοῖς πολλοῖς. Immutauimus enim hic interpretationem, quæ προύργου referebat ad νόσημα non ad πλοῦτον, *& alius omnibus grauis iſte morbus multis, qui eo tenentur, eſſe videtur præſtabilior.* Vetus interpr. rectius, *& propinquis & amicis & omnibus omnino, quæ ſunt, commodiores eas* (diuitias) *eſſe pluribus viſum eſt.* ſic infra pag. 579. τῆς τὴν ἐναντίαν ἀνοίας τεκούσης ἐξουσίας. d.9. μορμολύκειον.) Ita ſcripſimus ex mſſ. H. O. non μορμολυκεῖον, *larua.*

Pag. 579. b. 3. ἀλλὰ τῆς τῶν.) Hæc eſt lectio regij codicis H. at in O. vitioſè, ἀλλὰ τῆς τεκούσης δι' ἀνοίας τῶν ἐκ χειρῶν. & in vulgatis ἀλλὰ τῆς τεκούσης ἐξουσίας. Vetus interpr. *idque non rei natura, ſed voluntatis vitio patiuntur.* In Latino textu ſcribendum, *ſed ad ægrotantem illa immanitate animum.* Porro quæ ſequuntur, τῶν δὲ τῆς αἰ. ἐκ. χ. in regio deleta erant, nec ab interprete veteri agnoſcuntur. c.12. *diuitiarum.*) διὰ τοῦτο. ſcripſi vt ante διὰ τοῦτο. *qui his rebus te colunt:* vetus interp. *atque officia, quæ ab hominibus diuitiarum contemplatione deferuntur:* at in mſſ. H.O. tantum erat δορυφορίας τὰς ἀπὸ τῶν θεραπ. d.10. μαστιγούμενοι. H.O.

Pag. 580. a. 8. ἰδεῖν.) Hoc verbum in vtroque mſ. addebatur, ſed nullum eius eſt veſtigium in veteri interpretatione, *non libenter hi, qui eiuſmodi ægritudine innexi ſunt, ſermonem de virtutibus & vitiis audiunt.* b. 4. ὄντως ἀπολαύοντες αἱ δὲ ἀπολαύοντες μὲν. c. 4. ταῦτα H. περὶ τούτων. c.9. ἃ μηδὲν.) Sic emendauimus ex 2. mſſ. pro μηδὲν τῶν. *nihil rerum præſentium ſciunt:* ſed illud ebriorum magis proprium, tametſi vulgatæ fauet etiam vetus interpr. *nihil agnoſcunt eorum, quæ videntur.*

Pag. 582. a. 6. τοῦ ὑμῖν. H.O. ὑμῖν & ἐν ὑμῖν τε. a.9. πρὸς ἀπόνοιαν.) Superbiam hic maluimus intelligere, quam flagitioſam vitam: ſic enim plerumque apud Chryſoſt. αὕτη τῆς ὑπερηφανίας ſumitur. Vetus interpr. *quódque ſuperbiæ malum tumidius erigunt.* b. 2. ὑμετέραν.) Sic quoque O. at H. ὑμετέραν. b. 11. οὐκ οἶμαι καλῶς.) Hæc non habuit H. & videntur περιττὰ O. eorum loco, τὸ καλῶς, quod & ſuperfluum eſt. c.2. *ita etiam.*) Reſtituimus hanc αὐτοπάθειαν ope regij codicis, ex quo eſt illud πῶς, & veteris interpretis, cuius hęc verba ſunt: *ita & diuitiæ faciunt cum adulationem volunt honorem videri.* paulo poſt pro αὐτοῖς περὶ εἶναι. H. habuit, αὐτὴν εἶναι. d.1. *quemadmodum.*) Hoc membrum ab interprete omiſſum inſeruimus, quod ſi minus vetus interpres, vterque tamen codex manuſcriptus agnoſcit.

Pag. 583. b. 11. διὰ τοῦτο.) Sic duo mſſ. pro διὰ ταῦτα. Vetus tamen ſcripſit, *Pro his, quæſo te, videntur expetendæ diuitiæ?* c. 5. ἐκβάλλει.) Hoc maluimus cum mſſ. quam καταβάλλει cum vulgatis edit. vt 584. b. ῥῆμα πικρὸν ἐξέβαλε. d. 10. αὐτῷ.) H αὐτῇ.

Pag. 584. a. 2. θέατρον.) H. & O. θέατρον καὶ λύπην θεωμένοις. *ſpectaculum intuentibus dolorem inurens.* & pro καταμαλάξαι O. μαλάξαι. b. 12. οὐ ῥῆμα.) H. οὐ ῥῆμα τι μικρὸν οὐ μέγα ἐξέβαλε. O. οὐ ῥῆμα οὐ μικρὸν ἐξέβ. ſed melior recepta lectio, vt ante dixit pag. 583. c. 5. βλάσφημα ῥήματα ἐκβάλλει. vetus inter. *vt neque amarum ſermonem, neque blaſphemiæ verbum proferret.* c.3. χαμαιφερόμενος.) Huius verbi loco H. ſcribit in margine χαμαιφερόμενος γίνεται, neutrum in textu vtriuſque mſ. d.12. αἰανῶ.) Sic mſſ. non λήψομαι vt vulgatæ edit. at vetus interp. *Iterabo & repetam.*

Pag. 585. c. 4. ἐν λίθοις.) Hæc duo membra deſunt in H. & O. & fuerant ab interprete omiſſa. vetus tamen ea ſic expreſſerat: *quid ſaxa nocuerunt? quid detrimenti in naufragiis? quid in profundo maris paſſus eſt?*

Pag. 586. b. 7. ὑποστελλόμενος καὶ τοὺς στρατιώτας & ἀναῤῥιπτεῖν πάλιν. H. c. 4. δυνάμενος. H. & δύναμ.

οὐδὲ τὶ ῥᾳδιουργ. d. 1. ὀρόφων. O. *tectorum.* Vetus interpr. *neque vt ædificium ex lapidibus & lignis conſideremus extructum.* at H. ἐκ λίθων ἐξ ὀρόφων. d. 6. μεγάλους φερ. H. O. & d. 8. ἐμβαίνοντα.

Pag. 587. a. 1. ἐπιβουλεῦ. H. b. 9. ἐπὶ δήμων.) H. O. ἐπὶ δήμων ἐκάκιζον, fortè corrigendum ἐπὶ δήμων. ſed tuetur vulgatam lectionem vetus interpres, *ſed etiam per populos doceam?* certe Niniuitarum etiam poſtea meminit. c. 1. παρεκβάσει H. c. 4. ἐπιμον, & ἰδιώτην H. O. d. 5. Pro σπουδαῖος quod & vulgati & calamo exarati libri edebant, ſcripſimus παρηγορεῖς.

Pag. 588. b. 2 ἀπομνημονευθεὶς H. ἀπομνημονευθεὶς. O. b. 9. ἔρημον. O. R. ἤπειρον, *continentem.* c. 5. ἀπολαμβάνει H. & ἰχνεύειν ἰχ. d. 7. ἐρημίας. H.

Pag. 589. a. 4. εἰς διηγήσεως ἀκρ. ἐδηγ. H. at Ol. ſuffragatur vulgatæ, ſed legit ἐδηγήσει. b. 9. θαυμάτων. H. addebat ἐκεῖνων. *poſt illa tanta mir.* vetus interp. *poſt hæc omnia tam euidentia diuinæ virtutis inſignia.* b. 12. τῶν ἔργων. H. O σημείων. d. 7. μεταβάλλοντα.) O. & vulgatæ edit. d. 10. ἀνακαλ.) O. ἀνακαλέσασθαι. H. ἀνακρίνασθαι. Vetus autem ſtat à vulgata: *vt diuinitus iam promulgatam ſententiam reuocarent.* d. 14. ἴδε τῷ. O.

Pag. 590. b. 7. καὶ μυρίων διηγημάτων ἀπολαυσ. H. d. 5. Sic emendauimus pro ἐξαιμάτων. d. 6. ἐ αἰχμαλωσίας. H. O. ἐξ αἰχμαλωσίας τίμιος χαλεπώτατος. d. 9. ἐκεῖνο.) Deerant hæc in O.

Pag. 591. a. 7. αὐτοῖς.) Mſſ. αὐτῶν. b. 4. ἑάλωσαν.) O. ἑάλω. H. b. 12 κρατοῦντι. O. c. 4. τοῖς τὴν πόλιν ἑλόντας. *eius qui vrbem ceperat.* Vetus dixit, *ſuperbiſque victoribus.* c. 7. πεδηθ. O. πεπεδημένοι. *alligati.* d. 8. κατακρινοῦσι. *condemnabunt.* H. O. ſed apud LXX. ſic eſt, vt edidimus. d. 11. ἐπὶ ξένοις.) Hæc proba lectio debetur duobus manuſc. vulgatæ illius loco καὶ οὐ τὸ ἔργον ἐκείνων. Vetus compendioſè dixit: *Non ergo ſolius Dei eſt opus iſtud, ſed inuium datum eſt ex propoſito ipſorum.*

Pag. 592. a 8. περιεσπασμένον. H. O. διαφθείροντας. a. 10. τὴν ἔκπληξιν. H. O. τὴν δειλίαν. *formidinem.*

Pag. 593. b. 11. τούτους ἔφαγε. H. O. d. 11. O. πραγμάτων βεβαίωσιν περιεθεῖσας. *confirmatione rerum.* Ibid. ἐμβληθέντα, vulgatæ edit. & O. & vetus interpr. *Quod vero corpora eorum tradita ſibi ignis erubuit.*

Pag. 594. a. 6. τοῖς τυράννους ἀντ. H. O. b. 1. ὑπὸ βαρβάρους ἐχθρῶν διωκόμενος. H. O. & b. 4. ἐξ ταύτης τῆς θήρας ἐ αὐτοῖ ἔσω. H. b. 5. ἐκπριάσθης.) Mirè deformatus eſt hic locus ob vitium Græci codicis: Latina editio penultima ſic habuit apud veterem interpr. *Vinctus, & exutus ad morem ductus eſt:* quo pacto Gelenius edidit an. 1547. cum ante in Pariſienſi editione an. 1524. ſcriptum eſſet, *Vinctus & factus ad mortem d. es:* at in mſ. V. C. Nicolai Fabri erat: *Vinctus & ſecutus es,* pro, *ſectus es.* veram enim lectionem exhibet Oliuarij codex ἐπρίσθης; non vt vulgata & H. ἐκπριάσθης, vnde in quibuſdam etiam mſſ. *exuſtus es:* alludit quippe ad illud Hebræorum 11. 37. ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν. *lapidati ſunt, ſecti ſunt.* Danielis 3. 13. 59. τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρίσαι σε μέσον. *gladium habens, vt ſecet te medium.* c. 3. ἀκούσας.) Vulgatæ edit. ἀκούσας ἀναγινωσκομένου *lectos:* ſed aberat hoc participium à duobus mſſ. & à veteri interpr. *habentes prophetas alios defunctos, alios adhuc ſuperſtites.* d. 12. πολλὰ τῶν.) Amplexi ſumus regij Henriciani codicis lectionem, expuncta vulgata, quamuis eam Ol. tueretur, πολλῶν γὰρ ἔστιν εὑρεῖν τοιούτων ὑποδειγμάτων ἐξ ἐπί. Vetus interp. *Multa enim ſimilia inueniet, qui requiret, exempla, quibus agnoſcat.*

Pag. 595. a. 4. Τυραννίδα.) δυναστείας τῶν κρατούντων. O. Vetus, *nulla vi, nulla tyrannide cogente.* b. 3. ἀδικοῦμεν.) Hæc ad finem vſque libri non reperiuntur in duobus mſſ. nam in regio quidem ſic terminabatur: δυνάμενοι τὶ ἐν κυρίῳ χριστῷ. ἐξ τέλος, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα ἐ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. In Ol. ἀδικηθῆναι. δυνάμενοι nec amplius quicquam vetus interpres, quam hæc: *nequaquam nocere poterunt ei, qui à ſemetipſo non læditur.*

IN SACRAM LITVRGIAM SIVE MISSAM. Pag 596.

Adivncta eſt reliquis ſancti huius patris noſtri operibus hæc ſacra Liturgiam iam inde ab anno 1536. in editione Pariſienſi Claudij Cheuallonij, hoc titulo, *Miſſa S. Ioan. Chryſoſt. ſupra complures annos ab Eraſmo Roterod. in gratiam Epiſcopi Roffenſis verſa.* Eandem vtraque lingua mox edidit an. 1537. Chriſtianus Vvechelus in eadem vrbe, nec admonuit vnde Græcum exemplar nactus eſſet: illud tamen hac editione voluimus repræſentare, vt haberentur ſimul edita, quæ in quintum tomum ſolebant conijci; ſed ex aliis editionibus, quæ vel ad emendationem Græci textus, vel ad illuſtrationem interpretationis pertinebant, decerpſimus. Primum enim veteri Romana Græca vſi ſumus, quæ prodiit an. 1526. ſtudio & opera Δημητρίου Δουκᾶ τοῦ Κρητός, deinde altera, quæ in Euchologio Græcorum reperitur Venetiis excuſo an. 1571. tertia Græcolatina fuit Gulielmi Morelij Lutetiæ an. 1561. quæ Leonis Thuſci Latinam verſionem exhibuit, antea erutam ex bibliotheca Auguſtinianorum Columbarienſium à Beato Rhenano Seleſtadienſi anno 1540. Ambroſius Pelargus Theologus aliam & ipſe Latinam edidit Vormatiæ an. 1541. quam ſecuta eſt illa vulgaris Pragæ an. 1544. citata à Georgio Caſſandro in Liturgicis, poſtrema fuit Gentiani Herueti Venetiis an. 1548. in quibus omnibus licet multa ſit varietas, ea tamen non in iis, quæ præcipua ſunt, conſiſtit, ſed in orationibus ſiue collectis, ſalutationib. populi, pſalmorum verſiculis, canticis aliiſve ſimilibus, quibus pro regionum aut eccleſiarum diuerſitate aucta eſt hæc Liturgia, cum alioquin eadem ratione fiat inuocatio Spiritus ſancti, verba conſecrationis pronuntientur, inuocatio ſanctorum, preces pro mortuis, & alia quæ rerum nouarum in religione ſtudioſi noſtra ætate in dubium reuocarunt; quæ & depromptis compluribus teſtimoniis ex aliis eiuſdem ſacri Doctoris operibus oſtendi poſſunt minimè peregrina vel aſcititia, vt copioſius à nobis alio loco, ſi Deus dederit, diſ-

Digitized by Google

ferretur. Nam quod ad illam ineptam attinet obiectionem, quam toties inculcât ſcioli quidam, in ea fieri mentionem mortui ipſius Chryſoſtomi, aliorúmq. ſanctorum, qui eum longo temporis interuallo ſubſecuti ſunt, iamdudum reſpondit eruditiſſimus Claudius Sancteſius in editione Morelliana libros etiam Legis, Moſis deceſſum continere ac deſcribere; ſacrilegum tamen eſſe & haberi ab eo confectos negare, nec ignorare doctos quo pacto ſoleret Eccleſia principes Epiſcopos ſanctos, quamprimum eſſent renuntiati, atque alios mortuos ſi mererentur in ſacrorum diptychorum catalogum referre, quorum nomina in myſteriis recitarentur. His addere poſſumus ne ipſum quidem Bezam diffiteri clauſulam illam orationis Dominicæ Matthæi 6.13. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας quam exponit auctor operis imperfecti homil. 20. in contextum Euangeliſtæ irrepſiſſe, fortaſſis ex ſolenni conſuetudine Græcorum, qui eam addunt in Liturgiis, ſicut & alia quædam angelicæ ſalutationi: nemo tamen idcirco dicet in dubium reuocandam Euãgelici textus ſynceritatem. Vt igitur ad variantes lectiones tituli veniamus R. Romanam. P. Pariſienſem VVecheli. V. Venetam in Euchologio. M. Morelij Pariſienſem. Th. Leonis Thuſci interpretationem indicabunt. In R. ſic erat, διάταξις τῆς θείας ἱερουργίας τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, quod videtur exprimere voluiſſe Leo Thuſcus, *Inſtitutio diuini miniſterij edita a ſancto patre noſtro Ioann. Chryſoſt.* Venet. ἡ θεία λειτουργία τοῦ ἐν ἁγίοις. qui titulus ſimilis eſt illi apud interpretem Liturgiæ S. Iacobi, *Diuina Miſſa S. Iacobi Apoſtoli & fratris Domini.* Pariſienſis VVecheli tantum hoc habuit λειτουργία Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. *Miſſa ſancti Ioannis Chryſoſtomi.*

Pag. 596. b. 8. *metuendo.*) Eraſmus ſcripſerat, *metuendo altari*, & *immaculatum ſacrificium.* τὸ βῆμα vt docet Gentianus Heruetus in Liturgias pag. 115. edit. Morelij dicitur prima pars templi, in quam licet ſolis ſacerdotibus ingredi, vel certe ſolis iis qui ſacris ordinibus initiati ſunt, vt Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, vnde in Iure GræcoRomano legimus ἐπεὶ οὐδεὶς τῶν τοῦ βήματος μετὰ τὴν χειροτονίαν τολμηρῶς συζυγίᾳ κατὰ νόμον γάμου ζευχθῇ. *Nemo eorum qui Sanctuario inſeruiunt, poſt ordinationem audacter lege connubij mulieri coniungetur*, & propoſita erat quæſtio de diaconis & ſubdiaconis. Gregor. Nazianz. orat. 28. pag. 473. τοὺς περὶ τὸ βῆμα τοῦτο λέγω, καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν. *nimirum eos qui ſacrarium & ſacram menſam cingunt*: male alij *ſuggeſtum*, aut *aſcenſum ſacrum* vertunt, vt ille ficti nominis interpres Curopalatæ, ſed vel *ſacrarium*, vel *ſanctuarium*, aut *tabernaculum* appellandum eſt. Rurſus ἀναίμακτον cum legiſſet Eraſmus non ἀμίαντον, *immaculatum* non debuit vertere, ſed *incruentum*, vt homil. de *S. Euſtathio* indicat *eſſe ſacrificium*, *ſine ſanguine* pag. 647. ἀλλ' ἔστι θυσία καὶ χωρὶς αἵματος. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον. Sic infra in hac eadem Liturgia p. 607. d. τὰς ἱκεσίας καὶ θυσίας ἀναιμάκτους. Leo Thuſcus vertit preces & hoſtiam incruentam. Cyrillus Alexand. in declaratione Anathematiſmi vndecimi pag. 511. edit. Romanæ tomo 1. Concil. τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον τελοῦμεν θυσίαν. *Sanctum ac viuificum incruentúmque ſacrificium peragimus.* c. 6. *tunicam.*) In edit. Pariſ. τὸ στιχάριον lego, *vnde* Eraſmus *ſtecharion* verterat, Roman. στιχάριον, ſed vera lectio στιχάριον. Gloſſarium στιχάριον, *tunica.* Athanaſius Apologia 2. p. 604. καὶ πλάττονται στιχαρίων κατηγορίαν περὶ στιχαρίων λινῶν ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. *& crimen ementiuntur de tunicis lineis quaſi ego canonem iſtiuſmodi tributi Ægyptiis inducerem.* Sic enim reſtituendam eſſe interpretationem conſtat ex Sozomeno, qui referens eandem hiſtoriam ſic ait lib. 2. cap. 21. στιχαρίων ἐγκλήματα χαρακτῆρος ὡς χιτώνιον λινῶν φόρον ἐπιθεὶς Αἰγυπτίοις. *Primum in crimen vocatur, quod tributum linearum tunicarum Ægyptiis impoſuerat.* In Teſtamento S. Gregorij Nazianz. pag. 204. tomi 2. Iuris Græco Roman. δοθῆναι βούλομαι στιχάριον α', παλλία β'. *dari volo tunicam vnam, pallia duo*, fratri nimirum non Gregorio Nyſſeno, vt annotat interpres; nam Baſilij non Nazianzeni frater fuit Nyſſenus. Male igitur Iunius interpres Curopalatæ pag. 130. τὸ συνήθες αὐτοῦ στιχάριον, vertit, *conſuetum ſuum manipulum. Conſuetam ſuam tunicam* ſcribe. d. 1. ἐπιτραχήλιον.) Emendauimus in P. περιτραχήλιον, & reſtituimus ex R. & M. ἐπιτραχήλιον. Germanus in Theoria rerum eccleſiaſt. τὸ περιτραχήλιον ἐστὶ τὸ φακιόλιον μεθ' οὗ ἐπιφέρεται ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεδεμένος, καὶ συρόμενος ἐπὶ τὸ πρόσω ἐπὶ τοῦ τραχήλου ὁ Χριστός. *Peritrachelion eſt faſciola, qua producebatur à Pontifice vinctus, & tractus in anteriorem partem per collum Chriſtus.* idem poſtea ἐπιτραχήλιον appellat: alij *collarium*, vel *collare* vertunt, *ſtolam* vocant Latinæ Eccleſiæ ſacerdotes. d. 6. ὑπογονάτιον.) Deerat in P. vox Græca, cuius loco Eraſmus ſcripſerat, *In ſingulum*, quaſi eſſet εἰς τὴν ζώνην: at R. & M. ὑπογονάτιον appellant, quod Marcus Patriarcha Alexandrinus ἐπιγονάτιον, id eſt, *ſubgenuale*, vel *genuale.* Gentianus Heruetus in Liturgias docet Græcos ſacerdotes amplius habere, quàm noſtri habeant, id quod vocant ὑπογονάτιον, eſſéque formæ rhomboidis, & à zona ad lumbos vſque propendere. Hic ergo ſcribendum *In ſubgennale.*

Pag. 597. a. 1. φελώνιον.) Eraſm. oratio pallij. R. ἐπὶ λαβὼν τὸ φελώνιον. M. τὸ φαινόλιον. Codinus, φελώνιον. Gloſſæ Græcolatinæ φαινόλης, τὸ φελόνιον. *Penula.* Ergo φελώνιον detortum eſt ex φαινόλης tranſpoſitis literis 2. ad Timotheum 4. 13. τὸν φελόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ. *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum.* Latini recentiores eam veſtem ſacerdotalem caſulam vocant Hugo à S. Victore in Speculo Eccleſiæ. *His ſupradictis caſula apponitur, quæ alio nomine planeta vel infula dicitur, hæc caritatem exprimit.* at apud Amalarium Fortunatum lib. 2. de eccleſiaſt. officiis cap. 19. caſula dicitur ad omnes clericos pertinere. Germanus in Theoria τὸ φελώνιον ἐμφαίνει τὴν ἀπὸ κοκκίνου πορφύραν, ἣν ὑπὸ τῆς λύπης ἐμπαίζοντες οἱ ἄνομοι ἐφόρεσαν. Gent. Heruetus interpretatur: *Caſula denotat coccineam purpuram, quam Ieſu illudentes geſtandam impij dederunt.* Poſſumus cum auctore Latinæ vulgatæ Bibliorum editionis penulam

penulam vertere φελώνιον, aut *caſulam*, quemadmodum σιχάριον, *tunicam* vel *albam*, præſertim cum non conſtet an ætate Chryſoſtomi Eccleſia Latina caſulæ vocem vſurparet: cauendum tamen ne pallium vertamus, cum Eraſmo & quodam Gloſſarij auctore, néve penulam vel caſulam, qua ſimplices quiuis vtuntur presbyteri, atque ipſi Archidiaconi vt ex Curopalata liquet pag. 150. cum Archiepiſcopali pallio confundamus, quæ faſcia potius eſt aut lacinia quædam lanea de collo pendens purpureis crucibus inſignuta, quam ieſtis aut penula.

Pag. 597. c. 3. *conſeruandor.*) Eraſmus, *Memento Domine auguſtiſſimorum & Dei obſeruantium regum noſtrorum*: at hîc φυλάττειν non eſt obſeruare, ſed cuſtodire, vt vidit interpres Liturgiæ S. Baſilij pag. 35. *pro piiſſimo & à Deo conſeruando Imperatore noſtro.* & Leo Thuſcus pag. 54. *Pro piiſſimis & cœlitus cuſtoditis.* Concilium Conſtantinopolit. ſub Menna. Act. 1. κατὰ κέλευσιν τοῦ φιλοχρίστου καὶ θεοφυλάκτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουστινιανοῦ. *iuxta pium iuſſum Chriſti amantiſſimi & à Deo cuſtoditi Imperatoris noſtri Iuſtiniani.* Ius GræcoRomanum pag. 443. in Reſponſis Balſamonis citans canonem Synodi 6. œcumenicæ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συναχθέντων. *ſanctorum Patrum, qui in cuſtodita diuinitus & imperatoria vrbe conuenerunt.* vnde & θεοφρούρητος βασιλεία dicitur apud Curopalatam p. 90. *à Deo cuſtoditum imperium.* ſic infra 399. d. 7. pro, Deo deditis, idem ſcripſimus. c. 11. ἔνυξε.) P. ἤνοιξε mendosè fortaſſe pro ἔνυξε, quo pacto legiſſe videtur interpres auctor Vulgatæ Latinæ Ioannis 19. 34. cum vertit, *aperuit*, non ἔνυξε, *fodit*, *ſauciauit*, *pupugit.* & ita legebatur in R. & M. vt emendauimus. d. 11. *participat.*) Eraſmus, *in tranſſumptionem animarum.* Melius infra 616. c. καταξίωσον ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν μυστηρίων, *dignos nos facito, vt participes ſimus myſteriorum*, & εἰς πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, *in Spiritus ſancti communionem.*

Pag. 598. c. 9. *nubem.*) Eraſmus, *nebulam* quaſi eſſet ὁμίχλη. quæ propriè vapor eſt è terra & aquis ſurgens, qui ſi in altum tollatur, in nubem conuertitur. Matthæi quoque 17. 5. νεφέλη φωτεινὴ, *nubes lucida* vertitur ab auctore Vulgatæ: lucis autem non eſt capax nebula. Porro νεφέλην videntur appellare Græci velum aliquod ſicut & ἀέρα, vt docet Germanus in Theoria pag. 153. τὸ καταπέτασμα ἤγουν ὁ ἀὴρ ἐστὶ καὶ λέγεται ἀντὶ τοῦ λίθου οὗ ἠσφαλίσατο τὸ μνημεῖον ὁ Ἰωσήφ. *Velum ſiue aër eſt & dicitur eſſe vice lapidis, quo muniit monumentum Ioſeph.* Fortaſſe illud velum hoc eſt, quod idem Germanus vocat δισκοκάλυμμα ἀντὶ τοῦ σουδαρίου ὅπερ ἦν ἐπὶ τὸ πρόσωπον περικαλύπτον αὐτὸ ἐν τῷ τάφῳ. *Diſci velamentum eſt pro ſudario, quod erat ſuper facie, circumtegens eam in ſepulchro.* c. 9. εὐχὴ εἰς τὴν πρόθεσιν.) Eraſm. *ad oblationem.* R. M. ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τῇ προθέσει τῶν τιμίων δώρων τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὁ ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τῆς προθέσεως. Leo Thuſc. *Deinde dicit Diaconus in propoſitione precioſorum donorum, Dominum deprecemur, Et dicit ſacerdos orationem hanc.* in Venet. inchoatur Liturgia ab hac oratione cum hoc titulo εὐχὴ προθέσεως. *oratio propoſitionis*, quod autem addit, ὅπου πρόκειται τὰ ἅγια, indicat ab hac propoſitione nomen accipere minus altare quoddam, in quo ſacerdos ſacra præparabat, & panem conſecrandum proponebat, erátque intra ſanctuarium à ſiniſtra maioris altaris. Curopalates pag. 193. ὁ δὲ ἔρχεται εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν ἔνθα κεῖται τὰ ἅγια. *Venit in locum qui dicitur Propoſitio, vbi ſita ſunt ſancta.* eadémque reperiuntur apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 41. Ioannes Epiſc. Citri in Reſponſis pag. 328. Iuris GræcoRomani πρὸ τῶν ἁγίων δώρων ἔν τε τῇ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ, καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. *ante ſacra dona in ingreſſu ad ſanctam menſam, & regreſſu eorum ad Propoſitionem.* ſic enim vertendum eſt, non, *ad eorum propoſitionem.*

Pag. 599. a. 5. μετανοίας.) Interpres, *aſcenſiones tres in ſanctum ſacrarium*: non animaduerterat vocem μετανοίας apud recentiores Græcos Patres profundam corporis inclinationem ſonare, quia nimirum ſolebant pœnitentes caris Dei adgeniculari, vt loquitur Tertullianus, & presbyteris aduolui lib. de pœnitentia cap. 9. Obſeruauit hoc vir doctiſſ. Iacobus Billius in ſcholiis ad 1. orat. Damaſceni de imaginibus, in qua citatur ex vita S. Chryſoſtomi βαλὼν μετάνοιαν τῷ Ἰωάννῃ, quod Franc. Zinus verterat; *Ioanni deſyderium iniiciens*, quòd locutionem illam non intelligeret. βαλεῖν enim μετάνοιαν inquit *eſt honoris cauſa ad alicuius pedes ſe abiicere, ac venerabundo animo ante ipſum ſe proſternere, benedictionem ab eo poſtulare.* In Græcorum Euchologio Diaconus multis locis τῷ ἱερεῖ τρεῖς μετανοίας βάλλει, hoc eſt pœnitentis in modum tertio ante ipſum ſeſe incuruat.

Pag. 600. a. 6. *habitatione.*) Eraſmus, *Pro ſancta hac ſola ciuitate*, quaſi legiſſet μόνης non μονῆς, quæ vox habitationem, manſionem, vel domum ſonat vt p. 330. a. τῆς ἁγίας ταύτης μονῆς. ita paulo poſt, ἐπὶ τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τούτῳ. Vetus interpres Baſilij ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου, vertit *pro ſancta domo iſta.* pag. 34. & 35. ſic in eccleſia Latina oratur, *Viſita quæſumus domine habitationem iſtam.* Poteſt etiam verti *pro ſancto hoc monaſterio*, vt in Concilio Conſtantinopolit. ſub Menna Act. 5. Μαριανοῦ ἐλέῳ θεοῦ ἀρχιμανδρίτου μονῆς Δαλματίου, *à Mariano Abbate domus & monaſterij Dalmatij.* Sunt enim in his Liturgiis quædam propria monachorum, quod ex eorum bibliothecis erúta ſint earum exemplaria, vt infra 606. b. τῆς ἱερωτάτης καλογραίας ταύτης meminit.

Pag. 602. a. 9. *immutabiliter.*) ἀτρέπτως. Eraſmus interpretatus eſt *intrepide*, Leo Thuſcus *inconuertibiliter factus homo*, eadémque verba orationis huius vetus interpres Liturgia ſancti Iacobi pag. 5, editione Morel. vertit, *ſine vlla conuerſione homo factus es.* quod intelligendum non conuerſa diuina natura in humanam, neque humana in diuinam, ſed facta duarum naturarum hypoſtatica vnione. idem correctum eſt infra pag. 608. d. 10. *intrepide & irreuocabiliter.*

Pag. 603. c. 1. *cum lampade.*) Interp. *cum lucerna*

c

na. & infra 619. d. 3. αἰωρουμέναις λαμπάσι· *ſuſpenſis lucernis*, pro *accenſis lampadibus*. nam lucerna quidem inſtrumentum eſt, in quo eſt ellychniũ oleo irrigatum ignem fouet, vnde olei genus, quod lucernarium dicebatur: lampas autẽ propriè fax eſt ex cera vel alia eiuſmodi materia vſtili confecta; quanquam & pro lucerna nonnunquam ſumitur ſiue pro lychno penſili, vnde apud Iuuenalem Satyra 3. ænea lampas. & apud Columellam lib. 12. cap. 18. *ferreis lampadibus ardentibus caleſiunt*; ſed lucerna nuſquam pro cereis vel facibus ſumitur, cuiuſmodi ſunt eæ quibus vtuntur Græci, cum ſacram Liturgiam celebrant, vel cum ad obeundas ſupplicationes procedunt. Theodoretus lib. 5. cap. 39. ἅπαντες γὰρ ἀπήντων ταῖς ἐκ κηροῦ λαμπάσι προϊόντες. *Omnes cum cereis accenſis & obuiam fiunt.* Socrates lib. 6. cap. 8. ἐπενοήθησαν δὲ παρ᾽ αὐτοῦ σταυροὶ ἀργυροῖ φέροντες φῶτα ἐκ τῶν κηρίνων λαμπάδων. *Excogitatæ ſunt ab ipſo cruces argenteæ, quibus cereæ lampades imponebantur*, ſic enim vertendum cum Epiphanio Scholaſtico lib. 10. cap. 8. Tripart. vt admonuimus in Notis ad illum locum homil. de ſancto Phoca pag. 875. μετὰ λαμπάδων ἐξιόντες. & cum interprete Nicephori lib. 13. cap. 8. Hieronymus aduerſ. Vigilantium; *Per totas Orientis eccleſias, quando legendum eſt euangelium, accenduntur luminaria iam ſole rutilante non vtique ad fugandas tenebras; ſed ad ſignum letitiæ demonſtrandum.*

Pag. 606. b. 1. *qui monachus.*) Emendauimus Eraſmi verſionem, *noſtro patre ſacræ legis adminiſtratore*, quaſi eſſet ἱερονομοῦντος, vel tale quid. neſciebat Græcos ἱερομονάχους appellare monachos ad ſacerdotium vel preſbyteratum promotos, vnde in Turcogræcia legimus pag. 257. epiſtolam, quam ſcripſit ad Zygomalam Μεθόδιος ἱερομόναχος. & Phranzes Chronici lib. 2. cap. 5. *Viris & fœminis illuſtribus, & probatis hieromonachis, & Deo conſecratis virginibus veniam annuebat.* Gregoras lib. 8. ἱερωμένους μοναχοὺς appellat: Nicephorus Cartophylax ad Theodoſium pag. 342. Iuris GræcoRomani: εἰ δὲ μὴ εἰσὶν ἱερεῖς μοναχοὶ δεχόμενοι λογισμοὺς τινῶν καὶ δεσμεύοντες καὶ λύοντες γινωσκέτωσαν, ὅτι ἀκανονίστως τοῦτο ποιοῦσι. *Monachi autem non ſacerdotes, qui aliorum confeſſiones ſuſcipiunt ligantes & ſoluentes, ſciant ſe contra Canones id facere.* Certe in Concilio Chalcedonenſi can. 4. vetantur monachi vel eccleſiaſticis vel ſecularibus negotiis ſe ingerere εἰ μή ποτε ἄρα ἐπιτραπεῖεν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. *niſi forte propter neceſſariam cauſam ab Epiſcopo ciuitatis id eis permiſſum fuerit.* d. 10. *Catechizet.*) Male interpres, *catechizabit, aperiet, aduniet*, quæ immutauimus & ad Leonis Thuſci verſionem conformauimus, *inſtruat eos verbo veritatis, reuelet eis euangel. iuſtitiæ, aſſociet eos*, &c.

Pag. 607. b. 4. *Lauacro.*) Ineptè Eraſmus, *per lotionem renaſcentiæ*, quæ voces Patribus Latinis ſunt inſolitæ, nec aliter ipſe vertit ad Tit. 3. 5. ac nos edidimus. c. 4. *Catechum. recedite.*) contra mentem auctoris Eraſmus ediderat, *Cathecumeni accedite*, quia nimirum falſam illam lectionem ſecutus erat προσέλθετε; quæ adhæſit etiam R. & M. pro προέλθετε, vt habet Euchologium in Veneta. & in Liturgia S. Baſilij pag. 48. vnde interpres illius, *Omnes Catechumeni procedite, Nemo de Catechumenis remaneat.* & Leo Thuſcus hic: *Quicunque Catechumeni recedite, Nullus Catechumenorum, ſed ſoli fideles remaneant.* ita ſumitur verbum προέρχεσθαι. 2. Machab. 4. 34. ἔπεισεν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν, *ſuaſiſſet de azylo procedere*, & cap. 10. 17. προελθόντες ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ πολὺ, *longius de ciuitate procedentes.* Alcuinus de diuinis officiis cap. de celebrat. Miſſæ, *Miſſa vt Iſidorus dicit dicta eſt, ab emittendo. Tempore enim, quo ſacerdos incipit conſecrare corpus dominicum, dicendum eſt à Diacono poſt Euangelium, Si quis Catechumenus eſt, procedat foras.* Idcirco Athanaſius apologia 2. pag. 582. contendit non fuiſſe tempus oblationis, quo tempore aſtitit quidam Catechumenus, ὁ ποῦ ὅτ᾽ ἂν ᾖ τὸ τῆς προσφορᾶς προσκομίζεσθαι, ἔνδον ὄντων τῶν κατηχουμένων, & cauſſam affert pag. 569. cur id fieret, οὐ χρὴ γὰρ τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν, ἵνα μὴ Ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχούμενοι δὲ περίεργοι γενόμενοι σκανδαλίζωνται. *Non enim fas eſt myſteria his qui non ſunt initiati prodere, ne Gentiles ea per imperitiam ſubſannent aut Catechumeni, cum curioſi euaſerint, ſcandalizentur.*

Pag. 608. a. 5. *& cuſtodi.*) Hæc abfuiſſe ab exemplari quodam Græco annotauit Gelenius vel alius quiſpiam, & vero in omnibus editionibus Græcis deſiderantur, nec aliud quicquam addere ſolet populus illis vocibus κύριε ἐλέησον in aliis locis. Ex iiſdem Græcis libris addidimus ἐκφώνως ὁ ἱερεύς, at in R. & M. ὁ ἀρχιερεὺς ἐκφώνως. Leo Thuſc. *Et tunc pronuntiat voce ſacerdos.*

Pag. 609. a. 10. *inutilem.*) Sic erat in Colmarienſi, at in Baſilienſi, *antiquum*: tum annotarat quidam in margine, *Legiſſe videtur interpres ἀρχαῖον*, pro ἀχρεῖον. alludit auctor ad Matth. 25. 30. & Lucæ 17. 10. ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· illud autem, *neque reprobes me*, eſt ex Sapientiæ 9. 4. b. 9. *qui & ſuſcipis.*) Eraſmus, *& accipiens*, at Leo Thuſc. *ſuſcipiens & diſtributus*, vt ante dixerat & offerens & oblatus, in Morel. legebatur διαδιδόμενος. c. 10. δορυφορούμενον.) Emendauimus hunc locum ex Leone Thuſco, apud quem legimus pag. 58. *angelicis inuiſibiliter ſtipatum agminibus* & pro δορυφορούμενοι *ſtipati* ſcripſimus *ſtipatum*. ſic & interpres Baſilij pag. 38. *regem cui ab angelicis miniſtratur ordinibus.* & infra d. 2. τὴν πρόθεσιν vertimus, *Propoſitionem*, no[illegible] Eraſmo *oblationem*: non enim id nome[illegible] illi altari minori ſanctuarij.

Pag. 610. a. 8. τίθησι.) Interpretandum eſſet ad verbum *ponit*, & ita ſumeretur abſolutè participium εἰσελθόντες, pro εἰσελθόντων αὐτῶν, *Poſt vbi fuerint alterum oſtium ingreſſi*: aut ſcribendum τιθέασι, *ponunt*: ſed à ſolo ſacerdote hoc fieri conſtat ex edit. M. pag. 92. ὅτε ἀποτίθησιν ὁ αὐτὸς τὰ ἅγια ποτήρια. ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ, ex Romana vbi dicitur item ἀποτίθησιν ὁ ἱερεὺς τὰ ἅγια. *ſacerdos ſan-*

Digitized by Google

Eta deponens. & ex Liturgia Euchologij fol. κε'. vbi dicitur deponere ſacrum calicem in ſacra menſa, tum ſacrum diſcum ſeu patenam de capite Diaconi acceptum ſuper ipſam eandem menſam collocare, τὸ δὲ ἅγιον δίσκον λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ διακόνου κεφαλῆς ἀποτίθησι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ. a. 11. εἰλήσας.) Reſtitutus eſt hic locus ex R. & M. in quibus pro συνάξας, quod erat in P. legitur εἰλήσας vel Marci 15. 46. ἐνείλησε τῇ σινδόνι. d. 5. *inhabitet.*) ἐπισκιάσειε ita vertit Leo Thuſ. p. 66. at interpres ſcripſerat *obumbret*, quaſi legiſſet ἐπισκιάσῃ, vulgaram retinent lectionem R. M. V. d. 9. ἀτανρῶν.) Inuſitatum eſt hoc vocabulum, ideóque videtur ſcribendum potius ἀφανῶν, vt habent tres editiones Græcæ.

Pag. 613. b. 5. *& totus.*) Interpres Baſilij & Leo, πανάγιος vertunt, *ſanctiſſimus*, & infra d. 2. ἐκχυνόμενον, *effundetur*, at interpres Liturgiæ S. Iacobi, *effunditur.* d. 6. *Memores.*) Eraſm. *Memoriam igitur agentes*, at Leo Thuſ. & interpres S. Iacobi, *Memores*, & Baſilij, *Memorantes.*

Pag. 614. a. 3. διὰ πάντα.) Ad verbum eſſet, *propter omnia*: ſic tamen Baſilij & Chryſoſt. Liturgiarum interpres. *Tua ex tuis tibi offerentes, per omnia in omnibus.* b. 4. *Quod vero.*) Scripſerat tantum hoc Eraſmus, *In calice vero hoc precioſum*: at Leo Th. *& quod eſt in calice iſto precioſum.* Baſilij interpres, *quod autem eſt in calice iſto ipſum ſanguinem Domini.* c. 10. *initiato.*) Poſſet etiam verti, *conſummato*, vel *perfecto*, qua notione vſurpatur hoc verbum ad Hebr. 12. 23. ἐν πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων. *& ſpiritibus iuſtorum perfectorum*, vel certe vt Lucæ 13. 32. καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. *Et tertia die conſummor.* Sic acceperunt interpretes S. Iacobi in Liturg. *& omnis ſpiritus iuſti in fide Chriſti tui conſummati*, & Baſilij, *& omnis ſpiritus iuſtorum finem in fide habentium.* Sic denique in Miſſa Latina dicimus, *& omnium qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis.* & in Anaphora S. Baſilij è Syriaco, *Memento fratrum noſtrorum, qui obierunt in vera fide.* & in Liturgia Nazianzeni ex Arabico, *qui dormierunt in fide orthodoxa*, denique in ea Cyrilli ex eodem Arabico, *& omnium ſpirituum iuſtorum, qui requieuerunt in fide.*

Pag. 615. a. 10. *& vitæ.*) Interpretes veteres omittunt, &, eadémque coniunctio abeſt à Græcis: in quibus poſt vocem αἰωνίου in Euchologio vacuum ſpatium relinquitur ad inſerenda nomina, & in edit. Romana ac Moreliana interiiciuntur hæc ὑπὲρ ὧν ὁ ἱερεὺς μνημονεύει, ὧν θέλει ζώντων καὶ τεθνεώτων. *Hoc loco ſacerdos meminit, quorum vult viuorum & mortuorum.*

Pag. 616. a. 7. *Quoniam.*) Hæc in vnam periodum iungenda ſunt cum ſequentibus hoc modo, vt apud Leonem, & interpretes Iacobi & Baſilij, *Vt clemens Deus noſter, qui ſuſcepit eam ſancto & cœleſti intelligibili altari ſuo, mittat nobis propterea gratiam & donum ſancti Spiritus.* b. 11. *ouilis.*) ποίμνης, interpres verterat, gregis, at in tribus Græcis editionibus, legitur πόλεως, & apud Baſilij interpretem & Leonem Th. *Memento Domine ciuitatis, in qua habitamus, & omnis ciuitatis & regionis:* forte etiam χώρας ſcriptum hic fuit non ποίμνης, vt ante pag. 600. a.

Pag. 617. b. 4. καὶ μετανοίᾳ.) Hæc ſuo loco mota, videntur ita reſtituenda, vt ſunt in R. & M. ἐν εἰρήνῃ καὶ μετανοίᾳ ἐκτελέσαι. *In pace & pœnitentia finiamus.* Leo Th. videtur legiſſe καὶ ὑγείᾳ, *in pace & ſanitate expleamus.* nec aliter habet Pelargus. b. 11. *ante tremendum.*) Hæc tria nunc adiicimus è Græco & Leone Th. qui ſcripſit, *& congruam reſponſionem ante formidoloſum tribunal.* Baſil. interp. *excuſationem in terribili & horribili tribunali Chriſti.* Pelargus etiam mſ. Græci codicis auctoritate hæc confirmat.

Pag. 618. c. 7. ὁ δὲ ἱερεύς.) Hæc vſque ad μόνου δὲ, abſunt à tribus editionibus Græcis, nec à Leone vel à cæteris Liturgiis agnoſcuntur: nihil enim aliud pronuntiari dicitur cum eleuatur Chriſti corpus niſi *Sancta ſanctis*, vide hom. 17. in epiſt. ad Hebr. In R. V. & Morel. p. 106. hæc dicuntur à ſacerdote pronuntiari, dum ſuffitum adolet, ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. Pſal. 107. 6.

Pap. 619. a. 5. ὁ θεός.) R. M. ὁ θεὸς ἡμῶν ἄνες. *Deus noſter remitte.* a. 8. ἐνθυμήσει.) Græca vox ſonat, *in cogitatione*; at Eraſmus qui vertit *in concupiſcentia*, legit vt habet Morelliana editio ἐπιθυμήσει. vtrumque in R. & V. deſideratur. In confeſſione Latinæ eccleſiæ hæc tria iunguntur ſimul *cogitatione verbo & opere.* d. 3. βασιλίθυρα.) Interpres, *magnum oſtium*, ſed ex Curopalatæ conſtat fuiſſe velum oppanſum oſtio, ſiue παραπέτασμα, quod diductum ianuæ inſtar tranſeuntes tranſmittit. pag. 200. αἰρομένων ἐξαίφνης τῶν βηλοθύρων εὐφημοῦνται οἱ βασιλεῖς ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς κατηχουμένοις ὄντων ἁπάντων. *Repente vero ſublatis velis acclamationibus fauſtis excipiuntur Imperatores ab omnibus, qui ſunt in Catechumenis*: male interpres Iunius verterat, *velaribus*, quem reprehendit I. Meurſius in Gloſſario, citans Gulielmum Bibliothecarum in Stephano VI. qui *belothyra*, & *velothyra* ſerica, & auro texta eiuſmodi vela appellat. Quod autem addebatur in editione Vvecheli αἱματώδεις λαμπάδες, corrigendum videtur αἱμαχθείσαις λαμπάσι vel potius αἱμαχθεισῶν λαμπάδων, vt ante docuimus in pag. 603.

Pag. 620. b. 10. *diſcedite.*) Hic quoque perperam interpres, *accedite*, nec animaduertit hæc eſſe verba Diaconi populum dimittentis, ac proinde corrigendum προέλθετε, *procedite.* In R. V. M. ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν. Leo Thuſcus & Pelargus, *In pace diſcedamus. Clerus & populus: In nomine Domini*, Idémque habet interpres Liturgiæ Baſilij, at in ea Iacobi, ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ πορευθῶμεν. ὁ λαός, ἐν ὀνόματι κυρίου. *In pace Chriſti eamus.* Populus, *In nomine Domini.* Poſtremo εὐχὴ ὀπισθάμβωνος dicitur, *quæ poſt ambonem dicitur*, ambo ſuggeſſum ſiue pulpitum ſignificat, vtitur hac voce Græca Sozomenus lib. 7 cap. 2. Leo Thuſcus, hunc ei præfigit titulum, *Tunc dicit ſacerdos orationem hanc ante cancellos.* & interpres Baſilij, *Pontifex poſt hæc vadit retro lectorium, & dicit Diaconus, In pace Domini poſtulemus. Pontifex: Qui benedicis benedicentes te Domine, &c.*

AD THEODORVM LAPSVM.

NVMERABATVR inter ſeptem epiſtolas Chryſoſtomi diuerſas ab editione Iacobi Billij quinta, hæc eius ad Theodorum adhortatio: quia tamen in libris calamo exaratis & in Florilegio Moguntino, *λόγος παραινετικὸς*, *liber ſiue oratio adhortatoria* appellatur, & cum à veteri interprete in editione Pariſienſi 1524. tum in Baſilienſi anni 1547. à recentiori, titulus ei præfixus eſt *de reparatione lapſi liber vnus*, ſeparatum ab epiſtolis eum edendum cenſuimus ex apographo Romæ nobis ex Vaticanis libris expreſſo. Variantes lectiones ſuppeditabunt illuſtriſſimi Cardinalis Perronij liber vnus, alter Franciſci Oliuarij, tertius Collegij noſtri Antuerpiani, qui ſtudio & opera Ioannis Liuineij τῦ μακαρίτου ex mſſ. Ioa. Sambuci Conſil. Cæſarei deſcriptus fuit: ſingulos ordine ſuo quatuor literæ R. P. O. & A. deſignabunt. Hiſtoria vero lapſus Theodori profertur actione 5. ſynodi quintæ, ex hiſtoria eccleſiaſtica in qua tradit Heſychius Hieroſolymitanus beatum Ioannem ſcripſiſſe epiſtolam ad Theodorum, qui à prima ætate clericatui Antiocheno connumeratus, & bene conuerſari pollicitus, ad ſæculares libidines reuerſus iterum delectabatur, ſed Ioannes eum à peiore ad meliorem pœnitentiam transferre præualuit, vide etiam Theodoretum lib. 5. cap. vlt. Titulus in Romano dabatur, quem edidimus, in A. *πρὸς Θεόδωρον ἀσκητὴν ἐκπεσόντα, καὶ περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι οὐ χρὴ ἀπογινώσκειν λόγος α'. Ad Theodorum religioſam vitam profeſſum, qui lapſus erat, & de pœnitentia, quódque non ſit deſperandum:* in Oliuarij membranis addebatur *ἐν εἴδει ἐπιστολῆς, in forma epiſtolæ.*

Pag. 622. b. 13. *Nam ſi vnus.*) Recentior interpres hunc locum ſic ediderat, Quandoquidẽ vnus iſte melior eſt, qui Dei voluntatem amplectitur, quam ſunt decem millia tranſg. Vetus autem ita fere vt ſcripſimus: exprimit enim ſententiam auctor illorum Eccleſiaſtici verborum c. 16. 13. *κρείσσων γὰρ εἷς δίκαιος ἢ χίλιοι. Melior enim vnus iuſtus, quam mille.* Chryſoſt. tamen eodem modo, quo hic in homil. 39. in Geneſim citat hunc locum, & addit, *οὕτως ὁ μὲν προφήτης μυρίων παρανόμων τὸν ἕνα ποιοῦντα τὸ θέλημα κυρίου κρείττονα ἀπέφηνε. Sic propheta quidem pronuntiat vnum bonum decem millibus impiorum eſſe meliorem.* idem occurrit hom. 22. in Gen. & hom. 26. in Acta & homil. 24. in epiſt. ad Hebræos. c. 1. *τῶν Ἰουδαίων.*) R. *τῶν Ἰουδαίων*, reliqui tres vt editum eſt. Vetus, *quam multitudo diues Iudeorum*; ſed emendandum ex mſ. Nic. Fabri V. C. *quam multitudines Iudeorum.* c. 5. *καταστρέφει.* A. c. 9. *ἐν κατισχύει ὁ διάβ. euertit.* A. c. 13. *Si quis enim.*) Hic quoque aberrarat ô mente auctoris interpres, *Quis honeſtus & clarus non ingemuit qui incidit in ploratum.* d. 5. *τὴν χρυσῆν ἱερωσύνην ἔχοντας τῇ μαίᾳ αὐτῇ.* A. *πρωτότυπα τὸν σῶμα.* P. A. *ἄμωμον ἐκεῖνον.* O.

P. 623. a. 11. *ſi hab. libido.*) Adde è Græco, *Si ſuperbia, ſi ſcortationis cogitatio, ſi his alia nequiores aditum captant.* Vetus dixit, *Si venerit fornicationis ſpiritus, ingreditur.* c. 4. *ἰσχὺν.* R. P. d. 6. *numella.*) Interpres recentior, *perinde atque collarium*, vetus autem, *& ſicut lapis grauiſſimus ceruicibus.* Heſychius *δεσμὸν ξύλινον* eſſe docet *κύφωνα, numellam* ſiue aliud inſtrumentum ligneum quo vinciebantur nocentes, non ferreum aut lapideum; quod confirmat Chryſoſt. hic, cum addit *συντρίψαι τοῦτο τὸ ξύλον.* d. 12. *& lictorem.*) Interp. *& impoſitum ſibi lictorem deturbare:* quaſi eſſet à paſſiuo, quum etiam legiſſet *αὐτῇ*, vt eſt in O. non *αὐτῇ* vt habent cæteri. Vetus rectè, *immo deprimentem ſe abiicere Diabolum, & imperare animæ ſuæ.*

Pag. 624. a. 8. *ὑπόστ. κακά.* R. b. 9. *ſubſtantiam.*) *ὑπόστασιν* fortaſſe putauit ſe legiſſe: at vetus aptiùs, *fundamentum vitæ noſtræ*: fulcrum & columen vitæ ſpem in Deum vocat. c. 1. *ἰσχυρά.*) R. *χρυσῆ, aurea*, ſic homil. 33. in 1. ad Corinth. caritatem cathenam auream vocat: interpres recentior, iſtius & aliorum trium lectionem coniunxit.

Pag. 625. b. 5. *τῦ ἀπαγχ.*) Delendus eſt hic ſecundus articulus *τῦ*, qui abeſt ab aliis mſſ. ex quibus ſcripſimus *φθέγξομαι*, pro *φθέγξωμαι*, & in Latina interpretatione immutauimus illud, *conſolari me non poteſtis.* vide quæ annotauimus in pag. 131. prioris partis huius 5. tomi. c. 7. *quæ in ipſa etiam.*) Sic reſtituimus hunc locum, expunctis illis interpretis verbis, *vbi cum morte bona forma, quæ prius apparuit & habitus, & pulchritudo omnis extincta eſt.* Vetus interp. multo aptiùs ediderat: *& talis animæ, quæ in ipſa etiam morte ſigna prioris pulchritudinis & admirandi decoris oſtendat.* d. 3. *ὁ χρυσοῦ.*) A. *ὁ χρυσὸν μὲν ὡς πηλὸν παρορῶν, φησὶ δὲ. qui aurum ſpernit vt lutum.*

Pag. 626. b. 4. *τοῖς [illegible].*) Correximus ex auctoritate trium reliquorum, quod vitioſè in Roman. fuit, *τοῖς ὑστέροις τὰ πρότερα.* Vetus, *vt poſterioribus priora tranſierint.* d. 1. *Qui enim vinc.*) Interpres aliter, *Qui vero vinculis magna vi ruptis receperit priſtinum robur, & in rebus iſtis perditiſſimis non eſt acturus quietem, ſedulo Diabolo reluctans, ſit vel millies lapſus, ſurget iterum:* nos verum, vt opinor, ſenſum expreſſimus, cui ſuffragatur & Vetus.

Pag. 627. a. 11. *ἀμοιβὰς λαβεῖν εἴωθε.* A. b. 9. *non ſolet.*) Clarius haud paulo vertes cum veteri interpr. *Siquidem illos, qui in ipſ. deliq. non ſolet propter ſeipſum vlciſci; non enim damnum vllum recipit illa natura diuina: ſed omnino ad noſt.* c. 3. *ei damnum.*) Sic malui, quam cum recentiori interpr. *ex ea quidem nihil mali habet.* at vetus rectius: *damnum quidem luci inutilis nullum.* d. 7. *τὴν ὠφέλειαν.*) *τὴν καλὴν ἀρχὴν ταύτην αὔξειν.* A.

Pag. 628. a. 9. *manaa.*) Vocem Hebræam מנח retinuerunt LXX. apud Danielem, quemadmodum & 4. Reg. 8. 8. & Ezechielis 45. 25. Theodoretus eam exponit *δῶρα πολυτελῆ, dona pretioſa*, & Geneſ. 4. 4. vertitur *δῶρον.* Pſalm. 19. 3. *θυσία, ſacrificium*, Pſalm. 39. 9. *προσφορά, oblatio*, Vulgata Latina Danielis 2. 46. ſic locum expreſſit, *Danielem adorauit, & hoſtias &*

incenſum præcepit, vt ſacrificarent ei. Interpres Chryſoſtomi recentior ſcripſerat hic, *& ei ſacrum ceu Deo fieri iuberet*, quaſi eſſet non μαναὰ καὶ θύειν, ſed μαναὰ ὡς θεῷ, vel ὡς θεῷ, quo pacto & Ioſephus lib. 10. cap. 11. antiquit. hoc factum narrauit, καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ὃ τρόπον τὸν θεὸν προσκυνοῦσι, οὕτω τὸν Δανιῆλον ἠσπάζετο, καὶ θύειν δὲ ὡς θεῷ προσέταξεν. *Procidens in faciem non aliter ac Deum adorant, Danielem ſalutauit, & vero ſacrificium ei tanquam Deo præcepit offerri.* In textu LXX. legimus μαναὰ καὶ εὐωδίας, *manaa & ſuaues odores*, θύειν autem, quod propriè ſulphur ſonat, hic videtur pro quouis ſuffitu auctor vſurpare, quemadmodum & docet Etymologus illud eſſe τὸ ἐπιθυμιώμενον εἰς καθαρμόν, ſuffitum, qui ad expiationem adhibetur. in P. ſcriptum erat καὶ θύειν, forte pro θύειν ſacrificare. Vetus interpres dixit, *& iuberet ei thus & myrrham immolari*, at in mſ. N. Fabri *thus & manaa* legebatur, pro manaa. Idem paulo poſt b. 4 ὄψιν melius *viſionem* vertit, quam recentior *faciem*.
d. 9. *ea captiuus.*) Scribendum, *effecit, vt ea captiuus p. illi redderet abſoluta.* verbum enim ad Deum referendum eſt, vnde Vetus interp. *& ineffabile ſacramentum captiui pueruli ſapientiſſima deſertione patefecit*, vbi ex manuſcripto, qui habet, *diſſertione*, corrigendum eſt *diſſertatione*.

Pag.629.a.3. ἐψηφίσατο.) O. A. κατεψηφίσατο. Ibid. *Neque enim.* Hæc ſubſtituimus in locum illorum verborum interpretis, *Neque enim parum probè credidit, quod ſolus eſſet Deus verus*, &c. quæ ſi quis comparauerit cum Græcis, quantum indiguerit accurata recognitione vulgata interpretatio cognoſcet: verum omnia loca nimis operoſum eſſet indicare, quæ à nobis correcta ſunt. b. 9. *Fuiſſet.*) Interp. *Fuit itaque flamma ſupra opinionem ad miraculum vſque exardens.* At vetus opportunius, *Poterat enim & ignem reſtinguere, & imbrem cælitus inundare, ſed hoc non fecit.*

Pag.630. a.10. ἀπαλλαγῆναι. O. ἀπαλλαγῆναι. R. b.5. *Sin autem.*) Interpt. *viſuri, quomodo futura eſſet ex ore diſſoluto diſceſſio animæ.* Vetus, *Cum vtique notum ſit, eos qui traduntur flammis, ſtatim vt os aperuerint, abſumi.* b.11. A. ἀμαχρόθυμον.

Pag. 631. d. 9. ἐν δε. μιᾷ.) Hæc aberant ab O. nec agnoſcuntur à Veteri interp. *& ſub vnius horæ ſpatio coronas ſumere ingentium præmiorum.* retinentur tamen à tribus reliquis mſſ.

Pag.632. a.2. ἀπεσθείσας.) Ita quidem R. & O. at A. αἰσθομένους. b.2. ἀποκηρύττειν. A. *proſcribere, prædicare*: atque ita legerat interpres, *deſperationis ſermonem & morbum corrupti iudicij prædicare graue eſt*: ſed tuentur receptam lectionem tres reliqui, & Vetus interp. *deſperationiſque ſermonibus mali propoſiti vitium tegere.* c.15. *In alterum littus.*) Aptius dixiſſet, *ad ipſum malorum culmen peruenit.* τὸ πέρας τῶν κακῶν. vt Eſai. 7. 20. dicitur alterum littus vel regio trans flumen. ſed τὸ πέρας fines, limites, aut terminum ſonat, vnde Vetus interp. hic, *ad vltimos malorum fines dicitur perueniſſe.*

Pag.633. a.2. ἐξεπλάγη. P. a.6. ἐπὶ γῆς ἄνω. A. & a.11. φαιδρὸν. ἐπανέρχεται πάλιν. c. 11. *quod nos priores.*) Immo aliud vult Chryſoſt. quod expreſſit melius Vetus interp. *& nihil erit, quod nos prohibeat coniungi Deo.* c.11. τῶν γεγονότων. d.4. σωζομένων. O. A. & ita legit vterque interpres. Vetus dixit, *Nunquid excidit eum de numero eorum, qui ſpem gerunt ſalutis?* d. 12. *Tradite.*) Locus eſt paulo aliter 1. Cor. 5. 5. ἤδη κέκρικα παραδοῦναι. *Iam iudicaui tradere*: ſed & hoc imperantis modo citat eum hom. 15. in 2. Corinth. vt pluribus oſtendimus in homil. de Diab. Tentatore pag. 323. a. prioris partis huius tomi 5.

Pag.634. a. 4. καὶ παραδοῦναι αὐτόν. a.6. *ne in Satane.*) Sic quoque Vetus, *ne poſſideatur à Satana*: ſed Paulus ſcripſit 2. Cor. 2. 11. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν. *ne circumueniamur à Satana.*

Pag.635. a. 2. *omnia dabitur.*) Vetus inter. *poſſibile eſt omnia ablui per pœnitentiam*: Oliuarij codex μετάνοιαν ἁμαρτημάτων ἐπιδείξασθαι: recentior interpres addit epithetum *dignam*, vt textus apographi Antuerp. ἅπαντα ἀπονίψασθαι μετάνοιαν τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιδειξαμένους ἀξίαν. a.5. *licet vehem.*) Interpres ediderat, *nondum conſecuti vehementiſſimam pœnitentiam, manebit nos quiddam acerbius.* c. 1. *Sicut enim.*) Interpres legebat πονηρία ψυχρά, vel tale quippiam, cum vertit: *Quemadmodum enim malitia ſubfrigida, imminentem habet retaliationem*: at potuit veteris interpretis manu in viam reduci, *Sed ſicut is qui calicem aquæ frigidæ porrexerit, nequaquam fructum mercedis amittit.* c.6. ἐνδυσάμενος. A. c.10. ἐπαυλ. A. αἰσθομένη.

Pag.636. a.2. ἐπιλαβόμενος. A. b.4. ὥσπερ ἐκδῦσαι, πῶς. A. b. 11. μεῖζον ἀπέστη. at μείζων legitur in Florileg. pag. 566. c. 7. *Perge.*) Mendosè antea, *Abiit nimirum*, & paulo poſt, *vermes, eius formæ ſpeciem*, quemadmodum & in R. O. vitioſe legebatur τὸ εἶδος τὸ αὐτῆς, pro τὸ εἶδος τ. ω. vt habet Florileg. d.10. κατέστησεν. A.

Pag.637. a.10. *& illum.*) Interpr. *& iſti igni repugna, qui te occupat.* Fidelius vetus, & liberius, *& illum gehennæ ignem his quæ te nunc exagitant, flammis libidinis & cupiditatis oppone*: eſt enim hoc mirabile quoddam medicamenti genus, vt ignis ignibus extinguatur. b.4. τρυφῶν. Sic R. O. P. at τρυφῶσαι. A. & interpres vetus, *Quanto tempore putas tibi permanere poſſe præſentis vitæ delitias?* b. 6. ὅπου πρός. O. & τίνι τοῦ. O. A. τίνι πῶς. P. c.7. *& inenarrabile.*) hoc abeſt à Græco; ſed in O. & A. pro ἀφόρητος lego ἀπόρρητος, *& inenarrabiles pœnas*: vetus tamen ſtat à Romano, *Quantū hoc voluptatis eſt ad illas execrabiles & intolerabiles pœnas?* d. 5. *inextinguibilis.*) Matthæi nimirum 3. 12. Marci 9. 43. & Lucæ 3. 17. Hæc addita ſunt ex veteri interprete, qui & paraphraſtæ more modóque nonnunquam auctoris ſenſa dilatat: ſed fidelius hunc locum expreſſit: *Ignis enim, qui in præſenti vita eſt, abſumit cuncta, quæ recipit: ille vero quos ſuſceperit, ſemper cruciat & pœna ſua ſemper integros ſeruat. Propterea enim & inextinguibilis dicitur, non ſolum, quia ipſe non extinguitur, ſed & quia nec eos quos ſuſceperit, extinguit aut perimit.* Hic locus in Florilegio citatur ex 2. orat. ad Theodorum pag. 405. d. 6. ἐφ. τῆς τιμωρίας ἔχει δαπάνης. A. & ita Florileg.

Pag. 638. a. 2. καθοφλήσῃ. In Romano erat καταχεθείς, & in A. καταχεθῆς, ſed emendatum fuit in margine καθοφληθείς, vt habet P. & Florileg. pag. 410. vetus. *quando quis febrium nimio ardore ſuccenditur*. a. 3. πρὸς ἐκείνην τὴν φλεγμονήν. Florileg. a. 4. διαναστῆναι καλῶς. O. διαναστῆναι. A. & Florileg. *& facilè teipſum erigere valebis*: & Romano ſuffragatur P. Vetus dixit, *Ex hac temporali pœna metire, quanta ſint illa ſupplicia*. Ita dixerat antea 637. c. ἀπὸ τῶν ἀγγελιῶν. b. 8. ἐκεῖνος σαφῶς παραστῆσαι μόνος ἱκανός. A. *clarè exprimere*. c. 4. ὁ ἐπίφορος. A. quæ vero ſequuntur ita recentior interpres extulerat, *ſuffecerint: nec anima diſſoluta eſt, ſed corpus eſt conſtrictum ac depreſſum anima afflicti remanente in negotio, non aliter atque ſi corpori non indita foret*. d. 7. βασάνοις. A. κολαστηρίων · & ἡμῶν τὴν ψυχήν.

Pag. 639. a. 2. δὶς ἑπτάκις. P. A. Vetus, *adde & decies centum*. a. 7. ὡς εἶπε.) Ita R. & O. at οὕτως habet A. b. 1. ἀποκαλούμενον. A. b. 9. *felis*.) Addendum, *nibil dedecoris*, ἐπονείδιστα. Vetus, *nec aliquid habent dedecoris aut opprobrij*. c. 7. διὰ ἀγῶνας μακρούς. A.

Pag. 640. b. 9. οὐδὲ νέφη.) Emendandum συνδρομαῖς, ſic enim habet A. οὔτε γὰρ εἴκει νυξὶν, οὔτε συνδρομαῖς καλύπτεται νεφῶν. *Nam neque noctibus cedit, neque concurſu occulitur nubium*: Vetus ſcripſit, *Nulla ibi nox, nulla tenebræ, concurſus nubium nullus*. c. 1. *nec alia generis*.) Ad verbum eſſet, *nec vlla alia ſolſtitiorum mutatio*. τροπὰς enim ἡλίου χειμερινὰς & θερινὰς intelligit, circa quas frigus maximè aut æſtus viget.

Pag. 641. a. 7. *mina*.) Addendum è Græco, *gehenna*, Vetus dixit, *terror gehennæ procul*. b. 9. *Et vt ſcias*.) Antea legebatur, *Atqui ſermonis elegantia & vires nibil proſunt*, forte & voces ſcripſerat interpres: vetus autem vertit, vt edidimus. Similis locutio homil. de ſimultate ſiue ira pag. 291. c. prioris partis 5. tomi. & ἵνα οὐ κάμνῃς τὰ ῥήματα ταῦτα. & in Catecheſi ad illuminandos pag. 799. c. & ἵνα μὴ νομίσῃς κάμνειν τὰ λεγόμενα. b. 12. ὑπεδέξη. A. d. 6. *vbi magna*.) Immo, *vbi omnes ſederent amicti*: ſic enim & vetus interp. & ille ſocius noſter, qui Florilegium vertit pag. 421. in homil. de futuro iudicio. d. 12. *quæ iuberet*.) Scribe, *vt hoc promiſſum conſequereris*? Vetus, *& omnia promoueres, quatenus id aſſequi poſſes*?

Pag. 642. a. 3. τῶν χειλέων. A. b. 1. τοσούτων οὐσῶν ἀγαθῶν ἃ πλησιάζουσιν. & pro κακοπαθήσωμεν, A. & O. & Florileg. πονέσωμεν legunt, & Vetus, *vti ne paruum aliquem ſuſcipiamus laborem, & exiguo tempore libidinis illecebras refutemus*?

Pag. 643. c. 10. *incoctum*.) Id enim ſonat ἄπυρον non vt interpres verterat, *valde exuſtum igni*: at Vetus, *aurum abſque igne*. ſic enim corrigendum eſt in editione Gromorſi, vel vt eſt in mſ. N. F. *aurum ſine igne*: in quo libro legitur etiam paulo poſt, *quam lapis ex Ophyr*, non vt in excuſo *lapis ex ſaphyro*, vulgatæ editiones Latinæ, *lapide, qui eſt ſapphir*. nam & in Bibliis Germanicis quibuſdam ſcriptum eſt σωφείρ, in Vaticanis σουφίρ. d. 10. ἐπ' αὐτῆς. A. & ita LXX.

Pag. 644. a. 3. *excludent*.) Græca ſonant *& concludent in munitionem*: nec aliter textus prophetæ habet: καὶ συνάξουσι συναγωγὴν αὐτῆς, καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα, καὶ εἰς δεσμωτήριον. *Et congregabunt cœtum, & concludent in munitionem & in carcerem*. Eſa. 24. 22. b. 1. *qui faciunt abſurda*.) S. Hieronymus ex LXX. vertit Malach. 4. 1. *& vniuerſi qui faciunt iniquitatem ſtipula*. κάλαμος arundinem, καλάμη ſtipulam vel culmum ſignificat. d. 3. ὁ οὐρανός.) Addebatur in tribus mſſ. P. O. A. ἑλιγήσεται γάρ φησιν ὡς βιβλίον ὁ οὐρανός. *Conuoluetur enim cœlum tanquam volumen*, quæ verba ſunt Eſaiæ 34. 4. ſed hæc abſunt à veteri interpr. d. 10. *Cœlorum*.) Addendum, *Commouebuntur enim, inquit, virtutes cœlorum*. & idipſum vetus interpres non omiſit, Scriptum eſt enim Matth. 24. 29. & αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. d. 11. τῆς ἐνταῦθα ζωῆς.) A. τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. *Vniuerſi orbis terrarum*. d. 12. μιᾶς.) R. μικρᾶς, & ſuffragatur O. ſed Antuerp. & Vetus retinent μιᾶς.

Pag. 645. a. 8. κανοῦσθαι.) A. κινεῖσθαι. & pro ἀλλαχοῦ, ἄλλα. b. 1. τοῦ θεοῦ.) Oliuarij codex addebat, ἀρθήτω γὰρ ὁ ἀσεβὴς φησὶ, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. ex prophetia Eſaiæ 24. 10. vbi legitur δόξαν κυρίου. *Auferatur impius, vt non videat gloriam Domini*. b. 7. προσθές.) O. A. προσθές. Vetus quoque, *Tu vero adde ad hæc omnia & dolores*. c. 2. διηγησάμενοι. A. c. 6. τὰ δὲ ἑξῆς. A. τὰ δὲ ἑξῆς λοιπὸν εἰς ὑμᾶς παρ. c. 10. *atque eius potiunde*.) ῥοπὴ quidem, vt vetus Lexicum docet, inclinationem & momentum lancis ad imum vergentis ſignificat, ſed & pro nutu & auxilio ſumitur apud Chryſoſt. vt in lib. 1. de ſacerdotio pag. 4. a. & infra 665. c. τῇ τοῦ θεοῦ ῥοπῇ · ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοηθουμένη ῥοπῆς, *à ſuperiore inclinatione voluntatis diuinæ adiuta*, & homil. 12. in epiſt. ad Hebr. pag. 1841. κἂν σπουδάζῃς, μὴ νόμιζε σὸν εἶναι τὸ κατόρθωμα. ἂν γὰρ μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃς ῥοπῆς, πάντα εἰκῆ. *Etiam ſi ſtudium ponas, ne tuum eſſe exiſtimes, quod rectè geſtum eſt. nam niſi ſupernum auxilium adipiſcaris, fruſtra erunt omnia*. Vult nimirum liberum arbitrium noſtrum gratiæ diuinæ cooperari: nam vt ait ſub finem homil. 21. in epiſt. ad Epheſ. pag. 1178. οὐ καθευδόντων ἡμῶν χορηγεῖ τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ πονούντων καὶ αὐτοῖς. *non dormientibus nobis auxilium ſuppeditat, ſed ſimul & ipſis operantibus*. Videat hoc vetus interpres, qui ſic ediderat, *Hæc ergo animæ ſpecies in poteſtate eſt & libertate ſub Dei quidem nutu, in noſtris tamen manibus poſita*. Itaque hic ſcribendum eſt: *veluti corporis decore meliorem: in noſtra vero poteſtate atque in auxilio diuino totus eſt poſitus. Quandoquidem enim*. d. 5. ὡς ἄν τις ἀντὶ μεγάλων μικρὰ δείξειεν. *Vt ſi quis pro magnis parua demonſtret*. d. 6. ἐνδεξάμενοι. P. ἐνδεξάμεθα. A. ἐνδεξάμεθα. O. Vetus, *ſollicitudo nobis ſuperflua immineret*. d. 10. ἐνδιδόαμεν ἑαυτοῖς. A. O.

Pag. 647. b. 13. *impudentiſque*.) αἰσχρῶς nonnunquam pudendum & probroſum, ſonat, itaque hic malim vertere *deformes & infames*, vt alias poſtea appellat εὐγενεῖς καὶ αἰσχρωτέρας, *ingenuas & infames*: ſolebant enim ignominiæ cauſa deduci ad lupanar, vt in vita S. Agnetis legimus, & in hiſtoriis aliarum virginum. c. 3. παρθένων

ζ. A. ϖϱοσϐλέψω. c. 4. ϗ αἰχμωτειὰ. A. κἂν αἰχμωτειὰ ᾖ. *licet infamis ſit.* c. 10. σύγις. O. d. 12. *tanquam cornix.*) Interpres, *tanquam coturnix, ſola in eremo.* In R. & O. quoque ſic erat ὡσεὶ κορώνη ἐν ἐρήμῳ μόνη: at Hieremiæ 3. 2. ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐκάθισας αὐτοῖς ὡσεὶ κορώνη ἐρημουμένη. Vetus interpres hîc: *Sediſti ſuper viam expectans eos ſicut cornicula deſolata.* Lat. vulgata, *quaſi latro in ſolitudine.*

Pag. 648. b. 5. ἔργα γυμνῶ.) Sic emendauimus ex P. O. A. pro ἔργα δέ. c. 5. *& noluiſtis?*) Addendum è Græco & vet. interpr. *Sed & Paulus ad Corinthios ſcribens.* d. 6. ἱερέμιαι, ἱκέται ἦσαν. A.

Pag. 649. a. 7. *irrigantur.*) Interpres, *Talibus enim pigmentis oculi genæ & reliqua membra venuſtantur.* Sequutus eſt veterem interp. *Ex his enim oculorum orbes ſplendeſcunt, ex his genarum rubor depingitur, & viſus omnis ornatur.* Sed metaphoram ductam à plantis continuant, quæ ſequuntur, *& niſi per dies ſingulos rigentur eiuſmodi ſuccis ex fonte iecoris aſcendentibus venis.* c. 2. ψυχὴν γὰρ καθ' ἑαυτὴν, *ſolam.* A. c. 13. *fulgurationis.*) Satis eſſet, *fulguris ſplendorem*, ſi dixiſſet: Sic enim ſcriptum Danielis 10. 6. ϗ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὅρασις ἀστραπῆς, ϗ τὰ σκέλη αὐτοῦ ὡς ὅρασις χαλκοῦ στίλβοντος, *& facies eius veluti ſpecies fulguris, & crura eius quaſi ſpecies æris candentis.* d. 1. *Quod ſi eum puram.*) Interpres, *Quare enim ſubſtantiam angeli nec puram nec nudam vidit, ſed obſcurè admodum, & obtectè, ſic tamen eam illuſtrauit, vt decuit apparere expoſitum extra omne velamentum:* ſed hæc omnia ſunt ἀπροσδιόνυσα.

Pag. 650. a. 14. *aditus.*) Immo, *reditus*, ἐπάνοδος. Vnde vetus interp. *ſtatim redit anima ad pulchritudinem ſuam.* ſic infra pag. 653. b. 9. *regreſſus.* c. 4. *ad inimicitias.*) Interpres ſcripſerat, *ad inimicitiam cum orbe terrarum ſine fœdere gerendam*, quia fortaſſe legerat τὴν ἄσπονδον ἀπέχθειαν, vt antea pag. 624. d. ϗ ἀσπόνδου τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθρού, idem interpres verterat, *& ſine fœdere noſtram ſalutem impugnantis.* c. 14. *exuſtionem.*) Interpres, *neque ad experimentum aliquod durum, neque ad animum conſternatum:* quaſi legiſſet πεῖραν, vel πεῖραν, at Apoſtoli verba ſpectabat illa Chryſoſt. 2. Corint. 11. 29. τίς σκανδαλίζεται, ϗ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι. *Quis ſcandalizatur & ego non vror?* 1. Petri 4. 12. μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει. *Nolite percelli exploratione, quæ fit in vobis.*

Pag. 651. a. 11. τῆς πρεσβείας. A. τῆς αἰτήσεως. c. 1. καθεστηκυῖαν. A. c. 3. *Supplantauit.*) Interpr. *Ex inſidiis nos obſeruat Diabolus, & incautos in magnam abducit perniciem.* c. 9. κείμενος.) A. κείμενος, ϗ οὐ ἀνέστη πάλιν ϗ παρετάξατο. Ita legitur & in Florilegio Mog. pag. 63. quod addit μετὰ τοῦ. Vetus interp. *Et quid poſt hoc? nunquid permanſit iacens? nonne ſurrexit, & iterum ſtetit contra aduerſarium?* d. 1. παθόντι.) A. οὐ μόνον αὐτὸν ἀλλ' ὥστε, ϗ δικαίους αὐτ. κατ. ὡς ϗ παθόντι τὰς τῷ μακαρίῳ προστῆναι τοῖς παισίν. *Ita vt beato mortuo Deus poſteris eius præſidio foret.* ſed ſuffragatur editæ ac receptæ lectioni vetus interpres, *Vt etiam poſt mortem eius merita profuerint poſteris ſuis.* A.

2. A. προστασίαν ἐκείνων. & Florileg.

Pag. 652. b. 1. ἐσχάτων.) A. αἴσχιστον. *turpiſſima.* b. 2. ἐπιμένων.) A. ἐπιμένων, ἔμεινεν ἂν ἐν τῇ πληγῇ ἀνίατα νοσῶν. οὐδὲ γάρ. *permiſiſſet, in plaga manſiſſet incurabili morbo laborans. Neque enim.* Vetus autem receptam lectionem repræſentat. *Si hæc cogitaſſet Dauid, cum prioribus pariter & nouiſſimam perdidiſſet.* c. 8. *atque vbi quidem.*) Reſtituimus veram & genuinam interpretationem ex veteri interpr. nam recentior quidem penitus contrariam expreſſerat: *Quemadmodum ægrotos, qui bona ſpe ſuſtentantur, ſalubriter curamus: propterea quod nihil in eis: de qua dubitandum videatur*, &c. d. 2. τῶν σωμάτων αἱ ἄθλιοι. A. *corporis miſeri.*

Pag. 653. b. 6. *poteſtatem.*) Adde, *ſolus ipſe.* μόνος αὐτός. b. 6. ἀρετὴν.) ἀρετὴν ϗ καταλλαγὴν ἐκ τῆς προσευχῆς. A. cui ſuffragatur lectioni interpres recentior, neutri Vetus. b. 13. *Adhuc tres.*) Non *quadraginta* vt interpres vterque ex vulgata Latina, non ex LXX. vt in homilias ad Antiochenos Brixianus; vide Notas in illas. d. 9. ἐπαγγέλλονται.) A. ἐπαγγέλλονται. O. ἐπαγγέλλονται. d. 12. *Quod ſi nos.*) Neſcio quid in mentem venerit interpreti recentiori, vt expuncta veteri verſione, quam reſtituimus, hæc ſubſtitueret: *Porro nos miniſtri, qui ſæpenumero deliquimus, in meliorem frugem proficiſci ſtipulati ſumus, quam blandè reuerſi ſuſcipimur*, &c. Confirmat lectionem vulgatam Florilegium Moguntinum homil. 3. de pœnitentia pag. 63.

Pag. 654. c. 5. *Quis dabit.*) Locus eſt Deuteron. 5. 29. vbi φυλάσσειν legitur non φυλάσσεσθαι, aut vt rectius A. φυλάττεσθαι. & τὰς ἡμέρας omiſſo αὐτῶν, & ἵνα εὖ αὐτοῖς γένηται. Vetus ad verbum, *Quis dabit ita eſſe cor eorum in eis, vt timeant me, & bene eis fiat?* ſic enim mſ. N. F. d. 4. *rem amab.*) Immo, *rem optabilem arbitratur.* Sic enim fidelior interpres vetus: *& qui optat vt ita dicam, quocunque pacto, & quacunque via, quandóque reconciliemur ei.* qui vero ſequitur Scripturæ locus eſt Eſai. 43. 26. d. 12. σπουδάζει.) A. πραγματεύεται. *curat.*

Pag. 655. a. 14. *enormes.*) Addendum, *fuiſſe reſtitutos.* d. 11. ἀφαιρῆς. O. & A. itémque ἐξαιρῆ pro ἐπιχειρεῖν.

Pag. 656. a. 1. καταλαβεῖν.) Emendandum ex O. A. καταβαλεῖν. a. 2. τὴν μανίαν.) A. R. O. τὴν βίαν. *violentia.* a. 6. ἐπιλαβ.) A. ἀπαρξώμεθα. Interpres. *Suſcipiamus itaque quod ſupereſt aſcenſus.* Vetus, *age aggrediamur iter vitæ.* b. 7. ἀρξώμ.) A. αὐξάνεται.

Pag. 657. a. 12. *iucunditatem.*) Aptius vertiſſet, *& gloriam & volupt.* b. 11. εἰ δὲ ἐθέλεις. O. addidimus Romano ϗ ἀκολουθῆς ex O. A. d. 5. *Is primum.*) Interpr. *Is cum dixiſſet, quam ſit oblectatus conſuetudine rei muſicæ.* at vetus rectiùs: *ipſis etiam auditoriis literarum liberalium derelictis:* & paulo poſt myſteriorum nomine baptiſmum intelligens vertit, *Poſt hæc etiam ſacri baptiſmi myſterium conſecutus.*

Pag. 658. a. 12. *conſanguinit.*) Interpres, *conſiderantes id eſſe præter dignitatem generis.* Legiſſe fortaſſis videtur, vt in A. ὄψεως, ſed emen-

datum erat in margine συγγενείας: idcirco Vetus interpres, *quidam corruptæ mentis homines, qui ei iure conſanguinitatis proximi videbantur.* c.10. *quibus erat.)* Interpres, *qui ſæpenumero in tales belluas impegerunt*, quaſi legiſſet θηρία vel θήρας. Vetus, *quibus eſſet peritia in huiuſmodi venationibus capiendis.* c.16. *amplexique ſunt.)* Aptius dixiſſet, *ac ſalutarunt*, cum Vetere interprete: *nam ille quidem inſidebat equo, ipſi vero pedites incedebant.* d.12. ἀσπίδων. A. O. ἀσπίδα τι & ἐν εἰκόνι.

Pag.659.a.5. *diuina gratia.)* Non reddiderunt gratiæ, ſed ope gratiæ diuinæ adiuti hoc præſtiterunt: melius vetus interpres, *Et ita paulatim per Dei gratiam reuocatus, cunctiſque illis mortiferis retibus exſolutus.* Eadem locutione vſus eſt orat. contra Anomæos 6. pag.789. ἐπὰν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι δείξωμεν. *Igitur ſi fauente Dei gratia demonſtrauerimus.* & infrà pag.667.b. συνεῖψε. Hic ergo ſcribendum, *Atque ita diuina gratia beneficio intra paucos dies omnibus iſtis retibus expeditum rurſus priſtinæ.* c.1. *& lapſus eſt.)* Propiùs ad mentem auctoris Vetus: *atque in deſiderium mulieris incurrit, qui nec viderat vnquam mulierem.* d.2. ἴσχυσε. O.A.

Pag. 660. a. 6. θύρας. O. θυρίδας. feneſtris. Vetus, *adituque obſtructo.* d.3. *fiducia.)* Interp. *impudentia.* παῤῥησία, libertatem in loquendo non impudentiam ſonat: at Vetus aptius: *procul ſe ab huiuſmodi meritis aſſerens.*

Pag.661. d. 9. *Peccaſti.)* Locus hic eſt Eccli. 21. 1. alter autem Prouerb.18.17.

Pag.662.a.7. ἀπὸ καρδίας.) O. & A. in margine ἐπικαρπῇ, *fructuoſam.* Interpres recentior ediderat: *Quandiu enim lucroſam intermittis confeſſionem illam, nihil eſt cur te accuſes: quoniam neſcis in poſterum de peccatis diſcedere.* Vetus autem hæc omnia prætermiſit. d.3. ἀναστρέψας.) P.O. ἐπιστρέψας. edita lectio eſt Prouerb.26.11. d.8. ἀξιοπιστοῦ. A.

Pag. 663. b.14. *Quemadmodum enim.)* Interpr. *Quemadmodum in cadauere tabes gignit vermiculos:* quaſi ἐπὶ τῶν νεκρῶν legiſſet pro τῶν ἱματίων. Vetus dixit, *Nam ſicut veſtimentum generat tineas, & nutrit.* Scriptura tineæ veſtimentum conſumentis meminit Iob 13. 28. ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον. Prouerb. 25. 20. ὥσπερ σὴς ἱματίῳ καὶ σκώληξ ξύλῳ, οὕτως λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν. *Sine tinea veſtimento, & vermis ligno, ſic triſtitia viri nocet cordi.* Eccli.42.13. ἀπὸ γὰρ ἱματίων ἐκπορεύεται σής. *De veſtimentis quippe procedit tinea.* d.7. ἐκεῖνον. P. A. d. 14. *Quod nimirum.)* Interpr. *Siquidem virtutis modo alteram vitiorum lancem æquante non anteuerterimus, à mole peccatorum, quæ interim obrepſerunt, penitus opprimemur.*

Pag. 664. a. 8. *Quin his diſiectis.)* Græca ſonant, *quin ipſe diſruptus omne periculum arcet à corpore.* Vetus, *ſicut fortis lorica iaculum graue non permiſit vſque ad vitalia viſcera penetrare, ſed vim letalis teli maxima fregit ex parte.* Virgil. 10. Æneid.

Haſta volans clypei tranſuerberat æra,
Mæonis, & thoraca ſimul cum pectore rumpit.

Homerus Ιλιάδ. ε.

——— σάκος οὔτασε δουρί.
Ἐγχείῃ ὁρμηθείς· πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ.
——— *ſcutum percuſſit haſta,*
Comminus impetu facto: denſus autem ei ſuffecit thorax.

vide Florileg. pag. 66. d. 1. *quandiu.)* Interpr. *donec tantum virtutis de nobis præbuerimus, vt liceat incolere cœlum.* Eleganter Vetus: *Tantum eſt, vt aliquantulum lucis virtutum merito quæramus, tantum eſt vt quamuis minimum cœli tamen ornatum mereamur explere.*

Pag. 665. b. 2. μὴ δὲ.) A. μηδὲ σέ. O. μὴ δὲ πεσεῖν. b. 4. ἅπαντα.) A. ἅπαντα καὶ σαυτὸν, *vniuerſas & teipſum perdes*, O. πάντας, αὐτὸν ἀπολεῖς. b. 8. A. αἰσθάνῃ. b. 9. ἀποπνίξαι. P. A. c. 14. *Hoc tibi in omni.)* Interpres, aliter: *Hæc enim ad iudicium proficiunt, ſic mihi quidem vſus eſt. Poſtquam aliquid vel per alios intelligo, non ceſſo, quod mihi conducat eligere: qua in re ſi probè auſcultas, nihil erit loci reliquis medicamentis.* Vetus vberius more ſuo, *ſemper animabo ſermone, ſemper hortabor: & præſentem viua voce, & abſentem literis ſuſcitabo: quanquam certus ſim, quod ſi hæc libenter relegas, vltra alia medicamenta non requiras.* c.13. O. καὶ τῶν ἀκουόν.) A. καὶ τῶν ἀκούοντας.

Pag. 666. a. 7. *depactus ſpop.)* Huius alterius libri ad eundem Theodorum ſcripti vetus eſt hæc interpretatio, quam & in manuſcripto codice V. C. Nicolai Fabri correctiorem reperimus: in ea legebatur non vt in vulgo excuſis libris *ante de pectore Chriſto*, ſed, *ante deſpectus*, vnde coniecimus ſcribendum *depactus*: nam profeſſionem vitæ ſanctioris ex conſiliis euangelicis ſæpe alibi συνθήκας appellat, & pag. 624. d. dixit eum Domini reiecto mandato iugo Diaboli ſuas ceruices vltro ſubieciſſe. & pag. 670. d. adulterium vocat nuptias eorum, qui ſemel caſtitatem profeſſi ſunt. b. 7. ἢ ῥᾳθύμως.) In A. quædam interſeruntur, quæ à reliquis abſunt: εἰδὼς ὅτι τοῦτον ἀθετοῦντες μεγάλην ὑπέξει τὴν καταδίκην τοῖς εἰς τὴν καλὴν ἀπογραφομένοις στρατείαν καὶ διὰ ῥᾳθυμίαν τὴν οἰκείαν τάξιν ἀπολιποῦσιν· ὅτι δὲ τούτοις ἡ κόλασις βαρυτέρα, δῆλον ἐντεῦθεν καὶ γνώριμον· ἰδιώτης μὲν γὰρ ὢν οὐδέποτε αὐ χαρίεν λειποταξίου. *formido, cum probe ſciam quanto ſupplicio contemptus iſtorum reddat obnoxios eos, qui in præclaram adſcripti militiam, ob negligentiam ſuum ordinem deſeruerint. Nam his quidem grauiores pœnas imminere hinc manifeſtius innoteſcet. qui enim priuatus degit, nunquam deſertæ militiæ reus peragetur.* vide hæc repetita pag. 671. b. c.9. *vndaſque.)* Legebatur antea, *ad maria nudus quoque feſtinat*, ſed ex mſ. Latino locum reſtituimus. ita quoque Florileg. pag. 68. τὴν θάλασσαν καὶ τὰ μακρά. at O. & A. τὴν θαλ. καὶ τὰ κύματα καὶ τὰ μακρά. & pro διαβαίνει. A. διαπερᾷ. c. 10. πολλάκις.) A. P. & Florileg. πολλάκις πολλάκις, *ſæpenumero.* Vnde illud vulgatum, ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. *Vir autem fugiens denuo pugnabit.* c. 11. ἀπήλλαξε.) Florileg. & ἀπεχώρησε. Florileg. O. A. d. 1. βασάνων φόβῳ. Florileg. & R. *ob metum cruciatuum.*

d.9. τὴν πρὸς.) A. τὴν ἀπὸ τῆς πληγῆς ἐπάνοδον. *redi-tum ab hac plaga.*

Pag.667. a. 1. καὶ τὸν παλαιὸν ὑπέδυ. O. A. Interpres, *& ſeruitutis iugum ſubire captiuum.* a. 3. τίνα. P. εἰπεῖν. O. b. 1. μᾶλλον δὲ.) O. μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴν ἀπὸ χάριτι τῆ ποταμοῦ. b. 10. ῥᾳδίως.) R. καταπαλαιμένος ἤλπισε. O. αὐτὸν καὶ καταπαλαίσειν ἤλπιζε. A. καὶ καταπαλαίειν, εἰ ἐπέμεινεν προσκείμενος. Interpres ediderat, *cœpiſſet, cum niſi in initiis occuparet, expugnandum à ſe poſtea difficilius exiſtimauit.* at hoc pacto ſi vertas ſcribendum erit in Græco non ῥᾳδίως, ſed δυσχερῶς, idcirco ad lectionem omnium mſſ. interpretationem accõmodauimus, Sic enim intelligi poteſt locus, vt illud αὐτὸν ad diabolum referatur, quem Theodorus facile ſuperaturus fuiſſet, ſi perſeueraſſet, vel eum ſe ſuperaturum facile ſperauit Diabolus, ſi aſſiduus in alius oppugnatione perſeueraret. c. 1. ἐὰν θέλῃς. O. c. 4. καταφρονεῖν. R. d. 1. O. ἀνέχεσθαι προσφορτίζει · ἀλλ' οὐ. d. 2. *ſtudium.*) Deerant, antea quæ ſequuntur vſque ad finem huius periodi; ſed eorum loco ſubiiciebat mſ. Nic. F. *ſtudium ad diuinos repente tranſmigrauerat libros.* d. 8. ἐπεὶ. O. Ibidem poſt τὸν adiecimus ex A. καταπιεῖν, quod ab aliis aberat.

Pag.668. a. 7. ἐποίησε.) O. ἐποίησαν. a. 11. αἱ τὴν ἄκραν.) A. αἱ τὴν ἄκραν τρίχας μόνον. Legebatur antea apud interpretem, *ſolóque tantum rugientis tranſitu feri pelli ſe agnoſcat:* deprauata nimirum lectione manuſcripti, qui ſic habuit: *ſola tantum radentis tranſitum ferri pellis agnoſcat:* rurſus quæ ſequuntur verbum prouocauit, vſque ad finem periodi, fuerant ab interprete omiſſa. c. 6. καὶ τρίτην.) A. καὶ τρίτην λαβεῖν ῥᾳθυμήσας. *& tertiam per ſocordiam accepit.* c. 7. ἐκ τῶν δραμεῖν τὸ θαῦμα. A. d. 13. *Salomonem.*) Addidimus ex A. δίκαιον πρότερον ὄντα καὶ σοφὸν, *qui prius iuſtus erat & ſapiens.*

Pag.670. d. 6. γαμεῖν.) A. γάμους νομίμους οὐκ ἐκώλυσεν. *legitimas nuptias non prohibuit.*

Pag.671. d.12. *Anima pretioſius.*) Hæc omnia vſque ad finem periodi deſyderabantur in excuſis, at in mſſ. ſic erat. *Sed nihil anima pretioſius: quod ne illi quidem qui ad extremam dementiam deuiauerunt, ignorauerunt: ſicut externi cuiuſdam poëte ſermo pronuntiat, nihil ſimile animæ reperiri poſſe confirmans.* Porro videtur ad illum reſpicere Homeri verſum 401. Ιλιάδ. ι.

Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι.

Non enim mihi anima æquipollens, nec quantas aiunt
Ilium poſſediſſe opes.

Pag.673. a. *Vt igitur bonum.*) Interpres ediderat, *Vt igitur ſatis durum videtur ac barbarum, his qui deuoluti fuerint ad profundum imi gurgitis cœnum, ſi tamen caſus prioris crimina emendent, ſalutare correctis remedium denegare: ita rurſus.* ac hæc nonnihil ab auctoris mente deflectunt. b. 7. *vt ſcholas.*) Interpres aliter. *dixiſſe his. qui in ſtudiis ſecularibus poſito tam perniciosa ſuadebant.* Sed ſcholas hic malim intelligere, quibus etiam vale dixit ille cuius meminit antea pag. 656. d. πολλὰ ταῖς ἐν ταῖς μουσικαῖς διατριβαῖς ἐρρῶσθαι εἰπών, *cum religioſæ vita auſteritatem amplecteretur.*

Pag.674. a. 3. *graue quidem.*) Hæc alio loco poſita fuerant ab interprete, quæ de vxore paupere aut diuite diſſerit, ſed in tribus mſſ. R. P. A. præmittuntur iis quæ mox de liberorum orbitate ſubiicit. d. 1. *ſcit enim.*) Interpr. *ſcit enim quod nobis dignitas, noſtra ſeruatur in cœlo:* πολίτευμα ſic interpretatur Tertullianus cap. 13. de corona mil. *Noſter, inquit, municipatus in cælis.* & 3. aduerſ. Marcionem 24. Hieronymus epiſt. 1. *tunc municipatum cum Paulo capies.* ad cœleſtem enim vrbem ſunt hæc referenda, non ad Romanam vt putauit Marianus Victorius, de qua Act. 22.

Pag 675. b. 3. *huiuſmodi.*) Legendum vt in mſ. N. F. *in huiuſmodi pelago nauigantium*, & eiuſdem codicis auctoritate confirmatur emendatio noſtra, qua Græcis expreſſis expunximus illa ſuperflua in aliis editionibus addita *& excelſum illum huiuſmodi pelago quære nauigantem; quamobrem obteſtor ac deprecor fuge maria, vndaſque declina, & excelſum.* b. 10. ὑψηλότερον ἐν τῷ τὴν ἀλ. b. 11. *vt referat.*) Hæc quoque mſ. idem ſuadet expungere, quæ nec à Græcis codicibus addantur. c. 9. *ſi velis.*) In vulgatis editionibus ſubiiciebantur quædam aſcititia, vt opinor, quæ nec à Græcis nec à Latinis mſſ. agnoſcuntur: *ſi velis facere: clamat beatus Ioannes: Qui in Chriſto credit, debet ſicut & ille ambulauit, & ipſe ambulare. Et alibi: Fugite fornicationem: & iterum, Tempus breue eſt. & Bonum eſt inquit homini mulierem non tangere, quaſi & in tactu ſolo periculum ſit: & iterum, Volo autem omnes homines eſſe vt meipſum. Beatus qui Pauli ſimilis fuerit, felix qui audit Apoſtolum præcipientem, non ignoſcentem. Liberi nos arbitrij eſſe natura permiſit, vt quod voluimus hoc faciamus. Eligamus igitur bonum potius, quia boni Dei creatura ſumus ne nos Diaboli opprimant mala.* c. 11. *docet Paulus.*) Hæc ſuggerente codice mſ. Nic. F. ſubſtituta ſunt in locum illorum, quæ ſuſtulimus, *dicente Apoſtolo, vos, inquit templum Dei eſtis & ſpiritus Dei habitat in vobis. Et quem cælum & terra non capit, famuli Dei pectus capit. Vides.*

IN EPISTOLAM AD INNOCENTIVM.

PRODIIT in lucem hæc epiſtola Græcè vna cum aliis opuſculis auctoris Baſileæ ann. 1529. ſtudio & opera Deſiderij Eraſmi Roter. cuius veterem interpretationem cum altera, quæ extat in Dialogo Palladij de vita Chryſoſtomi, & cum ipſo textu Græco contulimus. Citatur eius quoque pars non minima à Nicephoro Calliſto lib. 13. cap. 18. & 19. *Igitur ad Innocentium vrbis Romæ Epiſcopum de rebus ſuis ſcribens hæc quoque addit: Quomodo vero tandem, quæ ſic acta ſunt, &c.* at Palladius narrat quatuor epiſcopos à Ioanne miſſos tres epiſtolas Innocentio detuliſſe vnam Ioannis, ipſius, alteram Epiſcoporum XL. de communione Ioan-

nis, tertiam cleri Conſtantinopolitani. *Domino venerabili, ac beatiſſimo Epiſcopo Innocentio Ioannes in Domino ſalutem.* Et ante *literas noſtras,* &c.

Pag. 677. b. 6. κατ' αὐτῶ.) Emendandum fortaſſe κατ' αὐτὴν. c. 4. ταῖς τε ἑαυτῶν.) vel ſubaudi, ἐκκλησίαις, nam & ita Palladij interpres, *dimiſſis vt Eccleſiis ſuis.* vt infra 679. d. 6. c. 10. *Diaconum.*) τοὺς διακόνους, apud Palladium vero legimus, *chariſſimos Diaconos Paulum & Cyriacum.*

Pag. 678. c. 2. *neque extra limites.*) Sic maluimus cum Palladij interprete, *non oportere iudicia extra terminos fieri,* at vetus dixerat, *tranſmontanoſque ad noſtra iudicia non trahendos,* quaſi ad ὄρος montem, non ad ὅρους referret vocabulum ὑπερορίους. Photius in compendio vitæ Chryſoſtomi pag. 143. οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν σε τὰ δόγματα τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ὅπως διαγορεύουσιν ἐπίσκοπον ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην. *Arbitror non ignorare te Nicanorum canonum decretum, iiſque prohiberi ne Epiſcopus de peregrino alteriuſque diœceſis iudicium exerceat.* c. 4. *Porro ille.*) Palladij quoque interpres: *At vero ille quaſi aliqua priora crimina noſtra praeceſſiſſent:* neuter cepit mentem auctoris, quod hic ἐπαγωνίζεσθαι ſit cumulum addere, vel ſuperare contendere priora, vt in homilia in Matthæum 91. pag. 750. οἱ δὲ καὶ ἐπαγωνίζονται τοῖς προτέροις καταγέλαστα πλάττοντες πλάσματα. ſic enim corrigendum coniicimus ex interprete, *prioribus aliud etiam addere contendunt ridicula fingentes figmenta.* & in lib. contra Gentiles pag. 739. ὁ δὲ σφαγεὺς ἐπαγωνίζεται τῷ μιάσματι τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα ἀποκρύψαι φιλονεικῶν. *At percuſſor ſceleri cumulum addere contendebat, & poſteriori facinore prius illud obſcurare ſtudebat.* vide infra 684. c. hic ego ſcribe, *Porro ille prioribus cumulum addere contendens multa auctoritate.* d. 7. *Eleuſium.*) Pallad. *Eulyſium Apamiæ,* (quem & alibi Eulyſium vocat,) *Lupicianum Apiariæ Epiſcopos.* hic vero correximus *Piſinuntis* vt habet Palladius non vt antea *Piſinatium.*

Pag. 679. b. 7. *excommunicatos.*) Male interpres verterat, *meos excommunicauit,* Ambroſius vero apud Palladium, *& quos ipſe ligaueram, ſoluebat.* ἀκοινώνητος eſt qui non communicat cum cæteris, vt apud Gregorium Nazianzenum orat. de filio ἀκοινώνητον εἶναι τὸ θεῖον τοῖς ἡμετέροις. *Deum nihil habere commune nobiſcum.* Athanaſius contra Arianos diſputat. 1. pag. 130. περὶ τῆς τούτων ἀκοινωνήτου γέγονεν ἡ ἀρειανὴ μανία, καὶ ὅτι ἐστὶν ἐν τῇ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἐκκλησίᾳ. *Arianorum dementiam hic excommunicatam eſſe & in Eccleſia primogenitorum in cœlis.* c. 3. *à magiſtratu.*) Græcè eſt ὑπὸ τοῦ κουριωσοῦ. *à Curioſo ciuitatis,* hinc enim deprompta ſunt illa, quæ apud Suidam in voce κουριωσος citatur ἐκ τοῦ βίου τοῦ Χρυσοστόμου. Tertullianus meminit beneficiariorum & Curioſorum cap. 13. de fuga in perſecutione, & ex Notitia imperij Orientis & Occidentis conſtat fuiſſe ſub Magiſtro officiorum Curioſum curſus publici præſentialis vnum & Curioſos per omnes prouincias, item Curioſos in comitatu Præſidum admiſſa per prouincias renuntiaſſe, eoſdémque iudicibus crimina detuliſſe conſtat ex lege 1. Cod. de Curioſis. In paſſione B. Mennæ Heliodori cuiuſdam fit mentio, qui Curioſi officio fungebatur.

Pag. 680. a. 6. *elapſus eſt.*) Addendum ex interprete Palladij, *atque ita fugiens ſuos omnes ſecum abduxit.* b. 6. *qui eis fauebant.*) Emendauimus locum ita perperam verſum, *ſedit. populi & intempeſtiuam feſtinationem: tametſi etiam illic erant, qui ei reluctabantur:* at ſuffragatur noſtræ correctioni Palladij textus: *Agebat id de quorundam ſibi fauentium conſilio.* d. 1. *Quod ſi qua tunc.*) Hæc citata ſunt & exſcripta ad verbum à Nicephoro lib. 13. cap. 49. cuius interpres non ſatis fideliter expreſſit illa verba καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιτείχισται, *& armis baptiſterium circumuallatum eſt:* niſi forte aliud legit, quod non oſtendit interpres Chryſoſtomi qui ſcripſerat hic, *& armis gradum vndique muniuit,* & Ambroſius apud Palladium, *armiſque veneranda obſidebantur altaria.*

Pag. 681. a. 6. *ſancto.*) Immo, *ſancti latices &c.* nec aliter Palladius. a. 7. *Nam & locum.*) Interpres ſcripſerat tantum, *Nam & ſanctuaria ingreſſi ſunt milites,* at interpres Palladij, *vbi ſancta condita ſeruabantur,* & Langus apud Nicephorum, *vbi ſanctum repoſitum eſt,* annotátq. *vtraque ſacra Euchariſtiæ ſpecies in loco ſacratiore templi ſeruata.* Concilium Laodicenum can. 14. περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. *Quod ſancta inſtar Eulogiarum in feſto Paſcha in alias parœcias tranſmitti non debeant,* & in Græca interpretatione Conciliorum Africanorum & Carthaginenſium can. 37. ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου προσενεχθείη. quorum loco legimus in Concilio Carthagin. 3. can. 24. *In ſacramentis corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipſe Dominus tradidit.* c. 5. *& quaſi per vim.*) Hæc verba vſque ad finem periodi à nobis ſunt addita, quæ inſeruntur etiam ab interpretibus Nicephori & Palladij. c. 10. *ſatellites.*) Apud Nicephorum Langus, *quos non puduit campiductores pro diaconis anteambulones habere.* apud Palladium Ambroſius, *qui exercitus duces diaconorum vice ſecum habere prænios non erubeſcebant.* Mauricius Imper. in Strateg. apud doctiſſimum Rigaltium. ἡγεῖσθαι τοῦ μετώπου προπορεύεται ὁ καμπιδούκτωρ καὶ ὁ μανδάτωρ· ὁ μὲν τοὺς τόπους ἐρευνῶν καὶ ὁδηγῶν· ὁ δὲ τὰ μανδάτα γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος διδούς. *In fronte exercitus incedunt Campiductor & Mandator, ille vt loca perueſtiget, & viam monſtret: hic vt Ducis iuſſu mandata perferat.* vſurpat & vocem hanc Lampridius in Seuero, *Certe campiductores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas emittere.* & Ammianus Marcell. lib. 19. *Horum campiductoribus, vt fortium factorum anteſignanis armatas ſtatuas apud Edeſſam locari iuſſerat.*

Pag. 682. b. 11. *non indicto.*) Dixiſſet aptius, *bello implacabili,* vel vt Ambroſius apud Palladium, *bello ſæuiſſimo.* Gregor. Nazianz. orat. 14. p. 216. οἱ τῆς εἰρήνης πολεμοῦμεν ἄσπονδόν τε καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον. *qui pacem colimus, implacabile & inexpiabile bellum gerimus.* d. 3. *ſi dentur.*) Hæc adiecimus, è Græco, & Palladij textu Latino, *ſedeat incorruptum, intemeratúmque iudicium.* Idcirco ſubiicit idem Palladius Innocentium Papam Theophili iudicium irritum eſſe decreuiſſe di-

xitque Synodum aliam irreprehenſibilem oportere conflari cedentibus concilio amicis primum, deinde inimicis.

Pag. 683. b. 2. διωκτῆς.) Hæc deſyderabantur apud Palladium: ſed eorum loco addebatur *Scripſimus iſta & ad Venerium Mediolanenſem, & ad Chromatium, Aquileienſem Epiſcopum. Vale in Domino.* Extant & in libro epiſtolarum eius, quem nunc vtraque lingua in lucem edimus, vna ad Venerium Mediolanenſem & altera ad Chromatium Aquileienſem.

Pag. 684. a. 4. *qui iſtuc.*) Scripſerat interpres, *qui nobiſcum agunt*, ſed aptius fortaſſe legeretur τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων, *qui iſtinc veniunt.* paulo poſt pro *paternam erga nos*, vertimus *paterna maiorem*. id enim ſuadet τὸ ὑπερκρύπτειν, quod ſuperare & obſcurare ſignificat, vt in illo vidimus loco ex libro contra Gentiles pag. 739. d. 2. *detecta.*) Interpr. ediderat, *Eccleſiæ vſque ad genua humiliatæ ſunt:* ſed admonet Budæus εἰς γόνυ κλίνειν idem valere, quod proſternere aut ſubigere, vt in illo Appiani loco lib. 3. Ciuil. bell. Καίσαρα καταστρεψάμενον τὴν Κελτικὴν καὶ εἰς γόνυ κλίναντα. *Cæſarem, qui Galliam proſtrauerat ac ſubegerat.*

Pag. 686. b. 6. *ad recentem.*) Quaſi legiſſet πρόσφατον, non ἄφατον, *ingentem*, vel *immenſam*. Porro quæ ſequuntur *vos quoque dixiſtis*, vſque ad illa, *longè acerbiora*, nunc primum adiiciuntur, ex editione Græca Baſilienſi an. 1529. quæ vetus interpres omiſerat: epiſtola vero ad Cyriacum, quæ ex veteri interpretatione ſubiiciebatur iſti, multo fidelius & elegantius Latinitate donata reperitur à Billio pag. 866.

IN EPISTOLAS EX INTERPRETATIONE IACOBI BILLII.

